Alienari quando prohibentur bona extra familiã materia declaratur. caut. 14. nu.

14.num.2.verſ.hic autem. fol.74
Alienatio in potentiorem iudicij futuri mutandi cauſa facta non valet.caut. 198.num.1. fol.472
Quo caſu contra alienantem ad intereſſe,& vtili rei vendicatione, contra emptorem verò rei vendicatione agitur,ibid.num. 2.
Limita modo cōcluſionem prędictam, vt nu.4. & ex ea limitatione conſilium ſumo,quo alienatio etiam in talem perſonā fieri poſſit,vt nu.5.ibid.
Alienatione expreſsè prohibita à teſtatore dotis cauſa poteſt alienari.caut. 215.num.4. fol.506
Alienatione permiſſa,cenſetur & hæredis conceſſa inſtitutio.caut. 73.nu.7. fol.224
Alienationis prohibitio in cōtractu dominij nō impedit tranſlationem,licèt contraueniens de intereſſe ſit obligatus.caut.214.num.1. fol.502
quod attende vt nu.7.& 9. fol.504
& quantum ad ſupradictum intereſſe,ac qualiter ei ſuccurratur qui pactus eſt, ne res alienetur, habes remiſſiuè num.10. fol.504
Alienationis prohibitio quando tenet in contractibus, an ſi contra fit, ille cui proſpectum eſt propria poſſit authoritate rē alienatam capere. caut. 214.num.15. fol.505
Alimenta interim debebuntur filio impuberi emancipato, cui pater ad pupillaris ſimilitudinem prouideat ſecundum conſilium. l. cum ex filio. ff. de vulg. caut. 219.num.23.fol.511
Alimentatus præſumitur pupillus à tutore.caut.221.num.1. fol.515
Ne tamen ſuper ipſis alimentis controuerſia oriatur, conſilium datur tutori, vt alimenta pupillo præſtanda taxari faciat.ibid.num.2.
Et horum taxandorum alimentorum modus indicatur ibid.num.3.fo.516
Alteri ſtipulari non poteſt,niſi perſonis quibuſdam. caut.238.nu.1.fol.566
pro qua tamen remedia habes,ibid.nume. 2.& 4
Amicorum,vel conſanguineorum præſentia an faciat ceſſare metus præſumptionem in contractu filij cum patre inito.caut. 405. num. 8. fol.637
Amor nullus vincit paternum.cau.89. num.7. fol.259
Anima cunctis rebus eſt anteponenda. caut.302. num.47. verſ. propterea animam. fol 628.
Anima eſt preferenda omni lucro mundano.caut.94.num.40. fol.278
Animi noſtri motus dicto noſtro declaratur,& qualiter.caut.104.num.5. fol.305.
Animus declaratur. caut. 96. num.3. fol.284
Animus,& eius intentio, qui mortuus iam eſt,quomodo conijcetur, & in ſpecie circa hæreditatis aditionē. caut.23.num.2.& 3. fol.339
Antecedenti deſtructo ſequitur etiam conſequentis deſtructio. caut. 191. num.2.fol.464.
Appellans ab exceſſione modi,quid debeat conſiderari.caut.11.nume.57. fol.66.
Appellans iudicis iniquitatem allegare poteſt.caut.243. num.28 fol.545
Appellans ſi iudex à quo latitat, debet ad iudicem ad quem recurrere tunc, cum eiuſdem copiam habet, caut.7. num.65. fol.68
Appellare poteſt legatarius à tranſactione,quam hæres cum eo facit, qui hæreditatis mouet quæſtionem caut. 142.num 1. fol 382
& ideo infertur,quod ſi appellatione pendente quid innouatur,attentata per iudicem ad quē,etiam antequàm in cauſa appellationis vincatur,reuocantur,ibid.num.2.
Quod tamen intellige, vt in verſ.quæ tamen. ibid.ſecus eſſet, ſi actione ex teſta-

*teſtamento ageretur. ibid. num.3.*
*Propterea conſilium datur, vt hoc in caſu magis quis appellationis beneficio, quàm ex teſtamento actionis vtatur. ibid.num.4.*
*Appellare volens à pronunciatione de exequendo, cauſam grauaminis exprimere debet. caut. 11.num.66. fol. 68*
*Appellari an poſſit à denegatione ſecundæ dilationis iuſta de cauſa petitæ. caut.44.num.5.& 6. fol.133*
*Appellari an poſſit à pronunciatione de exequendo abſque eo quòd cauſa grauaminis inferatur.caut.11.num. 70. fol.69*
*Appellari bis poteſt. caut. 243.nu.26. fol.545*
*Appellari non poteſt ab omni executione modum exceſſiua.caut. 11.nu.52 fol 65*
*Appellari poſſe dum dicitur à pronunciatione, quæ fit ſuper executione ſententiæ de ea exequenda necne, quomodo id intelligendum ſit. caut. 11.num.61. fol.68*
*Proſequere vt in fine, & concorda Doctorum opiniones,quę variæ ſunt ſuper eo: An à pronunciatione de exequendo appellari queat. nu.68. fol.69*
*Appellatio à grauamine exceſſoris quando fiat ad ipſum iudicem cauſæ, & quando ad ſuperiorem num. 47. vſque ad nume.50. & 51.caut.11. fol.65*
*Appellatio ab executione diffinitiuæ ſententiæ non conceditur. caut. 11. num.1. fol.61*
*Reſtringe hanc regulam procedere tantum quoad ipſam facti executionem ibid.*
*Nam ab interpretatione ſententiæ poteſt appellari.ibid num.2.& 3.*
*Limita ſecundo, vt regula prædicta non procedat, cum modus executionis exceditur. ibid.num.45. fol.65*
*Limita tertio,vt non procedat in ſententia lata de exequendo nec ne.nu. 58. fol.67*
*Appellatio ab interlocutoria non admittitur.caut.10. num.1. limitatur. 1.num 2. fol.55*
*Limita 2.num.3. diſtingue,& intellige ut num.4.fol.55. & vſque ad nu. 12. fol.56*
*Appellatio ab iniquitate interpretationis ſententiæ non admittit aduerſus ipſam ſententiam probationes. caut. 11.num.5. fol.61*
*Appellatio ab interlocutoria quando detur.caut.44 num.2. fol.143*
*Appellatio abſque grauamine non datur. caut.11.num 64. fol.68*
*Appellatio an permiſſa ſit à citatione à pronunciatione competentiæ, vel incompetentiæ iudicis, ab interlocutione, quòd pars legitimam habeat perſonam ſtandi in iudicio,nec ne,ab interlocutoria procedendum eſſe,uel non ſuper libello, à pronunciatione ſuper dilatoria exceptione, à primo, vel ſecundo decreto: A declaratione dilationis dandæ, vel ne; à breui nimis, vel longa nimis data dilatione, & ab admiſſione probationum, vel non admiſſione, caut.10. 11.12. & 13. fol.57*
*Appellatio conceditur à pronuntiatione ſuper competentia, vel incompetentia iudicis,caut.66.nu 7 fol. 200*
*Appellatio, & ſupplicatio in quibus differant remiſſiuè.caut.243.nu.29. fol.545*
*Appellatio extraiudicialis, an cauſa requirat expreſſionem.caut.142.nu.5 fol.382*
*Appellatio fruſtra fiet, ſi in pronunciatione de exequendo non exceditur modus ſententiæ. caut.11. num.67. fol.68*
*Appellatio metu iudicis intermitti non debet.*

*debet.caut.8.num.1. fol.52*

*Appellatio non datur, quando lata eſt ſententia à Principe ſuperiorem nõ recognoſcente.caut.243.num. 1.fol. 543*

*Amplia vt ibid.num.2*

*& alij quoque enumerantur magiſtratus, à quibus appellare non licet, vt ibid. num.3.4.7.8. & 9.fol. 543. & num. 10. & 11. & 12. fol. 544 ibi plura in iſta materia vide.*

*Appellatio quando admittatur à taxatione èxpenſarum.caut.128.nu.15. fol.347*

*Appellatio quando interponitur à denegatione facta ſecundæ dilationis iuſta de cauſa petitæ, quomodo ſit introducenda.caut.44.num.7.fol.144*

*Appellatio regulariter in omni cauſa permittitur caut.11.num. 1.fol.70 etiam in cauſa criminali, & criminis quoque læſæ maieſtatis, ſub eod nu. 1.uerſ.ideoque.*

*Appellatione ab interpretatione iniquæ ſententiæ nõ agitur de ipſa principali ſententia infringenda. caut. 11.num.4. fol 61*

*Appellatione non permiſſa ab interlocutoria, quibus remedijs utendum ſit.caut.10. num. 22. & 29.fol.58. & num.30. fol.59*

*Appellatione prohibita, non prohibetur recurſus ad ſuperiorem.caut.65. num.4.uerſic.ad idem. fol. 197*

*Appellationi factæ à pronunciatione de exequendo, qualiter deferendum non eſſe opponas. caut.11.num.72. fol 69*

*Appellationis beneficium qualiter remoueatur.caut.12.num.2.fol.70.& num.4. fol.71*

*Appellationis inſtantia qualiter prorogari poſſit.num.4.& 5.caut.9 fo.53 quod declara, ut num.7. fol 54*

*Appellationis inſtantia quot hodie contineat fatales.caut. 9.num.1.fol.53*

*Appellationis interponẽdæ decem dies ſtatuti, continui ſunt, & in illis quælibet feriata dies computatur. caut. 10.num.26. fol.58*

*Appellationis perdit beneficium, qui in iudicio fatetur, ſe nõ prouocaturum. caut.12.num.5. fol.71*

*Appellationis prohibitio ad nullitatis cauſam non extenditur.caut.10.nu. 15. fol.57*

*Appellationis tempus duorum annorum prorogari non poteſt.caut. 9. num.2.& 3. fol.53*

*Appellationis tempus non currit iudicis copiam non habenti, dummodo ſit proteſtatum.caut.15.num. 4.folio 72.*

*Aquam ducere ex nauigabili flumine non licere, & quare.caut 170.num. 8.& ſeq. fol.446*

*Arbiter, & arbitrator ſimpliciter pronuncians uidetur vt arbiter pronunciaſſe. caut.129 num.11. fol.350*

*Arbitri, & iudices delegati cum eorũ conſenſus in ſententijs exigitur ante latam ſententiam per temporis interuallum præſtare nequeunt, ſecus in delegatis à Principe.caut. 38.nu. 11. & 12. idemque eſt in iudicibus ordinarijs.num.13. fol.137*

*Arbitri poteſtas ex his, quæ in compromiſſo continentur dependet. caut. 244.num.6. fol.546*

*Arbitri ſententia partibus non citatis non ualet, etiamſi in compromiſſo cautum ſit, quod abſtinentibus partibus ſententia dici poſſit.caut.244. num.1. fol.546*

*Conſilium tamen aduerſus hoc traditur.ibid.num.2.*

*Arbitrium iudicis ad mortem etiam naturalem extenditur, ſub nu. 11.uer. quorum quidem arbitrium. fol. 6.*

*Arbitrium liberum habens, homo ſuo libitu diſponere poteſt, caut. 175.nume.9. fol.436*

*Argu-*

*Argumentum ab etymologia, in quibus nominibus ualeat.caut.69.num. 15.uerſ. & ideo. fol.227.*

*Argumentum ualet de emancipatione ad legitimationem.caut.147.nu. 2. fol.392.*

*Argumentum ualet de perſonis ad res & è contra.caut.21.num.7. fol.104*

*Argumentum ualet ex his, quæ frequenter contingunt. caut. 6. nume. 237. fol.39*

*Arrogatus ſi filium in poteſtate habet, non ſolum ipſe in arrogantis poteſtate eſt, ſed & eius filius. caut. 91.nume.1. fol.264*

*Articuli quales eſſe debeãt, cum reum ex contractu inter te, & eum inito conuenis.caut.199.num.2.fol. 394*

*Aſſertioni partis quis credere poteſt. caut.194.num.4. fol.469*

*Auguſtus Diuus quomodo Germanicũ inuitum adoptaret. caut.91.num.6. fol.264*

*Author authoris quo remedio ſtatim atque res eſt euicta poſſit conueniri, & quem in caſum remedium locum habere poteſt. caut.62.nume.9.& 11. fol.192.*

*Et ut ipſe authoris author de euictione conueniri poſſit, non nulla alia habentur. ibid.num.13.16.fol.193.& num.18.& 20.fol.194. quæ ſcilicet tunc demum locum habent, cum author non ſoluendo ſit factus. ibid.*

*Authoritas prætoris, de quo lex multum confidit, quando per eum actus eſt contra aliquem, absque ulla apparente citatione, celebratus, in quo proficiat, & in quo non proſit. caut. 172.num.10. fol.432*

*Auxilium legis fruſtra inuocat, qui in eam committit. caut. 145.num.29. fol.388.*

**B**

*BAnniendus quomodo fiſcum eludat, ne bona habeat, quæ hæreditatis aditione ipſe banniendus conſequi poteſt. caut.92.num.7. fol.266*

*Quod confirmatur. num.13.& declaratur num 17.& 18. fol.267*

*Bannitus non comparens intra terminum ſibi aſſignatum, an excuſetur tunc cum iudex abſens fuerit.caut. 13.num.1. fol.71*

*Banni:us reſtitutus non recuperat bona confiſcata in alium tranſlata. amplia etiam ſi Princeps expreſsè dixerit, caut. 208.num.6. & remediũ tamen datur ad hoc.num.7.fol.496.*

*Bannitus ſi iudex abſens fuerit, quid agere debet, ut non comparens intra terminum excuſetur.caut.13.nu.2. fol.72.*

*Beneficia minoris eſſe ualoris dicuntur propter onus annexum. caut. 236. num.11. fol.536*

*Beneficia Principis lat'ſſimè ſunt interpretanda. caut.139.num.3 fo. 372*

*Beneficij redditus tanti ſunt æſtimandi, quanti deductis oneribus valẽt.cau. 236 num.12. fol.536*

*Bona aduentitia non conferuntur cum patribus, & ab int. filij habent proximiores hæredes, & de his non poſſunt teſtari, etiam ſi uſusfructu non ſit patris, niſi quoad pias cauſas. patre tamen conſentiente.caut.86.nume.1. fol.250*

*Bona aduentitia patri quo ad vſumfructum quæruntur: caſtrenſia autem, vel quaſi nullo modo; & ideo infertur ad nonnulla circa facultatem filiorum in his caſtren. vel quaſi. caut.86.nu.1. fol.250*

*Sunt & caſus in quibus aduentitia omnino filijs quæruntur.ibid remiſſiuè.nu.2.fol. 252. enumeratur vnus. nu.3.*

*nu.3.& alter nu.8. fol.eod.*

*Bona aduentitia quo pacto omnino in filios conſerantur. caut.86.nu.5.& 6.fol.252.*

*Bona alienari prohibita, qua fraude alienari poſſint, & quomodo fraudi huic obuiam eatur. caut.14. num.7. fol.78.*

*Bona alienari prohibita, ſi ſemel alienentur in perſonam permiſſam, fiunt perpetuo alienabilia. caut. 14. verſ. quin etiam. fol.75*

*Bona fides licet probanda non ſit, quia in dubio præſumitur, eſt tamen alleganda.caut.280.nu.8. fol.597*

*Bona fides præceſſoris hæredi prodeſt. caut.104 nu.8. mala autem fides nocet.nu 9. fol.305*

*Bona fides præſumitur, quæ tamen eſt alleganda.caut.72.nu.15.16.& 17. & conſilium ob hoc datur. nu. 18. fol.220.*

*Bona fides ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur. caut. 200.num.4. fol.475.*

*Quod intellige, vt nu.5.& 7.*

*Vnde ad hanc bonam fidem probandam, conſilium datur.nu 6.*

*Bona generaliter illi alienare in alterius præiudicium non queunt, qui vel ea obligata habent, vel eorum pleno iure domini non ſunt. caut. 14 nu.8. fol.78*

*Bona veniunt in tacita obligatione, & ſic nomina, & tam præſentia, quam futura.caut. 62. nu.14. cum ſequen. fol.193.*

*Bonæ fidei ſucceſſor ille eſt, qui authorem dominum eſſe credit, uel alienandi ius habere.cau.200.nu.3.fol.475*

*Bono viro non conuenit, vt alterius rem contra conſcientiam habeat. caut.140.nu.10. fol.379*

*Bonorum aduentitiorum poteſt gubernator ab eo conſtitui, qui ipſa reliquit filio, dempto patri vſufructu. caut.86.nu.7. fol.252*

*Bonorum appellatione debitorum nomina ueniunt.caut.62.nu 15. fol. 193*

*Bonorum mobilium, & immobilium appellatione, iura, & actiones non veniunt; ideo ſi quis dixerit donare omnia bona ſua mobilia, & immobilia, etiam præſentia, & futura, quia non veniunt iura & actiones, donatio valebit caut. 51.nu.17. fol.162*

*Bonorum poſſeſſio antequam adimpleta ſit conditio hæredi tributa, quod ius tribuat.caut.108.nu.4. fol.312*

*Bonorum poſſeſſio, quæ conditione pendente hæredi conceditur, quod ius tribuat.caut.206.nu. 5. fol.310*

*Bonus quilibet in dubio præſumitur. caut.140.nu. 11. fol.380. caut. 72. nu.14. fol.220.*

**C**

*Calumnia alia vera, alia præſumpta, & quæ vtraq; ſit.nu.14.cau. 1. fol.7*

*Calumniæ excuſationem quibus in caſibus quis habeat, & quid in his iudex perpendere habeat. nu. 15.fol.7 & nu.16.caut.1. fol.8*

*Calumniæ facultas ex principali maieſtate capi non debet. caut. 17. nu.4. fol. 84.& ibi declaratur lex, nolumus.C.de teſta.verſ.quia autem.*

*Calumniæ notam præter caſus prædictos, vt quis euadat, quibus vtatur remedijs.nu.17.caut. 1. fol.8*

*Calumniæ præſumptæ licet quis periculum effugeret, non tamen euidentem vitaret calumniam.nu. 18.caut. 1. fol.9*

*Calumniator qua pœna teneatur, & an aduerſus eum iniuriarum actione agi poſſit, etiam ſi à calumnia ſe excuſet.caut.223.nu.4.& 5. fol.519*

*Capitula, & probationes quæ fiant ad hoc, vt coitus ſecutus concludat adulterium*

*terium conſtitiſſe,& tam quoad mariti perſonam, quàm quoad extraneos, & etiam quando proceditur per viam inquiſitionis.nu.124. 125. 126. fol. 27. item quando accuſat vxor.nu.132.fol. 38. & ex aduerſo reus quomodo tales accuſatoris elidat probationes, vt nu. 127. fol. 37. & nu.128.fol.38.& nu.130. cumſequen.caut.6. fol.eod.38*

*Captiuorum pro redemptione fœnerari non licet,caut.302.num.56. verſ. quia nec. fol.631*

*Carceratus debitor pro debito etiam priuato ibi etiam recommendari poteſt. caut.170.num.5. fol.428*

*Cardinalium collegium ſenatus loco hodie ſuccedit,cau.243 nu.7. fol.543*

*Caſtro cum iuriſdictione à Principe conceſſo,merum quoque,& mixtum veniet imperium.caut. 139. nume. 2. fol.428.*

*Intellige tamen,vt num.6.ibid.*

*Ac quia aliqualem illud patitur controuerſiam, quod dictum eſt in caſtri cõceſſione,merum ineſſe, & mixtum imperium, vtere conſilio tradito ibid.num.4. fol.eod.373*

*Caſtrum, quod alteri loco ſubeſt, ſi à Principe concedatur, vt merum etiam imperium veniat,quæ verba in conceſſione eſſe debeant.cau. 139. num.5. fol.373*

*Cauſa an requiratur in confeſſione pro iure reali.cau.29.num.2. fol.121*

*Cauſa expreſſa in libello realis actionis propoſita,ſi ex eadem cauſa ſuccumbatur, non obſtat exceptio rei iudicatæ quoad aliam cauſam, qua denuo rei vendicatio intentaretur, ſecus eſſet ſi cauſa in libello non exprimeretur, ſine in progreſſu cauſæ vnam poſtea cauſam actor proſequeretur,ſiue non. caut.4.num.12. fol.16*

*Cauſa in appellatione ab exceſſione executionis modi inſeri debet,& qualiter contingat exceſſus. cau.11.nu. nu.56. fol.66*

*Cauſa vbi non conſideratur, nec eius effectus debet conſiderari.cau.17.nu. 29. fol.94*

*Cauſa pœnæ ceſſante,ceſſat & ipſa pœna.caut.185.num.5. fol.455*

*Cauſa qualibet etiam iniuſta,excuſat à dolo.cau.145.num.17. fol.386*

*Cauſa,vt excuſet à dolo,debet prius eſſe orta, quàm in pœnam incidatur. caut.145.num.18. fol.386*

*Cauſæ magnæ non admittunt iuramentum ſuppletorium, ſed bene purgationis,caut.133.num.19 fol.362*

*Limita ibid. num.18*

*& vna etiam additur cauſa, quando non defertur iſtud iuramentum,ſcilicet cum quis agit ad pœnas l.ſi quis maior. C.de tranſ.quo caſu adimplementum tuum nõ poteſt probare per ſuppletorium iuramentũ.ibid.nu.17*

*Cauſæ non requiruntur in appellatione ab interlocutoria, quæ uim diffinitiuæ habet,ſecus ſi non habet uim diffinitiuæ. caut.10. num.22. fol.58*

*Cauſæ, quibus poteſt parentes quis exhæredes facere,ſunt ſeptem.caut. 92 nu.26. fol.269*

*Cauſam dicti ſui non reddens, teſtis regulariter probat. cau. 281. num.1. fol. 597*

*Intellige tamen ibid. vt nume. 2. & num.6. fol.598*

*Cauſam etiam in reali proponenda inſeri debere conſilium datur, caut.4. num.11. fol.15*

*Cautela abundans non nocet. caut. 7. num.3. fol.51*

*Certioratus dolo non caret. caut. 76. num.16. fol.213*

*Ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus, caut. 209.num.9. fol.498*

*Ceſſante cauſa,ceſſat effectus.caut.89 num.10. fol.260*

Ceſſante

Ceſſante cauſa finali ceſſat diſpoſitio. caut.69. nu.6. fol.205

Ceſſio actionis indubitatæ per donationem facta, quomodo concipi debeat. caut.17. nu.22. fol.94

Ceſſio actionum, & iurium quandoque ex vltima voluntate, quandoque pacto fit. caut. 17. nu.1. fol.84

Ceſſio ex pacto in non potentiorem facta, nunquid valeat, quando eſt in iudicium deducta, & quid eo caſu ſeruetur, & caſus enumerantur, in quibus ceſſio illa, iam in iudicium deducta valere poſſit. caut.17. verſ. attamen. nu.10. fol.86

Ceſſio in clericum facta, quando in potentiorem facta videbitur. caut.17. nu.9. verſ. ſimiliter. fol.86

Ceſſio pacto facta inter cohæredes, vel creditori facta pro debito, vel poſſeſſori pro rerum quas poſſidet tuitione ſimulata non præſumitur. caut. 17. nu.20. fol.93

Item & retractari nequit, cum ſit debitore præſente, & non contradicente, & an pauper contra maiorem quem timet cedere valeat. ibid. verſ. vnum, & verſ. an modo.

Ceſſio per pactum facta actionis eius, quæ ſit indubitata, ideſt nondum in iudicium deducta, quando valeat. caut.17. nu.12. & 15. fol.91

Ceſſio ſimulata quando ſit, & quando non. caut.17. nu.14. fol.91

Et quæ ſint ſimulationis indicia. ibid. nu.15. & 16. fol.91. & nu.17. & 19. fol.92

Ceſſionarius an in ceſſione procurator in rem ſuam neceſſario conſtituendus ſit, & ad abundãtem cautelam, & procurator in rem ſuam conſtituatur, conſilium datur. caut. 17. num. 30. fol.99

Ceſſionarius proprie creditor appellatur, & dominus. cau.256. n.2. f.564

Ceſſionarius proprie creditor dicitur, & habet priuilegium creditoris, ac dominus dicitur. caut.17. nu. 33. f.96

Limita nu. ſequen.

Ceſſionarius volens authoris ſui authorem de euictione conuenire, debet exprimere, quod hoc facit tanquam procurator in rem ſuam. caut. 62. num.10. fol.192

Ceſſionarius vtitur eodem priuilegio, quo principalis creditor, vbi ſtatutum concedit poſſe debitorem ad creditoris inſtantiam capi. cau.256. nu. 1. fol.563. quod tamen intellige. vt nu.4. & 6. fol.564

Ex quo conſilium datur ceſſionario ipſi. ibid. nu.5.

Ceſſione donationis titulo factã ſub ſpecie meritorum, & ſeruitiorum à ceſſionario habitorum, an merita probanda ſint. caut.17. nu.23. 24. 25. 26. 27. & 28. fol.49

Ceſſione ſimulata credatur, quibus conſilijs vtendum ſit remiſſiuè. cau.17. num.31. fol.95

Alia habes conſilia. nu.18. & num. 19. verſ. quibus attentis. fol.92

Ceſſionis beneficium quando pro tutoribus, vel curatoribus locum habeat. caut.289. nu.10. fol.605

Ceſſionum fiendarum formæ remiſſiuè ponuntur. caut. 17. nu.32. fol.95

Caritas prima incipit à ſeipſo. caut. 101. num. 12. fol.294

Citatio an interfuiſſe præſumatur cũ de ea in ſententia mentionem fecerit iudex. caut.253. numero 24. videque ſub numero 21. verſ. pariterq;. fol.557

Citatio an requiratur in expenſarum taxatione. caut.128. nu.14. & conſilium datur, vt citatio interueniat. ibid. nu.16. fol.347

Citatio cum ſit ſolennitas extrinſeca per ſolam negationem probatur, quempiam nequaquam fuiſſe citatum. caut.172. nu.8. fol.432

*Citatio eſt de iure diuino, & naturali, & eſt defenſionis ſpecies, nec vllo modo etiam per principem remitti poteſt. caut. 19. nu. 2 fol. 98*

*Citatio in ſingulis iudiciarijs actis fieri debet, ne proceſſus pereat. caut. 19. nume. 1 fol. 98*

*Citatio licet neceſſaria ſit, etiam ſi iudex de facto ſe informare poßet, attamen ſolennitas extrinſeca dicitur. cau. 253. nu. 16. 17. & 18 fol. 556*

*Citatio ne ſit neceßaria, & vt quis ſem per contra ſuum aduerſarium, etiã negotio nõ liquidato, actum expedire poſſit. cau. 20. nu. 1. fo. 100. & qui bus remedijs vtatur. nu. 2. fol. 101*

*Citatio peremptoria, niſi parte petente non valet. caut. 18. nu. 1 fol. 96*

*Citatio noua requiritur, cum ſubſtãtia, vel qualitas actus mutatur. cau. 32. nume. 4 fol. 129*

*Citatio requiritur partis, quando teſtes reperiuntur, ad aliquid addendum, vel ad alterandum eorum prius dictum, non vero ſi tantum ad declarandum, quod obſcurum eſt. caut. 267. nu 39 fol. 580*

*Citatio requiritur vbicunque actus ſub ſtantia, vel qualitate variatur. cau. 11. num. 36 fol. 64*

*Citatio ſemper requiritur, cum aliquid iudex etiam ex ſuo officio facit. cau. 133. nu. 27 fol. 363*

*Citatio ſiue iuſta, ſiue iniuſta tenet, quod verum eſt, cum dubium eſt, an ſit iuſta, vel ne: ſecus ſi de iniuſta citatione clarum eßet, quia non te neret cau. 176. nu. 3 fol. 440*

*Citatione peremptoria fienda, quid agere debeat pars. cau. 18. nu. 2 fol. 96*

*Citationi renuntiare poſſunt partes. caut. 20 nu. 1. verſi propius. f. 101*

*Citatus aliquis in criminalibus, quòd intra talem terminum compareat, alias in banno ponetur ſi tempus labitur, & vltima die termini Poteſtas ad bancum non venit, quid bannien dus agere debeat. caut. 216. num. 3. fol. 507*

*Citatus ex clauſula, ſi quis & cęt. quomodo actorem ad iudicium ſuum tra hat nu. 7. fol. 17. & num. 8. fol. 18 caut. 5*

*Citatus ſi per procuratorem non legitimum comparet, nunquid poterit con tra ipſum principalem contumacia accuſari, & quomodo ille, qui citari facit detineatur, ne principalis contumaciam accuſet. caut. 33. num. 8 fol. 131. & datur conſilium citanti quo non detineatur quin aduerſus citatum contumaciam in actis apparere faciat. ibid. nu. 9*

*Citatus tota die termini expectari debet. caut. 33 nu. 2 fol. 130*

*Ciuili pendente iudicio reus cõtra actorem criminalẽ poteſt intentare actionem, & tam ex cauſa connexa, quam ex penitus ſeparata. cau. 239. num. 1. fol. 538 & eo caſu ciuilis ſuſpenditur actio donec ſuper criminali pronuntietur. ibid. nu. 2*

*Ciuitas ſtatutum faciens, vt eius bona vendi poßint, & mox de poteſtatis plenitudine emptori bona alienata auferens, tenebitur ad intereſſe. cau. 234. nu 6 fol. 532*

*Ciuitas ſtatutum faciens vt eius rerum alicui Tyrãno alienatio fieret, ſi alienatio ei fiat, reuocari poterit, tanquã iuſto metu facta. caut. 234. nume. 5 fol. 532*

*Ciuitatis res vt vendi poſſint multæ requiruntur ſolennitates. caut. 234. nume. 3 fol. 532*

*Clandeſtine quis non poteſt dici rem ſuam poſſidere, quoniam conductio, & precarij rogatio in re tua, in ſe ipſum non cadit, & quomodo id intelli gatur. caut. 45. nu. 9 fol. 146*

*Clauſula codicillaris ex ſtylo, & notariorum conſuetudine imponitur, & an ideo tali caſu attendatur. caut. 23 nu. 11 fol. 107. nu. 18 fol. 108*


Clau-

*Clauſula codicillaris in teſtamento appoſita quando locum habeat. caut. 23. nu. 1 fol. 105*

*Clauſula codicillaris operatur, vt venientes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæreditatem ſcripto hæredi caut. 102. nu. 2*

*Clauſula codicillaris poſita in ſecundo teſtamento ratione deficientis ſolẽnitatis imperfecto, facit, vt ſuccedentes ex primo teſtamento, quod per ſecundum ratione defectus ſolennitatis imperfectum, & iure codicillorum valens, non eſt ruptum, videantur rogati reſtituere hæreditatem his qui in eodem ſecundo hæredes ſcripti ſunt. caut. 23. nu. 4 fol. 106*

*Clauſula codicillaris quid operetur. cau. 23. nu. 8. & 9 fol. 107*

*Clauſula conſtituti quas habeat vires, cum vir nomine vxoris dotales res conſtituit poſſidere. caut. 55. nu. 3. & 5. & eius virtus generaliter. num. 6. fol. 173. & nu. 11. cum cæteris ſequen. vſque in fi. fol. 174. caut. 55*

*Clauſula conſtituti quid operetur, & an ea potens ſit, vt pacto executiuo vtatur quis aduerſus ſing. ſucceſſorem eo non citato, & negotio non liquidato. caut. 214. nume. 16. & 17 fol. 505*

*Clauſula ex certa ſcientia idem operatur, quod clauſula non obſtante. cau. 275. nu. 3. verſi. quæ quidem. f. 592*

*Clauſula, omni meliori modo, quando non operetur. caut. 129. nume. 13 fol. 350*

*Clauſula, omni meliori modo, quid importet. caut. 117 nu. 3 fol. 329*

*Clauſula ſi quis ſua putauerit intereſſe nõ eſt arctatoria, nec reũ neceſſariũ facit, nec eius perſona præiudicat, vt contumax citatus haberi poſſit, ea non eſt propriè citatio, ſed edictum, & ex eo edicto comparens voluntariè actor, non reus dicitur. nu. 3. 4. 5 & 6. fol. 17 caut. 5.*

*Clauſula, voluit teſtator teſtamentum valere omni meliori modo, & iure, quo valere poteſt, idem operatur, quod clauſula codicillaris. caut. 23. num. 5 fol. 106*

*Clauſulæ codicillaris ratione ſcripto hæredi reſtituta hæreditate, vna tantũ legitima retinetur. caut. 23. num 6 fol. 106*

*Clauſulæ codicillaris vis, vt tollatur, quid agendum. caut. 23. nume. 14 fol. 108*

*Clauſulæ codicillaris vt tollatur effectus quo remedio vtendum ſit, remiſſiue. caut. 262. nu. fol. 570*

*Clauſula, quæ generalia & vniuerſalia verba conceſſione legitimationis cõtinet, facit, vt etiam infantes legitimari queant. caut. 147. nu. 5 f. 392*

*Clericum in adulterio deprehenſum pater percutere poteſt abſque eo, quòd in excommunicationem incurrat. nu. 28. fol. 24. amplia etiam in marito. nu. 29. fol. eod. non in ſponſo per verba de futuro. vt num. 30. fol. 25. hoc tamen caſu ſufficeret habere abſolutionem à proprio Epiſcopo ſub d. nu. 30 cau. 6*

*Celericus cauſa criminali pœnam ſanguinis ingerente, teſtis ſit irregularis, etiam ſi poteſtetur. caut. 279. nu. 4. & 5 fol. 595*

*Cui etiam clericus in criminalibus teſtimonium dicere, cogi nõ poteſt. ibid. nume. 6 fol. 596*

*Clericus quando abſque ſui iudicis conſenſu iuriſdictionẽ prorogare poſſit, & in quem. caut. 93. nu 7 fol. 271*

*Codicillos facere prohibentur, qui teſtari non poſſunt caut. 87. nu. 8. verſic. veriſſima, vbi ad Cardinales inſertur. fol. 255*

*Cognitio de quibuſcunque cauſis, ſi lege, vel ſtatuto ſit conceſſa, nulla intelligitur excepta. ca. 73. n. 11 f. 225*

Collecta

*Collecta ob bellum impoſita munus eſt extraordinarium.caut. 111.nume.3 fol. 320*

*Colonus in locatione ſtare non tenetur, vbicunq; locator rem in ſingularem transfert ſucceſſorem.cau.154.nu.1 fol.403*

*Vt autem cogatur remedium traditur tam quando ſit inter viuos alienatio, quàm etiam quando in vltima voluntate ſit.ibid.num.2.3.& 4.*

*Colonus quando inuecta, & illata in prædio ruſtico obligata habeat, & quid locator probare debeat.caut. 151.num.1.verſic.ſciendum igitur. fol.397.& illi conſilium datur, volenti aliqua in prædio ruſtico inferre, & neutiquam obligata habere. caut.151.nu.2 fol. 397*

*Comes Palatinus, vt legitimare valeat, quid in eius priuilegio requiratur.caut.147.nu.1.& conſilium habes.nu 3.fol.392.& aliud conſilium traditur ad hoc ibid.nu.6 fol.393*

*Comitis Palatini legitimatio in locum reſcripti Principis ſuccedit. caut. 255.nu.18 fol.562*

*Cui Imperator poteſtatem dare poteſt legitimandi, etiam extantibus legitimis, et naturalibus liberis.ibi.nu.19*

*Comitis vnius pluribus exiſtentibus hæredibus ad quos multarum & pœnarum commodum ſpectat, vnius ſolus in maleficijs ſe intromittere non poterit, niſi alios nolle, vel non poſſe, conſtet: & neceſſe eſt, vt omnes loquantur, cum ſe intromittunt. nu.4. & 5.cau.38. fol. 137*

*Commodati actione an ille agat aduerſus cum, qui pro furto vitando ob res mobiles poſt tempus, quo commodantur, detentas probat, & veriſſima deducit ſe crediſſe dominũ permiſſurum caut.152.nu. 18.fol.400*

*Commodatum ad certum vſum conceditur.cau.205.nu.2 fol.491*

*Communis omnium opinio quomodo probetur remiſſiuè, & quot teſtes requirantur.caut.203.nu.1 fol.488*

*Communis opinio ſequenda eſt in iudicando, & conſulendo.caut.92. num. 22.verſi.à recepta limita, vt verſic. licet. fol.268*

*Compendioſa ſubſtitutio, quæ ſemper fideicommiſſariam continet ſubſtitutionem, vulgarem non comprehendit. cau.75 nu.2 fol.230*

*Compenſatio de liquido ad liquidum licet regulariter fiat, tamen ſecus eſt, vbi vnum debitum eſt iuratum.cau. 202.nu.23 fol.488*

*Compenſatio de liquido ad non liquidũ non ſit.caut.24.num. 1.limita.nu.2 fol.109*

*Compenſatio ipſo iure de liquido ad liquidum regulariter ſit, dummodo opponatur; nè tamen vnquam compenſationi locus ſit, habes remedium ſecundum limitationem.nu.5. & 6.in fi.fol.109 & nu.7 fol.110*

*Compenſatio quibus in rebus admittatur remiſſiuè.caut.24.nu.3.fol. 109. & an admittatur de pecunia in quãtitate debita ad pecuniam in ſpecie debitam.ibid. nu.4*

*Compenſatio vt de liquido ad liquidum fiat, quid agendum ſit.caut. 24. nu.2 fol. 109*

*Compromiſſarij ſi laudent, quod partiũ altera alteri intra menſem quid faciat, altera verò intra annum, primus, qui contrauenerit, alteri laudũ ſeruare cogetur; alterque ab eo ob contrauentionem liberatus erit, vbicunque compromiſſo inter partes facto, iuratum ſit de non contraueniendo.caut.136.nu.4 fol.367*

*Compromiſſum ita factum, quòd ſemel, & pluries prorogari poſſit de duabus vicibus eſt intelligendum.nu.6. verſi.ideo.fol.13 caut.3.*

*Compromittere ſiquis ſtatuti forma cogatur,*

*gatur, & res euincatur, ſtipulatio de euictione committetur.cau.295. nume.5 fol.611*

*Cõceſſio quæ ſit, intelligitur ſine alterius præiudicio.cau.181.n.2 f.449*

*Conluſio intẽtata actionis demonſtrat qualitatẽ.cau.197.nu.2 fol.471*

*Cõcordari poteſt, & omnis teſtis dictũ, & pluriũ inuicẽ diſcordãtiũ, & quãdo cõcordia fiat, vt probetur, quandoue vt falſi nota vitetur, cau.268. nume.6 fol.582*

*Concordia teſtium, quæ ſine maxima difficultate fieri non poſſet ſolum quo ad periurij vitandam pœnã fieret. ſed ſi non cum magna difficultate fieret, admitteretur etiam quoad probãdũ.cau.267.nu.5 fol.576*

*Iſtud autem limita.ibid. n.25.fo.578*

*Cõditio in contractibus retrotrahitur, ſecus in vltimis voluntatibus.caut. 92.nu.2 fol.266*

*Conditio in præcedenti legato apposita cenſetur repetita in ſequenti, ſi teſtator ab eadem perſona eidem diuerſas res in eadem oratione copulauerit præſtandas, niſi modo huic repetitioni teſtantis voluntas refragari probetur.ca.175.n.17.f.437*

*Conditio inhumana reijcitur.cau.25. nume.1 fol.111*

*Cõditio vltima in legato attenditur, ſi interpellatis vicibus plures apponãtur cõditiones: ſecus ſi incõtinẽti; qa tũc erit ĩ legatarij uolũtate electio, niſi ſecũda cõditio ſub cõmemoratione primæ ſcriberetur. Ratio eius, qđ dictũ eſt de differẽtia ex interuallo, & incõtinẽti pro cõditionibus in legato inſertis traditur.caut.143.nu. 1. & 5.f.383. & qđ ſuperius dictũ eſt. amplia ibid.nu. 2. electioq; quæ hiſce in caſibus legatarijs datur, quid eis proſit. ibid.nu.3*

*Cõditione pendẽte hæres alienare nequit, qa tũc tẽporis hæres nõ videtur.ca.106.nu.3.an autem alienare valeat, conſiliũ datur. nu.4 fo.310*

*Conducens rem, & eam deterioratam reddens, an eam dominus recipere teneatur, ita vt ſi conſignata fuerit, & non recepta, ac mox furata ipſe dominus ſibi imputare debeat.caut. 46.nu.17.verſi.vnde hic. fo.151*

*Conductio, & precarij rogatio rei meæ in me non cadit.cau.45.nu.9 f.146*

*Conductor ſi in ſingularem ſucceſſorẽ per locatorem res transfertur, habet aduerſus ipſum locatorem ad intereſſe regreſſũ.cau.155.n.1 f.403*

*Ne aũt ad ĩtereſſe tũc locator teneatur, remediũ traditur.ib.n.2. f.404*

*Et pro colore, vel cõductore traditur remedium.ibid.nu 3.& plenius traditur conſilium.ibid.num.6.propter rationem traditã ibid.nu. 5.pleniſſimum autem traditur. ibid.nu.7*

*Conductori, & ſimilibus perſonis non competit interdictũ vnde vi ad poſſeſſionem recuperandam.caut. 200. nu.18 fol.477*

*Limita vt nu.21.ibid.*

*Confeſſio ab aduerſario facta, vt tibi proſit, & ei noceat, quid agendum. caut.26.nu.2.& 4 fol.115*

*Cõfeſſio de dominio aduerſarij in beneficialibus nõ nocet. cau.45.n. 5.uer. hanc autem. fol.146*

*Confeſſio delicti quãdo præiudicet, necne, nu.2.cau.28.fol.118. & pro intelligentia.nu.5 remiſſiue.*

*Confeſſio extra ius facta, cãm requirit nu.5.declara tamẽ, ut n.6.f.115 ca.4*

*Confeſſio extraiudicialis cum ſit circa ea, quæ ex libera animi voluntate confitentis non dependent, ſiue ſit obligatoria, ſiue liberatoria pars pſens eſſe procuret.ca.29 n 6 f.121*

*Confeſſio extraiudicialis ſi abſq; cauſa fiat, quoad liberandum tenet, ſecus quo ad obligãdũ obligatione pſonali.cau.29.nu.1 fol.120*

c Con-

*Confeſſio in iudicio facta parte abſente,& pro ea nemine accipiente,confitenti non praeiudicat. cau. 16. nu. 1.fol. 115.limitationem vnam habes.ibid.num.3*

*Confeſſio in iudicio pro te fiat, quid agere debeas,vt tibi proſit,& aduerſario confitenti praeiudicet. cau.28. num.14. fol. 120*

*Confeſſio iudicialis eundem habet effectum,quem & ſententia. cau.28.n. 2.f.219.limita.ibid.n.2.& effectus ipſius confeſſionis amplia.ibid.n.1.*

*Cōfeſſio iudicialis facta parte preſente praeiudicat.cau.28.n.13. fol.120*

*Confeſſio iudicialis in ciuilibus quādo praeiudicet,necne,& qualiter ſit recipiēda remiſſiuè.ca.28.n.21.f.120*

*Cōfeſſio iudicialis,quae ante litis conteſtationē fit, in criminalibus non efficit,qn ſentētia exigatur licèt ſecus in ciuilibus.cau.28.n.3: fol.118*

*Confeſſio liberationē inducens,nūquid abſente parte praeiudicet cū ex his fit,quae de libera animi voluntate non dependent cau.31.n.1.fol.128*

*Cōfeſſio liberatoria,ut etiā parte abſente ſemper praeiudicet, quo remedio vtendum ſit. cau. 31.nu. 2.fol.129*

*Confeſſio mutui ex publico inſtrumēto facta quando ſtatim confitenti praeindicet.cau.30.n.6.& 7. fol.124*

*Confeſſio per apocham, vel per publicum inſtrumentū de receptione pecuniae ante bienniū non obligat. ca. 30.n.1.amplia.n.2.3.4.& 5.f.124*

*Conceſſio Principis ſimpliciter facta ſemper intelligitur ſine alterius incommodo.caut.207.num.1.fol.494*

*Amplia ibid.num.2*

*Et conſilium datur. nu. 4. quo quis à Principe conceſſionē procuret, quae in alterius praeiudicium vertatur, & in quibus tale conſilium proſit, nec ne habetur,ibid.num.5.*

*Confeſſio priuilegiata non ſequitur ſingularem poſſeſſorem.cau.103 num.1.verſ.imò fortius.*

*Confeſſionis extraiudicialis tam obligatoriae, quàm liberatoriae effectus remiſſiuè.cau.20.num.6. fol.121*

*Confitens delictum licèt ſubiungat ad ſui tutelā,tamen facit,vt fiſcus ſuā fundatam habeat intētionem, ſaltē quoad infligendam extraordinariā. caut.28.num.10. fol.119*

*Confitens numeratam ſibi mutui cauſa pecuniam, & exceptionem proponens non prouocatus,actoris partes ſuſtinebit. cau.30.n. 12. fol.135*

*Confitēs qualiter cōtra confeſſionē ſuā venire valeat.cau.29.n.7.fol.122*

*Confitens ſine cauſa ſibi nunquam praeiudicat.cau.30. n.23. fol. 126*

*Cōfitenti cā mutui,ſi non recipit pecuniā,conſiliū datur, quo ſe aduerſus confeſſionē propriā tueatur.ca.30. n.10.ampliatur cōſiliū.n.11.f.125*

*Cōfiteri delictū volēs,vt aduerſus cōfeſſionē ſe tueatur cautela. n.6.ca. 28.fol. 119. & de cautelae effectu ſub num.8.& 9. ibid.*

*Confrontatio teſtium cum ipſo reo facta vices habebit partis citationis. caut.233.nu. 11. fol.531*

*Et quando haec fiat confrontatio, ibidem, num.12.& 15.*

*Quae quidem non eſt neceſſaria, ſed in practica ſeruatur.ibid.num. 13*

*Nec ea omiſſa corruit proceſſus ibid. num.14.*

*Quae quidē confrontatio quando fit,nō ſolū reus teſtibus exhiberi dēt,ſed & cū eo alij tres, aut quatuor, qui quantum poſſibile ſit reo ſimiles exiſtant. ibid.num.16.*

*Coniūcta perſona agente ipſius principalis ratihabitio requiritur, quando ſine mādato interuenit,aliàs domino praeiudicatur.ca.190.n 2.fol. 463.cui quidem coniunctae perſonae ſine mādato interuenienti, neq; etiā*

*ſolui*

*ſolui pōt,ſed de rato caueat. ibi.n.3*

*Coniuncta perſona quādò ſine mādato obſolutionem fiendam interuenit, quomodo libellum cōcipiat ca.190. n.4.& 5.fol.463.& 464.*

*Cōiūctæ pſonæ ſine mādato ſolui nō p̄t licèt poſſit ſine mādato ipſa cōiūcta perſona interuenire.ca.190 n.1.& nu.2. verſi. & cidem. fol.463*

*Cōſanguineū cū aliquē vocat teſtator, præſumitur talē eū credere,niſi contrariū doceatur.ca.69.n.7.fol.205*

*Cōſentire perſonæ actū facienti, & cōſentire actui idē eſt.ca.38.n.9.f.137*

*Conſtituti clauſulam factā eſſe ſimpliciter,& adiecto, precario nomine, quid differat.n.3.verſ. circa clauſulam.caut.20. fol.181*

*Conſtitutū,& precarium nō ualet,vbi principalis contractus nullius momēti eſt.caut.191 n.6.. fol.464*

*Conſuetudo delicti facit, vt quis capitaliter puniatur,etiam ſi ex ſimplici ipſo delicto mortis pœna non veniret imponenda.ca.162.n.1.f. 465.*

*Propterea cum tali in caſu aßeſſores morti quē tradere volunt, cōſilium datur,vt contra eam perſonā delinquentem,tāquam talia committere crimina conſuetam,& in ſceleribus his perſeuerare inquirant.ibid.n. 2.*

*Conſuetudo eſt optima legum interpres.caut.186.nu. 12. fol.459*

*Cōſuetudo ius poſitiuū dicitur,differēs ſolum à iure communi, vt tacitum ab expreßo.cau.219.n. 6. fol.510*

*Conſuetudo tanti temporis,cuius initij memoria nō ſit, quos operetur effectus.ca.203.n.1.2.3.4.& 5.f.488*

*Quod quidem talis cōſuetudinis tp̄s qūo probes,conſiliū datur, ib.nu.6.*

*Conſecratio poſſeſſionis quibus modis probetur.ca.200.n.15.f.476.& n. 17.22.& 23.f.477.& n.24.25.29 & 30.fol.478.& num. 32.33. & 34. fol.479.*

*Contractus continentia, vt per teſtes, deſtrui non poſſit,quo remedio vtendum ſit.cau.29.nu. 9. fol.123*

*Contractus ſunt indiuidui, qui non valent quo ad unum,nec quo ad alium ſuſtinentur.cau.45.n.13. fol. 123*

*Cōtractuū cōtinētia,qui in ſcriptis redigūtur,non acto,vt aliter non valerent,niſi inde ſcriptura oriretur,deſtrui poſſet,etiam per teſtes contrarium dicentes.cau 29.n. 8.fol.123*

*Cōtrarietas in acceſſorijs in cōſideratione nō habetur.ca.267.n.20.& ideo conſilium datur.n. 24. fol.578*

*Contrarietas modica non nocet. caut, 267.num.10. fol.577*

*Cōtrarietas, quę reſultaret inter partis & eius teſtiū dicta nullo mō concordari poßet.cau.267.n.29.fol.5.79*

*Contrariorū eadē eſt diſciplina,quādo eadē viget ratio.ca. 60.n.20.f.186*

*Cōtrariorū eadē eſt diſciplina,ubi eadē viget ratio.cau.65.nu.7. fol 197*

*Contumacem quē non dici ob ſuā, aut ſuorū infirmitatē.ca.16.n.1.fol.80*

*Cōtumaces rei,aut actores quas patiētur pœnas remiſſiuè.ca.22.n.1. 129*

*Contumacia delictum dicitur.cau.170 num.4. fol.428*

*Contumaciæ accuſatio quando non ſit neceßaria cau.33 nu.10. fol.131*

*Contumax aliquem actum cōtra ſe nō patitur, niſi altera parte inſtante. caut.32.num.2. fol.129*

*Cōtumax quādo cōtra cū ad cōtumaciæ pœnas proceditur,an ſemp̄ citādus ſit,uerū ut neceſſario citādus nū quā ſit cōtumax remediū datur.ca. 32.n.3.fol.129.& nu.5. fol.130*

*Cōtumax quis nō ſit,niſi fuerit eius cōtumacia accuſata, & accuſans pars licētiata extiterit.ca.33.n.1.f.130*

*Cōtumax quomodo quis cōſtituatur,cōſiliū datur.cau.33.n.3. fol.131*

*Conueniri poße quem quoſcunq; in loco,quis ſit modus.caut.93.num.11*

*12.& 13. fol.272.& 273*
*Conuentioni,& legi in contractu appo ſitæ ſtandũ eſt. cau.46.n. 12.f.150*
*Copiã iudicis qui non habet.ſi proteſta tur proſequendæ appellationis tem- pus ei nõ currit,& ideo datur conſi- liũ pro eo, qui ad ſummũ Pontificẽ appellat,nec ab hoſtiarijs introduci- tur.cau.131.n.1.& 2. fol.353*
*Corporum demonſtratorũ alia in gcne re,alia in ſpecie ſumuntur.ca. 69.n. 18. & quãdo horũ defectu diſpoſi- tio teneat,necne.cau.69.n.118.fo. 208.& num.20.& 21.ibid.*
*Correlatiuorũ eadem eſt diſciplina.nu. 133 fo.38.etiam in pœnarum cau- ſis vt cau.6.nu.95. fol.33*
*Corrigcre dictum ſuum incontinẽti po teſt teſtis,cau.280.n.1. quod intelli ge vt num.2.& 3. fol.596*
*Creditor cũ eius debitori facta eſt pro- teſtatio,ne ſoluat,quomodo ſe rege- re debeat,cau.43.num.3. fol.143*
*Creditor debitoris ſui rem propria non debet capere authoritate, & capiẽs punitur.cau.36.num.1. fol.133.*
*Creditor ex pacto poßeſſionẽ ingreſſus an eã retinere valeat. cau.36.num. 4. fol.133*
*Creditor licẽt aduerſus ſingularẽ ſucceſ ſorem non citatum vt; non poſſit pa cto executiuo,ſi tamen erit clauſula conſtituti,ſecus erit.cau.20.num.3 nec debitoris erit opus excuſſione. num.4. fol.101.& 102*
*Creditor licẽt olim ex primo decreto immitti poſſet in poßeſſionem om- nium bonorũ debitoris,hodie tamen non poteſt immitti vltra debiti mo- dum.cau.206.num.3. fol.492*
*Creditor põt eligere vnum ex pignori bus quod voluerit,vt vendat,cũ ſe- cundũ pactũ ei nõ ſatisfiat,declara, & limita.ca.35 n.1.& 2. fol.132*
*Creditor qñdo rẽ ſibi obligatam,à ter tio poſſeſſore poſſeſſorio remedio a- uocare valeat.cau.110. nu.8.317. & num.10.& 12. fol.318*
*Creditor ſolutionẽ factã cõfitens intra quod tempus poſſit non ſolutæ pecu- niæ exceptionem proponere. caut. 30.num.24. fol.128*
*Creditor vt rẽ debitoris propria queat capere authoritate, quo vtatur re- medio.cau.36.nu.3. fol.133*
*Creditores, aut legatarij,quãdo incer- tus eſt hæres quomodo agant. caut. 105.num.16.& 17. fol.309*
*Creditores excluſi ab exceptione non numeratæ dotis,poſſunt petere reſti tutionem ex clauſula generali.caut. 27.num.12. fol.117*
*Creditores expreſſam habẽtes hypothe cã anteriorẽ, mulieri præferũtur ex preſſam nõ habẽti ca.27.n.7.f 117*
*Creditores niſi debito tpe pecunia ſolua tur ſecũdũ pacti normã,de facultate ſibi poſt morã ingrediẽdi poßeſſionẽ p debitores tradita,ingredi poterũt, attamẽ vrbanius agẽt,ſi iudicis au- thoritate ipſam poſſeſſionẽ adipiſcẽ- tur: ſed qa id cõtradictionẽ patitur, cautius traditur remediũ,quo credi tores ſuam et authoritate et ingredi & adipiſci queãt ca 34 n.1.& 2.am pliatur.n.3.conſiliũ traditũ procede re etiam negotio nõ liquidato:ſi ver ba ſubdãtur,de quibus ibi.n.3.f.132*
*Creditores ſi neq; exceptionẽ nõ nume ratæ dotis intra tps oppoſuerint,ne- que ſibi de expreſſa hypotheca caue rint,qd agere dẽnt.ca.27.n.11.117*
*Creditori confitenti conſiliũ proponen dæ exceptionis non numeratæ ſolu- tionis datur.ca.30.nu.25. fol.128.*
*Creditori cõſilia dãtur qbus efficaciter cõfitentẽ arctet.ca.30.n.23.fo.127*
*Creditori conſiliũ datur, vt cũ re vera mutuat ex confeſſione debitoris ſta tim eum, & effectualiter, obnoxiũ habeat.caut.30.num.8. fol.127*
*Creditori,vt magis publicum documen*

*to obligationem ſumat, quàm priuata ſcriptura, conſilium datur. cau. 122. num. 7. fol. 338*
*Creditoribus conſilium datur, ne ſināt labi ſtatutum terminum ad allegandum exceptionem non numeratæ dotis. caut. 27. num. 6. fol. 116*
*Creditoribus conſilium, quòd mulieri in bonis mariti præferantur. cau. 27 num. 10. fol. 117*
*Creditoribus pariter ſubuenitur, cum hæres æditionem differt, & ſi intra tempus illud non adeat quid erit. caut. 109. nu. 6. & 7. fol. 313*
*Criminali iudicio pendente reus ciuiliter eius non poteſt conuenire accuſatorem. caut. 223. num. 1. fol. 518*
*Criminali pendente cognitione reus ciuiliter eius non poteſt conuenire accuſatorem. caut. 223. n. 1. fo. 518.*
*Criminali pendente cognitione reus accuſatorem ſuum ciuiliter conuenire nequit, & quare. cau. 239.*
*Culpa ſi probetur eius, qui paſſus eſt per ſententiam rem alienari, æſtimatio vera ipſius rei haberi poterit. caut. 14. num. 9. fol. 79*
*Culpa vnius alteri non debet nocere. caut. 72. verſ. planum. n. 3. fol. 218.*
*Cumulari non poſſunt ciuilis, & criminalis actio etiam ad diuerſa tendentes, quando in eodem libello contra eundem, & ex eadem cauſa intentantur per eandem perſonam. caut. 22. num. 1. fol. 104*
*Cumulatio verborum magis quàm ſimplex diſpoſitio operatur. caut. 139. num. 11. fol. 373*
*Curatori adoleſcentis hæreditas ab ipſo adoleſcente reſtitui poterit. caut. 220. num 13. fol. 514*

*D*

*DAmnatio in metallū, & relegatio hodie nō ſunt in vſu, & quæ pœnę hodie ſint earum loco ſubrogatæ. caut. 6. nu. 23. & 24. fol. 24*
*Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputet. cau. 60. num. 19. verſ. damnum. fol. 186*
*Dānum timens ex onere, quod quis ex conceſſione in loco publico facit, pōt petere ſibi de dāno infecto cauere. cau. 181. n. 1. fol. 449*
*Secus tamē eſt, quando ad publicam vtilitatē opus fieret, tunc enim nemo eſt à quo ſtipuletur, ibid. num. 3.*
*Cōſilium tamen hoc in caſu traditur quod iudex ob hoc adeatur. ibid. n. 4*
*Dare ſignificat dominium transferre, caut. 52. nu. 3. verſ. dare. fol. 167*
*Datio in ſolutum ſi euincatur priſtina obligatio non redit, ſed vtili ex empto actione ad intereſſe agitur. cau. 37. n. 1. declara vt num. 3. fol. 135*
*Datio in ſolutū ſimilis eſt venditioni. ca. 37. n. 1. f. 135. ver. quia datio in ſolutum. quod intellige vt n. 3. ibid.*
*Datione in ſolutum interueniēte quid ſeruandum ſit, ne actio priſtina tollatur, & huius rei ſeruandæ, quæ ſit vtilitas. caut. 37. nu. 2. fol. 135*
*Debitor ex facto alieno quō in mora cōſtituēdus ſit. caut. 125. n. 4. fol. 341*
*Debitor hypothecaria cōuentus dominij quæſtionē referre nequit. caut. 120 nu. 2. & limita. nu. 4. fol. 335.*
*Debitor licèt creditori ſuo contra ſuū debitorem actionem cedat, ceſſione tamen non obſtante contra ipſum agere, & exigere eius creditor poterit. cau. 171. num. 1. fol. 436*
*Ne tamen amplius valeat exigere, remedia dantur. ibid nu. 2. & 3.*
*Debitor manus ligatas hēt, ne pignorata bona alienet. ca. 35. n. 3. f. 142*
*Debitor p verba notarij appoſita in inſtrumēto cōfeſſionis, de qbus verbis dicitur. cau. 30. n. 7. & 9. ligatus, ne nō mutuatæ pecuniæ exceptionē opponere queat, qualiter ī caſu ſibi nō factæ numerationis aduerſus dicta*

c 3 verba

verba ſe valeat adiuuare. caut. 30. ibid. fol. 124. & 125.

Debitor pignus alienans, ſtellionatus crimine tenetur. cau. 35. nu. 4 f. 132

Debitor, qui purè tenetur, an per factam interpellationem ſtatim in mora conſtituatur. caut. 125. num. 5. fol. 341.

Debitor quo remedio poſſit pignus impunè alienare. caut. 35. n. 5. fol. 132

Debitor quo remedio vtatur, vt tentet recuperationem poſſeſſionis iam per creditorem ſecundum pacti normã ingreßæ. caut. 36. nu. 5. & nu. 7. uel ſaltem vt ſe à læſione indemnem cõſeruet. nu. 8. remiſſiuè. fol. 134

Debitor, vt in mora conſtituatur, quando eſt ex facto proprio debitor, ſola ſufficit denunciatio. caut. 125. nu. 1. fol. 341. ſecus eſt in debitore ex facto alieno. nu. 2. ibid.

Debitori ſoluenti conſilium datur ne creditor exceptionem non numeratæ pecuniæ vnquam apparere poſſit. caut. 30. nu. 26. fol. 128

Debitoris debitori proteſtatio, ne ſoluat, quomodo ſit fienda. caut. 43. nu. 2. fol. 143

Debitum liquidum alienorum bonorũ adminiſtratores gratis, & expreßè remittere nequeunt. caut. 290. nu. 1. fol. 606

Decem dies ſtatuti ad petendã interlocutoriæ reuocationem continui sũt. caut. 10. nu. 25. fol. 58

Declaratio in interpretanda ſententia omnino extranea eße non debet. caut. 11. nu. 33. fol. 64

Decreto primo qui mittitur in poſſeſſionem ſua non debet authoritate, ſed per executorem poßeſſionem appræhendere. caut. 165. nu. 1. ſed licentia, iudicis abſq; nuncio ingredi poteſt. ibid nu. 2. fol. 421.
Quod limita ibid. nu. 4. & n. 6. f. 422
Ideo datur cõſiliũ, ne quis ex primo decreto poſſeſſionẽ ingrediatur, niſi cum executore, aut ſine, ſed iudicis id permittẽte authoritate ibid n. 9.

Decretũ primũ ad ueri creditoris requiſitionẽ interpoſitũ, alijs quoque creditoribus pdeſt. cau. 206. n. 1. f. 492
Quod tamen intellige, ut ibid. n. 2. & n. 5. 8. 9. & 10. fol. 493
Et quando iſtud primum decretum ad vnius petitionẽ interpoſitũ alijs prodeſt creditoribus, illi alij creditores proceſſus facti ad primi petentis inſtãtiã copiã petere poßũt. ibi. n. 7
Ac vt in hoc caſu quando decretum ad vnius inſtantiam interpoſitum tibi prodeße debere prætendis, practicare ſcias, conſilium datur. ibid. nu. 8. & quanto tempore beneficiũ tuum duret. ibid. n. 9. fol. 493

Defunctorum de ſtatu poſt quinquennium agi non poteſt. caut. 267. num. 17. fol. 577

Delegans an ſui delegati ſentẽtiam declarare queat, cum ipſe delegatus ſibi expenſarũ taxationem reſeruauerit. caut. 11. n. 21. vſq; ad n. 26. f. 64

Delegatione pluribus facta cum clauſula ea, quod ſi non omnes ſimul intereſſe poſſint, alij iudicent, an, & quando vnus abſque alijs procedere poterit. caut. 39. nu. 1. fol. 138

Delegatione pluribus ſub ea clauſula facta, vt vnus ſine altero, vel alijs iudicare valeat, vnus etiã in requiſitis alijs iudicare poterit, & tunc vno inchoante, alij abſq; cauſa, legitime ſe intromitere nõ poterũt. cau. 38. n. 1. limita n. 3. fol. 136. et circa limitationem hanc vide, quæ dicuntur nu. 5. 6. 8. & 10. fol. 137

Delegatus à Principe alium ſubdelegans ſubdelegatum reuocare tunc poteſt, cum adhuc eſt res integra, licèt ſubdelegatio ſuſcepta ſit, et quare id fieri permittatur. caut. 209. nu. 15. fol. 499.

Dele-

*Delegatus an expenſarum taxationẽ ſibi reſeruare valeat.caut.128.nu. 4.& 7.& limita.num.8. fol.346*

*Delegatus iudex in expenſis quem condemnans, reſeruata ſibi taxatione, an illa reſeruatio quicquam operetur,caut.11.num. 20. verſic. ſi delegatus. fol.63*

*Delegatus Principis alium ſubdelegare poteſt.cau.40.n.1.quod amplia, & limita.ibidẽ remiſſiuè, & ipſam commiſſionem poteſt reuocare,etiã ſi ſubdelegatus eam ſuſceperat,dũmodo nõ vſus fuerit.ibid.n.2. f.138*

*Delegatus Principis an meri,& mixti Imperij cauſas ſubdelegare valeat. cau.16.num.9. fol.82*

*Delegatus Principis quãdo poterit ſubdelegationem factam etiamſi vſus fuerit ſubdelegatus reuocare. caut. 40.num.3. fol.139*

*Delegatus quis retineat iuriſdictionẽ etiam quo ad executionem remiſſiuè,caut.128.nu.9. fol.346*

fin.lege quoque.fac. 44.li.1.colum.1.le.probari poſſet.eadem fac.ſub nu.173.le.poſſet.& ibid.
in pen.& ult.lin.dele ea verba repetita,quòd accuſatio,& c.fac.45.col.1.ſub nu.176.le.ne-
quaquam.fac.46.num.181.le.iſti ſex.fac.54.col.2.in ſum.ſub num.24.le.& an.fac.55.col.1.
li.38.le.Maran fac.56.nu.5.le.Secundus.fac.57.ſub nu.13.le.habes ergo.eadem fac.col.2.lin.
10.dele,eſt.fac.58 ſub nu.25.le. decem. fac.62.col.1.li.1.le.acceſſoriè,ead.col. ſub nu.12.le.Se
cundo ex qualitate,& ſub eod.num.ibi Pap.publico,le.P.publico. ſic etiam le fac.63.ſub num.
18.ad ſi.fac 65.ſub num.41.le ab executore.fac. 66.ſub num.52.le ad idem fac.67.ſub num.
58.le.ſenſiſſe.fac.70.col.1.ſub nu.1.le.ad hoc not.allegar.fac.73.col. 1.le. 6.& ult.par fac.87.
col.1.li.34.le.deductam.fac.91.ſub nu.16.le.modico fac.92.col. 2.li. 5. le. intentatur. fac.95.
col.2.li.15.le.potes fac.98.col.2.lin.21.le ſub num.14. fac.100. col.2. lin.pen. le.rem.5. fac.
104.col.2.lin.antep.nõ ponas illã literam.l.ſed dicas, cum ſeq. fac.107.col.2.li.9.le viri.fac.
109.ſub nu.2.le.ſit certa.& ſub nu.4.le Scias fac.111.li.2.& 3. col.1.le.reſpuitur.& col.2.li.
6.le.eum.fac.112.ſub nu.14.le fatuum,fac.114 ſub nu.21.le.prudentia,fac.124.ſub nu.7.loco,
requirit,le.recepit.fac.125.col.1.li.19.dic,qualiter ille Scholaris in Rectorem. & col.2.li.3.le.
cautus.fac.127.col.2.li.19.le nam videmus fac.128.col.2.ad fi.le.liberationem fac.129.cau.
31.ſub nu.4.le.qualitate.fac.132.col.1.li.7.le.poterunt. fac.141.col.2.li.12.poſt ea verba, de
uſucap adde,Balb.in rep.l.Celſus,eod.tit fac.144.col.1.li.10.le.probationis.fac.145.col.2.li.
7.le.opinionem habes,& li.18.le.per inſtrumenta.fac 146.nu.8.ad ſi.le C.eod fac. 147 ſub nu.
13.le.aliud fac.148.col.1.li.22.le. remedio.& col.2.li.fin. le. ob ſolutionis. fac. 150. col.2.li.5.
le.quinquennium.ibid. ſub nu.12.dic.l.contractus.& fac 151.col.1.ſub num. 15.idem dicas.
fac.155.col.2.li.24.le.declaret,& ead.col.li.42.le volentes.fac.161.nu 9. dele, ad,fac.167.col.
1.li.1.poſt ea verba,à traditione,adde, diuerſitatis rationem Gaſpar Caballin. fac. 171.col.2.
li.21.le.viris.fac.173.ſub num.10 li.40.adde. C.de pign fac.174.nu.13.le.extende.fac.176.
col.1.in ſi.linea.11.adde ff.loc.Bar.in l.vectigalia.§.1.ſub nu.1.fac.ead.d.col.li.36.poſt ea ver
ba,volum.1.adde,Iaſ.in l quod te,eadem fac.col.2.li.28.le.conſ. 105 fac. 177.col.1.li.fi.lege,
quamque.fac.181.col.2.li.3.dele ſing.291. Cum iſti fratres,& in ead. col. li. 5.poſt ea verba
circa medium dicas,ac conſ.291 ſub nu.6.incip. cum iſti fratres fac. 182.li.18.& 19.le. verſ.
Quòad octauum, nu.16.& ſeq.loco eorum verborum , Quare ad tertium. fac. 189. col.1.li.31.
& 32.le.uti poterit,& col.2.li.23.le.tenere,quamque fac.194.in rub.cautela 63.le.partis.fac.
197.li.28.col.1.le.conſ.71.incip. Princeps defunctus, fac.200.col. 2.li.32.le.conſ.84 fac. 201.
col.1.li.8.le.opponendam,& col.2.ſub nu.2.le.quòd illa.fac.205 ſub nu.3. le. actus oppoſita. &
ſub nu.5.circa ſi.le.inducit. fac.206.li.4.lege.885. fac.217 ſub nu.4 ad ſi.loco.q. le. §.& ad ſi.
cau.71.le.alleget.fac.224.col.1.loco transferri,dic transferre fac.229. ſub nu.7.le.ff.de fideic.
libert.& li.ſi.le.nu.98.fac.232.ſub nu.7.col.1.le.inter te.fac. 233.li.15.col.1.le.Gram.ad fac.
236.ſub nu.6.loco,habent,le. habeant.fac.238.col.1.li.14 le.74. fac.239 .col.2.li.11.le.C.de
pact.fac.241.col.2.li.12.le.conſ 211 fac.241.col.2.li.29.le iuramentum. fac.245.col.1.li.pen.
le.Rayne.fac.252.ſub nu.9.le.mole.fac.258.col.2 ſub nu.1.le.per hoc fac.263.col 1.ſub nu.31.
ad ſi le apprimè fac.268.col.2.lin.2 in ſi.le.49 fac. 277.col 1.li ſi.le.præcipit fac.284 ſub nu.3.
le.quod ad tui.fac.285.col.1.li.27.le.contingeret In rub.cau.c.le.promittit.& ibidẽ in diſcurſu,
ſub nu.1.lege iterã fac.302.col.2 li ſi.le.nihilomagis fac.303.col.1.in li 2.le.poſſe.fac. 309.ſub
n.17.le.cõpareat fac 313.col.1.li.7 le.doct.& li.14 le Marcus fac 317 co 1.loco quadraginta,le
ge quadrageſima,col.2.li.36.dele,nõ fac.318.co.1.li. 34 le.2.li.col.2.ſub nu 14.loco, quorũ.le.
quatuor.& circa fin.loco numero,le.numeris fac.323.col.1.li.2.le.ca.25 fac.326.li.4.col.1.le.
212.& col.2.ſub n.5.le.C.de do.fac.329.col.2.li.30.le. Alex.cõſ.112. fac.333.col 2.ſub n.1.le.
ideoque putat.fac.346.col.1. ſub nu.5.le ſed eum delegans. fac.347. col 1.li antep.adde deciſ.
fac.348.col.1 lin.pen.le.cõſ 83.nu.8.lib.2.fac.352.col.1.li.17.le.eodẽ.& li ſeq.poſt verbũ opera
tur,adde ignorantia fa.355.col.2.li.11.le.aliqua.fa. 363.ſub n 22.le.conſ. 53.fa.366.col.2.li.
38.loco illius verbi,Limita,le.50.fa.370.col.2. li 13.le.Gozad.cõſ 59.fa.380.col.2.li.12.le.for-
mabis.fa.383.col.1.li.34.le.ca.92.incip fiſcus,& col.2.li.36.le adiectio.fa.385.col.2 ſub n.4.le.
cũ vinculo.fa.386.col.1.li.28.le. conſ 92.vol. 1.n.13.& li 41.le.572.col.2.li.29.le. cõſ.119 ſub
nu.12.lib.2.& col.ſeq.le. vol.6.fa. 387.col.1.li. 24.le.con.198 & col.2.li.pen. le.conſ.212.vol.2.
fa.388.col.1.li fin.le.d.cõſ.212.fa.391.ſub n.13.loco, nimium,le.nimirum. fac.393.in prin.cau.
148.le.Libellus regulariter certus eſſe debet, ut reus deliberare non ignoret an cedat, vel conten
dat.fa.397.col.1 ſub nu.3.le.quoad,in locum,verbi,quod.& le.fuerint,loco,fuerit.fa.399.ſub
n.11.le.vallatus,& col.2.li.12.le.quem fa.402.col.2 ſub nu.14.le.Inſt.de l.Aquilia.& ſub nu.
17.le.peracta.fa.404.col.1.li.17.le.l.ſi vir.& col.2.li.ſi.le.reconducta. fac. 407.col.1.li.3.le.C.*

quem.

*quem.teſt.aper.* & *li.12.le.conſ.49.nu.3.* & *li.44.le.ſauorem. fac.408.col. 1. li.20. le. eant.fac. 412.col.1.nume.3.le bienuium.* & *lin.38.le.contra hæredes fac.414.li.41.col.1.le.textibus.fac. 415.col.2.li.32.le.103.* & *lin.pen.le. Arius.fa.416.col.1.li.33.le.minor.fa.417.col.2.li.20.le. iuraturus.* & *li.29 le.redde de.* & *li.34.le.prorſus petet.* & *li.36.le.habeat.fa.419. col.1.li.12. le.litigante.* & *li.35 36.le.Regnicola.* & *lin.45.loco manu.le.mand.fa.422.colum.1.nu.7.le. Quod nedum:fac. 423.col.2.li.26.le.cau.164.* & *li.31.le.iure. fa.424. col.1.li.25.le.conſ.83. fac.425.col.2 ſub nu.1.le.Phil.Pos.fac.428.nu.6.le. creditoris.* & *ſub eod.nu. prope fin. le.trudi patiatur fac.437.col.1.li.17.le ſubſtitutionem.fac.439.colum.1.li.7.le.voluerit.* & *li.11. le.inſtituo fac.442.col.1.ſub nu.4.loco,nunciatum,le.nunciationem fac.443.col.1.li.5.le.tradi-tur à Bar.* & *col.2.li.16.le.factam.* & *li.antep.le.vinculum.fac.444.col.1.li.17.le.meticuloſus. fac.445.col.2.li ſi.le.dicta ſunt.fac.447.col.1.li.28.le. ad tale opus.* & *li.antep.le. de ſeru.ruſt. præd.* & *col.2.li.38.le.quamquam.* & *li ſeq.le habere fac.448. col.1.li.2.le.59. fac.449.col.1.li. fi.le.ſtipulationē.fa.450.col.1.li.11.le.feudo.* & *li.26.le.vere.col. 2.li.20.le.ſolues.* & *li.31.le.potuerunt,vel æſtimare noluerunt fa.453.li.12.col.1.poſt nu.177. adde, ſub nu.11 lib.2.fa.454. col.1.li.10.le 573 fa.458.col.2.li.13.dic,vol.3 n.2.fa.459.col.1.li.5.le.Socyn.* & *li.9.le.quia.* & *li.18.dic,quib.mod.* & *c.fa.461.col.1.li.17.le.141.* & *li.ſeq.le.148 fa. 463.col.1.li.11.le.Bal.* & *li.fin.le.C.de procur.fa.466.col.2.li.5.adde poſt illud verbum,atrocius,iſta verba, inferre, vel ad extraordinariè puniendum grauius fa. 467.col.1.li.34.dic,* & *omninò,* & *li.36.le.dictum,* & *li.37.le.frequenti.fa. 471.col 2.ſub nu.1.cau.197.dic,conſ.57.* & *li.antep.le.numerum.fa.475. col.1.li.21.le.vol.3.fac.480.col.2.ſub nu.1.dic,qui in interrupta,* & *li.ſeq le.regulariter explere poſſit.fa.482.col.2 li.14.dic primo,parte,loco,partes,mox,partis,loco parte. fac. 486. circa fi. col.1.le.renouetur,* & *col.2.loco,relatam,le.velatam.fa.490.col.1.li.31.le.299.fac.491.col.1.li. fi.le. concederes.fa.492. col.1.ſub nu.3.loco,ſecunda,le. ſeruanda.fa. 499. col. 1.li.3.le. cap.is qui.fa.505.col.1.ſub nu.13.le.vt ita hic doceo.fa.508.col.2.li.8.le.260.* & *li.fi.le ſeptima.fa.510. col.2.nu.15.dele,ab fa.515.col.1.ſub n.4.loco pupillo,dic pupilli amicis.fa.517.co.1.li.38.39.le.indecet,loco,verbi,videlicet,fa.519.col.2 ſub nu.2.loco,fient,le.fieret.fa.523.col.2.li.6.le.prædicto ver.fa.526.col.2.ſub n.5.loco.ſucceſſionum,lo.ſucceſſorum.fa.529.col 1 ſub n.1.loco,appellator, le.appellatur,* & *loco,perfectū,le perfectionē,* & *col. 2.li.18.loco verborum neìum ſubdit,* & *c.le.* & *inquit ipſe Clar.in.fa.532.col.1.li.2.le.poſſet.* & *li.8.* & *9.le finalibus verbis.fa.533.col.2.nu. 3.le.fit.fa.536.ſub n.15 loco,venditionis,le.venditoris fa.540.col.2.li.4.le.niſi fa.541.col.1.li.2. le.ſubſcripta* & *li.3.le.quo ad perſonales.* & *col.2.li.31.le.executionem.fa.543.col.2.li.5.le.quidē. fa.551 col.2.li.4.5.le.prædicto,* & *li.35.le.interrogationi fa.556.col.2.prope n.21.le. quæſtionē.fa. 558 in rub.cau.254.in 1.li.le.creditorem.fa.559.col.1.li.13.le.iudicaſſe.fa 562 col.1.li.6.le.ut alimentorum,* & *col.2.li.42.le.vt ſpurium fa 570.col.1.li.8.le.ipſam reg. intelligi.fa.571.col.1.li. 9.le.habui.* & *col.2.circa fin.le.iurantes.fa.575. col.2.li.4.le quando,* & *li.19.20. detrahe verbum,inferius,* & *col.2.ſub nu.15 loco, actus, le.actus.fa.578.col. 1.li.11. 12.le.quandoquidem loco,verborum quod ſolum.fa.579 col.1.ſub nu.28.dic,* & *non concordabiles,* & *col 2.li.1.le.179. col.vlt.vol.2.ſed conſ.180.ſub nu.12.vel eod.fa.581 col.2.ſub nu.4.loco concedibiles,le.concordabilis.fa.583.ſub nu.24.ibi,cauſa,adde,alia.fac.585.col.2.nu.2.le.ut pars.fac.586.col.1.li.5.le. cau.253.fa.588.ſub nu.14.le.eo,de cuius,ſub nu.17.le.Dec.con.64.fa.589.col.1.li. 8.9.le.prohabit,* & *le.erit* & *li.14.loco,cum l.lege,vel.col.2.ſub nu. 19.le.maior.fa.591.col.1.num.3.le. Quos.col.2.ſub nu.2.le.cau.112.fa.594.col.1.le. Pract.Contra.fa.603.ſub nu.5.le. Villal.* & *circa fi.col.1.le.rationes.fa.604.col.2.ſub nu.2.loco,conuenium tur,le.conueniatur. fa.602.col. 2.circa fi.ibi lege inſtrumentorum,loco verborum eorum.l.in propriam.fac.608.poſt nu.1.loco,priores,le. peritos.fa.611.col.1.li.1.poſt verbū,tempore,adde, emptorem. col.2.lin.8. dic,lib.1. fa. 612.col. 1.poſt num.2.loco,venditoris,dic,venditionis,* & *ſub num. 3.le. de hoc eſt glo. fac.613. colum.1. li.10.le.duabus,* & *li.antep. lege,fundum.fa.615. colum.2 li.20.poſt num.140.adde,Bar.autem in d.§.ſiue,nume. 4.quærit,fac.615.colum.1. lin. 16.le. iudex cogi.fac. 617. colum. 1. li. fin. dic, tit.8. fac. 622.colum. 2. li.1.dele,illud,non.fac.226.colum.1.li.6.le.aptè, loco, apertè.* & *lin.9. le. Iudex ſe.* & *lin. 14.le. ſubiungit.* & *lin.33.le. caut.292.colum.2. lin. 19.le. allegat.fa.227.colum.1.li.10.le.laborem.fa.628.colum.1.li.24.le.primum emptorem.fac.629. colum. 2.lin.18.le.ſecunda.q.5.fa.630.li.27.col.1.le.* & *ſibi.* & *li fin.le.colligeret.fa.631.li.38. 39.le.omnem.colum. 2.circa fi.le.cau.94.fa.632.col. 2.li.16.le.docet,loco, Docto.fa.633. col.2. li.1.2.le.retinenda,* & *poſt nu.5.le.qualis qualis.fa.534.colum.2.li. 8. le. turbationis modus,* & *lin. 32.33.le.aduerſarius.fa.637.colum.1.lin.39.le.Caſtrenſem.*

# PRACTICA
## ET THEORICA
## Eorum quę frequenter in Iure contingunt.
## SIVE
## CONSILIORVM CAVTIONVMVE
## Tractatus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

### CAVTELA PRIMA.

*De calumniatoribus falſi crimine puniendis, & de excuſationibus à præſumpta calumnia.*

*SVMMARIVM.*

Iuſtitiæ laudes, in princ. vſq; ad verſic. & veritatis.
Veritatis laudes, antè nume. 1. verſic. Et veritatis.
Calumniantium, calumnięque opprobrium, antè nume. 1. verſic. Quid igitur, & verſic. Quid & de calum.

1 *Accuſator falſus, talionis pœna ex iure ſcripto tenetur, quæ eſt ſupplicij ſimilitudo: Et multa dicuntur in huius odium; ante nu. 1.*
*Amplia num. 3. & ſub num. 5.*
*Conſuetudo tamen extraordinariam introduxit pœnam, vt num. 11.*

2 *Pœna talionis qualiter falſo accuſatori imponatur.*

4 *Pœna alia ſolet honeſtioribus, alia humilioribus imponi, & num. 5.*

6 *Accuſator falſus an de falſo teneatur, & num. 8.*

7 *Falſitatis pœna non eſt cum eo, in quo quis deliquit, commenſuranda, ſed ubi dolus ineſt, et partis prępiudicium, quis de falſo tenetur.*

*Accuſator falſus quando de falſo argui queat; & cautela, vt de falſo talis accuſator teneatur, num. 10.* 9

*Pœna capitalis, & membri ſimul cum imponitur, membri pœna prius dari debet, ſub num. 9. verſ. Quatenus autem.* 10

*Arbitrium iudicis an ad mortem etiam naturalem extendatur, ſub numero 11. verſ. Quorum quidem arbitrium.* 11

*Pœna extraordinaria in calumnia dupliciter imponitur, & quomodo id ſit intelligendum.* 12

*Delicta puniri publicè intereſt.* 13

*Calumnia alia vera, alia præſumpta, & quæ vtraque ſit.* 14

15 *Calumniæ excuſationem quibus in caſibus quis habeat, & quid in his iudex perpendere debeat, numero 16.*

17 *Calumniæ notam, præter caſus prædictos, vt quis euadat, quibus vtatur remedijs.*

18 *Calumniæ præſumptæ licet quis periculum effugeret, non tamen euidentem vitaret calumniam.*

ACCVSANTES falsò de delicto quātum Reipubl. afferant detrimentū indè facilè patet; Quia & Iuſtitiam in alienas ærumnas ſubuertere conantur; quæ cæterarum eſt virtutum mater, nutrixque appellanda, vt Stobæus ait in ix.Serm. de Iuſtitia: Et ſolet hæc in Ciuitate Pax, & Aequitas immeritò nominari, ſecundum Lucam de Iuſtit. Stobæo referente.d.in loco. Eiuſdem autem Iuſtitiæ primum eſt munus, vt nè cuique quis noceat, niſi laceſſitus iniuria, teſte Marco Tull. de Offic.lib. 1.de Iuſtit. Conſtans enim eſt Iuſtitia ipſa, & perpetua vnicuique ius ſuum tribuendi voluntas, vt ait Vlpian. Iuriſc.in l.iuſtitia.ff.de iuſt.& iure, quem imitari dedignatus non eſt Imp. Iuſt. Inſtit.eod.in princ.

Et veritatis pariter candorem, calumniatores iſti fœdare ipſorum falſis ſuggeſtionibus plurimùm intendunt; veritatis enim obſcurato ſplendore, in magnum dedecus incidimus; omniſq; mali aperitur via; cùm boni nihil ſine veritate proueniat; Ipſa namque omnium eſt bonorum Dux, vt ait Plato lib.5.legum; & ſine ea Prudentia corruit, quæ ipſa veritate fulcitur: Planè veritatem eſſe Prudentiæ ipſius materiam docet Cic.de Offi.lib.j.verſ.Sed omne quod honeſtum eſt. Ecquis autem dubitabit per veritatem totum ſuſtineri mundum? Deus via eſt, veritas, & vita, vt habetur in Euang.Ioan. capit.14.num.6. Chriſtus habitauit in nobis plenus gratiæ, & veritatis, Idem in Euang.cap.j.num.14. Qui in mundum venit, vt teſtimonium perhiberet veritati; & omnis, qui ex veritate eſt, audit vocem eius, Ioan.ipſe in Euang. cap.18.nu.37. Chriſtus Dominus noſter Apoſtolis ſuis ſpiritum miſit veritatis, Idem in Euang.cap.14.num.17. & cap.15. num.26. capit.16. num.13. Chriſtus ipſe, ad Paſsionem acceſſurus, Patrem rogauit vt Apoſtolos in veritate ſanctificaret, Idem pariter in Euang.cap.17.num.17. Et paulò poſt in eod.capit.num.19. Ieſus ad Patrem ſimiliter orans, veritatis amator ait; Et pro eis ego ſanctifico me ipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Et hoc eſt, quod Ioſue Iſraelitas hortabatur, dicens, Nunc ergo timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde, atq; veriſsimo, vt habetur Ioſ.24.num.14. Sic & cum appropinquaſſent dies Dauid, vt vniuerſæ carnis viam ingrederetur, præcipiens Salomoni filio ſuo, vt Domini mandata ſeruaret, ait illi; Et obſerua, vt cuſtodias mandata Domini Dei tui, &c. vſque ibi, vt confirmet Dominus ſermones ſuos, quos locutus eſt de me, dicens; ſi cuſtodierint filij tui vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, non auferetur tibi vir de ſolio Iſrael, Quod habetur 3. Reg.cap.2.num.3. cum ſeq. ſic quoq; ad Epheſ. loquens beatus Paul. cap.4. nu.15. ait; veritatem autem facientes in caritate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus; & idem ad eoſdem.capit.6.num.14. inquit; State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ. Quid igitur de iſtis Calumniatoribus dicemus? Qui nitentem veritatem macu-

lantes,

lantes, ſecundum illud Domini Dei noſtri præceptum peruertunt; Diliges proximum tuum tanquam te ipſum, vt habetur Leuit. 19. num. 18. Matth. 22. num. 39. Marc. 12. num. 31. Paul ad Rom. capit. 13. ſub num. 9. ad Galat. 5. num. 14. Iacob. capit. 2. num. 8. Et hoc eſt, quod dicitur; omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis; Hæc eſt enim lex, & prophetæ; ſiuè, vt planiùs dicam; quod tibi fieri nō vis, alteri nè feceris, Tob. cap. 4. num. 16. Matth. 7. num. 12. Luc. 6. num. 31. & eſt tex. in c. dilecti, de maior. & obed. ac in prin. decretorum, diſtinct. 1. glo. in procem. decretal. in verbo, alterum; gloſſa pariter in l. iuſtitia, in verbo, lædere. ff. de iuſt. & iure, & in §. iuris præcepta Inſt. eod. in verbo, alterum non lædere; & glo. quoque in l. j. in princ. in verbo, ſummam. ff. quod quiſque iur. Quid & de calumnia ipſa dicam? Quam rem eſſe grauiſsimam inquit Herodot. lib. 7. referente Stob. in tit. de calumn. Serm. 40. Inquit autem Herodot. in ipſa calumnia duos eſſe, qui iniuriam aciunt: Calumniator enim iniuriam facit, non præſentem accuſans; & ſimiliter qui accuſanti fidem habet, antequam verè rem cognoſcat: Qui autem abeſt iniuriam patitur, tum à calumniatore, tum ab eo, qui ipſum, aures calumnianti præbens, pro malo reputat: & hoc eſt, quod præcepit populo Iſraelis Dominus ad Moyſen locutus. Leuit. 19. nu. 13. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum: Nam, vt breuiter dicam, omnem beneuolentiam, & naturam frangit ipſa calumnia, vt apud Ioſippum in Hiſtoria captiuitatis: Quamobrem Demoſthenes in oratione contra Ariſtoph. calumniatores crudeles vocat; eoſque, tanquàm viperinam habentes naturam, puniendos eſſe: Quos pariter in benè inſtituta Repub. grauiter puniendos cenſuit Ariſtot. lib. 6. Polit. cap. 5. Quapropter haud immeritò Ageſilaus maiori calumniātes proſequebatur odio, quàm fures, vt ad rem hanc adnotauit Nico. Grauat. ad praxim Veſtrij, lib. 6. c. fi. num. 22.

Sic † igitur Diuinæ leges pœnam aduerſus iſtos declarare voluerunt; vt 1
qua accuſatus, verè criminis reus, foret puniendus, eadem & falſus accuſator puniretur, Deuter. 19 nu. 16. cum cæteris ſeq. Quod notabiliter contra Aman calumniantem, Rege Aſſuero iubente, ſeruatum fuit; iſte enim eodem fertur ſuſpenſus patibulo, quod innocenti Mardochęo per calumniam parauerat, vt habetur Eſther. capit. 7. Idque naturali etiam iure probari oſtēdit Dominic. Sot. de iuſt. & iure. lib. 5. q. 5. artic. 4. quem refert D. Iacob. Menoch. multis de cauſis à me ſummope re colendus, in ſuo celeberrimo tract. de arb. iud. lib. 2. caſu 322. ſub nu. 8. in fi. cum num. ſeq. ſic & Pontificio iure ſcriptum reperimus. c. calumniator, & cap. ſeq. 2. q. 3. Et Cæſarum quoque iure, lege Rhemia ſuadente talionis, ſeu ſupplicij ſimilis pœna calumniantibus irrogatur. l. j. circa prin. ff. ad Turpil. iūcta glo. ibi, in uerbo, calumniatoribus, & Bart. ac alijs, & iuncta l. fi. C. de accuſat. ac. l. fin. C. de calumn. & ibi Azo in ſumma, num. 4. Specul. in tit. de accuſat. §. j. ſub num. 2. Bart. in l. Athletas. §. calumniator, in fine. ff. de infam. Io. Berber. in ſuo viat. iur. in tit. de calumniator. col. 2. verſi. & eſt in calumniatore. Franciſc. Marc. deciſ. 619. nu. 2. iuncto num. 6. qui eſt in fin. lib j. Iulius Clar. in pract. crim. §. fin. q. 81. in princ. & verſ. ſed quæro, D. Iacob. Menoch. in dicto tractatu de arbitr. iud. lib. j. q. 79. ſub num. 3. & lib. 2. d. caſu 322. num. 1. & de qua re per tot. Licet talionis hæc pœna in vſu eſſe deſierit, vt inferiùs de hoc dicendum reſeruo, nu. 11. Quod Iudicum fortè contin-

git incuria: vtinam autem ſaltem ea infligeretur pœna, quam conſuetudinem introduxiſſe infra declarabo: ſed heu nũc dicere cogor cum Eccleſiaſt. cap.4. in princ. verti me ad alia: & vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem; nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ cunctorum auxilio deſtitutos. Sic euenit plerisque in locis; qui habet aures audiendi audiat: Laudabilis quidem eſt infra à me docenda conſuetudo: laudabilius autem fuit, & iuri Diuino, naturalique conueniens ius ſcriptum;
2 Quo † attento, ſi propoſiti per accuſatorem delicti pœna fuiſſet determinata, ſimili ſupplicio calumniator tenebatur, prout dixi; ſin autem accuſationis introductæ pœna indeterminata extitiſſet, arbitrariæ animaduerſioni accuſans iſte ſuppoſitus eſſet, vt not.glo.& doct.in d.l.j.in prin. ad Turpil. & ita quoque tradit Paul. Grillan.in tract.de relax.carc.tit.de calumn.verſic.Quæro an eo ipſo, ſub numero 1.& 9.verſi.& no. cum num.10. & habes penes doct. in d.§.calumniator, ac Iaſ.conſi.144.in fine, lib.2. Arbitrariam autem pœnam pro extraordinario crimine aduerſus calumniatorem ſumendam intellige; Vt ſcilicet eo modo calumniator iſte puniatur, quo uerisimile eſt, ex illo delicto reum condemnaſſe iudicem; & ſic hæc quoque arbitraria iſto in caſu in ſupplicij ſimilitudinem recidit, vt not.glo.magna in d.§.calumniator, & in d.l.fi.C. de accu.in verbo, ſimilitudo; ad quod etiam vide Azon. in d. ſum. C. de calumniatorib.ſub.d.nu.4. & Ioan.Berber.in ſuo viator. iur. d.tit. de calumniator.d.verſic.& eſt in calumniatore; Glo.in procem.Inſtit.in princ. in verbo, per legitimos tramites, ac etiam tex.& glo. ipſam fin. ibi, in l.& in priuatis.ff.ad Turp.

3 † Quinimò ſimilis ſupplicij pœnæ locus eſt, etiam ſi accuſator perſona eſſet reo honeſtior, ita quòd pro eodem crimine mitius puniendus ille accuſator foret, prout exemplum † in pœna 4
legis Corneliæ de Sicarijs habemus, quæ mitius honeſtiores, quàm humiliores plectit, l.3.§.Legis Corneliæ, & l.pen.ff.ad l.Corn.de Sicar. † ſicuti e- 5
tiam ex ſacrilegij crimine caſum habemus in l.ſacrilegij pœna.§.cæterum.ff. ad l.Iul.pecul. & prout regulariter euenit, vt quò ad pœnam corporalem minùs puniatur nobilis, quam ignobilis, l. Pedius.§.j. & ibi Bart. ff.de incen.ruina.naufr.Bart.in l.j.§.quamquam. ff.de abig. & in l. quædam. ff. de pœn. cum ſimil. de quibus Cæpo. in conſil.crim. 39.nu.23. quod tamen intellige vt per Bart.in d.l.quædam, & Cæp.in præcitato conſil.num.24.& ſeq.& non fiendam in calumniatoris pœna imponenda honeſtioris, humilioriſque loci diſtinctionem, opinio fuit Gul. de Cun. communiter approbata, vt inquit Alber. in d. l. Athletas d. §. calumniator, num.4. ff.de his, qui not.infam. quem refert Iul.Clar.in praxi crim. §.fi.d.q. 81.verſi.ſed pone.

Fuit † autem inter doctores contro- 6
uerſia, An ſimilis falſam inſtituens accuſationem de falſo teneatur; Et Bar. præſertim in l. ſiquis obrepſerit, ſub num.1.ff.de Falſis, per eum textum tenuit, quòd ſi aduerſus talem falſum accuſatorem de falſo agatur, falſi crimine puniendus ſit; ſed ſi ad calumniam agatur, ſequitur calumniatoris pœna; & Bar.opin. hanc ſequitur Ang.de maleſi.prout eam ſic ſimpliciter refert, & cum eadem pertranſit, in verbo, & ad querelam, num.13. idem quoque ſenſiſſe videtur Alexand. conſil.11. nu.4. verſi.Poſſet etiam volum.1. ac Franc. Mar.in deciſ.Delph.898.num.1. parte 2. Sed contrariam opinionem tenuit Gand. in tit. de falſ. verſic. Pone quæſtionem, num.23. Qui dicit, quòd, cùm

cùm caſus Bononiæ eueniſſet, ipſe, &
quatuor alij aſſeſſores deliberatè con-
ſuluerunt, tali caſu de falſo agi nõ poſ
ſe. Et Bartoli ſententiam Baldus dam
nat in l. quicunque in fine. C. de ſeru.
fugit. Nam tituli de calumniat. & de
falſis, ſunt diuerſi, & in legis Corneliæ
capite de falſis, falsò accuſans non cõ-
tinetur, ſed comprehenditur in l. Rhe
mia. Ideoque cùm legiſlatores facilè
etiam caſum hunc in l. Cornelia, de
falſis, complecti potuiſſent, & eum nõ
incluſerint, dicendum venit, nec de
falſo talem accuſatorem teneri vo-
luiſſe; Ad quod facit text. in l. vnica.
§. ſin autem ad deficientis. C. de cad.
tollend. Confirmatur etiam per non-
nullos, quia inconueniens illud ſe-
queretur, quòd quamuis pœna quò
ad accuſatum eſſet minima, tamen
quò ad accuſatorem maxima eſſet.
ſed hoc leue (mea ſententia) eſt fun-
7 damentũ; † Nuſquã enim reperies fal-
ſitatis exiſtentiam cum propoſiti cri-
minis paruitate eſſe commẽſurandam;
ſed in ea duntaxat dolum, & alterius
præiudicium conſiderari, quibus exi-
ſtentibus falſi pœna ordinaria eſt. ho-
rum autem altero ceſſante ordinaria
falſi pœna ex lege Cor. non infertur.
l. 1. in princ. ff. de falſ. & l. damus, &
quod ibi not. C. eod. Bar. in l. quid ſit
falſum. ff. eodẽ, Cępol. in conſ. crim.
22. ſub nu. 12. Boſſ. in tit. de defen.
reor. num. 69. & 70. & eſt communis
ſententia; vt, quando falſitas non eſt
nocibilis, habes penes Boſſ. in tit. de
falſ. ſub nume. 83. eſt ſequ. D. Me-
noch. de arb. iud. lib. 2. caſu 306. ſub
nu. 15. & quo caſu circa id ipſum, vide
egregiè diſſerẽtem; qui etiam eod. lib.
2. caſu 194. num. 58. docet, dolo ca
rentem de falſo non puniri; quia fal-
ſum ſine dolo non committitur. d. l. 1.
in prin. ff. de falſ. & l. nec exemplum.
C. eod. non puniri inquam ordinariè,
ſed extraordinariè iudicis arbitrio, vt
idem Menoch. de hoc tractãs docuit,
d. lib. 2. caſu 309. nu. 7. & de vtroq;
tradunt Clar. & quos allegat, in §. fal-
ſum. verſic. excuſatur, & verſic. Item
excuſatur, ac Eman. Soar. in ſuis cõm-
mun. opin. litera, F. nu. 19. Ideo † pri- 8
mum fundamentum contra Bar. for-
tius eſt, & ita contra eum ſenſit etiam
Auguſt. ad Ang. de Malefic. in d. ver-
bo, & ad querelam, ſub nu. 92. & Ae-
gid. Boſſ. in tit. de accuſ. ſub nu. 91.
vbi etiam Alexandri dictum in præci-
tato cõſ. 11. euitari poſſe docet: & iſtã
opin. veriorem putat Menoch. d. caſu
322. ſub nu. 5. Bene uerum eſt, ut Bal.
Auguſt. & Boſſ. dictis in locis dicunt;
† Quod ſi talis falſus accuſator ulte- 9
rius deliquerit, veluti falſos producen-
do teſtes, vel falſa inſtrumenta, falſi
pœna puniri poterit; Proinde ad tex-
tum d. l. ſi quis obrepſerit, quam pro
eius intentione Bar. deduxit, reſpon-
det Bal. in d. l. quicumq; quem refert
Aug. ad Ang. in præcitato loco, quod
intelligi debet de obreptione proba-
ria, non autem narratoria; quodq; etiã
ſenſiſſe videtur glo. t. in d. l. ſi quis ob
repſerit, dùm eius textus caſum ponit
ſi bene eam attendis: Veruntamen vbi
quis falſas facere accuſationes conſue
uiſſet, punitur in capite, & linguæ am-
putatione, iuxta Bald. in l. data opera,
circa finem. C. de accuſ. qui allegat l.
omnes. C. de delat. lib. 10. & Bal. ip-
ſum refert Franciſ. Mar. deciſ. 738.
par. prima, in qua deciſ. pro q. præce-
denti, an falſus accuſator de falſo pu-
niri ualeat, opiniones refert, nec poſt-
modùm aperit quænã ſibi placeat op.
licet poſtmodùm in d. deciſ. 898. par.
2. ſimpliciter cum Bartolo trãſiſſe vi-
deatur. Quatenus autem ſolitum falsò
accuſare capitis pœna, & linguæ am-
putatione puniendum ex Bal. Franc.
Marcus dixit, ſubdit, quòd cùm capi-
talis, & membri pœna imponitur, de-
bet membri pœna præcedere, ſecun-

dùm Bartol. & Ioan. de Plat. in d. l. omnes, & iſtud quotidie ſeruari vide-
10 mus. Et † ideo circa hoc pro accuſato cautela erit, ſi accuſatorem de falſo teneri; vel capitis, & linguæ amputatione puniri deſiderauerit; vt perquirat, an falſos teſtes, vel falſa produxerit inſtrumenta, uel ſimilia fecerit; aut falsò accuſare ſolitus ſit.

Circa autem id, quod de calumniatoris pœna, ſiue talionis dixi, ſcien-
11 dum eſt; † Quod hodie ab aula receſsit, vt atteſtatur Alb. in l. eum quē temere, in princip. nume. 3. in ſi. ff. de iudic. & in l. ſeruum. §. publicè, poſt nume. 23. ff. de proc. Salyc. in l. qui crimen, nume. 4. C. qui accuſa. non poſ. & in l. non ideo minus, nume. 3. C. de accuſat. & alij plurimi teſtantur, quorum meminit Clar. in pract. d. quæſt. 81. & d. uerſicu. Sed quæro, ac Menoch. d. caſu 322. nume. 3. refertque Eman. Soar. ipſum Clar. ad hoc in Theſ. recep. ſent. litera, T. nume. 1. Et arbitraria, ſiue extraordinaria calumniatoribus imponi ſolet, ut tradit Boſſ. in d. titu. de accuſ. ſub d. nume. 8. Verſicu. verum, quia hæc pœna, & in tit. de præuaric. calum. & tergi. nu. 8. & Men. vbi ſuprà, ſub nu. 2. & ſequenti. Dicit tamen Clar. d. q. 81. d. uerſ. ſed quæro, ibi ſcias tamen, quod licet ſit talionis ſublata pœna; ſi tamen aliquis quempiam capi faceret, qui innocens eſſet, & conſtaret, quòd ille data opera per calumniam ideo feciſſet, vt talem decapitari faceret, fortè ipſe ſimilem non euitaret pœnam, prout ad hoc allegat Bal. in l. 2. nu. 2. C. de his, qui latr. referentem, quòd propter hoc Peruſij quidam decapitatus fuit, & ipſe Clarus inquit, ſe in facti contingentia uidiſſe: Quòd quędam mulier, quæ aliquos accuſauerat, quò d per uim, ac prępoſteram libidinem eam cognouiſſent, & mox falſam querelam faſſa fuerat, vix vltimi ſupplicij pœnam euaſiſſet, niſi prægnans extitiſſet; verum ob hoc fuit tantummodo ad cathenam condemnata: Et alium quendam, propter falſam notificationem triennio ad triremes damnatum, fuiſſe refert. Sed & illa non eueniſſe ſuſtineri poteſt, vt ſimili ſupplicio tales, iuxta ſcriptum ius, damnarentur; verùm potius ob Iudicis arbitrium, & extraordinariam animaduerſionem, quam hodie in his ſibi Iudices arrogarunt: Quorum quidem arbitrium ad mortem quoque naturalem extendi poteſt, ut per gloſ. in §. in ſumma, in verbo, extraordinaria, Inſtitut. de iniur. quam comproba ex textu leg. ſacrilegij. 1. ff. ad leg. Iul. pecul. dùm ibi dicitur, quòd dato, quòd ſacrilegij pœna ſit arbitraria; quia pro perſonarum qualitate irrogatur; tamen quandoque ſacrilegi combuſti, & laqueo ſuſpenſi fuerunt; & ita ad hoc illum textum ponderauit Abb. in capit. ex literis, colum. finali, & ibi Fely. in fin. verbis, extra de conſtit. ſequuntur Marſ. in l. de minore, in prin. ff. de quæſt. & Salyc. in rub. C. eod. tit. ubi ſupponunt dictam glo. opin. communiter approbari, & quam opin. poſt alios, quos refert, ſub nu. 43. ſequitur Maran. de ord. iud. par. 4. diſtinct. 1. ſub nu. 53. Verſ. quid ergo erit tenendū. vbi dicit huiuſce rei magis cōmunem eſſe opinionem; quamq; etiam opinionem ſequitur Dec. cōſ. 100. nu. 11. vide Boſſ. & quos allegat, in tit. de pœn. ſub nu. 23. ac quos allegat Viu. inter com. opi. variorum in litera. I. Verſ. Iudicis arbitrio, tomo primo, declarando, vt ibi per eum, nu. 3. cum ſeq. ad idem etiam vide, quos allegat Clar. in pract. quęſt. 83. Verſicu. ſed quæro, in princip. licet mox cum alijs per eum adductis ſentiat ipſe Clar. ſupradictam gloſſæ opinionem ſimpliciter ſic intellectam

ueram

veram non eſſe, & communiter reprobatam; & contra eam ſententiam tenere tutius eſſe & mitius; nec in iudicando eſſe ab opinione contra gloſ. recedendum: Aſt ulla dubitatio in terminis noſtris, quin ita, vt dictum eſt, iudices arbitrari potuerint, non oritur; Quoniam delictorum eorum, de quibus Clarus, qualitas, attenta iuris communis diſpoſitione, patiebatur, vt accuſatorem talem iudex arbitrio ſuo morti tradere poſſet, quo caſu, & Clarus ipſe concordando cum Viuij declaratione à me ſupra indicata in d. verſicu. ſed quęro, conſentit, iudicis arbitrium vſque ad mortem incluſiuè extendi, ad quod etiam vide Gram. conſ. crim. 39. nu. 7. & d. Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 1. q. 87. vbi regulam in princip. ponit, non poſſe ad mortem arbitrium extendi, cum pro delicto à iure communi, vel ſtatuto mortis pœna non eſt indicta; mox regulam eam egregiè declarat. Facitque hoc in noſtro caſu propoſito; quia cum arbitraria hæc ſit in locum pœnæ talionis ſubrogata, Iudex vbicunque delictum ita patitur, morti quoque falſum accuſatorem dedere poteſt arg. leg. ſi eum. §. qui iniuriarum, & quod ibi not. ff. ſi quis caut. unde nimirum illud eſt, ſi falſos accuſatores mortis quoque dignos arbitrantur iudices, prout illi de Peruſio euenit, vt Clar. commemorat, & prout etiam mulieri illi eueniſſe potuiſſet, niſi prægnans extitiſſet. Retenta igitur ea opinione, quod temporibus noſtris calumniatoris pœna extra ordinem inferatur,
12 aduertas: † Quia extraordinaria hæc
in calumnia dupliciter imponitur; Vno modo propter calumniæ pœnam, ſcilicet ad publicum intereſſe,
13 † prout crimina puniri conſueuerunt.
l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & hæc propriè pœna eſt, alio modo propter expenſas, & damna, quorum innocenti accuſato cauſa extitit; & iſta impropriè pœna dicitur, ſed propriè eſt intereſſe rei familiaris reſpectu, ut tradit Boſſ. in d. tit. de accuſ. nume. 27. Quod tamen verum eſt, ſi calumnia uerè, & concludenter probata eſt; ſecus ſi tantùm præſumpta ſit; nam eo in caſu non in calumniæ pœnam, ſed pro damnis duntaxat, & expenſis accuſator condemnari ſolet, vt tradit Boſſ. in d. titu. de accuſ. ſub nume. 19. & clarius ſe explicat in d. titu. de præuar. ſub d. nume. 8.
† Eſt enim calum- 14
nia alia uera, alia præſumpta. Vera eſt, quando quis ſciens, aut ſcire debens aliquem eſſe innocentem: (Quia forte de facto in ipſius perſonam commiſſo accuſaret; nam & tunc fama, de qua infra dicam, vel ſimile quid non excuſaret; eo etenim caſu non poteſt, nec debet prętendere ignorantiam, ut tradit Aug. ad Ang. in tract. de maleſ. in d. verbo, & ad querelam, poſt nu. 70.) contra eum accuſationem, ſeu querelam proponit. Præſumpta uerò eſt, cùm accuſator delictum nõ probat; uel quando poſt cœptum iudicium ab accuſationis proſecutione deſiſtit, ut tradit Clar. in pract. quæſt. 62. uerſic. ſed nunquid. Om-
nis † autem, qui non probaret, præ- 15
ſumptæ calumniæ notæ ſubdetur, niſi officij neceſsitas, vel perſonarum nimia proximitas, aut eius, cui ſucceſsit, authoritas; ſiue rei familiaris damnum, ſeu admiſsi criminis intimus dolor, delictiue enormitas quẽ excuſaret, unde facilius ad accuſandũ proſiliat, quos caſus enumerat gl. magna in d. §. calumniator, & notãdos admonet ibi Bart. nu. 4. Et ita cum eadẽ gl. pertranſire videtur Ang. de maleſ. in d. verbo, & ad querelam, & cæt. dum poſt numer. 78. pro his caſibus exceptuatis ad ipſam gloſ. relationem

habet. ad hæc etiam uide Iul. Clar. in pract.§.fin.q.62. verſ. dixi ſupra; ad fin. & D.Iac. Menoch.de arb.iud.lib. 2.caſu 321.nu.21.23.24.25.26.27.
16 30.† Hæc igitur religioſo Iudici perpendenda obijcio, ne ijs in caſibus quem in dubio calumniatorem præſumat: Quæ quidem & ſi ceſſauerint
17 excuſationes; † Octo tamen alia remedia non probanti accuſatori trado, quibus aduerſus præſumptam calumniam ſe reparare valeat; cum aliqua ex infra dicendis cauſis motus ad accuſandum proſilierit. Primum eſt remedium, ſi iracundiæ calore id feciſ ſe probet, arg.l. quicquid calore.ff. de reg. iur. & ita quem a calumnia excuſari ſenſit glo. dictæ cauſæ. 2. q. 3. in prin. & Hoſt. in ſum.tit. de calum. §. contra quos. quem ad hoc refert Socin.conſ.118.ſub nu.12. verſic.Quarto calor iracundiæ,uol. primo.Secundum eſt, ſi ipſe accuſator probabit, quòd de hoc extiterit rumor,& fama: Tertium ſi ſe hoc propterea feciſſe demonſtrabit,quia à perſonis fide dignis audiuit.Quartum eſt remedium,ſi hoc ſe ab amicis, ac conſanguineis audiuiſſe deduxerit, vt hæc tria remedia habes penes Bart.in l.finali, à nu. 7. uſq; ad fin.ff.de hæredibus inſt.& idem tradit Cœpol. in conſ. crim. 70. nu. 13. Duos pariter ex his caſibus, ſecũdum videlicet,& tertium,tradit Bar.in d.§. calumniator,ſub nu.3. & quòd à præſumpta calumnia ille excuſetur,qui famam docuit,tenet idem Bar.in l. cum quidã.§. quod dicitur,nu.3.ff.de acq. hær.& in l.1.nu.4. C. ſi ſer. aut liber. ad decur. aſpir.lib. 10. & communem de his teſtatur eſſe opinionem Abb. conſil. 78. lib. 1. ſub nu. 1. verſ. ſed non inſtãdo. quem ad hæc refert Ber. de Lan. ad Ang.de mal.in d. verbo,& ad querelã. nu.70. & Iulius Clarus,d. q.62. Verſ.ſed pone.& pro his etiã vide Men.d.caſu 321.nu.20.& 29.Qui nu.7.19.31. & ſeq. quatuor alios enumerat caſus,quibus accuſator ſe excuſare poteſt,quos tu quandoque pro remedijs tibi aſſumere poteris:& horum primus eſt caſus, eſt hic.Quintum remedium, cum accuſator ſemiplenè accuſationem probarit, Specul. in tit.de acc.§.fi. in fi.ſequitur Fel.c.2.in 3.no. extra de calum.Quod tamẽ declara ut per ipſum Men.d.caſu 321. nu.17. cũ ſeq. Secundus eſt caſus, & ſextum rẽ. cum à teſtibus fuerit deceptus accuſator, vt ſi extra iud. promiſerint ſe in cauſa teſtimoniũ laturos, mox in iud. ſe nihil ſcire fuerint teſtati, Abb. in d. c.2. nu.5. & ibi Fely. in 3. not.de calum. glo.in c. Paulum. 2.q.3. Tertius eſt caſus,& ſeptimum auxiliũ;ſi teſtibus probauit ſuam intentionem accuſator, qui mox ſint ex perſonarũ qualitate reiecti, Spec. in tit. de calum. in fi.& Bal.ibid.& in l. non ignoret,in fi. C. de fru. & lit. exp. Soc.d.conſ.118. Ver.ex quib.cõcludo,Marſ.ſing.144. Quartus eſt caſus,& octauũ rem.ſex⁹ infirmitas,l.1.§.accuſationem,verſ.at quia.ff.ad Turp.clare Harmenop. lib. 1. titu. de mulier. verſic. mulier quæ ab accuſatione. Hæc igitur nota, & perpetuo memoriæ commenda, quia quandoque ſatis tibi prodeſſe poterunt; & præcipuè in caſu ſtatuti, quod vellet accuſantem de falſo, vel falſam producentem accuſationem, ſi non probat, puniri, & cæt. de quo ipſe Bart. d. l. fin. de hæred. inſtitu. & ſupradictæ quidem excuſationes tibi ſeruire poſſent, ne fortè ob calumniæ præſumptionem ipſa calumniæ tenearis pœna, quando iuris ſcripti diſpoſitio vigeret, quæ vult, vt eo ipſo, quod in probando quis deficit, calumniari præſumatur, & abſque alijs indicijs poſſit de calumnia puniri accuſator, vt tradit Bart. cum gloſ. in. d. §. calumniator, nume. 3. & in d. l. 1. in princip. ſub nume. 6.

ad Turp.

ad Turp. Abb.& cõmuniter Canon. in d. c. 2. extra de calum. Non autem per iſtas excuſationes fieret, quin talis accuſator in expenſis reo abſoluto cõdẽnari deberet, vt tradit Boſſ. in d. tit. de accuſat. nu. 28. & ſeq. ac Men. d. caſu 331. num. 34. Et ſcias hic, quia loquor in priuato accuſatore, nõ de his, qui iuxta eorum officium inquiſitionem promouent, vt in procuratore fiſci, ꝓ quo recurras ad Card. Alexan. in c. in primis. §. de epiſcopi. in fine. 2. q. 1. dum inquit, quòd nec fiſcum, nec fiſci procuratores vnquàm vidit in expenſis condemnari; eſt ſi vnquàm cõdemnatus fuit, nunquàm meminit vidiſſe talem condemnationem exigi; & idẽ ego pluries tam de fiſco, quàm de alia perſona ex ſui officio denunciante

18 te ſeruatum vidi.† Cæterùm licet quis ſe à præſumpta calumnia excuſaret; non tamen euaderet, quin de euidenti teneretur, vt tradit Bart. in l. ſenatus. verſ. an ad eos, & §. eos. ff. ad Turp. Et ideo accuſatus, talibus non obſtantibus excuſationibus, poterit de calumnia contra accuſatorem, qui verè calumniatus eſſet, agere. Verùm vt abſq; calumniæ probatione accuſatus ſuum accuſatorem facilius pęna condigna damnari faciat, remedium tradam infrà, caut. xv.

## CAVT. II.

### De Iudice abſq; accuſatore procedere uolente.

*SVMMARIVM.*

1 ***Accuſator, an ex neceſſitate citandus ſit.***

2 ***Iudici conſilium datur, vt licentiam ab accuſatore obtineat procedendi, & proceſſum expediendi, & cæt.***

***Item quò ad reum, & quomodo, nu. 4.***

***Iudex in omnibus delictis ex officio procedere, & proſequi poteſt.*** 3

Accuſatorem de iure communi eſſe ex neceſsitate citandum, nullibi cautum reperiri tradit Clar. in pract. §. fin. q. 31. verſ. vlterius quæro. niſi ad ſententiam ferendam, vt communem eſſe opinionẽ dicit Boſſ. de ſent. nu. 17. quem refert Clar. d. verſ. vlterius quæro. quod & Angelo viſum fuit in tract. malefic. in verbo, & ibi caput, nu. 2. vbi tamẽ Auguſt. ad eum aduertẽdum inquit, quòd hoc hodie eſt expeditum per ſtilum, & penarum conſuetudinẽ, quia ſemper in huiuſmodi criminalibus proceſsibus fit citatio per campanam, per quam & actor, & reus citantur, quam conſuetudinem ius facere ait, per l. de quibus. ff. de legib. cũ ſim. Tamen conſilium tradit pro Iudice Clarus loco præd. Quòd † ſibi licentiam ab accuſatore dari faciat, procedẽdi, ac proceſſum expediendi, etiam ipſo abſente, & eo caſu inquit, quòd procedere poterit, etiam ad ſententiam abſolutoriam, eo non citato. Quam rem tetigit quoq;, q. 45. verſ. facta autem. ibi, ſolent enim cauti aſſeſſores. vbi tamẽ dicit hoc ſuperfluum eſſe, quod & ait, q. 3. verſiculo, ſuperflua etiam. † Eo, quia generalis ſtat conſuetudo, quòd ex officio Iudex, ſicque per inquiſitionem in omnibus delictis procedere poteſt, vt in eadem q. 3. verſ. ſed certè quicquid, latiùs dixerat, & vt etiam dixit in q. 58. circa prin. & tradit Boſſ. in tit. de inquis. num. 8. Pro qua tamẽ re videto quæ infra dicam in litera I. cautela 116. circa eum articulum, an, & quando in delictis ad ſpecialem deueniri poſsit inquiſitionem.

Hinc fit, quòd licet accuſator ab accuſatione deſiſtat, iudex tamen accuſationem proſequi poterit, vt per Gand. in tract. de malefic. tit. de tranſ.

ſub

ſub numero 13.verſi.Sed ſecundum. vbi ait iſtam eſſe communem Doctorum concluſionem, & ita in omnibus criminibus ex conſuetudine ſeruari iuquit Gand. idem tradit Bartolus in l. inter accuſatorem, in fi. ff. de pub. iud. in l. libellorum. §. fin. num. 5. ff. de accuſ. & in extrauag. ad reprimendum, in verbo, neglexerit, ſub numero quarto. verſic. ſed in criminalibus, ac idem in ſolutione ad quæſtionem incipientem, Iudex maleficiorũ. Angelus de malefic.in verbo,comparuerunt dicti inquiſiti, & negauerunt totum, quæſt. pen. in fine, & ibi vide Auguſt. ad eum; in eadem opinione dicit Vitalia.de malefi.in titu.de pace, numero quarto,communiter concordare Doctores, & ita ſeruari; prout etiam ita ſeruari ait Angelus in l.tranſigere, poſt numerũ decimũ.C.de tranſact. quem refert Anan. in cap.primo, num.20.de colluſ.deteg. & Cardinal. Alexan. in c.ſi quenquam, §.in omnibus,in gl.prima, ſecunda quęſt.tertia, & inquit Alber.in ſecũda parte ſtatut. q. 127. quòd ita communiter tenetur, & ſeruatur;Coua.in lib. 1.reſol. cap. 1. nu.8.& communem quoque ait Aret. in c.licet.num.22.extra de accuſat.vbi & id in praxi ſeruari ſubdit, Villalob. in ſua collecta com. concluſ.litera T. ſub nu. 121. & alij quamplures, quos referunt, & ſequuntur Boſſ. in titu.de accuſ.numero 14.& Iul.Clar.in dicta pract.q.51. verſic. ſed quid ſi accuſator, & quęſt. 58. poſt princip. vbi ait quòd licet Bartol. in dicta l. tranſigere,numero ſeptimo,dicat,quòd vbi facta eſt inter accuſatorem, & reum tranſactio de crimine in caſu licito, non poteſt ad ſanguinis condemnationem contra reum deueniri, & ibi Curtius iunior dicat, hanc eſſe communem opinionem, numero 29. quæ fortè etiam in puncto iuris uerior eſſet,quæque in regno Caſtellæ paſsim, & indiſtinctè ſeruatur, ut quidam teſtantur, quos ipſe refert; tamen ſubdit magis communem opinionem eſſe in contrarium; & ita ubique locorum ſemper obſeruatum vidiſſe, ubi non extent in aliquibus caſibus ſtatuta in contrarium diſponentia; ſed certè, cum pars remittit, proceſſus debilitatur; quoniam parte ceſſante uidemus ſæpè euenire, quòd cum maxima difficultate indicia, uel probationes contra delinquentes per fiſcum haberi poſſunt, ita Clarus dicta quæſtione 58. in fine principij. Quatenus autem ſuperius conſilium Iudici datum parùm prodeſſe dictum fuit, propter generalem conſuetudinem, qua Iudices, etiam abſque accuſatoribus, ex eorum officio procedere queunt, ſat erit, quòd ubicunque in aliquo loco ſupradicta iuris communis derogatoria non uigeret conſuetudo; quia forte ſtatuto iuri communi conſono ſecùs in omnibus, uel in aliquibus caſibus diſpoſitum eſſet; prædicta licentia ab accuſatore habita multum operatur; quia ceſſante conſuetudine commune ius, ſtatutumuè ſeruandum eſſet, iuribus uulgar.& ut Clarus inquit in dicta quæſtione tertia,in fine. Et de licentia prædicta per iudicem obtinenda, verba quoque faciunt Angelus de malefic. in uerbo, Qui Iudex fecit ſibi dari licentiam, numero tertio, & Auguſtinus ibi ad eum, ſub numero ſecundo; in quo etiam uerbo Angelus numero primo, tradidit, † Quòd etiam quò ad reos 4
Iudex licentiam petere poteſt, procedendi abſque citatione,uſque ad ſententiam; & Iudicem cautum reddit, quòd quando à reo talem uult obtinere licentiam, licentiam ipſam à reo ipſo obtineat procedendi uſque ad ſententiam incluſiuè, ne ſimpliciter licentiam petendo procedendi uſque ad ſententiam, dubium ſit an illa dictio

ctio intelligatur incluſiuè, uel excluſiuè. ſed certè ſi licentia in Iudex petat, ut Clarus docet, & ut ego poſui ſupra, omne remouebitur dubium, Bart. in l.is qui reus, ſub num.4. ff. de publ.iud. & in extrauag. ad reprim.in dicto uerbo, neglexerit, in fine. nec Angeli cautela opus erit. Sanè nec inconueniens erit, iuxta conſilium prædictum monitio illa; Quod Iudex partem admoneat, ut ſingulis diebus, & horis, &c. prout tradit Angelus in ſua forma inquiſitionis, in ipſo uerbo, Qui Iudex dictos inquiſitos, & quemlibet eorum, & cæt. & ante eum Pet. de Anchar. in clementina prima, de foro competen. & Bartolus in dicto extrauagan. ad reprimen. in uerbo, per ædictum, uerſic. quid autem, præcipiunt. quod & tradit Boſſ. in dicto titulo de ſenten. numero 12. qui dicit numero 13. magis communiter teneri, ut talis monitio abſque prædicta licentia præambula in effectu non ualeat, quia per appellationem reſcindi poteſt. Clarus in dicta quæſtio.45. uerſic. finali, idem pariter horum omnium nouiſsimus tradidit; & huiuſce materiæ ſpecialem faciam inferius cautelam, in litera R. caut. 233.

## CAVT. III.

### De eo, qui de pluribus illatis percuſſionibus accuſat.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſatus de pluribus percuſſionibus, de quot condemnari debeat.*

2 *Pœnæ molliendæ, non exaſperandæ ſunt.*

3 *Teſtis deponens, quòd Titius poſſedit decem annis, & pluribus, vſque ad quot annos eius dictum interpretabitur.*

4 *Accuſatus de multis percuſſionibus in quot extendantur. Item de plurimis.*

5 *Plures, & plures percuſſiones, quem intuliſſe ſi dicatur, pœna vſque ad quatuor extendi poteſt.*

*Poſſediſſe aliquem ſi dicatur per plures, & plures annos, de quot ſit intelligendum, ſub numero quinto verſ. propterea.*

6 *Accuſator de pluribus percuſſionibus accuſare volens, quibus verbis vti debeat.*

*Pluries ſi quis dicat ſe percuſſum, de quot vicibus intelligendum ſit. ſub dicto num.6.*

*Compromiſſum ita factum, quòd ſemel, & pluries prorogari poſſit, de duabus vicibus eſt intelligendum, ſub dicto numero 6. verſ. & ideo.*

7 *Plures percuſſiones ſi illatæ dicantur, intelliguntur vno impetu, & ictu; ſi verò pluries quem percuſſum mentio fiat, intelligitur de diuerſis ictibus.*

8 *Percuſſionum diuerſa conſideratio, ſi fiant diuerſis ictibus, vel vno tantùm.*

9 *Percuſſiones quatuor, cum diuerſis ictibus illatæ ſint, verba concipienda per dictiones geminatas, pluries, & pluries, docetur.*

*Sed ſi numerum eum excedant, verbis expreſſis denotari debere, habetur numero 10.*

1 ACCVSATVS quis, quòd plures intuliſſet pcuſsiones (caſu, quo plurium poſſet fieri condemnatio per cuſsionum, pro quo vide Iulium Clarum in practica criminali, §. finali, quæſtione 84. verſicu. ſcias etiam, cum verſic. ſequen.) non

non deberet condemnari, niſi pro dua-
2 bus; † Cum enim pœnæ ſint mollien-
dæ, non exaſperandæ. l. ſi præſes, & l. interpretatione. ff. de pœn. pluralitatē indeterminatam illam duarum percuſsionum pœna decet eſſe contentam, l. vbi numerus. ff. de teſtibus. idque tenet Bartolus in l. ſi gemina, numero ſeptimo. ff. arb. furt. cæſ. ſequitur Angel. in tract. maleſ. in gloſ. in verbo, pluribus, & plurib. poſt numerū primum, ad quod vide etiam Alex. in l. & ſi poſt tres, numero quarto. ff. ſi quis caut. Hinc eſt, quòd tradit Baldus in d. l. & ſi poſt tres, quem ſequitur ibi Alexan. ſub numero ſeptimo, vt refert, & ſequitur, ac defendit Dominus Ioannes Franciſcus Balbus in repetitio. l. Celſus. ff. de vſucapionibus, in quarta parte, quæſtione prima, numero decimoſeptimo. quod
3 † ſcilicet ſi teſtis dicat, quòd Titius poſſedit decem annis, & pluribus, illud nomen plurale, pluribus, verificabitur in duobus; vndè teſtis videbitur de duodecim annis depoſuiſſe.
4 † Sed ſi in accuſatione diceretur, quòd quis multas intuliſſet percuſsiones, illæ multæ percuſsiones in duabus, vel tribus verificari poſſent, vt per Bartolum in l. prima, §. hoc reſcriptū. ff. ad Syllanianum. vbi dicit, quod multa dicuntur duo, vel tria; ad idem quoque vide eundem Bartolum in l. licet Imperator, numero tertio, de legatis primo, & ibi Iaſon, numero 19. & 21. de hoc etiam eſt Gloſ. prima, in cap. ad noſtram, de rebus eccleſ. non alienandis, Baldus in l. ſecunda, per eūm textum, in verſicu. in tex. multi. ff. de excuſat. tuto. quem refert Dominus meus, Ioannes Cephalus, conſil. 225. num. 43. Et quòd dictio, multa, in tribus verificetur, tradit gloſ. final. in §. finali, Inſtit. de iure perſ. Ad idem vide apoſtillam ad Bartolum in d. l. ſi gemina, d. numero ſeptimo, litera Gl vbi etiam dicit, quòd accuſatus de plurimis percuſsionibus, poteſt puniri de tribus, & allegat Angelū in Authentica, de triente, & ſemiſ. §. & quòd ſæpè, cum gloſ. in verſ. filiorum, idemque tradit Alexan. in dicta l. & ſi poſt tres, ſub numero quarto, vbi ad id allegat textū in c. ſi Chriſtiano. 33. diſtinc. quod & tradit ipſe Alexan. in l. ſæpè, ſub numero quarto. ff. de re iudicata. vbi etiam vide circa ſimiles dictiones: † Sin verò diceretur, plures 5
& plures percuſsiones, inquit Bartol. in d. l. ſi gemina, ſub dicto numero ſeptimo, quòd pro quatuor accuſatus puniri poſſet, hocque communiter obſeruari ait; & ita etiam ſentit Angel. de malefic. in dicto verbo, & Ludouicus Romanus conſil. 301. Omnipotentis Dei; Quod & inde ſuadetur; quia ſicut dictio, plures, ſimpliciter prolata duorum duntaxat pluralitatem deſignat, vt dictum eſt: ita hæc dictio geminata quatuor tantùm denotare debet; Ideo dicebat ipſe Romanus in dicto conſilio 301. quòd ſi aliquis in capitulo dicat, Quòd Titius poſſedit per plures, & plures annos, de quatuor intelligendum eſt; & ita cùm teſtes quoque ſuper capitulo interrogati reſponderint, quòd poſſedit temporibus in capitulo annotatis, eorum reſponſio ſimiliter interpretanda eſt, vt à falſitate ſaluentur; Ipſe tamen Bartolus dicto numero ſeptimo conſil. tradit, † Quòd accuſator 6
potius vtatur aduerbio, pluries, ſecundùm magis proprium loquendi modum; cuius ſanè dictionis vigore inquit & Baldus in l. fideicom. §. ſi quis. x. de legatis tertio, in hoc noſtro caſu, quòd ſi quis in libello dicat ſe pluries percuſſum, intelligetur de duabus percuſsionibus, & hoc per illum text. & ideo in ſimili propoſito dicebant Bald. in conſilio 299. & ſequen. in 1. vol. & Lanfran. de Brix. in tract. de arb.

de arb.in char.4.col. 1.quos refert Bernard.de Land.ad Ang. de Maleſ.in d. verbo, pluribus. Quòd ſi compromiſſum fiat, cum poteſtate prorogandi ſemel, & pluries, poterit duabus vicibus prorogari. Et profectò ſi hoc aduerbio, pluries vſus fueris, optimum ideò erit. † Quia cùm dicitur, pluribus, intelligitur vno impetu, & vno ictu, ſed cum pluries, dicitur, intelligitur de diuerſis ictibus, vt in d.l.ſi gemina, Bar. in fin.& Angel.vbi ſupra. Idque quod traditum eſt de dictione, pluries, tibi

7 (margin, at "erit. † Quia")

8 pro cautela ſeruiat; † nam Doctores differentiam faciunt inter percuſsiones diuerſimodè illatas, & percuſsiones plures vno impetu, & ictu factas, vt facilè colligere potes apud Iul.Cla. in pract. quæſt.84. verſic. Hæc autem

9 omnia. Quòd † Si quatuor fuerint percuſsiones, poteris dicere, pluries, & pluries, arg.eorum quæ tibi dixi ſupra, ſub numero 5. verſic. quod, & inde;

10 † Cùm verò talem numerum percuſſiones exceſſerint, aduertas ne talibus vtaris diſtinctionibus, ſed eas quot erunt numero exprimas: quarum ſanè percuſsionum numerum, tu etiam cautiùs explica in alijs caſibus: iudices autem ſciant ſecundùm verborum prolationem interpretari de quot percuſſionibus, & qualiter ſit ſentiendum; attento, vt in principio huius capituli dixi, quòd in dubio debet mitius in pœnalibus interpretari, cuius rationis intuitu iudices ipſos hortor, ne arbitrio ſuo in plus, quam quòd dictum eſt, arbitrentur, licet alias ſuper talibus dictionibus fortè in maius arbitrari poſſent, iuxta opi.Iaſonis, quam dicit communiter approbatam in d. l. & ſi poſt tres, ſub num.6.verſic. Tertia opinio; Attenta ſcilicet perſonarum qualitate, & locorum.l.continuus. §.cum ita.ff. de verb.oblig.& ad quod faciunt quæ de his tradit ipſe Iaſ. in d.l.licet Imperator, ſub numero 19. & ſub numero 21. poſt d. Alexand. ibidem, ſub numero 8.

## CAVT. IIII.

De proponendis actionibus perſonalibus, realibus, & liberatorijs exceptionibus, cum cauſæ expreſsione, nec nè.

### SVMMARIVM.

*Actionum perſonalium, realium, & liberatoriarum exceptionũ circa cauſas exprimendas differentia, & nu. 3. & 4.* 1

*Libellus in ciuilibus, licet procedat, ſi ſimpliciter offeratur, cauſa non expreſſa, tamen ſi reus opponet, infringetur in actione perſonali.* 2

*Confeſſio extra ius facta cauſam requirit, declara tamen, vt num.6.* 5

*Liberationis except. quare cauſam non requirat.* 7

*Actio perſonalis vt cauſam contineat, & quare, conſilium datur.* 8

*Cauſæ expreſſio in introducendis, & proponendis actionibus qualis eſſe debeat.* 9

*Filiofam. mortis cauſa donare volente expreſſa patris conceſſio requiritur, non tamen ad præciſam fiendam donationem.* 10

*Cauſam etiam in reali proponenda inſeri debere conſilium datur.* 11

*Cauſa expreſſa in libello realis actionis propoſita, ſi ex eadem cauſa ſuccumbatur; non ob.exceptio rei iudicatæ, quo ad aliam cauſam, qua denuò rei vendicatio intentaretur, ſecus eſſet ſi cauſa in libello non exprimeretur, ſiue in progreſſu cauſæ vnam poſteà cauſam actor proſequeretur, ſiue non.* 12

*Actione perſonali generaliter intentata, & generaliter proſecuta, Actor denuò* 13

*denuò aliqua de cauſa agens rei iudicatæ except. ſubmoueri poſſet, ſecus ſi libellus ſimpliciter in perſonali porrectus eſſet, mox actor vnam cauſam proſecutus eſſet.*

14 *Reo conſilium datur, vt in caſu vno non petat libellum declarari.*

1 ACTIO perſonalis, † realis, & liberationis exceptio, ſiue in eſſe deducatur, ſeu in iudicio proponatur, circa cauſæ expreſsionem differũt. Quia perſonalis actio, dũ introducitur, cauſam expreſſam, qua id fiat, cõtinere debet. l. cum de indebito, in fi. ff. de prob. gl. Bart & cæteri in l. j. ff. de eden. Ang. & Pet. de Su. in l. ſi fideicommiſſum. ff. de iud. doct. in c. ſignificantibus, de lib. oblat. Innoc. in c. cum inter, in gl. in ver. ſubiectione, extra de re iud. Lanfranc. in c. quoniam contra, ver. petitiones, col. 1. extra de probat. Ang. in §. illud, col. vlt. in auth. de exhib. & introd. reis, & doct. in l. generaliter. C. de non num. pecun. Cùm enim actio hæc difformiter, id eſt ex diuerſis cauſis, ſiue obligationibus, ad quas proxima, & immediata reducitur cauſa, procedere poſſit. l. & an eadem. §. actiones, & ibi glo. Bart. & cæteri. ff. de except. rei iud. glo. magna, & doct. & in ſpecie Alex. nu. 26. in d. l. 1. ff. de eden. ſi cauſa ob eam introducendam non exprimeretur, vtique incertum eſſet, qua de cauſa quis alteri eſſet obligatus, ideoq; abſq; fundamento cũ in eſſe conſiſtere non poſſet, nec quicquam operari valeret, arg. l. eius, qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus, & ibi Doct. ff. ſi cert. pet. & proinde generalis locutio cum obſcuritatem pareret, l. prętor edixit, in prin. ff. de iniur. Dec. cõſi. 20. ſub num. 2. & ipſa generalitas ambiguam rem faceret, qua nam de cauſa quis teneretur, vt per glo. in l. quoties in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. ideo hac in perſonali introducenda actione, quæ diuerſimodè (vt dixi) conſiſtere poteſt, nõ ſufficit generalis expreſsio, niſi etiam exprimatur cauſa, ob quam quis obnoxius ſit, iuxta tradita per Rom. in conſil. 326. nu. 12 Hinc dicitur, quòd non ſufficit generaliter exprimi, quod ſpecialiter faciẽdum eſt, l. 4. §. qua ſitum. ff. ſi quis caut. cum multis alijs per Barbat. citatis, conſil. 19. in fine, lib. j. Et ideo ex his dico, † quòd licet generalis libellus in ſe abſq; cauſa (loquor in ciuilibus, quia in criminalibus aliud eſt, vt tradit Alexan. d. l. j. ff. de edend. n. 3.) in perſonali actione procedat. c. Abbate ſanè. §. ſecus, extra de re iud. in 6. & l. fi. C. de ann. except. ac per dictam glo. magnam in verſi. vbi autem reus, & Bart. eam ſequitur, num. 15. & doct. alij d. l. j. de edend. & per Papien. in pract. in for. libelli in act. reali, in verbo, iure dominij, vel quaſi, ſub nu. 33. quinimò Ang. in conſil. 25. inquit, quod etiam generaliſsimus procedit libellus parte non opponente, ibi tamen dicit, quòd fatuus eſt iudex, qui talem non reijcit libellum: ſi tamen libello huic actionis perſonalis reus opponat, cauſa ipſa exprimi debebit, vt per tex. in c. vlt. extra de lib. oblat. not. in d. c. Abbate. d. §. ſecus, extra de re iudic. in 6. Alex. in d. l. j. ff. de edendo, nu. 1. atque pract. Papien. in d. for. act. real. d. verbo, iure dominij, ſub d. nu. 34. ad fin. & per eundem in forma reſp. rei in verbo generalis, ſub num. 1. alioquin iudicium ſub incerto iure decurrens reum non certiorem faceret, qua de cauſa ſibi actio perſonalis difformis (vt dixi) moueretur, contra tex. & ibi tradita per glo. magiſtralem & alios in d. l. 1. de edend. † Quod tamen non eſt in reali actione de neceſſitate faciẽdum, quoniam realis actio vniformis eſt, id eſt eiuſdem ſemper naturę, vel vnius tantum proximæ immedia-

mediatævè cauſæ capax; cùm non ſit,
niſi vnum tantum dominium, indeq́;
vna cauſa proxima, & immediata, qua
id prætendatur, licet diuerſis modis,
aut contractibus dominium acquiri
poſsit, qui tamen cauſam remotam af-
ferunt, vt per tex. in l. 3. §. ex pluribus.
ff. de acq. poſſ. & in d. §. actiones, & ibi
glo. Bar. & cæteri. ac per d. gl. magiſtra
lem, & alios, & maximè Alex. d. num.
26. in d. l. 1. ff. de edendo; & ideo ſi
quis ſuper iure reali in alterius fauoré
ſibi præiudicium pararet, puta confi-
tendo fundum Titij eſſe, cauſæ expreſ
ſio neceſſariò non requireretur, vt per
Bart. in d. l. generaliter, ſub num. 1. &
ibidem ſcrib. alij. C. de non num. pec.
Ad quod facit; quia cum vnica cauſa
in aliqua re conſiderari debet, ea taci-
ta, tanquam expreſſa habetur, arg. eo-
rum, quæ tradit Soc. conſi. j. ſub nu. 1.
vol. 1. & Decius conſi. 372. num. 5. vn
de & idem ius reale absq́; cauſa propo
ni poſſet; & prò hoc etiam recurre ad
doctor. quos ſuperius abundè citaui.
Nec aduerſus hanc libelli generalita-
tem opponi poſſet; quia reus non læ-
deretur, cùm ex ea intentata actione
ſcire poſſet, non eſſe, niſi vnum domi-
nium, vnamq́ue cauſam quamobrem
actor talem cauſam intentaret: Quin-
imò hac reali ſimpliciter intẽtata reus
beneficium conſequeretur, cùm actor
omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe
videretur; Propterea actor ſuccum-
bens, & denuò aliqua de cauſa mox
realem ſuper eadem re vendicãda pro
ponens, rei iudicatæ except. per victo-
rem reum ſubmoueri poſſet, textus eſt
in l. ſi mater. §. eandem, & Bartol. ibi.
ff. de except. rei iud. Quod per tex. eun
dem non procedere limitatur, quan-
do cauſa nouiter ſuperueniſſet, niſi
modo ea cauſa retro competijſſe fin-
4 geretur. † Liberationis pariter exce-
ptio cum in eſſe deducitur, ſeu propo-
nitur in iudicio, nulla cauſæ exprimé-
dæ neceſſitate aſtringitur; Nam, & li
beratio ipſa nulla cauſa ſubſiſtente,
qua id introduci dicatur, fieri poteſt. l.
tale pactum, in princip. & ibi glo. ff. de
pact. doct. in d. l. generaliter. C. de non
num. pecun. † Quia licet in confeſsio- 5
ne extraiudiciali cauſa exigatur. d. l.
cum de indebito, in fin. dicit tamen
gl. prædict. in d. l. tale pactum, † Quòd 6
illud procedit in obligatoria confeſ-
ſione ad perſonalem introducendam
actionem, ſecus autem eſt in liberato-
ria confeſsione; † Et ob ſpecialem li- 7
berationis fauorem id procedere di-
cit Bartol. in d. l. tale pactum.

Ex præmiſsis igitur diligenter ad-
uerte, † Quòd ſi aliquem perſonaliter 8
obligare, & conuenire volueris, cum
cauſæ expreſsione id facere cautus ſis,
ne tibi de vento ſeruiat actio, & per
reum facta oppoſitione fruſtratoriam
actionem inſtituiſſe inuenias; vnde
declaratione opus ſit, vt dixi; & facit
d. l. j. ff. de edendo, iunctis his, quæ tra-
dit Bartol. in d. §. actiones ſub num. 5.
ad fin. ibi, Nam debet actor. † Et hæc 9
quidem cauſæ expreſsio non genera-
liter fieri debebit, ſed per ſpeciem ſal-
tem ſpecialiſsimam; Nam nec neceſ-
ſe eſt, quòd indiuiduè, & ſingulariter
cauſa exprimatur, licet textus. d. l. ge-
neraliter dicat, quòd ſpecialiter cau-
ſam promiſſor edicere debeat; Vt ſi-
mile habemus in l. filiusfam. ff. de don.
† Vbi in donatione cauſa mortis filij- 10
familias, ſpecialis requiritur patris con
ceſsio; non tamen ad eam donationẽ
ſingularis: ſufficit enim quòd pater ex
preſsè filium mortis cauſa donare per
mittat, & vide Bart. in d. l. generaliter,
num. 2. C. de non num. pecun. Quate-
nus autem dictum eſt, Quòd in reali
proponenda non requiritur cauſa,
ſciendum eſt, Quòd id ſi quidem de
neceſsitate non requiritur, vt & ſupe-
rius dicebam; † Sed cautius erit, vt 11
exprimatur; † Nam ſi actor in actio- 12
ne ob

ne ob cauſam expreſſam ſuccumbat, Moxq́; ex alia cauſa eandem rem vendicare voluerit, rei iudicatæ exceptione remoueri non poterit, d.l.ſi mater, §.ſi quis autem. ff.de except.rei iudic. Cùm profectò ſubmoueri poſsit, ſi nulla cauſa expreſſa petitionem priorem porrexiſſet, vt ſuperius dixi, per d.l.ſi mater.d.§.eandem; quod procedere ampliatur, etiam cum generalis petitio fuit porrecta, & cauſam vnam eſſet proſecutus actor, vt per tex.& ibi glo.& Doctor.in d.§.actiones licet ſecus ſit in perſonali, vt paulò infra dicam; Et cautelam prædictam ponit originaliter, d.glo.magiſtr.in d.l.j. de eden.in verſic. ſi tamen in reali actor causã exprimere vult, cautius eſt, &c. Proindè ex aduerſo reus cum talis libellus generalis contra porrigitur, non petat cauſam exprimi, nè pedem ſuum in ligone percutiat, ſecundùm Bulg. quem refert Cy.in l.edita. C.de eden. relatus à Papien.in d.for.actionis realis, d.verbo, Iure dominij, ſub d.nume.34.

13 † Quia autem id, quod de reali modò dictum eſt, vt qui generaliter egit, omne ius ſuum deduxiſſe videatur, procedit etiam in perſonali generaliter intentata; niſi mox ſpecialem cauſam actor proſequatur, vt per textum glo.Bart.& cæteros, in d.§.actiones; Icircò ad hoc, vt ea perſonalis actio generaliter intentata, ac generaliter proſecuta pareat reo exceptionẽ rei iudicatæ, cùm mox actor aliqua de cauſa perſonalem ipſam contra eundem intentare voluerit, Optimum

14 conſilium trado, † Vt quando reus pluribus de cauſis actori perſonali actione obnoxium ſe credit, Non petat exprimi cauſam actionis, Quia ſic rei iudicatæ exceptione actorem denuò ſimilem perſonalem promouentem expellet, Et circa cauſæ prædictam expreſsionem fiendam nec nè, dicam etiam inferius litera. C. Caut. 29. Non quidem circa actionem exercendam, (vt hic principaliter tractaui) ſed circa eam introducendam, vt cùm quis confeſsione ſe obligat.

## C A V T. V.

## De reo ad actoris forũ trahendo.

### *S V M M A R I V M.*

*Actor rei forum ſequitur.* 1

*Reus quo remedio ad actoris trahatur forum.* 2

*Clauſula, ſi quis ſua putauerit intereſſe, non eſt arctatoria, nec reum neceſſarium facit, nec eius perſonæ præiudicat, vt contumax citatus haberi poſſit, & non eſt propriè citatio, ſed edictum, & ex eo edicto comparens voluntariè actor, non reus dicitur, & num.4.5.& 6.* 3

*Citatus ex clauſula, ſi quis, &c. quomodò actorem ad iudicem ſuum trahat & num.8.* 7

ACTOR rei forum regulariter ſequi debet.c.ſi clericus, & capit.cum ſit generale, de foro comp. l.fin.C.vbi in rem act.cũ ſimil.& l.iuris ordinem, C.de iur.om.iu. vide Spec. in tit. de comp. iud.adi. §.1.num.1. & in d.§.fallentias ponit, vide etiam Soc.in reg.incip.Actor regulariter, quæ eſt mihi 15.cum limitationibus, quas ibi ponit. Ad hoc quoq; videas Franc.Marcum.deciſ.1087. num.1.par.1. vbi habes ad hanc regulam ampliationem, ſcilicet ne dùm laicos, ſed & clericos actoris ſecularis forum ſortiri, niſi modò vel ageretur de bonis clerici, ſeu eccleſiæ inuaſis, quia tunc iudex eccleſiaſticus cognoſceret, etiam contra laicum, quia tunc laicus diceretur malefactor, & rerum eccleſiaſticarum detentator, vel niſi 1

iudex

Iudex laicus in adminiſtrãdo iuſtitiã negligens eſſet; nam & tũc eccleſiaſticus cognoſceret, ad quæ Marcus allegat d.c.ſi clericus, & d.c.cum ſit, de foro comp. Et pro ſupradictæ cõcluſionis ampliatione, vt etiam laici forum regulariter clericus ſequi debeat, vide eũdem Marcum deciſ.13.par.2. Quo loci colligere eſt, quando pro iniuria ſibi illata clericus laici forum, vel laicus clerici ſequatur, dùm diſtinctionẽ affert inter iniuriam perſonalem, quæ ſcilicet in clerici perſonam fit, & pro qua in excõicationem incurritur.c. ſi quis ſuadente.17. q.4. & inter verbalem iniuriam, pro qua excõicationis ſententia non incurritur, ſed pecuniaria, ſeu temporalis duntaxat pœna irrogatur, iux.no.per Bar. ĩ l.licitatio. §. quod illicite. ff. de public. quẽ ad hoc ipſe Marc. allegat; ſed meliùs vide poſt d. c. ſi quis ſuadente, Abb.in c.1. & in c.ſi verò, de ſent. excom. Vt autem actor reũ ad forum ſuum trahat, remedium tradit Soc. d. reg. verſ.fin. Quo inquit fieri, vt nunquã ferè actor
2 rei forum ſequatur, videlicèt, † quòd ille, qui agit compareat, & coram iudice ſe ad talem rem, &c. acturum proponat, ideoq; ab eodem iudice petat, vt proclama fiat, quo omnes, qui ſua intereſſe putant, cõpareant; Hoc enim caſu quicũque ſua intereſſe putans cõparuerit, etiam ſi clericus extiterit, actoris forum ſequi tenebitur, nõ obſtante regula prædicta in fauorem rei, quia, eo ſe actor iuuabit, ꝙ ipſe aduerſarium reum non faciat; Et ideo ſi aduerſus actorem quid ſua intereſſe pro re prædicta putauerit, ſe ipſum corãm actoris iudice defendere debebit; & cautelam iſtam, ait Soc. ponunt Doct. in l.conſulta diualia, & maximè Salic. ibi vide. C.de teſta. ad quod etiã vide Bal.& Doct. in l. teſtamenta. C. eod. & refert etiam Soc.ad hoc, Ang.in l. 1. §.hæc ſtipulatio. ff.ſi cui plus, quã per l.Falc.in ſua repetit. quod notandum dicit Soc.perpetuò in practica; † Etenim clauſula, ſi quis ſua putauerit intereſſe, non arctat citatũ, nec eum reũ neceſſarium facit, vt not. Bal. in l.fin. verſ.quintò quæritur. C. de edic. diui Adr. tollen. quem refert Dec. conſil. 187.ſub num.3. verſ.non obſtat.nàm ſimilis citatio potius eſt incitatoria, quam arctatoria, vt patet ex notatis per Baldum, & Doct.communiter in d.l.teſtamenta. C. de teſta. & ut refert Rol.à Val.coſ.29.nu.3. lib.2.quo loci in meo codice pro Baldo Bartolus citatur, errore impreſſoris. His adde Afflict. decſ. ſecunda, num.9.Neuiz. conſ.20.nu.19. & Menoch. illuſtrem ætatis noſtræ iuriſc. in ſuo celeberrimo tract. de recup. rem. 15. num. 3
227. † Bene uerum eſt, quòd licet 4
quantum ad perſonam ita citatam prę iudiciũ nõ afferatur, ut ſcilicet tanquã contumax puniri non poſsit, quãtum tamen ad cauſam ei non comparenti præiudicatur, iuxta tradita per Rolan. à Val. d. conſ.29.ſub num.5.& 6.uol.
ſecundo; † Nec talis dicitur propriè 5
citatio, ſed edictum. Iaſ. in l.libertus. ff. de in ius uocan. quem d. conſ. ſub num.6.refert Rol.Ideo dicebat Afflictus, d.deciſ.2.nu.6.& deciſ.24. nu.7.
ad fin. † Quòd quis ex eo edicto uolũ 6
tariè comparens actor dicitur, & non reus, & ibi Afflict.authoritates ponit; Idem quoq; ait add. ad Bart.in d.l.teſtamenta, litera R. & de hac materia uide copioſè penes Rolan.d.conſ.29. per tot. ex quo aduerſus cautelam prædictam cõtrarium elicitur remedium, quo ex tali edicto comparẽs, actorem, ad cuius inſtantiam factum eſt, ad fo-
rum ſuum trahat; † ut uidelicet cum 7
comparuerit exceptionem declinatoriam opponat, petendo ſe ad ſuum cõ petẽtem iudicem remitti, & in ea ſemper inſiſtat, idque habes penes ipſum Rol.d.conſ. num.16. ibique num.17.

ſecundum Bal. in l. ſi quis in conſcribendo, in fi. C. de pact. inquit, eam poſſe declinatoriã opponi tàm in magnis, quàm in paruis cauſis; & tàm in ordinarijs cauſis, quàm in extraordinarijs; & tàm corã iudicibus ordinarijs,
8 quàm coram delegatis. Dicat † igitur, & proteſtetur talis comparens, & declinatoriam opponens, petensq; ſe ad ſuum remitti iudicem, quòd in eadem declinatoria perſiſtere ſemper intendit; nec ab ea tacitè, uel expreſsè recedere uult; Quę practica colligitur ex dictis Afflicti in conſtit. regni, in conſtit. de Burgenſaticis, col. 3. uerſ. ſeptimò quæro, quem d. conſ. 29. ſub d. nu. 17. refert Rolan. à Valle.

## CAVT. VI.

### De crimine adulterij, & quomodo adulterium probetur; Ac de vitandis in eodem crimine pœnis.

*SVMMARIVM.*

1 *Adulterium, quomodo olim puniebatur apud Piſidas.*

*E Parthi populi acrius iſtud crimen, quàm cætera vindicabant, num. 2.*

*Quamque ſit graue crimen adulterij, oſtenditur in prin. & num. 3. 4. 5. 6. 20. 28. & 46. 78. & 79.*

*Adulterium vnus eſt ex caſibus, in quibus de iure poteſt inquiri, num. 65.*

*Qua pœna adulterium puniebatur ex lege Moſaica, nu. 69.*

*Qua pœna puniatur de iure Canonico, tam in laicis, quã in clericis, nu. 70. 73. 74. 93. 94. & 95.*

*Quæ olim erat pœna de iure ciuili Digeſtorum, nu. 75.*

*Quænam ſit de iure Codicis, & Authẽticorum, nu. 76. & 80.*

*Quid hodie ſeruetur de conſuetudine in maſculis adulteris puniendis. nu. 77.*

*Ac quomodo mulieres adulteræ per ſtatutũ in Brixia Ciuitate puniãtur & criminaliter, & ciuiliter, n. 81. et 82.*

*Et denique quomodo mulier etiam puniatur, quando cum adulterio inceſtus concurrit, nu. 105.*

*Limitando non procedere quod dicitur de adulterij cũ inceſtu, ſumẽda pœna, ſi mulier ſit minor annis 25. nu. 106.*

*Adulterium eſt vnus ex caſib. quib. iudex eccleſiaſticus in laicos animaduertere poteſt, nu. 71.*

*Adulterium de iure ciuili quomodo accipiatur. nu. 113. 114. 117. & 118. cum ſeq. duobus numeris.*

*Et differẽtia ĩter ius ciuile, ac canonicũ quò ad ſumendũ adulteriũ, nu. 123.*

*Adulterij diffinitio, & etymologia, numero 121.*

*Capitula, & probationes quæ fiant, ad hoc, vt coitus ſecutus concludat adulterium conſtitiſſe; & tam quoad mariti perſonã, quã quò ad extraneos; & etiã quando per inquiſitionis procceditur viã, nu. 124. cum duobus ſeq. Item quando accuſat vxor, nu. 132.*

*Et ex aduerſo reus quomodo tales accuſatoris elidat probationes, nu. 127. cum ſequenti & nu. 130. cum ſeq.*

*Adulterium autẽ, ſiue actus venereus directò pro adulterio probandus, difficilis eſt probationis, nu. 134.*

*Vt tamen probari poſsit modus datur, quo præſumptionibus id fiat, nu. 135*

*Quæ quidem argumẽta, et præſumptiones ſufficerent, ſi ad thori ſeparationem ageretur, non autem vt coram iudice ſeculari criminaliter pęna ordinaria veniret, nu. 142. 145. 153. 154. & 155. Amplia, nu. 146.*

*Sed & tales præſumptiones, & indicia eſſent ſufficientia, vt mulier dotem amitteret, nu. 156.*

*Verùm adulteriũ, quoad pœnam etiam ordinariã ſumẽdã, bene probaretur, ſi probatio fieret, pudenda in pudendis, & obſcœna in obſcœnis fuiſſe poſita, num. 143.*

*Item*

*Item ſi induceretur præſumptio iuris, & de iure, ſecundum ea, quæ haben tur nu. 159. 160. & 163.*

*Itidem quoad partem ream conſiliũ da tur quomodo indicia aduerſus ſe ip ſam orta perimat, nu. 161. cum ſeq.*

*Adulterium autem quando probatur, an teſtes ſingulares ſufficiãt, nu. 165*

*Et cõſiliũ datur, quòd p teſtes cõcordes ſẽper fiat adulterij probatio, nu. 166*

*Remedia tandẽ traduntur, quibus adul ter, adulterauè ſe valeant aduerſus accuſatorem reparare, nu. 167. intel ligendo ipſum remedium, de quo d. nu. 167. vt traditur, nu. 175. 176. & nu. 177. Alia dãtur remedia, n. 179. 182. 184. 185. 186. 194. 197. 198. & 199. Iſtud vltimum intelligendo, vt nu. 202. & 204. ex quo conſilium pro mulieris aduocato datur, n. 203. Itẽ intellige ipſum vltimũ cõſ. prout ampliatur, nu. 210.*

*Pater adulterum cum filia repertum occidere poteſt; dumtamẽ concurrãt requiſita, de qb. nu. 7. 9. 10. 11. et 12. Limita id nõ procedere in matre, fratre, auo (etiam ſi habeat in poteſtate) & filio, nu. 13. & 14. Nõ in marito, qui poteſt adulterum occidere, ſi vilis ſit perſona adulter ipſe, nu. 20.*

*Et hæc de iure ciuili: ſecùs de iure Cano. num. 32. Neque etiam perſonæ iſtæ, quæ per ſe occidere poſſunt, alijs mã dare fiendum poßunt, nu. 38. & 39. niſi filijs mandent, vt nu. 43. non au ſeruis, vel vaßallis, nu. 45.*

8 *Adulteri vt poſſint occidi in actu vene ris quando reperti dicantur.*

15 *Extenſio non eſt licita in correctorijs, & odioſis. Amplia vt nu. 16.*

17 *Odioſis ĩ caſib. ẽt vbi lex pedẽ ſuper eis figit, vlterius pcedere nõ debemus.*

18 *Hæres licet delinquat prohibendo teſta torẽ ab eo funerari, quẽ teſtator ele gerat, tamen non punitur, et quare.*

19 *Pœnalia extenſionẽ non recipiunt. Et an recipiant vbi maior viget ratio, ſub d. nu. 19.*

*Maritus adulterum perſonam vilem cũ vxore deprehenſum occidere poteſt.* 20

*Si autem non ſit vilis adulter, & occi dat, de homicidio tenetur, mitiori ta men pœna, nu. 21.*

*Vxorem tamen non poterit impunè oc cidere ſed occidens mitius punietur, vt num. 26.*

*Dãnatio in metallũ, & relegatio, hodie nõ ſunt in vſu: Et q̃ pœnæ hodie ſint earum loco ſubrogatæ, nu. 23. & 24.* 22

*Relegatio, in cuius locum hodie ſucceſſit exilium, vel confinatio, de iure cano nico non eſt in vſu.* 25

*Maritus dotẽ nõ lucratur vi pacti, vel ſtatuti de dote lucranda, muliere in matrimonio prædefuncta, ſi ipſe ma ritus vxorem, & iam in adulterio deprehenſam occiderit.* 27

*Clericum in adulterio deprehenſum pa ter percutere poteſt, abſque eo, quòd in excommunicationem incurrat. Amplia etiam in marito, nu. 29. Non in ſponſo per verba de futuro, vt num. 30. Hoc tamen caſu ſufficeret habere abſolutionem a proprio Epi ſcopo, ſub dicto nu. 30.* 28

*Iudicem cum filia adulterium commit tere deprehẽſum pater occidere põt.* 31

*Ius ciuile aliquãdo nonnulla permittit, quæ ſi agamus, mortaliter pecca mus, & nu. 34. 35. 36. & 37.* 33

*Legata in minus ſolemni voluntate re licta de conſcientia ſunt debita.* 37

*Statutũ ſi permittat offenſo poſſe pro pria occidere authoritate, & ſe impu nè vindicare, iſtud alteri mãdari non poterit: Practica ſecus habet, nu 42.* 40

*Ius ſe vindicandi propria authoritate cedi, & mandari non poteſt. Practi ca tamen ſecus obtinuit, nu. 42.* 41

*Pater, & filius eadẽ cenſentur perſona.* 44

*Tranſactio licet ſit permiſſa ſuper deli ctis, q̃ ſanguinis ingerũt pœnã, nõ ta men ſuper adulterij crimine tranſigi eſt cõceſſum, & quæ ſit ratio, nu 47.* 45

48.& 49.*Limita nu.*50.& 51.
52 *Pacē fieri ſuper oī crimine licet, vt ani*
*mi rancor, & inimicitia remittatur,*
*nō tamen p eā proceſſus impedietur,*
*quamuis pœna minoretur ex ſtat.for*
*ma,et vide ſupra nu.* 51. *Ideo iudex*
*proſequi ex ſuo officio poterit,nu.*64.
*Tamē proceſſus debilitabitur,nu.*68.
53 *Pax, quæ fit ſuper delicto eſt ſufficiens*
*indiciū ad torturā,ītellige vt nu.ſeq.*
*Ne tamen ad torturam faciat indicium*
*cautela datur,nu.* 55.& 58.*quod di-*
*ctum amplia,ut nu.*40.& 62.
56 *Notarius pro abſente ſtipulari pōt; &*
*domino acquirit etiam ante ratifica-*
*tionem,nu.*57.
60 *Ratio vnica in ſtat.habetur pro expſſa;*
*Quod & in alijs procedit,nu ſeq.*
63 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*
66 *Iudex hodie ſuper omni crimine inqui-*
*rere poteſt.*
*Quin & proſequi poterit, ſi accuſator*
*deſtiterit,num* 67.
72 *Separatio thori quādo ob adul.petitur,*
*id coram eccleſiaſtico iudice fiēdum*
*eſt.Iſta tamen ſeparatio non facit,vt*
*vxor deſinat eſſe vxor,vnde vir aliā*
*nequit recipere,nu.*212.
83 *Statut. Brixiæ criminale,* 71.& *ciuile*
197.*quomodo intelligantur, & nu.*
84.& 92. *Et datur cautela circa ea*
*duo ſtatuta, qua actiones amborū in*
*eodē iudicio cumulari queāt, nu.*86.
85 *Actio ciuilis, & criminalis cumulari*
*non poſſunt; Limita num.*85.*Quam*
*limitationem amplia nu.*88.& *intel*
*lige,vt nu.*89.& 91.
87 *Incidenter multa permittuntur, quæ*
*alias non concederentur.*
90 *Probationes lucidiores requiruntur in*
*crim.& nu.*147.*Amplia nu.*148.
93 *Mulier ob adult. amittit dotem, & pa*
*raphernalia,n.*94.*Amplia ēt in ſpōſa,nu.*96. *Iſtud tamen de ſponſa intel*
*lige nu.*97.& *an vidua ſtuprū com-*
*mittens dotem perdat, & don.pro-*
*pter nup.nu.*98.

*Maritus pariter ob adult. perdit don.*
*propter nupt.*95.
*Vt tamen dos hæc amittatur, quid fa-*
*ciendum ſit,nu* 99.
*Maritus dotem lucratur, etiam ſi vxo-* 100
*rē non accuſet, cum aduerſus vxorē*
*dotē petentem opponat de adult.*
*Hæredes mariti an poſſint de adult.age* 101
*re, ut dotem acquirant, & nu.*102.
*cum duobus ſeq.*
*Præſcriptio in criminibus eſt* 20.*anno-* 110
*rum regulariter: Limita non proce-*
*dere in adult. quod quinquennio prę*
*ſcribitur,a die commiſſi criminis,vlt.*
*loco cōputādi,n.*107.*et* 108.*Niſi ſit*
*adult.cū inceſtu,in quo* 20.*an.requi-*
*rūtur.nu.*109.*Item in adult.vi com-*
*miſſo,num.*112.
*Delicta duo quando ſunt permixta,ma-* 111
*gis perpetuum reducit ad ſuam per-*
*petuitatem minus perpetuum.*
*Mulier de adult. nequit accuſare, qa in* 115
*iudicio publico nō admittitur, n.ſeq.*
*Adulterij crimine quādo puniatur vir.* 122
*Præſumptio fortior minus fortē tollit.* 129
*Correlatiuorum eadē eſt diſciplina;etiā* 133
*in pęnarum cauſis; vt ſub nu.*95.
*Adulter manifeſtus an dicatur quis de-* 136
*prehēſus in domo,ubi pulchra eſt mu*
*lier,et n.*138.139.140.141.*et* 144.
*Argum. valet ex his, quæ frequenter* 137
*contingunt.*
*Iuuenis ſi reperiatur in camera cum* 146
*muliere diſpectoratus, & caligis ſo-*
*lutis,nō probatur directo adult. etiā*
*ſi mulier teneret ianuam clauſam, et*
*negaret ibi iuuenem adeſſe.*
*Teſtes in crim. debent eſſe omni excep.* 149
*maiores.*
*Præſumptionibus violētis & quātum-* 150
*cunq; indubitatis quis corporaliter*
*nō dānatur.Et vide n.*152.*cū n.*155.
*Salomon de plagio noluit damnare mu* 151
*lierem,& quare.*
*Mulier propter oſculum luxurioſum,&* 257
*tactum mamillarum dotem amittit,*
*& ob id adult.præſumitur, nu.ſeq.*
*Præſum-*

164 *Præſumptio iuris, & de iure, eſt potens ad condẽnandũ etiã pœna ordinaria.*

168 *Nomẽ accuſati quãdo dicatur receptũ inter reos. & nu. 171. et 173. cũ ſeq.*

169 *Litis cõteſtatio quando oriatur in crim.*

170 *Iudex abſente etiam accuſatore poteſt ex officio procedere.*

172 *Abſens ſi eſt imputatus de crimine, quibus in caſibus poſſit cõtra eũ ꝑcedi.*

178 *Lenocinium quot modis committatur, remiſſiuè.*

179 *Maritus mariti iure accuſans poſt ſexaginta dies vtiles repellitur, poſt tamen illud tempus põt extranei iure accuſare intra alios quatuor menſes vtiles, nu. 180. Totus aũt ille terminus ſex mẽſiũ ꝑdictorũ nõ debet excedere quinquẽniũ cõtinuũ, nu. 181. Et quæ ſit vtilitas, poſſe quem iure mariti accuſare, nu. 183. remiſſiuè.*

187 *Maritus recipiendo vxorẽ adulterã an dicatur eius mores approbaſſe tam præteritos, quã futuros, & nu. 188. 189. 190. & 191. Quibus in locis habetur, quòd ipſe maritus neque expreßè mores futuros approbare põt, neque etiã, ſi iuramẽtũ interueniat. Niſi circa id, quod priuatam contineret mariti vtilitatem, quia eo in caſu ſibi præiudicaret.*

192 *Pacta, quæ turpem continent cauſam non ſunt obſeruanda.*

193 *Iuramentum non firmat contractum, qui reprobatur principaliter ob publicam vtilitatem.*

195 *Sententia condemnatoria de adulterio cõtra adulterum, mulieri non nocet: ſed ſi abſolutoria ſit lata pro adultero, illa abſolutio ẽt mulieri prodeſt.*

196 *Abſoluendo promptiores ſumus, quam condemnando.*

200 *Vſurarij niſi reſtituant vſuras, de vſuris agere nequeunt.*

201 *Legis auxilium fruſtra inuocat qui in legem committit.*

205 *Mulier dotem petere non prohibetur ratione adulterij, quando & ipſe vir matrimonij violaſſet leges, & concubinam aluißet.*

*Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.* 206

*Nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego* 207

*Fides non eſt ſeruanda fidẽ non ſeruãti.* 208

*Agere volens ad pœnam priùs pro parte ſua adimpleuiſſe debet.* 209

*Mulier contra virum ſuam ruptam fidem opponere poteſt etiã poſt thori ſeparationem; & iudex officio ſuo poteſt cogere, vt vxorem recipiat vir, ac per actionem id mulier obtinere poteſt, num. 211.* 210

ADulterij crimen, quantum ſit
deteſtabile, ac ſordidum, ex
ſacris, atq; profanis pagi-
nis apprimè conſtat: Siquidem iſtud
in alieni thori perniciem tẽdẽs publi-
cam quandam rerum naturæ affert in-
iuriam; & quod diuinitus contigit, ip-
ſum fœdare ſatagit: Planè matrimonij
ſacra, indiuiduaq; conſuetudo id in ſe
ipſam continet, ut quod Deus coniun
xit, duos ſcilicet in una carne conſiſte
re, homo uoluptatis iniquitate, uene-
reisq; illecebris ſubuertere nõ audeat
iuxta ea, quæ habentur Matth. cap. 19.
num. mihi 6. Adeo autem adulteria
ſemper turpia habita fuere, ut & bar-
baræ nationes ueræ religionis ignaræ
olim ſcelus id infami pœna uindica-
rent; Nam, ut ex Nicolai ſcriptis, de
moribus gentium, refert Stobæ. in tit.
de legib. & cõſue. ſerm. 42. Piſidæ † po 1
puli in Aſia minori degentes (ut Plin.
ait lib. 5.) adulterij conuictum per ur-
bem unà cum adultera muliere ſuper
Aſinum ad dies aliquot circunduce-
bãt; & Iuſtinus refert lib. 41. in Trogi
Pompeij hiſtorias, Parthos † populos 2
nulla delicta adulterijs grauius punire
fuiſſe ſolitos. Aegiptij itidem, Palæſti-
ni, Arabi, Locrenſes, Athenieẽſes, Ger
mani, Cumæi, Saraceni, & Leprei va-
rijs id delictum puniebant pœnis, vt

penes.D.Menoch.habes,lib.2.de arb.
iud.caſu 419.a nu.10.vſque ad 241 &
certè temporibus hiſce noſtris grauiter
dolendum eſt, quòd multi ſacroſancta
diuina præcepta, nedum humana
ſpernentes iudices; eorumque ſalutis
immemores, & ludibrio rei magnitudinem
habentes, tanti criminis pœnas
inferre diſsimulant; & vtinam ſibi
præoculis memoriæ ſemper habendũ
conſtituerent illud Pſal.118.num.mihi
34. Da mihi intellectum,& ſcrutabor
legem tuam; & cuſtodiam illam
in toto corde meo. Quis enim inficias
ibit adulterari, eſſe contra vnum ex legis
diuinæ præceptis? id patet Exod.
c.20.num.mihi 17. & Deuter.c.5.numero
21. Grauiſsimum equidẽ iſtud
eſt crimen, vt & per Doct. in c. at ſi
clerici,§.de adulterijs, extra de iud.&
inquit Bertr.conſ. 316.nu.12. & 14.
3 vol.2. adulterium † eſſe læſæ maieſtatis
criminis proximũ, & furto grauius
longè; & ait etiam Azo in ſum.C.de
4 adult.in prin.quòd † inter crimina excellentius
eſt adulterium, ſtuprum, inceſtus,
& lenocinium. & ibidẽ nu.11.
5 ait, † ꝙ ex adulterio omnia ferè proficiſcuntur
crimina, violentia, iniuria,
homicidiũ, falſa teſtimonia: Et ideo
6 † ob ipſius adulterij flagitiũ videmus
contra iuris communis regulas ex iure
ciuili eſſe patri permiſſum adulterũ
cum filia in adulterio deprehenſum
occidere, vt eſt text. in l. patri. ff. de
adult. dùm tamen infraſcripta omnia
7 concurrant. Primò † quòd filiam pater
in actu venereo reperiat, l. quod ait
lex, in prin.ff.eod.vnde poſt actũ perfectũ
(quod intelligit poſtquam ad alios
extraneos actus adultei, adulteraq; diuerterint,
arg.no.in l. cõtinuus.in prin.
ff.de ver.obl.& in l.ſi ex duob.in prin.
ff.de duob. reis) iſtud fieri patri non licebit,
vt & ita ſentit Ang. de maleſ.in
verb. *che hai adult.* ſub nu.8. Qui etiã
8 † intelligit in actu veneris adulteros
repertos dici, non modò ſi actualiter
in actu carnali venereo ſit nudus cum
nuda; verũ etiam ſi eos reperiat pater
in præludijs; videlicet cum ſola ſolũ
in camera cum verbis blãdis, laſciuis,
vel oſculis, aut mamillarũ tactu; hæc
enim ſunt adulterij præludia, vt no.gl.
& Bar. ĩ l.1.ff.de extraord.crim. & eſt
glo.no. & ibi Bart. in d.l.quod ait lex,
in prin.ff.de adult.Bar.in l.capite quinto.
ff.eo.& Salyc. in l.Gracchus.C.eo.
& de quo ego lati⁹ infra ſuo loco dicã.

Secundò † requiritur, ꝙ pater adul 9
terum in venereo reperiat actu, aut in
domo propria, aut in generi domo;
quia alibi reperiendo occidere nõ poſſet;
& intellige in domo propria, aut
cõducta; dummodo etiam inhabitet;
nam ſi pater, generuè plures haberent
domos, & in earum vna, in qua ipſorũ
alter non habitaret, filiam adulterium
cõmittentem reperiret, eam impunè
occidere non poſſet, vt eſt tex. de his
in l.quod ait lex,§.quare non vbicũq;.
& in l.nec in ea. ff.eo. de adul.ibiq; gl.
& Bartol. ac Ang. in d.verbo, *che hai
adulterato*, num.10.

Requiritur † tertiò ꝙ filiã, & adul 10
terum pariter, & ſimul pater occidat.
d.l.patri, & ibi glo.& Bar.cum ea, d.l.
quod ait,§.quod ait, & l.nihil, in prin.
& ibi glo.ff. eod.& not.gl. in d.l.Gracchus,
in verbo, potuerit. C.eod.& tertiũ
iſtud requiſitum intellige ſecundũ
ea, quæ tradit Ang. Aret. in d. verbo,
*che hai adulterato*, nu.11.

Quartò † requiritur, ꝙ filiam pater 11
habeat in poteſtate, aliàs ipſam emancipatam,
aut in aui poteſtate exiſtentem
occidere impunè non poſſet, d.l.
patri, & l. ſeq. & patri ſufficit, ſi eo tẽpore
in poteſtate habeat, quo occidit,
non quo in matrimonium collocauit;
finge.n.poſtea redactam in poteſtate,
vt eſt tex.in d.l.qđ ait, ĩ fine principij.

Quintò † requiritur, & vltimò, ꝙ ſit 12
nupta filia; nã ſi eſſet vidua nõ credit

Aret.

Aret.in d.verbo,*cha hai adult*.nu.15.
poſſe occidere patrem, ea rõne, quia
ex ſtupro per filiam cõmiſſo, quæ uidua ſit, ipſe pater ius præcipuum non
habet, ut aliis præferatur extraneis in
accuſando, d.l.nec in ea,ij. reſp.ergo
multò minus ius habebit præcipuum,
quòd occidat: Et circa materiam hãc
uide quæ tradit ipſe Aret.in modò dicto loco,nu.16.cum ſeq.

13 Quæ † autem dicta ſunt de patre, qui adulteram filiã iuxta prædicta occidere ualeat, nõ procedunt in matre, neq; in fratre,neque etiam in auo,etiã ſi in poteſtate habeat,d.l.patri,in fi.cũ l.ſeq.& Aret.in ſæpè citato loco, nu.
14 13. ſubdens † nec filio permitti occidere cũ matre adulterãtem, d.l.Gracchus, & ibi Cyn. & Salyc. licet in his glo.dubitauerit in d.l.quod ait lex. Et non poſſe facit, quia leges, quæ patri iſtud permittunt,ſunt exorbitantes,& odioſæ,ut patet per tot.tit.ff.& C.ad l. Corn.de Sicar.& §.item lex Cornelia
15 de Sicarijs, Inſtit.de publ.iud.At † in exorbitantibus non eſt licita extẽſio, etiam ſi rationis identitas iſtud ſuadere uideatur, ut in reg. q̃ à iure, de reg. iu. in 6.cũ ſua ſing.gl.& in l.ſi uerò.§. de uiro. ff.ſol.ma.cũ alijs,q̃ in hoc ꝓpoſito allegat Euer. ĩ Topic.in loco à ratione leg. nu.41. præcisè iſtud uerũ declarans, quando extenſio fieret de perſona ad perſonas,ut habetur penes eum ſub num. 47. & hæc ſententia,
16 procedit † etiam ſi maior interueniat ratio, ſecundum ipſum Euerar. qui plenè hunc articulum de extenſione examinat, in d.loco, ſub nu.44. quod tamen non procedere limitat, cum maioritas rationis inſurgeret ex vi reg. non debet. ff. de reg. iur. &c.cui licet, extra eodem, in 6. Planè tantò magis in caſu noſtro iſtud ꝓcedit, vt non fiat extenſio,cùm nedum in exorbitantibus, ſed etiam in pœnalibus ſimus; ſicq́ue in odioſis; Etenim vide-
mus,quòd † in odioſis etiã vbi lex pe- 17
dem ſuper aliquibus figit, vlterius procedere nõ debemus, quia odia reſtringi debẽt,c.odia, extra de reg.iur. in 6. cum ſim. & eſt optimus ad hoc tex.in l.& ſi quis,§.Diuus autem Marcus,ff.
de relig.& ſumpt.fun.vbi † licet hæres 18
delinquat prohibendo teſtatorem ab eo funerari, quem teſtator elegerat, tamen non punitur.ratio dicit tex.eſt, quia pœna in hæredẽ ſtatuta nõ eſt,& illum tex.dicit notabilem Bal.in l.3.in
prin. C.de epiſ.& cleric.vnde † in pœ 19
nalibus, quia odioſa ſunt,non eſt licita extẽſio,Bal. in l.cũ proponas, cir.fi. C.de hæred.inſtit. Dec. & Cagn.in l. factũ,§.in pœnalib.ff.de reg.iu.Afflic. deciſ.21.ſub nu.5.verſ.item quia ſtat. & deciſ.vlt.nu.17.vbi ẽt ait id per rõnis maioritatẽ nõ admitti, (quamuis Ripa in rub.ext.de iud. ſub nu.22.dicat magis eſſe communem opin.in pœnalibus etiam fieri extenſionem ex rationis maioritate.) Natta cõſ.339. nu. 6.Rol.à Valle conſ. 27.nu.19. vol.1. & conſ.74.nu.18. vol.3.vbi ait id procedere, etiam ſi ratio eſſet ſcripta in lege; & ita ait cõem eſſe opin. Iaſ.in l. cum quidam,nu.10.& 24. ff.de lib.& poſth.& in l.fi.ff.de in ius vocan. & latè ꝓſequit̃ Crau.in trac. de antiq.tẽp. par.4. nu.87. Cùm igitur nos in caſu noſtro nõ in odioſis modò, ſed & in exorbitãtib. ſimus,meritò dicẽdũ eſt, vt ad alias ꝑſonas occidẽdi ius nõ ex-
tẽdat̃.Bene † cõcedit lex marito poſſe 20
adulterũ cũ uxore ſua depȟẽſum occidere, ſi ipſe adulter ſit vilis ꝑſona,& ĩ ipſius mariti domo inueniat̃, nõ alibi, l.marito,vbi & q̃ ſit ꝑſona uilis,ut occidi valeat,narratur. ff.de adult.& d.l. Gracchus,iun.gl. ibi,C.eo.notatq́; gl. in l.nec timorẽ, in verbo, quanquã.ff. de eo,quod met.cau. ad idẽ eſt tex.iũcta ibi gl.1.in princ.legis, q occiderit. ff.ad l.Aquil.& idẽ tradit Ang.in d.verbo,*che hai adult*.ſub nu.1.quem oĩno

vide circa hoc cum numeris ſequẽ.&
ibidẽ etiam vide Auguſt. Arimin. ad
eum; ac etiam vide Rol.à Val.cõſ.34.
in princip.vol.2. & † quæ humilis dici
poſſit perſona, vide præter d.l.marito.
l.humilem.C.de inceſt.nupt.& Rolã.
in modò d.conſi.nu.3.cum duob.ſeq.
21 Si igitur † humilis nõ ſit perſona adul
ter à marito occiſus,de homicidio te-
nebitur; non quidem vt vltimi ſuppli-
cij pœna plectatur, ſed mitius propter
iuſtum dolorem ; nam ſi maritus hu-
milis erit perſona in metallum dam-
nabitur, ſi verò honeſtior in inſulam
relegabitur, ſecundùm tex.in l.ſi adul
terium cum inceſtu, §. Imperatores.
22 ff.de adult. qui probat,quòd † licèt ho
die ſupradictæ pœnæ non ſeruentur,
& maximè pœna damnationis in me-
tallum, vt dicit Foller. in pract. crim.
canon.fo.131.num.8. & Mantua in l.
tranſigere,poſt num.5.C.de tranſact.
quos refert Iulius Clar. in pract.§.fin.
q.67. verſ.Item damnatio; earum ta-
men loco iuxta prædictam perſonæ
mariti conditionem illæ erunt atten-
dendæ pœnæ,quæ pro illis noſtris tem
23 poribus imponuntur; Nam † pro dam
natione ad metallum hodie de conſue
tudine ſolent rei ad triremes damnari
perpetuò,vel ad tempus, vt ait Capic.
deciſ.153.num.3.quem refert apoſtil.
ad Afflict. ſuper tertia parte Conſtit.
Regni,ſub nu.5. Foller.in loco præd.
ſubdens, quòd hæc triremium pœna
de iure quoque Canon. imponitur.
tradunt & alij, quos cum iſtis refert
24 Clar.d.verſ.Item damnatio. Pro † re-
legatione autem hodie in foro ciuili
exiliũ imponitur, ſiue cõfinatio (quæ
frequenter in Dominio Veneto ſolet
25 imponi.) Sed ſecundùm † Canones
hodie pœna hæc in vſu non eſt, vt per
Innoc. in c.qualiter, & quando,nu.6.
extra de accuſ. & alios,de quib. Clar.
d.q. 67. verſ.fin. quem vide. Maritus
inquam adulterum, legis ceſſante au-
thoritate, occidens, pœnas prædictas
in locum antiquarum ſubrogatas, re-
ſpectiuè patietur; aut in exilium indi-
ſtinctè fortè dabitur,d.l.Gracchus,in
fi. niſi modò intelligas d.l. Gracchus,
ſecũdum præcedentem diſtinctionẽ,
prout intellexit Rol. d.conſ. 34. nu.1.
& 2. vol.2. Licet autem aliqui dicant
nullo caſu permitti marito adulterum
cum vxore deprehenſum interficere,
tamen communis Legiſtarum opinio
eſt, quod iuxta prædictam declarationem
id facere valeat, vt teſtatur Pariſ.cõſ.
154.nu.12.lib.4. & ita conſuluit Soc.
iun.cõſ.34.lib.2.quos refert Iul.Clar.
in §.Homicidiũ,verſ.ſed quid dicen-
dum.Non † tamen vxorem in adulte- 26
rio deprehenſam occidere impunè po
terit maritus,& ſi occiderit eaſdem pa
tietur pœnas,de quibus in d. §. Impe-
ratores, qui de hoc præcisè loquitur.
Cùm † ergo non liceat vxorem interſi 27
cere, maritus dotem, vel eius partẽ nõ
lucrabitur, ſi fuerit pactum factũ, vel
ſtatutum extiterit de lucranda dote,
muliere in matrimonio prædecedẽte,
vt videtur tex. & ibi tradit gl.Bar.Bal.
& alij in l.ſi ab hoſtib. §.1. ff.ſol.mat.
& Aret.in d.verbo, *che hai adulterato*,
ſub num.1.verſ.cum ergo.

Adeò autem adulteriũ odioſũ viſũ
fuit, vt † & patri liceat clericũ in adul- 28
terio deprehenſum percutere, abſque
eo, quòd in excommunicationis pœ-
nam incurrat,de qua in c. ſi quis ſuadẽ
te, 17.q.4.& eſt cõis opi. vt dicit Ber-
mõd.de cõcubin.fo.267.nu.5.in fine,
quẽ refert Clar.d.§.Homicidiũ, verſ.
dixi. Quod † & in marito procedit, vt 29
eſt tex.in c.3.in fi.de ſent.exc.& ita te
nent cõiter Doc.vt ait Ant.Gomez ſu
per l.80.Tauri,num.55.& pro his vi-
de tex.in c.ſi verò, & ibi glo. de ſent.
excom.in fi.Bal.Ang.Imo.& Raph.in
in l. quid ergo, §. ſi hæres. ff.de legat.
primo. Aretin.in d.verbo, *che hai adul-
terato*, nu.63. & ibid.Auguſt.ad eum.

Quod

30 Quod † tamen intelligendũ eſt in marito, nõ in ſpõſo per verba de futuro, ut ita videtur ſentiſſe gl. in d.c. 3. ĩ verbo, cũ uxore, quã dicit eſſe ab omnib. approbatã Didac. ſuper 4. decr. fo. 3. nu. 12. qui tamẽ tenet, ꝙ hoc caſu ſufficeret abſolutionẽ à proprio Epiſcopo habere; non autẽ illam teneretur à ſummo Põtifice impetrare; & ita Cla. d. §. Homic. d. ver. ſed quid dicendũ. Tanta pariter in adulterium committentes
31 eſt concepta indignatio, vt † & patri liceat magiſtratum cum filia inuentum occidere, vt tradit Bar. in d.l. marito. §. illud. ff. de adult. Ang. Aret. in d. verbo, *che hai adul.* nu. 17. quod & poſt eum voluiſſe videtur Auguſt. Arimin. num. 23. & id quoque Claro placet in dicto. § Homicidium, d. ver. Dixi etiam, vbi officiales admonet, ut à thoris alienis caueant, ne ſibi tale aliquid contingat.

32 Sciendum tamen eſt, quòd † quamuis in foro contentioſo liceat patri, & marito, iuxta prædicta, adulterantes interficere; illud tamen in foro conſciẽtiæ non admittitur, vt probat tex. in c. admonere, & in c. inter hæc. 63. q. 2. & ibi hoc dicit glo. 1. & per quę iura ita tradit Imo. in d.l. quid ergo. d. §. ſi hæres. ff. de leg. 1. & iſtam dicit eſſe communem ſententiam Couaruu. in epit. 4. c. 7. § 7. num. 9. ex Tiraqu. in connubial. in 8. lib. ut ita refert Baptiſta à Villalob. in ſua collecta com. op. litera M, num. 23. idem tradit Menchiacha lib. 1. de teſt. in 1. par. poſt nu. 7. verſic. vnde data; & controu. vſu frequen. capit. 8. num. 2. quem refert Clar. d. §. Homicidium, verſ. Sed hęc quidem. qui tamen ſubdit, quòd hæc opinio ſibi nunquàm placuit; impium. n. cenſet dicere, apud nos legem aliquam vigere, quæ peccatum mortale committi permittat: ſed certè puto ego Clarum circa hoc maximè er-
33 raſſe; multæ namque † ſunt iuris Cæſarei leges, quibus ſi adhæreamus, nos in mortale peccatum perducent; vt in ſpecie animaduerto ego eſſe textum in l. 2. C. de reſcin. uend. quæ permittit, vt quis ſecum contrahentem decipere valeat, dummodo læſio ultra dimidiam non excedat, & nihilominus † nemo negabit, quin eo in caſu talis 34
decipiens mortaliter peccet, arg. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. & vide, quæ ego circa iſtud propoſitum dicã infra litera L, caut. 140. num. 12. vſque in fin. Aliam pariter trado iuris ciuilis legem, in l. ſi veritas C. de fideic. quæ vult, quod † ſi in aliqua ultima uo 35
luntate quis minùs ſolenniter aliquam rem alicui legat, hæres illam præſtare non teneatur; ad idem addo tex. in l. fin. C. eod. de fideic. & in §. fin. Inſtit. de fideic. hæred. qui textus † per- 35
mittunt, quòd ſi in aliqua diſpoſitione teſtator hæredem ad aliquid præſtandum grauauerit; nec in ea declaranda uoluntate teſtes requiſiti interfuerint, ipſe hæres à legatorio conuentus, ſi fateatur quidem illud relictum eſſe, ſed minus ſolenniter, ad præſtandum legatum non tenebitur, ut & ita communiter ſcrib. per eos textus illis in locis tenuerũt: Atqui † explorati iuris ẽ, 37
quòd ex tali minùs ſolẽni volũtate relicta de cõſciẽtia debenĩ, vt eſt tex. ad hoc ſing. quid id expreſsè dicit, in l. 2. C. de fideicom. & facit tex. in l. fideicõmiſſum, & quod ibi not. ff. de cond. indeb. in l. in teſtamento. ff. de fideicom. libert. & in l. non dubium, § illud. C. de teſtam. ac faciunt quæ tradit Bar. in l. 1. ſub nume. 10. & cæteri cũ eo, ff. de cond. indeb. & in l. cum quis, vbi eadem eſt repet. ſub nume. 10. cuius opin. magis communiter ſequuntur Doct. vt tradit ibi Iaſ. ſub nume. 13. C. de iur. & facti ignor. quod & tenent Canon. omnes in cap. fin. extra de ſolut. & communem multis docet authoritatibus Ema. Soar. in Theſau.

ſau. recept. ſent. litera T. nume. 83.
Quapropter ego aliàs remedium de-
nuntiationis euangelicæ afferam pro
legatarijs iſtis in minùs ſolenni volun
tate honoratis, aduerſus hæredes ſol-
uere recuſantes, infrà litera F. Caute.
74. in fine. Apparet ergo contra Cla-
rum leges in iure ciuili reperiri, quæ
contra conſcientiam quid admittunt,
& ſic mortaliter quem peccare nõ cu-
rant: Vnde & nimirum ſi in terminis
noſtris iuxta prędicta, patrem, aut ma-
ritum permittunt homicidium com-
mittere, & inſimul mortaliter pec-
care.

Verùm eſt animaduertẽdum, quòd
38 † licet ſupradictis perſonis quandoq;
adulteros occidere ſit conceſſum, il-
lud tamen ab alijs fiendum mandare
non poſſunt, vt ſenſit Bal. in c. ſi quis
verò, poſt num. 3. de pace iur. firman.
in uſib. feud. idemq; volunt Cyn. in
l. 1. circa vlt. q. C. vnde vi, & Salyc.
in d. l. Gracchus, verſ. & hæc tertia eſt,
& c. licet Bal. ibi contrarium ſentiat,
dicens, quòd ſi ſtatuto ita diſponente
liceat marito interficere adulterum, al
teri mandare poterit, & aſſaſsinus in-
terficiens non tenebitur; ſed primam
partem, quoad uirum, veriorem exi-
ſtimat, allegans pro hac parte Doct.
prædictos, Aret. in d. verbo, *che hai
adult.* Sub num. 64. qui tamen antea
num. 24. ſecùs in patre dixit: Atta-
39 men † credo ego nec maritum, nec
etiam patrem mandare poſſe; In vtro-
que enim certum illud eſt, quòd ipſis
contra iuris ciuilis normam occiſio
permiſſa eſt: ergo permiſsio ea odioſa,
& exorbitans extendi non debet, vt
ſuperius in ſimili propoſito dicebam.
40 Et pro ſententia iſta facit: nam † ſi
ſtatutum dicit, quod offenſo licitum
ſit propria occidere authoritate, & ſe
impune vindicare, talis vindicandi fa-
cultas alteri demandari non poterit, vt
per Cyn. & Bal. in l. ad officium, in
ſi. C. com. diuid. Bal. in repet. l. 1. C.
vnde ui, in l. ut vim, ff. de iuſt. & iu. &
in l. accuſationis C. quod met. cau.
Caſtr. in l. ſi cum dotem, §. transfgre-
diamur. ff. ſol. mat. & alij, de quibus
Rolan. à Valle d. cõſ. 34. nu. 20. uol. 2.
quem omnino vide pro hiſce noſtris
terminis. Ad idem vide Salyc. in le.
non ideo minus, verſic. quæro quin-
to, an in delictis quis excuſetur ratio-
ne mandati, C. de accuſat. ubi tenet,
quòd † quando quis ex ſui priuilegio 41
ius habet hoc, ſe propria authoritate
uindicandi, illud cedi, neque mandari
poteſt; & pro iſta ſententia facit quo-
que glo. in l. cum fundum. in verbo,
poſtea, ff. de ui, & ui armata. & certè
hæc eſt communis opin. vt etiam te-
ſtatur Rolan. in d. conſ. 34. nu. 35. &
Clar. in d. §. Homicidium, uerſic. du-
bium eſt; concludens tamen, quod
† practica obtinuit, ut alteri etiam ho- 42
micidium prędictum demandari poſ-
ſit, ut ita Curiam Neap. iudicaſſe ait,
teſte Afflicto ſuper 3. parte conſt. Re
gni, rub. 46. num. 4. quem refert Pract.
Carrer. fo. 445. nume. 240. & refert
etiam Bart. Cæpol. in tract. de ſeru.
vrb. præd. cap. 23. circa fin. dicentè
ſe in facto iſtud obtinuiſſe, quod &
tradit ipſe Cępo. conſ. crimin. 4. ſub
num. 15. Sed quicquid in alijs manda
tarijs ſit, benè † abſque dubio proce- 43
dit, poſſe patrem, atque maritum iſtud
proprio demandare filio, vt optimè
probat tex. in d. l. Gracchus, & ibi hoc
tradit Bal. nume. 5. & iſtam opin. di-
cit eſſe frequentiſsimam Didac. ſu-
per 4. decret. fo. 140. nume. 5. & ita
quoque communiter tenere Doct. te-
ſtatur Gomeſ. ſuper d. l. 80. Tauri
nume. 61. quos refert Clar. in d. §. Ho
micid. d. verſic. Dubium eſt: Hocq;
ideo procedit, quoniam † pater, & fi- 44
lius eadem cenſentur eſſe perſona, l. fi.
C. de impub. & al. ſubſt. l. cum ſcimus.
§. fin. C. de agr. & cenſ. lib. 11. vt &
ita

ita tradit eſſe rationem Rolan. à Valle d. conſi. 34. nume. 28. penes quem
45 etiam nu. ſequ. habes, An † ſicut pater filio, ita dominus ſeruo, vel vaſſallo, vel ſimilibus, qui de honeſtate parere neceſſe habent, mandare poſsit, vbi concludit eſſe communem, quòd non; & iſtud mihi placet; quia licet maximum ſit ſcelus adulterium, tamen contra regulas iuris pro ſolo filio iſtud indultum eſt in d.l. Gracchus. ergo in exorbitantibus ſtricta eſt facienda interpretatio, vt & ſupra dictum fuit.

Alia multa quoq; matrimonij fauore, odioque violati thori introducta ſunt aduerſus iuris communis nor-
46 mam; maximè quia † licet tranſigi poſſit ſuper criminibus, quæ ſanguinis ingerunt pœnam, tranſactio tamẽ ſuper hoc adulterij crimine non permittitur, vt eſt tex. in l. tranſigere C. de
47 tranſact. & iſtud † euenire propter frequentiam, & criminis immanitatem communi Doctorum opinione inquit Alber. in d.l. tranſigere, poſt num. 17. verſicu. quæro quare, quem ibid. refert Don Ant. de Padilla, poſt nu. 77. quam tamen rationem imò dicit communiter reprobatam Corraſius in lib.
48 2. miſcell. cap. 1. nume. 2. Vel † ratio eſt fauor matrimonij, cui leges multum fauent; ne fiat ſanguinis turbatio; ne uè etiam fortè ſordidæ ſtirpis uiri ſplendidis ſubrogentur natalibus, quã rationem communiter teneri teſtatur Mantua in d. l. tranſigere, num. 65. & Alc. nu. 20. quos refert Clar. in pract. §. fin. q. 58. verſic. Excipitur tamen.
49 Vel etiam † dici poteſt, (& fortè melius, & ſic quoque opiniones concordare poteris) prohibitam eſſe in adulterio tranſactionem, matrimonij fauore principaliter; ſecundariò autem, & in conſequentiam ob delicti enormitatem; aut odium maximum; nam & conſtito matrimonij fauore, quem proſequitur lex, apparet quoque illius violationis odium, & etiam enormitas delicti, arg. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. & Inſt. eod. in prin. ac eorum, quæ tradunt ſcrib. in rub. ff. de acquir. poſſeſ & ibi maximè Ripa, nu. 3. Quatenus autem dictum eſt non poſſe ſuper adulterio tranſigi, iſtud † 50
intelligendum eſt antequam pœna pro ipſo adulterio ſit impoſita, nam poſt impoſitam pœnam bene tranſactio licita eſt, vt per Bar. in d.l. tranſigere, num. 13. & eſſe communem opin. teſtatur ibi Purpur. num. 71. Sed & inquit Clar. d.q. 58. d. verſic. excipitur, in fine, ſe in facti contingentia nunquã vidiſſe reijci remiſsiones factas pro adulterio à maritis; Quinimò & inquit ſecundũ Pap. lib. 22. tit. 9. Areſto 12. quod quandocunq; maritus ante ſententiam remittit, mulier non punitur, & ipſe Pap. refert, quòd ita Parlamentum Tholoſanum iudicauit. Ait † etiam Bar. in repet. d. l. tranſigere, 51
ſub num. 23. quòd quamuis in adulterij crimine non ſit licita tranſactio, & hoc ad finem impediendi proceſſus criminales, tamen pax fieri poteſt, vt animi remittatur rancor, & inimicitia; & per id ſecundum eum proceſſus nõ impedietur, licet pœna minoretur ex ſtatuti forma; & ita dicit Bar. eſſe tex. expreſſum, quod iſta pax fieri poſsit, in auth. ſed hodie, & in corpore vnde ſumitur, C. de adult. dicẽs etiam † iſtã 52
pacem in omni maleficio eſſe licitam, ad quod allegat tex. l. ſi tibi, §. quidam. ff. de pact. & §. fin. Inſt. de iniur. Et prædictam concluſionem conſulendo tenuit ipſe Bar. conſ. 175. ſub nu. 1. vol. 1. cuius deciſionem poſuerunt Alb. & Franc. Tig. in d. l. tranſigere, & ibi ſequuntur Alex. ſub num. 5. & Iaſ. num. 6. & alios refert Thom. Dipl. ad Bar. in d. conſ. 175. litera, D, in verbo, tranſactio; huius etiam Bar. deciſionis meminit D. Bern. de Landr. ad Aret. de malefic. in d. verbo, *che hai adult.*

*adult.* poſt num. 1. in litera, A, in uerbo, tranſigere. ſcias autem, quòd pax iſta licet in aliquo prodeſse poſſet, ipſa tamen & multùm obeſſe apta eſt; ea
53 † enim indiciũ eſt ſufficiens ad torturam, ut tradit Bal. in tit. de pace iur. firm. §. iniuria, verſic. item quæſijt, quem refert Aegid. Boſſ. in tit. de pace, num. 23. & iſtud † declarat præcisè
54 procedere in terminis noſtris, ſcilicet in criminibus, in quibus de iure non eſt licita tranſactio, (ut in hoc adulterij crimine non eſſe licitam dictum eſt) Iul. Clar. in pract. crim. d. §. fin. q. 21. verſic. Pax, ubi Doctores de communi teſtantes refert; tradit tamẽ
55 cautelam, quod † pax fiat per aliquem tertium, nomine omnium, quorum intereſt; nam inquit, quod talis pax valet, & cuicunque illam producenti prodeſt, non ſecus ac ſi eſſet in ipſa remiſsione ſpecialiter nominatus; idẽque tradit Clar. in d. q. 58. uerſic. Dictum eſt. vbi refert in practica ſeruari quòd huiuſmodi remiſsiones fiunt notario ſtipulati nomine omnium, quorum intereſt, & ita ait declaraſſe Senatum Mediolan. in facti contingentia; & pro hoc etiam de notario abſentis nomine pacem faciente vide Rolan. à Valle conſ. 19. nume. 9. iuncto pro declaratione nume. 26. cum duobus ſequentibus, vol. 1. ubi etiam habes
56 generaliter † notarium pro abſente ſtipulari poſſe, & quomodo id ſit intelligendum, vbi omnino uide, & maximè ſub num. 28. ad quod etiam uide Ceph. Dominum meum, conſ. 33. nu. 8. cum ſequ. vbi communem tradit,
57 quòd † notario pro abſente ſtipulante ei acquirit, etiam ante ratificationem, & vtiles quærit actiones non perſonales modò, ſed reales etiam, ad quod etiam vide latè Eman. Soar. in Theſ. recept. ſent. litera, N. num. 43. cum pluribus ſequ. & maximè num. 46. In
58 † his igitur cum pacem facere uoluerɪs, ad hoc ne indicium aduerſus te ad torturam inducas, cautus ſis pacem per mediam notarij perſonam fieri, & ſic tutiùs ages: Sed † & fortè etiam ſi 59
ille tertius, ſeu notarius in ſpecie pacẽ faceret nomine ipſius rei, adhuc ei talis pax obeſſe non deberet, prout in facti contingentia iudicaſſe curiã Neap. teſte Gram. uoto 39. circa finem, refert Clar. d. q. 21. d. verſic. Pax, in fi. Quod tamen uotum ego in codice meo non inuenio; nam ipſius Grammatici uota nõ ſunt plura quàm 35. & ea omnia percurrendo, cùm conſilijs criminalibus præcedentibus, iſtud in ipſis non inueni: Attamen concluſio ipſa mihi multùm placet: quam & hoc pacto comprobo. Dictum eſt ſuprà ualere prædictas remiſsiones, nec indicium facere ad torturam, ſi abſentis nomine, ſpecialiter non denominati fiant; puta ſi ſint factæ omnium, quorum intereſt, nomine: Certum autem eſt, quòd tales ſic conceptæ remiſsiones, & paces directo in abſentis perſonam cadunt, cum ſimiles conuentiones in aliud cadere nequeant. cùm igitur neceſſario illius abſentis perſonam reſpiciant, æquè eſt, ac ſi, eo ſpecialiter nominato, pax facta fuiſſet, vt eſt tex. not. in l. 2. ff. de lib. & poſth. & ideo dicebat Bal. in l. maximum vitium, C. de lib. præt. quòd † quando ratio eſt unica in ſtatuto, illa, etiam ſi non exprimatur, habetur pro expreſſa; ad quod etiam uide Soc. conſ. 1. ſub num. 1. vol. 1. Et 60
† quod vnica ratio ex aliqua re collecta pro expreſſa habeatur, tradunt etiã Ripa in l. ſi conſtante, num. 45. ff. ſol. matr. Dec. conſ. 372. num. 5. Ruyn. conſ. 31. num. 3. lib. 2. Paris. conſ. 83. num. 3. lib. 3. Bertr. conſ. 300. nu. 3. lib. 1. Gozadin. conſ. 44. num. 17. & conſ. 103. num. 19. Soc. Iun. conſ. 147. num. 21. lib. ij. communem dicit Dec. conſi. 333. ſub nume. 5. & 61

Curt.

Curt. Iun. conſi. 107. num. 6. Vnde
62 † in propoſito noſtro dicendum uenit, quòd ſicut tacita illa remiſsione pro abſente facta, quæ ( vt eſt dictum) pro expreſſa habetur, torturæ repellitur indicium: ita & in omnino
63 ſpecifica indicẽdum ſit: taciti † enim, quod directa, & neceſſaria interpretatione uenit, virtus cum expreſſo æquiparatur. l. cum quid, ff. ſi cert. pet.

64 Cæterum † licet, vt dictum fuit, per remiſsiones abſentis nomine factas, fiet, ne indicium ad torturam excitetur; tamen non erit ſublatum, quin iudex ex ſui officio ſuper adulterio in
65 quirere ualeat; eſſe enim † adulterium unum ex caſibus ſpecialibus, in quibus de iure poteſt inquiri, videtur probari per l. 1. §. ſi publico. ff. de adulter. per quem tex. ita tenet Ang. in d. verbo, *che hai adult.* num. 31. & licet contrarium dicatur in deciſ. Neapol. 176. num. 2. iſtud tamen non cuto in caſu noſtro; cum ſaltem Angeli opinio procedat, cum præceſsit mariti, uel alterius, qui poſtea deſtitit, accuſ. vt per ipſum Matth. de Affl. in conſt. legum aſperitate, col. 4. quem refert Maran. de ord. iud. par. 1. ſextæ, & vlt. par. prin. tit. de inquiſ. num. 170.
66 cum † in quocunque caſu permiſſum ſit iudici procedere ex officio, vt ita tradit Gand. de malefic. in tit. quomodo cognoſc. de maleſ. per inquiſ. poſt num. 6. uerſic. ſed hodie. ubi etiã ſubdit, quòd ita uidit communiter obſeruari, quem refert Bal. in l. ea quidem. ſub nu. 44. C. de accuſ. & inquit Io. And. in addit. ad Spec. in ti. de inquiſ. §. quando autem, in princ. in litera, B, in uerbo, in quibuſdam caſibus, quòd hodie iudices ſecularis fori de conſuetudine, niſi per ſtatuta reſtringantur, faciunt ſibi regulam inquirendi de quolibet maleficio; & pro hoc etiam vide latè alias authoritates, de quibus Clar. in pract. §. fin. q. 3. verſ. ſed certè. Quam tamen rem tu intellige prout dicam inferiùs litera, I, caut. 116.
Non † modò autem Iudex ex ſuo officio inquirere poterit antequam accuſatio inſtituatur; ſed etiam poſt eam proſequi poterit, ſi accuſator ab accuſatione deſtiterit, vt latè dixi ſuprà cau. 2. ſub num. 3. verſ. Hinc fit. Sed 67
profectò † licet non obſtante pace, & 68
remiſsione iudex ex officio procedere ualebit, proceſſus tamen debilitabitur, quoniã parte ceſſante uidemus ſępe euenire, quod cũ maxima difficultate indicia, vel probationes cõtra delinquentes per fiſcũ haberi poſſunt, vt ita ait Iul. Clar. d. q. 58. in ſine principij.

Pœnæ autem adulterij ſecundum temporum, iuriumq; diuerſitatem diuerſæ quoque impoſitæ fuerunt; olim enim † adulteri uiri, itidem & fœmi- 69
næ ſecundum legem Moſaicam mortis puniebantur pœna, ut habetur Leuit. cap. 20. num. mihi 10. & Deuter. cap. 22. numero 22. & Specul. in tit. de adul. & ſtup. §. 1. ſub num. 2. Sed
† Canonum iure hodie pro adulterio 70
laycus tàm maſculus, quàm fœmina excommunicantur, c. intelleximus, ext. de adult. vlteriùs fœmina in monaſterium detruditur, & ſi eam maritus recipere non velit, in perpetuum ibi manere, & pœnitentiam agere cogitur, c. gaudemus, ibiq; not. de conu. coniu. Ex quo habes, quod † iſte vnus 71
eſt ex caſibus, in quibus Epiſcopus in laycos animaduertere poteſt, vt & tradit Abb. in d. c. intelleximus, num. 1. & communem teſtatur opinionem Alciat. in c. 1. num. 18. de offic. ord. quos ad hoc refert Clar. in pract. §. fin. q. 37. uerſic. Quæro nunquid, & Alciatum, ac Clarum ipſum refert Eman. Soar. in Theſau. recept. ſententiarum, litera A, num. 87. & ſubdit Clar. in præcitato loco, circa fin. quod † quan- 72
do ad thori ſeparationem, ob adulterium faciendam, agitur, tunc de ea ſolus

lus eccleſiaſticus cognoſcit Iudex, & ibi authoritates Doctorum communẽ tradentium affert; idem quoque tradit Franc. Marc. deciſ. 152. ſub nu. 1. par. 2. quod & tradere uidetur decis. 742. ſub num. 3. parte eadem. Cle
73 ricus † vero adulter ex ipſo iure Canonico ab officio, & beneficio deponitur, & in monaſteriũ pariter toto eius uitæ tempore detruditur, vt habetur 1. in ſi quis clericus. 81. diſtinct. Glo. &c. Archid in c. lator. 2. q. 7. Goffr. Bern. Lau. Io. An. Abb. & Imo. in c. vt ricorum. de vita, & honeſt. cleric. Io. Fab. in §. 2. Inſtit. de pub. iud. quem refert Auguſt. Arimin. ad tractatum Ang. de malefic. in dicto uerbo, *che hai adulterato*, ſub nume. 42. in fi. Marc. Ant. Cucchus in Inſt. canonic. tit. de diu. del. verſic. Adulterium quoque, & communẽ inquit Io. de Anan. in ca. ſignificaſti, ext. de adulter. Io. Bern. Diaz in pract. crim. cap. 79. in prin. & alij, de quibus Clar. in §. Adulterium, ver. ſed quæro, & Eman. Soar. in d. Theſ. recep. ſent. litera C. num.
74 110. Hæc † tamen detruſionis in monaſterium pœna hodie ex conſuetudine non ſeruatur, ut teſtatur Diaz in pract. crim. cap. 128. quæ ſi ſeruanda reaſſumeretur, & cum euenit caſus, imponeretur, non modicam afferret Reipub. vtilitatem; & fortè Diſticon illud in his ſuum ſortiretur effectum, vt dici poſſet.

*Oderunt peccare boni virtutis amore:*

*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

75 Iure † autem ciuili fforum pœna adulterij erat deportatio, ut ita magis communiter receptum uideri tradit Clar. in d. verſ. ſed quæro, & nõnullos allegat communem dicentes.

76 Cæterum † de iure Codicis adulteri capitis pœna puniuntur; Nuptiarum enim ſacrilegos (Imperatore Conſtã tino dicente) gladio puniri oportet, l. quamuis, 2. in fine. C. de adult. quod & habetur ex Iuſtiniano in §. item lex Iulia, Inſt. de publ. iud. Quę quidem iura licèt generaliter loquantur, tam in uiris, quàm in mulieribus; quia tamen Authenticorum iure in fœminis pœna fuit mutata (vt inferiùs dicam) communiter Doc. admittunt, dictam l. quamuis, iure etiam hodierno in maſculis locum habere, vt ibi habes in glo. fin. & ſequuntur Bart. & Salyc. ibid. Io. Berberius in ſuo uiat. iuris, verſic. & uiro quæ pœna mortis infligitur. gl. & omnes, & maximè Anto. de But. Abb. & Imo. in c. tuę, ext. de procur. ubi Imo. nu. 13. inquit, quòd ita Legiſtæ communiter tenent; Ang. de malefic. in d. verbo, *che hai adult.* num. 44. & ibi Auguſt. ad eum communem recitat; Hyppol. de Marſ. conſ. 73. num. 26. Cæpo. conſ. crim. 80. quod eſt conſ. fin. num. 8. Franc. Marc. d. deciſ. 152. num. 1. & d. deciſ. 742. nume. 4. quod & dicere uoluit Gram. uoto 17. ſub num. 15. circa fin. traditque etiam Io. Mil. in ſua crim. pract. tract. de pœnis, num. 30. & in tract. pœn. citra mortem, nu. 113. hancque ſententiam communiter approbatam aiunt Alex. conſ. 13. num. 3. vol. 7. Afflict. ſuper 3. par. conſt. Regni, rub. 44. in prin. ſub nu. 7. vbi dicit, quòd ità omnes Doct. tenent, & quòd ita vidit pluries iudicatum, & ſententiarum etiam factam executionem, communem quoq; tradunt Marquard. de Iudæ. 2. par. c. 3. num. 12. Rolan. à Valle conſ. 73. nu. 7. uolum. 1. & conſ. 35. num. 3. vol. 2. quibus in locis & Alexandrum in prędicto loco, ac Afflictum refert: pulchrè Viuius in tom. 2. communium opin. variorum, litera, A, opin. 9. & tradit etiam Iul. Clar. in d. §. adult. dicto uerſ. Sed quæro. vbi poſtmodum ſubdit, quòd quicquid ſit ſecundum

dum

dum iuris communis diſpoſitionem,
77 hodie † in omnib⁹ ferè prouincijs im mutatam eſſe mortis pœnam pro adul terio uidem⁹, & pecuniariã eſſe impo ſitã pœnam; & ita communiter obſeruari ex ſtatutis Italiæ atteſtari inquit Anan. ca. fin. poſt num. 11. extra de colluſ. deteg. quem refert Tiraqu. de legib. connubial. l. 13. num. 23. Sed certè pœna dictę legis, quãuis, in adulterum ad vnguẽ ſeruari deberet: quoniam, vt ex Euphronis dictis recitat
78 Stobæus de impru. ſerm. 6. non † eſt adultero ullum maius malum; in aliorum enim infortunijs delitias quærit; & idem Stob. ex Menandro in ira ait
79 ibid. non † eſſe adultero ullã pernicioſam magis rẽ: morte enim eſt venalis.
80 Verùm † fœminæ hodie ob commiſſum adulterium mortis pœnam ſubire non debent; Sed iure ciuili uirgis cæſæ in monaſterium detruduntur, vt ſi intra biennium mariti illas ad ſe nõ reuocent, monachalem ſuſcipere habitum, & perpetuò in ipſo monaſterio permanere cogantur, & aliud ſeruatur ſecundum diſpoſitionem tex. in auth. ſed hodie adultera, C. de adult. & ita tradit Ang. in d. verbo, *che bai adult.* d. num. 44. & ibi Auguſt. ad eum, Cæpo. d. conſ. 80. d. nume. 8. Marcus in dictis deciſ. 152. ſub num. 1. & 742. ſub num. 2. & num. 3. & Nicol. Boer. deciſ. 297. nu. 12. & 13. vbi multa pulchrè de quibuſdam locorum conſuetudinibus ob id tradit, quem & vide num. 16. Ac ita uolunt omnes Doct. ut per Salyc. in l. qui ſepulcra, ſub num. 7. C. de ſepulc. viol. & hanc communem dicunt eſſe opin. Imo. in l. cum mulier. 1. ſub num. 18. ff. ſol. matr. & ita quoque tradunt Io. Caccial. in l. ſi qua illuſtris, nu. 20. ff. ad ſenatuſc. Orfic. Io. Mil. in ſuis comment. ſuper conſuetudine Galliæ, in rubr. 18. num. 7. Rolan. à Valle d. conſ. 74. d. num. 8. vol. 1. & d. conſ. 35. d. num. 3. uolum. 2. Placent. in tract. de accuſ. tit. 4. num. 12. quẽ refert Viuius ĩ pręcitato loco, ſub nu. 4. vbi poſtmodum docet aliter ex Regni Neapol. conſtit. ſeruari; Clarus autem in d. uerſicu. Sed quæro. nõnullis recitatis deciſionibus, quibus patet fuiſſe ſecundum ius commune & in Curia Burdegalen. & in Parlamento Pariſien. & in Curia Neapol. iudicatum, ſubdit, quod in Senatu Mediolan. nunquam ipſe vidit hanc pęnam detruſionis in monaſterium ſeruari; ſed quandoq; mulieres de aulterio cõ uictas in fuſtigationem, & arbitrariũ exilium fuiſſe condemnatas; & etiam refert quandam mulierem, quæ adulterium cum inceſtu faſſa fuerat, non niſi biduo uirgis cæſam fuiſſe: Ego autem Sablonetæ, dum ibi Dominus Ludouicus, Genitor meus amantiſſimus, ex liberalitate, & clementia Illuſtriſſimi, & excellentiſſimi Veſpaſiani Gonſagæ, Ducis præſtantiſſimi (cuius virtutem, egregiaq; facinora mirantur omnes) fiſci cauſas ageret, vidi à D. Io. Sfortia Monaldo Piſaurenſe, tuñc temporis in ea ciuitate generalis Vicarij prærogatiua fungente ſeruatam diſpoſitionem d. auth. ſed hodie. Reperio † autem in ſtat. crim. 81
Brixiæ 7 t. mulieribus adulteris mortis imponi pęnam; (cuius etiam meminit Zabar. conſ. 69. incip. contra Bar. de Gobbis, quem refert Boer. d. dec. 297. ſub num. 13. in fine.) In † ciuili 82
uerò eiuſdem ciuitatis ſtatuto 197. pœnam eſſe impoſitam amiſsionis dotis; vnde † crediderim, quod duo- 83
rum eorum ſtatutorum uigore ibi pro mulieris adulterio & mortis pœna, & dotis amiſsio marito acquirendæ ueniret, arg. l. non eſt nouum, cum duabus legib. ſeq. ff. de legibus, l. quoniã in prioribus, C. de inoffic. teſt. iuncto §. aliud quoq; capitulum, in Auth. ut cum de appellat. cognoſcitur, cum ſimil.

84 ſimil. infinit. Ita † tamen, vt uno abſoluto iudicio, ciuili, vel criminali, altera poſtmodum agatur uia, iux. textum, & ibi Bart. in l. 1. C. quando ciu. act. præiud. crim. tex. & ibi Bar. in l. 2. §. 1. ff. ui bon. rapt. Specul. in tit. de furt. §. 1. num. 3. iuncto numc. 4. quod & voluit dicere Bar. in l. prætor edixit, §. ſi dicatur, in prima oppoſ. ff. de iniuri. idemq; tradit Maran. de ord. iud. parte 4. diſt. 1. nu. 5. ubi iſtã communẽ dicit opin. quãq; cõmunẽ tradit Clar. in pract. crim. §. fin. q. 2. verſic. fin. Non autem in uno, eodemq; iudicio & ciuilis actio, & criminalis cumu-
85 lari poſſet; eſt † enim communis concluſio, quod ciuilis, & criminalis actio (etiam ſi ad diuerſa tendant) in eodẽ libello, ab eadem perſona, ex eadem cauſa, & contra eundem inſimul intentari non poſſunt, d. l. 2. §. 1. ff. ui bon. rapt. & ibi Doct. Io. lecturam communiter ſequentes, & l. interdum, ibique ſcrib. ff. de pub. iud. Aegid. Boſſ. in tit. de accuſat. num. 11. & in tit. de plurib. uiolen. num. 113. Iulius Clar. in pract. §. fin. q. 2. in prin. & Rolan. à Valle conſ. 30. num. 3. volum. 2.
86 Bene † puto (& hæc erit pro marito in ea ciuitate cautela) quod hæc erit ſerenda cumulatio, ſi criminalis principaliter intẽtetur actio, & incidenter ciuilis, petendo (non æquè principaliter, ſed iudicis officio) dotem ſibi aſſignari, iuxta tradita à Bar. in l. interdum. §. qui furem, num. 5. ff. de furt. in d. l. 2. §. 1. num. 2. ui bon. rapt. idẽ in l. 4. §. ſi dicantur, ff. fin. regun. & in d. l. 1. numer. 4. C. quan. ciu. act. Quodque ſecutus fuit Io. de Anan. in l. edita, num. 66. C. de eden. ac communiter ſequi Doc. teſtatur Cur. Iun. in d. l. edita, num. 198. & alij, de quibus Clar. in d. q. 2. verſ. & hæc qui-
87 dem. multa † enim incidenter permittuntur, quæ aliàs non concederentur, ut not. in l. quoties, C. de iud. & in l. nullum, C. de teſtib. & per Cur. Iun. in l. 2. num. 42. cum ſequ. ff. de iuriſ. omn. iud. Quod verum † uidetur, etiam ſi iudex, coram quo principaliter criminalis, & incidenter ciuilis pro dote intentaretur, eſſet duntaxat ad cauſas criminales iudex, vt colligitur ex tex. d. §. qui furem, & expreſsiè ibi Bar. num. 4. & ſub num. 5. circa fin. & §. eum, d. num. 4. inquit Bar. ad hoc eſſe mirabilem; quodque ex eodem §. ſentit Curt. Iun. in d. l. 2. num. 43. de iuris. omn. iud. & Hyer. Cuchalon ad Ang. de maleſic. in uerbo, ad querelam, in ult. eius apoſt. col. 5. uerſic. ſecundo caſu, ubi de communi docet, cui adde Rolan. d. conſ. 30. num. 1. volum. 2. ubi ab id latè authoritates allegat; vnde etiam ita eſt intelligendus tex. d. §. ſi dicantur. An 88
† modo è conuerſo intẽtata ciuili principaliter ob dotis amiſsionem, poterit & incidenter criminalis inſtitui? 89
Hic ſunt ex utraque parte opiniones; nam Bart. in l. pen. ff. de calum. & Caſtr. in l. quos retrahi, C. ſi aduerſ. libert. & in l. quicunque. C. de ſeru. fugit. atq; Cur. Iun. in d. l. 2. num. 44. de iur. om. iud. tenuerunt, quòd ſic; Bar. verò ſibi ipſi contra morem ſuũ contrarius, in d. l. 2. §. 1. ſub nu. 2. uerſ. ſed ſi quis vellet, ff. ui bon. rap. ſecùs tenuit, nam † in criminalib. requiruntur probationes luci diores. l. ſciant. C. 90
de probat. & iſtam Bart. opin. etiam ſenſit Flor. in d. §. ſi dicantur. Pro huius tamen quęſtionis reſolutione vide omnino quæ poſuit Hyer. in d. vlt. apoſtil. ad Aret. in qua utranque refert opinionẽ ex una allegando Caſtr. ex altera Flor. & Bar. Mox diſtinctione quæſtionem abſoluit.

Quatenus modò dictum eſt poſſe in caſu prædictorum ſtatutorũ Brix. agi actione criminali & ciuili, altero iudicio expleto, obſtare uidentur ea, quæ dicuntur de iniuriarum actione, quo-

91 quo † caſu licet iniuriam paſſus ciuilem, aut criminalem poſsit eligere actionem, vna tamen uia contentus eſſe debet;ea ſcilicet ratione,quia vtraque actio ad idem, ſcilicet ad uindictam tendit, non autem ad diuerſa, ideſt ad rei familiaris damni reſſarctionem, ut ita uoluit Specul. in d. titul. de furt. d. §. 1. nume. 3. & clarius dicit in tit. de iniur. §. 1. nume. 4. Bart. in d. l. 2. §. 1. ſub num. 2. verſ. Vlterius opp. qui bonil. rap. in d. leg. prætor edixit, §. ſi dicatur, ff. de iniur. & in d. l. 1. ſub num. 2. verſic. Quando ciuilis. C. quan. ciu. act. præiud. crimin. Abb. in ca. tuæ, ext. de procur. communemq; ait opin. Maran. in d. diſtinct. 1. quartæ par. prin. ſub d. nume. 5. & Iul. Clar. d. quæſt. 1. dictoque verſic. fin. Vnde & in caſu noſtro idem dicendum uidetur; cum non ad diuerſa, ſed ad idem duæ illæ ſtatutorum prædictornm pœnæ tendere uideantur, ex quo nullum prætenditur reiſamiliaris damnũ, vel diminutio. Sed reſpondendo breuiter di-
92 co in † adulterij crimine ſtatutum criminale Brixienſe non priuatam concernere uindictam, ſed Reipublicæ cauſa illud fuiſſe emanatum; Ad hoc ſcilicet, vt honeſtas amplietur, & luxuria refrenetur, vt in eo ſtatuto 71. in princip. dicitur. Cùm igitur ea ſtatuta ad diuerſa tendant, nimirum eſt, ſi etiam vtraque actione agi poteſt. Vltra pœnam quam dixi de iure communi pati mulierem adulteram per tex. d. authen. ſed hodie, C. de adul-
93 ter. eſt † & alia ſtatuta pœna, dotis ſcilicet amiſsionis, quam ampliùs non poteſt repetere mulier; & iſtam pœnam ſentit mulier, ſi maritus eam accuſauerit, & ſententiam reportauerit quò ad thori ſeparationem ca. plerunq; extra de don. int. virum, & vxo. l. conſenſu. C. de repud. & §. quia verò plurimas, in Auth. vt liceat mat. & auię, Ripa in rub. extra de iud. nu. 14. Boer. deciſ. 338. in princ. & ita dicere voluit Boſsius in tit. de coitu damn. & pun. nu. 54. iſtamq; perhibent communem opin. Bal. Nouel. de doie, par. 11. §. hactenùs, nu. 36. & alij, quos referunt Bapt. à Villalob. in ſua collecta com. opin. litera, A, num. 68. Viuius in 1. lib. com. opin. variorum, litera, V, verſ. Vxor perdit, & Clar. d. §. adult. §.
Et ſcias. Et non tantùm dotem maritus acquirit, ſed etiam paraphernalia bona, vt per glo. in d. c. plerunq; Iaſ. in l. fideicommiſſum, C. de fideicom. Ripa in d. rubr. de iud. nu. 12. Pom. ad Bar. in d. l. conſenſu, Boſſ. in d. tit. de coitu dam. ſub d. num. 54 C. Auguſt. Arim. ad Ang. de malefic. in d. verbo, *che hai adulterato.* nume. 27. communemq; ait Boer. d. deciſ. 338. in fine numeri 2. & alij, quos refert Clar. d. §. adult. verſic. Adde, quòd propter. Pariter † & maritus adulterium committens donationem propter nupt. amittit, quam uxor tunc lucratur, vt per glo. 1. in c. 1. ut li. non conteſt. Aret. de malefic. in d. uerbo, *che hai adult.* ſub nu. 25. & communem enunciat Clar. in d. verſic. Adde, quòd, & pro hoc facit. quia regula correlatiuorum, de qua infra dicam, num. 133. procedit etiam in pœnalibus, ut communẽ ait Io. Nic. in l. generaliter nu. 26 C. de ſec. nup. Arius Pin. in l. 2. par. 1. cap. 2. nu. 1. C. de reſcim. uen. & Bapt. à Villal. in ſua colecta com. opin. litera, C. num. 204. Et † quæ de vxore dicta ſunt, procedunt etiam in ſponſa, cum qua adulterium committi dicitur, text. eſt in l. ſi vxor. §. ſi diuus, ff. de adult. glo. in c. diſcretionem, in verbo, reatum adulterij. de eo, qui cogn. conſan. vxo. ſuę, quam glo. tenent omnes, ut teſtatur Mantua in d. l. transigere, nu. 52. C. de tranſ. Quod † tamen intellige in ſponſa per uerba de præſenti, etiam ſi à viro adhuc cognita

(right-margin numbers in this column: 94 beside "Et ſcias", 95 beside "propter. Pariter", 96 beside "litera, C. num. 204", 97 beside "re, nu. 52")

non fuerit,non in ſponſa per verba de futuro,ut ita com muniter tenere Doctor. teſtatur Ant.Gomez ſuper.l.80. Tauri, poſt nume. 47. quem pro hac communi limitatione refert Clar. dicto §. adult. verſ. ſed hæc omnia. An
98 † modò vidua ſi mortuo viro ſtuprum commiſit,dotem, & propter nup. donationem perdat? Magnæ hincindè fuerunt Doctoru m authoritates; nam Bart. in l. pen. C. de adult. affirmatiuam tenere videtur, quem ( id apertè dicens)ſequitur Caſtr. conſ. 147. vol. 2.& conſ. 154.eo. vol. in l. ſororem, C. de his,quibus vt indign.per gl. ibi, & in d.l. fideicōmiſſum poſt gl. ibi C. de fideic Aug. ad Ang ind.uerbo,*che hai adult*.ſub nu.30.ad ſin. ad idē vide Pom ad Bar.in d.l.cōſenſu, C.de rep. iſtáq; dicit cōmunem opin.Boer. d.deciſ.3;8.nu.11.Apoſt.ad Abb. ī d. c.plerunq; Bell.in rub.C.de eden. nu 8.ſed cōtrariam ſententiā tenuerūt Alex. in d.l.ſororem,(cuius tamen fundamento per Paulū de Caſt. d.conſ.147.fuerat reſponſum,& fortè Alex.illud non viderat) Soc. Iun. conſ. 111. num.7. in fin. lib. 3. vbi dicit, quòd fortè hodie contra Caſtr. eſt magis communis opin. Quinimò Guliel. de Bened. in 3.par.rep.cap.Raynut.nu.202. ext. de teſtam.apertè dicit priorem concluſionem cōmuniter reprobari, Rolan.à Valle conſ.87.circa fin.lib.2.& inquit Boer. in d. deciſ. 338. in fine, in facti contingentia, ita iudicatum fuiſſe per Arreſtum ſupremæ curiæ Burdegalæ, ipſo ibi præſidente, qui etiam ſub nu. 7. verſicu. tamen opin. Alex. & Iaſ. hanc partem rationibus comprobans, pro eadem alias adducit authoritates, iſtam quoq; opin. contra Caſtren. tenet Iulius Clarus in §. ſtuprum, verſ. Sed nunquid, dicens ſe credere, quòd hodiernis temporibus contra Pau. de Caſtr. ſit magis communis opin. & poſt Boer.præcitato in loco,refert Didacum atteſtantem pluries ſecundùm hanc opin.contra Caſt.iudicatum fuiſſe: Et ideo idem Clar. in fine uerſiculi prædicti ſubdit non eſſe recedendum ab hac opinione in iudicando, quam benigniorem quoque dicit.

Quatenus † autem ſuperius dictum fuit, dotem amittere vxorem propter adulterium, iſtud intelligas uerum, ſi maritus dotem lucrari uolens 99
vxorem coram eccleſiaſtico iudice accuſauerit ad thori ſeparationem, dotiſq; lucrum, ut in d.c.plerunq;. & ita omnes penè Doct.ſuperiùs allegati loqui uidentnr : ſi autem criminaliter maritus ad legalem pœnam accuſaret, tunc poſtea non poſſet ad dotis lucrū ciuiliter agere; imò ſeruaretur modus d. auth.ſed hodie adultera, q̄ de mulieris bonis in aliā diſponit formā, ut & ita tenent gl.& Cyn. in d.l. conſenſu, C. de rep. quod & ſecundū unā ſolut. tradit gl.in d.auth.ſed hodie,& in corpore, vnde ſumitur, C. de adul.ſequitur Caſtr.in l.rei iudicatæ §. morū ff. ſol.matr.quē refert apoſt.ad Bar. in d. §.morum,litera, C,in verbo, non autem hæres,uerſic. aduerte etiam quia. Pau.de Caſtro. & iſta quidem opinio mihi ſu mmoperè placet,quę apertiſsimè probatur per d.auth. ſed hodie.

Notandum † tamē eſt,quòd in vno 100
caſu maritus dotem lucratur, etiam ſi vxorem non accuſauerit, prout dictū eſt; & hoc euenit quando mulier ipſa ad dotem ageret; & ipſe maritus de adulterio exciperet, & probaret, ut per Bal.in rep. d.l. cum mulier, quæſt. 13.& ibi Imo. & Ale. poſt alios,quos allegat, ubi dicit circa fin. quòd hæc opinio ſibi uerior videtur in puncto iuris,& quòd ui detur magis cōis;ac etiā coēm dicit conſ.89.nu.10.li.6.pariter q̄ue coēm ait apoſt.ad Bart.in l. miles §.ſocer.ff.de adul. & uide quoq; d.Io. Frāc.Balbū ī trac.de preſc.3.par.quartę par.prin.q.2.ſub nu.9.uer.ſed an de adulterio,

adulterio, qui inſuper ex Baldi, & Alexan. dictis in ea l. cum mulier, ait hanc exceptionem perpetuo contra mulierem dotem repetentem opponi poſſe, licet hoc non procedat quò ad ipſam accuſandam mulierem, quia minori temporis ſpatio excluditur vir, vt inferius explanabimus; & ita quoque Balbum refert Villalob. in ſua collecta com. opin. litera A, nu. 69.

101 An † autem ſi maritus viuẽs de vxoris adulterio non fuerit conqueſtus, eius hęredes conqueri ita valeant, vt mulier dotem amittat? hæc eſt controuerſa quæſtio, pro qua vide Ang. de maleſic. in d. verbo, *che hai adult.* nu. 29. & ibi ad. cum allegationes quaſdã D. Alexandri, & D. Voglini de Arim. ibidem etiam vide Aug. Arim. & omnino videas Boer. d. deciſ. 338. num. 7. ſub quo nu. cõcludit communem eſſe opin. quòd non poſſint, quam etiam eſſe communem in eadẽ deciſ. dicit, ſub nu. 12. ver. pro qua multum facit. Iſtã

102 † tamẽ concluſionẽ non procedere declarat, num. 8. quando maritus repentè deceſſiſſet, antequam vxorem de adulterio accuſare potuiſſet, ſecundùm Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de feud. §. fin. in verbo, l. ſi. circa fin. poſt Cyn. in l. 1. C. de reuoc. don. Io. Campeg. in tract. de dote, par. 3. q. 228. Idemque

103 † ait Boe. ſi maritus vxoris improbaſſet delictum, vel eam expuliſſet, aut conqueſtus fuiſſet, licet non accuſauerit, ſecundum Alex. in d. l. rei iudicatæ, §. 1. qui pro hoc allegat tex. in l. 1. in fine, in verſ. conqueſtus, ff. ad Syllan. idem Imo. in d. l. cum mulier, & Io. Camp. d. quæſt. 228. ad. idemque Bald. in

104 conſi. 88. lib. 1. vbi hoc limitat † habere locum, ſi hæres ſit de ſuis, ſecùs ſi extraneus, vel ſingularis ſucceſſor; quia tunc ille obijcere nequit; & iſtud etiam tenuit Auguſt. ad Ang. in d. verbo, *che hai adult.* poſt num. 29.

In quantum autem dixi hodie criminaliter accuſatam mulierem adulteram nõ mortis pati pœnam, ſed eam, quæ in d. auth. ſed hodie, imponitur, ſciẽdum † eſt, quòd iſtud intelligitur, 105 cum ſimplex interuenerit adulterium; At ſi inceſtus concurret qualitas, capitis erit pœna, iux. tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu, & quod ibi not. glo. & Bar. ff. de adulter. quæ ſanè lex per ius prędictum Authẽticorum non eſt correcta, vt in ipſa l. tenet Bart. nu. 1. Aretin. in d. uer. *che hai adulterato.* d. num. 44. ad fin. & Ludou. Carer. in pract. crimin. fol. 199. nnm. 40. verſ. Nono excuſatur maritus occidens adulter. ac Franc. Marc. d. deciſ. 152. num. 3. pariterq; mortis pęnam ſubire mulierem cum adulteriũ vnà cum inceſtu committit, communem dicit eſſe opin. Grillan. de diuer. crim. lib. 3. q. 3. nume. 5. quem refert Clar. in §. inceſtus, uerſic. ſed quæro.

Iſtud † autem limita ſecũdũ Marc. 106 in modò dicto loco, niſi mulier eſſet iuuenis, & 25. ann. minor; quo caſu iuuentus ea eſſet iuſta pœnæ molliendæ cauſa, d. l. ſi adulterium, verſ. nonnũquam. ad quod etiam allegat Marc. notata in l. quid ergo, §. pęna grauior. ff. de his, qui not. infam. in l. & ſi ſeuerior C. eod. l. 1. C. ſi adu. del. & not. in l. qui contra, & auth. inceſtas, C. de inceſt. nupt. & c. cũ ſecundùm leges, ext. de hæret. in 6. Tu dic ad hoc clarum eſſe textũ in l. auxiliũ. §. in delictis, & ibi clariſsimam gl. quæ in terminis noſtris loquitur, in verbo, nec ſi quid. ff. de minoribus. Similiter & ipſa inceſtus qualitas cũ adulterio cõcurrens facit, vt licet † adulterij crimẽ cõtinuo quinquẽ- 107 nio, à die criminis cõmiſsi cõputando pſcribat, l. miles. §. adul. l. mariti. §. pterea, & §. hoc quinquẽniũ. & l. quinquẽniũ ff. de adul. l. adult. & l. ita nobis pudor, C. eo. gl. in l. qrela. C. de falſis. D. Men. de arb. iud. li. 2. caſu 287. nu. 13. Villal. in ſua collec. com. op. litera, D.

nu. 55. & ita in facti contingentia iu-
dicatum fuiſſe refert Papo lib. 24. tit.
108 2. Arreſto. 2. Quæ † quidem compu-
tatio à die commiſsi criminis facien-
da, ita ſumenda erit, vt ſi adulterium
pluries commiſſum fuerit, quinquen-
nij prædicti tempus computandum ſit
à die vltimi delicti, vt ita dicit glo. in
dicta. l. mariti, §. ſex menſium, in ver-
bo, commiſsi criminis, in fi. de adult.
& iſtam eſſe magis communem opin.
teſtatur Angel. de Caſtro inter con-
ſilia criminal. diuerſorum, conſilio
94. numero decimo, quem refert Iul.
Clar. in practic. §. final. quæſtione de-
cimaquinta, ver. ſed hic quæro. Adul-
109 teriũ † tamen cum inceſtu non præ-
ſcribitur minori ſpatio annorum 20.
prout ita voluit Boer. deciſ. 26. num.
20. cum ſequ. & Clarus in d. §. Adul-
terium, verſicu. finali. Cum enim in-
ceſtus concurrat, facit vt ſint ipſi adul
terij effectus alterati, d. l. ſi adulterium
110 cum inceſtu. Et ideo ſicut † alia cri-
mina minori 20. annorum ſpatio re-
gulariter non præſcribuntur, vt eſt
tex. in l. querelam. C. de fals. & tradit
Abb in c. cum haberet, num. 4. com-
munẽ dicens, de eo, qui dux. in matr.
quam pollu. per adult. cum alijs, de
quibus Clar. in d. q. 51. in prin. quibus
adde Aegid. Boſſ. de accuſa. numero
30. & Balb. in tract. de præſcr. 4. par.
quartæ partis prin. in principio; Ita
fiet, vt inceſtus concurrens faciat quin
quennij tempus, quod pro ſimplici a-
dulterio ſufficit, ad viceſimum annũ
extendi; quia † quando duo delicta
111 inuicem ſunt permixta, illud, quod
eſt magis perpetuum, reducit ad ſui
perpetuitatem minus perpetuum, vt
dicunt Bald. & Salyc. in d. l. adulter,
quos refert Boer. d. decis. 26. ſub
numero 12. quod probari dicit nu-
mero 14. per textum in d. l. mariti §.
112 fin. vbi † adulterium per vim com-
miſſum quinquennio non tollitur, ob
vnionis rationem.

Hucusq; expeditis his, quæ & viri,
& fœminæ adulterium committentis
reſpiciunt pœnas, conſentaneum fore
duxi, ſi explicarem quomodo punibi
le ſit capiendum adulterium; mox di-
cturi quibus modis ipſum adulterium
probari poſsit; ac demum quanam
via rei de adulterio accuſati pœnas eui
tare queant. Vnde in primis ſcias,
quòd adulterium tribus poteſt accipi 113
modis, prout docet Clar. in d. §. adul-
terium, verſic. Tribus autem. Primò
inter coniugatum virum, nuptamq;
fœminam; & hoc duplex dicitur a-
dulterium; nam ipſorum vterq; pro-
prium violat thorum, & alienum; ſed
certè quò ad ipſum cõiugatum virum
propriè non dicitur adulterium, vt ex
infrà dicendis apparebit, & apertè tra
dit Archid. in capi. nemo. 32. quæſt. 4.
quem ad id refert Socin. conſilio 148.
ſub nu. 3. volum. 1. vtque patet ex his,
quæ tradit Azo. in ſum. C. de adulte.
ſub num. 4. dum inquit, † illud non eſſe 114
adulterium, quòd alicuius maritus ſo-
lutam cognouerit; idem & ſi coniuga-
tam: nam & tunc non inducitur adul-
terium, quia ab vxore diſceſſerit: ſed
quia alterius eſt cognita vxor; & ideo
† mulier maritum de adulterio accuſa 115
re nequit, quia ſuum dicat violatũ tho
rum, nec alienum, quia † in publico iu 116
dicio non admittitur mulier, l. 1. C. de
adul. & l. de crimine. C. qui accuſ. non
poſſ. ad quod etiam vide Franc. Marc.
d. deci. 52. num. 6. & d. deciſione 742.
nume. 2. Secundo † modo adulterium 117
committitur inter virum ſolutum, &
mulierem coniugatam. Tertio, † &
vltimo modo committi dicitur adul- 118
terium inter virum coniugatum, &
mulierem ſolutam: Proprie † ue- 119
rò adulterium in viro eſt, quando
alienum violat thorum, licet ipſe
coniugatus non ſit. In † muliere 120
autem, quando proprium violat
thorum;

thorum; etiam ſi adul.nõ ſit coniugatus, vt ait Clar. in præcitato verſiculo, Tribus; quæ & colliguntur ex Azonis dictis in d. ſum nu. C. de a-
121 dult. nu.4. dùm dicit, Quod † adulterium eſt illicitus coitus cũ vxore, alienauè ſponſa perpetratus; & † quod dicitur adulterium, quaſi ad alterius, vel ad alterum thorum trãſitus; vnde, hac attenta diffinitione, & adulterij etymologia optimè colligis (liue te ad virum referas, ſeu ad vxorem) illud adulterium haberi, cum in nuptã committitur mulierem, & ita per illã etymologiam tradit Soc.d.conſ. 148. ſub d.num.3. loquendo de marito ſo-
122 lutam cognoſcente. Et † propterea etiam habes pœnas ſupradictas tã pro maribus, quàm pro fęminis ſtatutas, locũ ſibi vẽdicare, cũ vir in alienã vxorẽ ſcelus id cõmiſit; non vero ipſius cõiugati viri reſpectu, Ang.Aret.in §.nouiſſimè, ſub n.3. ver. Ad unũ aduertas. Inſt.ad ſenat.cõſ.Orfi.Dec.cõſ.312. num. 2. Bernhard. Vvurumbſerus in pract.obſeruat.lib.1.ſub.ti.de matri. c.9. vxores duas habens quõ puniatur, Soc. d. conſ. 148. d. num. 3.Gozad.conſ. 21.nu.5. & hæc eſt indubitata Doctorum ſententia, vt dicit Rolan.à Valle d.conſ.74.nũ.12.lib. 1.& communis eſt opinio ſecũdum Clar. & quos allegat in d.verſi.Tribus. qui poſtmodum ſubdit, quòd de iure Ca-
123 nonico ſecùs eſt; nam † ſecundum illud vbicumque maritus rem carnalẽ cum alia, quàm cum propria coniugẽ habet, adulterium reputatur, c. nemo, 32. q. 4. cum ſim. Panor. in c. tranſmiſsa, de eo, qui cogno. conſan. ux. ſuæ, quem refert Marc. d. deciſ. 742. ſub nume. 4. & ita etiam tenet Socin. iun. conſilio 32. numero 5. & 6. vol. ſecundo & Lancilot. Conrad. in ſuo prætorio, & curia: breuiario. capitulo de adult. numero 2.
124 & 3. Quiſquis † autem adulterij accuſationem inſtituere voluerit, ad hoc, vt coitus ſecutus adulterium fuiſſe concludat, qualia formare capitula, & probationes facere debeat, habes ex Barto. in l. ſi vxor. §. ſed ſi ea, & in §. ſi quis vxorem, num. 1. ff. de adult.quem ſequitur Ang. Aret. in d.verbo, *che hai adulterato* nu. 40. Dicit enim Bartol. quòd ſi extraneus accuſat, ſufficit probare talem mulierem habitam, & tractatam fuiſſe vt vxorem à tali. & ſubdit Ang. dicto loco, idem eſſe † quando per inquiſi- 125
tionis viam proceditur, quoniam iudex extranei locum ſuccedit; õn aũtẽ mariti iure inquirit, vt tradunt Doct maximè Bartol.numero 16 in l. 2. §. ſi publico, ff.de adult. At ſi † maritus 126
mariti iure accuſet, tunc illud non ſufficit niſi probetur, quòd verè ſit vxor; ſubdit autem Bartol.in d. §. ſed ſi ea, aduertendum, quòd etiam ſi maritus verè matrimonium non probaret; ſed tantummodò quòd habebatur, & tractabatur vt vxor, præſumptio pro matrimonio oriretur, l.in libere ff.de ritu nup.& l.in cõcubinatu.ff.de cõcub.ita ut in aduerſarium onus probãdi cõtrariũ eſſet trãſlatum, ad quod etiam facit tex.in l. generaliter, §. ſi peritum, uerſic. ſed cum ex præſump.ff.de fid.lib. & in l. ſiue poſsidetis, C. de prob. Dec. conſilio 540. numero 11. & cõſilio 595. numero 4. Rol. à Valle cõſilio 49.numer. 56.lib.1.& Dominus meus Io.Cephal. conſ. 141. num. 48. conſ. 185. numero 12 conſilio 223. numero nono & conſilio 546. ſi ergo † ex parte rei fieret probatio, quòd 127
illa non poterat eſſe vxor, non releuaret ſecundum Bart. opin.in loco infra citando, quin de adulterio mũlier cõndemnaretur; ſed probare debes, quòd non tractabatur, nec habebatur ut vxor; & hoc probato abſolutio continget, vt ita Barto.in d. §. ſed ſi ea, & Angel. Aretin. de malefic. dicto

loco ſequitur. Vnde (ut Bart. admo-
monet) ſcias articulos formare tàm
ad probandum adulterium, quàm ad
128 defenſionem. Aduertas † autem, quòd
eandem Bartoli doctr. reprehendunt
Ang. in d. l ſi vxor, §. planè, & Aug.
ad Aret. poſt d. nume. 40. in eo, dum
Bar. dicit, & ſequitur Aret. de malefic.
quòd ubi maritus præſumptionem in-
duxit, probando, quòd ipſe talem mu-
lierem habebat, & tractabat ut coniu-
gem, non ſufficit aduerſæ parti ad eam
elidendam præſumptionem, probare,
quòd illa non poterat eſſe vxor: ſed
quòd vt vxor non tractabatur, & ha-
bebatur; Nam ipſe Ang. in d. §. planè,
& Auguſt. dicto loco tenent contra-
rium; quòd ſcilicet abſoluatur mulier,
dato quòd ex eius parte probatum ſit,
quòd vxor eſſe non poterat, quantun-
cunque illa tractaretur vt vxor; Quod
certè & mihi placet, ac verum puto:
Eſto enim, quòd talis mulier habita,
& vt vxor tractata eſſet conſanguinea,
certè ex eo tractatu nequamquam ma
trimonium induci poſſet, cum ſacris
canonibus id obſtaret, uolentibus in-
ter conſanguineos vſq; ad certum gra-
dum nuptias non poſſe conſiſtere, ca.
fin. de conſan. & affin. Ideo cum quis
mariti iure accuſat, & tractatum pro-
bat; aduerſa autem pars probat, quòd
non poterat eſſe vxor, obtinet, quod &
probat tex. d. §. ſed ſi ea, ſi benè inſpi-
ciatur: & certè talis ex aduerſa parte
probatio potètior eſſet, quàm illa ma-
129 riti; & ideò, † tanquam fortior, mariti
ipſius eliderer probationem, & nullam
redderet, vt per Bart. in d. l. Diuus, in
2. not. ff. de in integ. reſtit. Ang. conſi.
134. ad fin. Dec. c. quoniam abb. nu.
8. de offic. deleg. Alc. tract. præſump.
reg. 1. præſump. 11. & 16. Dominus
meus Ceph. conſil. 23. nume. 33. &
conſil. 178. num. 14 & hæc quidem
Angeli, Auguſtini, & mea opin. pro-
130 cedit, cum † quis mariti iure accuſat,
ſed ſi extranei iure accuſaret, puto
quòd etiam ſi pras rea probaret, quòd
non potuiſſet talis eſſe vxor, nihilo-
minùs teneretur, quod probat text. &
ibi glo. & Bar. in d. §. planè, & in d. §.
ſed ſi ea. qui text. §. ſed ſi ea, clarè id
probat, dum inquit; ſed ſi ea ſit mu-
lier, cum qua inceſtum commiſſum
eſt, vel ea, quæ quàmuis vxoris animo
haberetur, vxor tamen eſſe non po-
teſt, dicendum eſt iure mariti accu-
ſare eam non poſſe, iure extranei poſ-
ſe: Propterea † tunc probandum eſ- 131
ſet, quòd vt vxor non tractabatur. Hic
† autem ſcias, quòd ſicut vir tenetur 132
matrimonium probare, (ut dictum
eſt) ita & vxor, quando ob uiri adul-
terium ad donationis propter nupt.
amiſsionem agit, ut tradit Roman.
conſi. 177. quem refert Ber. de Land.
ad Ang. in d. uerſ. *che hai adult.* poſt
num. 25. & facit ad hoc; quia † corre- 133
latiuorum eadem eſt diſciplina, gloſ.
in clement. fina. in verbo, repulſione,
de appellatio. quam ad iſtud propoſi-
tum alleg. Ripa in rubr. ff. de acquir.
poſſeſ. nume. 4. Actus † autem vene- 134
reus, qui in iudicio apparere debet, dif
ficilis adeò eſt probationis, vt Bart. in
d. l. 2. §. ſi ſimul, nume. 3. ff. de adult.
dixerit, quòd ipſum adulterium dire-
ctò probari non poſsit; quia ſi duos in
lecto uideres, vel in camera, tamen ne-
ſcires directò quid facerent, quod &
tradit in l. ſi qui adulterij C. eod. Aret.
in dicto uerbo, *che hai adult.* num. 41.
Phil. Corne. conſil. 171. volum. 1. ad
idem Dec. conſilio 577. ſub. nume. 9.
Paris. conſil. 57. nume. 34. & conſilio
54. Soc. Iu. conſil. 32. num. 12. lib. 2.
quos refert D. Menoch. de arbitr. iud.
lib. 2. caſu 116. nume. 9. & commu-
nem eſſe opin. ait Nicol. Bellon. in
rep. rubr. C. de eden. nume. 63. Ad
† probandum igitur adulterium ad 135
præſumptiones erit recurrendum:
veluti ſi quis inuentus fuerit in ca-
mera,

mera, ſolus cum ſola, oſculans, vel mamillas tangens, aut ſimilia faciens; quia iſta in adulterij argumentum ſufficient, vt tradit glo. in l. quod ait, in verbo, in ipſis reb. ff. de adult. ac glo. not. ac Bart. in l. 1. ff. de var. & extraord. crim. tradit Bar. in d. §. ſi ſimul, & in l. capite quinto, nu. 2. ff. eod. Aret. d. nu. 41. Corn. d. conſ. 171. Rolan. à Val. d. conſ. 34. nu. 6. & ſequ. vol. 2. & de hoc eſt tex. in cap. præterea, ext. de teſtib. c. literis, & c. tertio loco, de præſum. Et dixit Bar. in l. 2. ſub num. 1. ff.
136 de fur. quòd † ſi quis depreheñditur in alicuius domo, vbi pulchra eſſet mulier, ille manifeſtus dicitur adulter, de qua tamẽ doctrina dubitauit Auguſt. ad Ang. in d. ver. *che hai adult.* poſt num. 41. dicens, quòd poterit eſſe, cũ ex alia cauſa in illius mulieris domum iuiſſe; vel quòd fuerit frigidus, & cũ ea rem habere nõ potuerit: Sed iſtud, quod dicit Augus. ſtare poſſe, quòd fuerit frigidus, & cum ea rem habere non potuerit, non eſt bona ratio; cùm enim per argumenta liceat adulterium præſumi, certè non crederem ego inuentum iuuenem cum iuuene muliere frigidè ſe geſsiſſe; frequenter enim accidit, vt ſtrenuè iuuenes cum amaſijs
137 ſe agant; ideò † ex his, quæ frequẽtiùs contingunt, argumentum deſumi poteſt, vt per glo. & Doct. in l. neq; natales, C. de prob. Bal. in l. cum dotem. C. de iure dot. in c. fin. vers. vltimo no. de cau. poſ. & prop. Alex. in l. non hoc. C. vnde leg. Soc. conſ. 149. nu. 16. vol. 2. & conſ. 53. nu. 8. volum. 4. Dec. cõſ. 184. nu. 7. cõſ. 279. nu. 4. cõſ. 280. nu. 3. & conſ. 596. nu. 11. Crau. conſ. 40. nu. 2. D. meus Ceph. conſ. 278. num. 92. & Rolan. à Val. conſ. 19. nu. 45. vol. 1. conſ. 4. num. 34. vol. 2. & plurimi alij de hoc, quos longum eſſet referre: Propterea fortunatus ille vocari poſſet, qui inuento cum eius muliere iuuene frigiditatis cauſa intactam habuiſſet; & quamuis etiam ſors ita tuliſſet, certè tamen ab ea vulgari nota euadere non poſſet; non ob aliam cauſam, niſi quia iuuenes non frigidi & lenti, ſed calidi & alacres penes mulieres habentur; & maximè ſi eſſet ſcholaris quis, qui nõ præſumeretur cum muliere fuiſſe, & dicere Pater noſter, vt & per Bald. in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. eccleſ. & in d. l. neq; natales, C. de probat. prout & refert Auguſt. ad Ang. de malefic. in verbo, quod fama pub. ſub nu. 22. Bene verum credo, ſecundũ primam Auguſtini conſiderationem, quòd aliquando eſſe poſſet, quòd ob aliud negotium iuuenis domũ ingreſſus eſſet; ſed iudex † pſpicax ſimili in 138
caſu attendere poſſet, num alia concurrerent, quæ ex ea ingresſione adulterij indicium pręſtarent: Et ideò Abb. in d. c. præterea, num. 1. & 2. eam approbans Bartoli doctrin. quæ habetur in d. l. 2. de fur. vult, ꝙ ipſa † Bar. op. procedat, ſi in latebris domus vir, & mu- 139
lier reperiantur; in d. autem c. tertio loco, num. 4. inquit ꝙ † Bartoli doctrina intelligi debeat, ſi in domus latebris inuenti ſunt vir & vxor, & erant in actu præambulo veneris; puta quia ſe inuicem oſculabantur; Fortiùs † id procederet ſi ſolus & nudus cũ ſola & nuda inueniretur, d. c. literis, & d. c. tertio loco, Pet. de Barbobus conſi. crim. 96. vol. 1. Hæc tamen ſano ſunt modo intelligenda; Nam † indicia ſupradicta, vel ſimilia bene ſufficerent quãdo ad thori ſeparationẽ ageretur; non autem fidem facerent, vt de adulterio criminaliter ad delicti punitionẽ procederetur, per tex. expreſſum in d. l. quod ait, intelligendo vt ibi in annot. ad Pand. Budæus qui Accurſium reprehendit, quòd † nõ rectè illum tex. explicarit; quia adulterium tunc probabitur, cum pudenda in pudẽdis, vel obſcæna in obſcænis ſunt poſita, & ita expreſsè tradit, & explicat Marc.

Blanc. in tract. de ind. homic. ex propoſ. commiſ. nume. 69. ad l. fin. ff. de quæſt. & ita quoque conſulendo ſcribit Ioſeph Fontanel. conſil. 97. num. 33. in 2. uolum. conſil. crimin. Pro-
144 pterea † Abb. in cap. cum non ab homine, ſub num. 19. extra de iud. rectè Bartolum in d. l. 2. de fur verbo, manifeſtum, utentem, intellexiſſe videtur; quaſi ſcilicet Bart. ipſe probabile dicere uoluerit; licet & ipſe Abb. in d. c. præterea, nu. 1. & 2. & in d. c. 3. loco, num. 4. aliter (& ut ſupra dixi) loqui uideatur; Cuius ſententiam non damnat Dec. diſtinguendo in d. cap. cum non ab homine, nu. 10. uerſ. Circa deprehenſionem. Quin & Bartoli ſententia ſi corroboretur ex d. c. præterea, & d. c. literis, & d. c. tertio loco, ut Bar. ipſe in d. §. ſi ſimul, & in d. l. capite quinto, quò ad has præſumptiones per ea canonum iura ſe fundat, nil refragatur; quoniam ipſa iura loquuntur quando ad matrimonij ſeparatio-
145 nem ageretur; Nam † viſio, uel deprehenſio ſolius cum ſola, nudi cum nuda, ſufficit ad matrimonij ſeparationem; non tamen in cauſa criminali ad adulterij probationem ſufficeret, prout in illis iuribus facilè cernere eſt, maximè in d. capi. literis, & in d. capi. tertio loco, idque not. in d. capi præterea, dùm intelligit gloſ. ibi ita procedere text. eum, utque ita eleganter conſuluit Corn. conſil. 192. num. 11. cum ſeq. volum. 4. ubi ipſe inter alias authoritates allegat Matth. in not. 119. quibus adde apoſt. ad Bartol. in d. l. ſi qui adulterij, C. de adult. & quæ ſcribit Roſel. inter conſilia
146 Bal. conſilio 145. lib. 2. quod † ſcilicet adulterium non probatur ex eo, quòd iuuenis in camera diſpectoratus caligisq; ſolutis reperiatur, etiam ſi mulier ianuam teneret clauſam, & ibi iuuenem adeſſe negaret; non enim ſequitur, quòd talis iuuenis veneris compleuerit opus, cum ſic agere potuerit, ut adulteraret; non tamen adulterauerit; & ſic potiùs conatus quidam, quàm delicti conſummatio probari uidetur; & ita quoque uide Aym. Crau. conſil. 205. num. 26. uolum. 2. Et pro his facit, quia † in delictis probationes de- 147
bent eſſe luce meridiana clariores, l. ſciant cuncti, C. de prob. vt & alias dixi, & hoc omnes ſciunt, & dicunt, ut ait Boſſius in tit. de conuict. nume. 9. ubi ipſum uide circa hoc, in illis uerbis, & dùm loquitur de conuictione iudiciorum. qui etiam num. 13. dicit, quòd † delicti probationes adeò de- 148
bent eſſe certę, ut non poſſit illud probabiliter diſſuaderi. Hinc etiam uidemus, quod † in criminalibus teſtes de- 149
bent eſſe omni exceptione maiores; Bart. in l. maritus, nu. 1. ff. de quæſt. & hæc eſt communis omnium ſententia, ut dicit Ruy. cõſi. 147. poſt nu. 2. lib. 5. & ita omnes concludere ait Io. de Amicis conſ. 38. nu. 6. Marſ. conſ. 101. nu. 37. & ita uelle Doct. ait Boſſius d. tit. de conuict. ſub nu. 35. Et facit quoque, quoniam † ex uiolentis etiam pr- 150
ſumptionibus, & quantuncunq; indubitatis quis pęna corporali non damnatur; ſecùs tamẽ eſſet, quò ad pęnam pecuniariam, vt per Gand. in tract. de maleſic. ti. de pręſump. & ind. indub. circa fi. ubi dicit, quòd ita de conſuetudine ſeruari uidit, de cuius doctrina mẽtionẽ facit Bal. ad Spec. in ti. de ſent. uerſ. Ad mortem nemo poteſt. ubi tamen allegat Dyn. in l. 2. ff. de excuſ. tut. contrarium tenuiſſe; eandem Gandini opinionem tenet Alex. conſ. 15. lib. 1. & conſ. 14. lib. 3. Cœpol. conſ. crim. 32. num. 21. ubi refert Caſtr. atteſtantem ſe per Gandini dictum quendam à capitali pœna defendiſſe, contra quem erant ita fortia indicia, & indubitata adeò, quòd animo, & intellectu percipi non poterat, quòd alius quam ipſe homicidium feciſſet: Ad idem uide gloſ. fi.

gl.fin.in c. inter ſollicitudines,de purgat.canon.per eum tex. ſe mouentem,
151 Old.conſ.192.ubi dicit, † quòd Salomon de plagio damnare noluit mulierem, licet ad reſtitutionem damnauerit, vt habetur in 3 Regum, c. 3. quod fuit tranſlatũ in c. afferte, de præſump. vbi & vide Doct. ad hoc ; vide quoq; Inn.in c.quia veroſimile, de præſum. qui ponderat tex.d.c. afferte. Abb. in c.auditis, col. pen. nume. 32. extr.de præſcr. latè Fely.in d.cap.afferte,in 4. not.Alex.in l.1.nu.27. Soc. num. 3.& Iaſ.nu.21.ff.ſi cer.pet. & Marſ. in ſua pract. cri. §.diligenter,nu.50.Bellon. in d.rep.rub.C.de edẽ.nu. 73. Boſſ.in d.tit. de conuict.nu.24.cum duob.ſequent. qui dicit Gandini prædictam opin. eſſe communem,& quòd ita in practica ſeruatur, ac quòd ita eſt communis Doctorum ſenſus; & plures alios ad id allegat Iulius Clar. in pract. §. fin. q. 20. vers. ſcias tamen. vbi in hac materia plurium diuerſis relatis opinionibus ipſe tandem quandam refert Doctorum opi. volentium, quòd
152 quando † indicia ſunt indubitata ſemper ad condẽnationem deueniri poſſit, maximè in delictis occultis, & tractatibus ſecretis,quæ quidẽ delicta difficilis ſunt probationis, ità vt veritas clarè haberi nequeat, ( prout eſt caſus noſter ) & ſecundum iſtam opin. concludit Clar. Mediolani ſeruari, quantùm ad hoc,vt ex præſumptionibus condemnatio fiat; non quidem in mortis pœnam, neque in pœnam ipſius delicti ordinariam; ſed in pœnã corporalem etiam, triremiũ puta, fuſtigationis, ictuum funis, & ſimil.Et in ſpecie Clar. ipſe in dict. §. adulte.
153 ver.ſcias etiam,circa fi.inquit, † quòd licet aliqui voluerint ob oſculum, vel mamillarum tactum mulierẽ de adulterio criminaliter poſſe condẽnari; tamen ipſe inquit, quòd eam opinionem nõn ſequeretur in iudicando ad imponendã pœnam delicti ordinariã Et prædic.quidem obſeruantia, & Clari opinio in terminis noſtris alludit opinioni Baldi in l.ſi quis non dicã rapere. C. de epiſ.& cleric. in illa ſua diſtinctione; dum diſtinguit quomodò † quis puniatur, ſi cum vna muliere in terra iacente fuerit repertus; 154
vel quando mulierem oſculari fuerit viſus; & dicit,quòd mitius punitur, al leg. gloſſ.in l.1. ff.de var.& extraord. crim. Verùm Auguſt.ad Ang.in d.verbo,*che hai adult.* ſub nu.43. inquit, ꝙ quò ad eũ Baldi caſum dici poteſt ꝑ conſtabat,ad vlteriora non fuiſſe proceſſum : ſed & ipſe Aug. ad Ang.in d. verbo,ꝙ fama pub.nu.26. videtur tenuiſſe,quòd ob hæc † indubitata indicia mitius ſaltem puniatur, in pœna ẽt 155
corporali,ſecundùm Clari ſupradictã concluſionem , & Baldi ſimpliciter traditam doctrinam . Et hic ſcias, quòd † quamuis illa indicia ad conuincendum de adulterio nõ eſſent ſufficientia , prout dictum eſt ; tamen 156
contra mulierem omnimodam facerent fidem, vt dotem perderet, & marito applicaretur ; nam † etiam ipſa mulier ob ſolum oſculum luxurioſum, & mamillarum tactum dotẽ amittit, ut tradit Bald. in cap.tuæ, ext. de procur. Ripa in l. 2. in prin. num. 19. ff. ſol. matr. idem plenè comprobat in dicta rub. ext. de iud.ſub num. 16.verſ.quid tenendum, cum nonnullis ſequ.num. Io.Bern. Diaz reg.216. & iſtam dicit eſſe communem opin. Bellon. in d. rubr. C. de edend. nume.81. quem cum Didaco , ipſum Bollonum referente, allegat Clar. in d. §. adulterium, verſic. ſcias etiam. Pariter & Men.de arb.iud. d.caſu 187. num.7.inquit, omnes ferè ſentire in dictis rubr. ex. de iud. & C. de eden. quod mulier propter oſculum luxurioſum dotem perdat, licet mox ipſe contrarium ſentiat, per textum l. 157

con-

conſenſu, iuncta.l. ult. in fi. C.de rep.
& iuncto quoque. §. prædictis itaque
cauſis;in Auth.ut lic.mat.& auię.Qui-
bus in locis enumeratis pluribus cau-
ſis, quibus dos amittitur, & ſtatuto,
quòd nullæ aliæ cauſæ,quàm quę enu-
merantur, ſufficiant ad dotis amiſ-
ſionem,cauſa oſculi non reperitur in-
ſerta; & pro D. Menoch.poteſt etiam
allegari tex. cum gloſ. in §. actionum
autem,Inſt. de act.vbi enumeratis bo-
næ fid. actionibus alias non enumera-
tas cenſet glo. ſtricti iuris.Verum opi.
D. Menoch. adhuc nõ puto ſuſtineri
poſſe; Quod pro nunc ſola inſtantia
data comprobo,& eius fundamentum
tollo; & hæc eſt ex tex. §. aliud quo-
que cap. Auth.ut cum de ap. cogn.ubi
cauſæ numerantur, quibus pater po-
teſt filium exhæredare, ex apertè dici-
tur, quod alię ullę non cenſeantur ha-
biles: & tamen communi Doct.opin.
ſimiles cauſæ, etiam non numeratæ,
habiles ſunt, Alex. & Mod. in auth.
non licet. C. de lib. præ. quod etiam
cõſiderat Ripa in d.rub.extra de iudi-
cijs,nu.20. ubi etiam docet oſculũ ui-
deri caſum expreſſum d.l.cõſenſu. Et
certè † crederẽ ego, quod propter ip-
ſum oſculum luxurioſum,vel mãmil-
larũ tactũ adulterij pręſumptio indu-
158 cereẽ ità, ut ad thori ſeparationẽ agi
poſſet,arg. d. ca.literis, cum ibi no.&
probat tex. in cap. ne aliqua, 27.q.1.
vbi gl. dicit, ex iſtis præparatorijs præ
ſumi adulterium,per tex.in cap.dixit.
32.q.1. qui id optimè probat, quod
nos hic dicimus; & conferunt quæ tra
dit Ripa in d. rubr.ext. de iud. nu. 18.
cum nonnullis ſeq. non autem ad pœ
nam ordinariã criminaliter penes iu-
dicem ſecularẽ agi poſſet, ut ſuperiùs
oſtendebam; & adde ad idem Boſſ. in
d.tit. de coitu damn. & punib. nu.57.
verum autem illud eſt ob oſculum lu
xurioſum, mamillarumue tactum mu
lieri præiudicium afferri, niſi pari mo
do alienas uxores deoſcularetur vir:
tũc enim mutua delicta pari tolli com
penſatione uoluit Ripa in d. rubr.ext.
de iud. ſub nume. 26. uerſi. ultimo in
tellige,per iura,quæ ipſe allegat.Supra
dicta † autem,quę de indubitatis indi- 159
cijs tradita ſunt,procedere poſſunt, ſi
eſſent uel hominis,uel iuris tãtum præ
ſumptiones;ſecus ſi eſſent pręſumptio
nes iuris, & de iure;quia tunc ordina-
ria pœna in foro etiã ſeculari veniret:
Exemplum eſt, cũ quis † de adulterio 160
accuſatus,& indicijs fortiſſimis deui-
ctus, ad ſe excuſandũ, & defendendũ
ꝓbationes de conſanguinitate fecerit,
(quo † caſu indicia eliderentur,vt per 161
tex. d. l. ſi qui adulterij. C. de adul-
ter.& §.ſi quis verò,in Authẽ. ut nulli
iud. & facit tex. in l. eum qui, C. de
epi.& cle. & forte † aliquãdo quis hoc 162
pacto aduerſus adulterij obiectum cri
men ſe reparare ualeret, ut per Ang.
in d. l. ſi qui adulterij, C. de adulter.
& in d.l.2. §. fin.ff. eod. ut refert Au-
guſtin. ad Aret. in d. uerbo, *che hai
adult.* nume. 18.& 42.) ſi † poſtmo- 163
dum eandem mulierem, mortuo iàm
priore uiro, in matrimonium idem
duxerit, adulterij renouabitur cri-
men; & leges uolunt poſſe perindè
ultionem de adulterio ſumi,ac ſi adul-
teri illud faſſi eſſent, ut eſt text. aper-
tiſſimus in d. leg. ſi qui adulterij, per
quem text. ibid. gloſ. Bart. & cæteri
generaliter uolunt,quod † ubi lex pręſ- 164
ſumit, & iudicat, (ſcilicet ubi præ-
ſumptio eſt iuris,& de iure)pœna cri-
minis ordinaria veniat; & uide quoq;
Iac.de Belu. & Bart.in d.§.ſi quis ue-
rò. idem tradit Gand. in d. tit. de præ-
ſump.& ind. indub.ſub nu.2.uer.ſed li
cet ea ſola probatione, & in fine eius
tit.uerſ.Illud tamen;Bar.in rep.l.quod
Nerua, ſub nu. 15. ad fin.ff. depoſ. in
l. abſentem ff. de pœn. uerſ. uenio ad
ſecundum, & in Auth. ut lic.matri,&
auiæ, §. his quoſq;, ſub nu.5. Mathæſ.

d. not.

d.not. 119. Auguſt. ad Ang. Aret. de
malefic.& quos allegat,in d.ver. quòd
fama pub.num. 25. apoſt. ad Bart. in
d. rep.l. quod Nerua, ſub d.num.15.
litera, d. in verbo, clariores, Aegid.
Boſſius in dicto tit. de conuict. num.
29.vbi dicit ità omnes tenere,& num.
34.ac Iulius Clar.in d.q.21.verſ. item
165 ſcias. An † autem ad probãdum adulte
rium teſtes ſingulares ſufficiant? Dic,
quòd ſi in ſpecie id facere volueris, vt
putà dùm aliquis de adulterio accuſa-
tur, tu qui adulterij indicium pro reo
conuincendo probare volueris, per
teſtes ſingulares facere non poteris,vt
id de plano procedere ait Clar. in
pract.§.fin.q.53.verſ.Dixi etiam,cir-
ca prin. Sed ſi in genere facere iſtud
volueris( puta aliquem eſſe adulterum
generaliter ) de hoc ſunt opiniones;
nam poſſe per teſtes ſingulares delictũ
omne concludenter probari, cum in
genere illud fit, voluit Innoc. in c.
qualiter,& quando, 2. quem ſequũtur
ibi Doct. ext. de accuſat. & in c. cum
oporteat, & ibi Io. de Imo. ext. eod.
Bal.in l.1, C.qui num.tut.quos allegat
Boerius deciſ. 23. ſub. num. 44. cum
Alex.conſ.92. verſ.non ob. incip. ui-
ſo,& oportunè diſcuſſo,vol.5.& eun-
dem Alex. vide alijs in locis,de quibus
Dec.in l.furioſum,nu. 30. C. qui teſt.
fac.poſſunt,& Iacob Phil Port.in pri-
mo lib. com. concluſ.reg.34. limit. 1.
vbi & alias multas adducit authorita-
tes. Quin & ipſe Port.in verſ.Tenen-
do tamen,concludit iſtam magis eſſe
communem opinionem, quam mox
egregiè cum multis illationibus proſe-
quitur,vbi omnino vide. & in propo-
ſito noſtro de adulterio idem atteſta-
tur Ferret.conſ.168 poſt num. 14. &
15. vbi alios plures id atteſtantes alle-
gat. Contrà tamen tenuit Io. And. in
c.vt officium, §. 1.ſuper verbo,teſtiũ,
extra de hæret. in 6. Ant. de Butr. in
d. c. qualiter & quando, quos refert
Boer. d. loco. idem ſenſit Iaſon in
repet. l. admonendi, poſt eos, quos.
ipſe refert,nume.256.ff.de iureiur. &
alij tenent, quos refert Port. in præd.
lim. 1. regule 34. lib. 1. verſ. Contra-
riam opin. vbi in ſpecie aducit Io. de
Imo. iſtam partem tenentem in d. c.
cum oporteat,quem pro cõtraria opi-
nione ibid. allegauit Boer. in præcita-
to loco; iſtamq; opin. cõmunem eſ-
ſe teſtatur Mẽchiaca in prima par. de
teſta.§.4.num.45.& loquendo in ſpe
cie de adulterij crimine Io.de Amicis
conſ.127.nu.1. Pro opinionum con-
cordia Iulius Clar.in dicto verſ. Dixi
etiam,relatis hinc indè Doctorum opi
nionibus, quandam tradit diſtinctio-
nem, concludens priorem opin.poſſe
procedere in ciuilibus; poſteriorem
autem in criminalibus; quaſi Doct.
voluerint, ( vt ait cogitãdo ſuper ipſo
rum ſenſu credidiſſe ) quòd dicatur
in genere probari quid ſimile, cum in
ciuilibus ſimus; in ſpecie autem cum
delictum criminaliter punietur; quod
quàm ſit ridiculum, tu ipſe puta; & mi
ror quòd tantus homo,tamq; magnus
practicus illa protulerit: Hãc rem hìc
ego inter tantos patres omninò decide
re non audeo; ſed benè † cõſilium tra 166
do,quòd per teſtes concordes tuas fa-
cias ( ſi potes ) probationes in ſimili-
bus caſibus; quòd ſi tibi cõtigerit per
teſtes ſingulares probare,dubitationẽ
ſuſcitare poteris; ſed ſi obtinebis,ſtre
nuè te ages; cum ſi vera exiſtat Innoc.
& aliorum opinio maxima ſit limita-
tio ad textus claros in c. bonæ, 1.& c.
cum dilectus, de elect. cum ſim.alijs,
de quibus Portius in d.reg.34.in prin.
quando ſolidum in iure non habeatur
pro Innocentij, & aliorum opinione
fundamentum.

Hactenus circa Adulterij materiã
vidimus, quænam in eo ſit exigenda
pœna; quodnam ſit punibile adulte-
rium; ac quomodo ipſum adulterium
pro-

porſit; & id tertium tibi circa practicam in adulterij crimine ſit traditum. Cætera, quæ ad adulterij tractatū ſpectant, hic conſultò omiſſa, (cùm ſatis ſit ea tetigiſſe, quæ magis ſunt ad propoſitum, moremq; noſtrū cōgrua; & nonnulla addidiſſe, non inutilia quidem, quæ in hac materia Doctores nō tetigerunt) tu facilè ſumere potes ex Angeli Aretini, Auguſtiniq; Arimin. ad ipſum traditis in dicto verbo, *che hai adulterato*; & ex alijs ibid. ad eiuſdem Aretini dicta additionibus; ex Boſſio, & his, quos allegat in d. titu. de coitu dam. & punib. num. 43. cum plurimis ſequentib. & ex Claro in d. §. Adulterium.

Ordinem modò, inſtitutumq; noſtrum ſequendo ſupereſt hìc tradere quanam via vxor, vel adulter vir de adulterio accuſati ſe valeant aduerſus accuſatorem reparare? Et plura quidem ſunt prodita remedia.

167 Primū † enim eſt, ſi maritus lenocinium commiſerit, & nihilominùs vxorem ipſam accuſare audeat; Si criminaliter id aget, mulier de lenocinio, adulterue accuſatus excipiens, maritū ipſum ab accuſando expellet; quod verū eſt, ſi id fiat antequàm ipſorum nomen ſit inter reos receptum, vt eſt tex. in d.l. cum mulier, 1. in fine, iuncta ibi glo. fin. ff. ſol. matr. in l 2. §. ſi publico in fi & ibi not. & in l. ſi maritus, §. præſcrptiones. ff. de adult. in l. quoniam, & ibi not. in verbo, poteſtatem, & in d. l. ità nobis pudor, & ibi glo. C. eodem tit. not. etiam glo. in l. ſi

168 vxor, §. iudex, ff. cod. Dicitur † autem accuſati nomen receptum inter reos, per litis conteſtationem, ſi reus eſt præſens in iudicio, prout fuit opinio Petri, quam conſuetudo approbare uidetur, vt inquit Bal. in l. 1. ſub nu. 31. C. qui accuſ. non poſſunt; & dicit Villalp. ſuper l. 22. c. 49. in fin. verbis, ita magis communiter concludi; nam (vt ipſe tenet) conſuetudo eſt, ne aliquis fiat actus, tanquā m ſeparatus, deſcribendi inter reos, vt & id non eſſe in vſu tradit Salyc. in d. l. 1. nu 15. in fi. ſed tantùm litis fit conteſtatio, qua ſtatim atque iudex reum interrogat, an tale cōmiſerit delictum, ſiue reus neget, ſiue fateatur, ſecuta reſponſione rei, eius dicatur nomen inter reos receptum, ſecundùm prædictos Doct. Ita † enim 169
(ſcilicet ex tali iudicis interrogatione, & rei reſponſione) litis conteſtatio in criminalibus inducitur, etiam ſi accuſator ſit abſens, & ita ſeruari in practica tradit Bar. in l. is, qui reus, nu. 4. ff. de pub. iud. quem refert Aret. cōſ. 58. nu. 7. Iudex † enim etiam abſente 170
accuſatore poteſt ex officio procedere, & interrogare, vt inquit Bar. in d. l. is, qui reus, ſub d. nu. 4. Bal. in d. l. 1. nu. 34. C. qui accuſ. non poſſ. vbi ſubdit, quòd ita ſeruat practica; & ita quoque vide Clar. in practic. §. fin. q. 45. verſic. & in primis. ſi verò † reus eſt ab- 171
ſens, & contra eum proceditur iuxta formam iuris communis in caſibus, in quibus eo iure contra abſentē procedi permiſſum eſt, (ſcilicet † quan- 172
do non venit pœna corporis afflictiua, ſed vel relegationis, aut relegatione minor, quibus in caſibus contra abſentem procedi poteſt, & de iure communi ad condemnationem deuenjri, vt communem dicit eſſe opin. Bal. in l. abſentem, in fi. & ibi Salice. nu. 14. C. de accuſat. quodq; tradit Boſſius in tit. de requir. reis, num. 2. & Clar. in pract. §. fin. q. 44. circa prin. pro qua re eſt textus expreſſus, & ibi not. in l. abſentem. ff. de pœn. & notat quoq; glo. in d. l. abſentē C. de accuſat.) Vel † ſta- 173
tuto permittente in omnibus caſibus contra abſentem ſtatui poſſe; Tunc ſiquidem ex parte rei ſunt propoſitæ exceptiones dilatoriæ, ſiue declinatoriæ; vt quia excipiatur, quòd accuſatio non procedat, vel iudicis allegetur quòd

quòd accuſatio non procedat, uel iudicis allegetur incompetentia, uel ſimiliter, eo in caſu cum iudex declarat ſuper ipſis exceptionibus, & illas expreſſè reijcit, uel eis non obſtantibus procedit ad ulteriora, dicitur accuſati nomen receptum inter reos, & non ante, vt ita eſt doctrina Bart. in d. l. is, qui reus, ſub num. 3. per eum text. & per text. in d. §. præſcriptiones, & de hoc dicit quoque eſſe tex. in l. adulteram, C. de adult. & iſtam Bart. opin. dicit eſſe communem Alex. in l. cum mulier, nu. 6. ff. ſol. matr. & inquit Ang. de malefic. in uerbo, & ad querelam Titij, ſub num. 61. hanc Bart. opin. in practica ſeruari, quam & veram ac cõmunem pariter ait Hyeronim. ibid. ad
174 Ang. ſin † autem non dilatoriæ, vel declinatoriæ eſſent oppoſitæ exceptiones, ſed cauſæ merita concernentes, & reus eſſet contumax, tunc inquit Iul. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 14. uerſic. ſed hic incidenter, (vbi de hac materia) ſtatim in primo contumaciæ termino imputati nomen receptum diceretur inter reos. In propoſito igitur
175 † noſtro, ſi antequàm accuſati adulteri, adulteræuè nomen recipiatur inter reos (ſecundum prędictam declarationem) lenocinij fuerit oppoſitum crimen, accuſator maritus repelletur, vt
176 ſupra dicebam: Si uero † poſtquam accuſati nomen inter reos acceptum eſt, lenocinium obijciatur, diſtinguendum eſt inter extraneum, & uxorem; ut ſcilicet extraneus, ſeu adulter, nequāquam etiam ad mariti punitionem obijcere valeat; vxor autem non ad ſe releuandum, ſed onerandum virum, vt ipſe de lenocinio pœnas luat, id facere poteſt, prout de muliere ob adulterium accuſata eſt tex. in d. §. ſi publico, & ibi Bart. in d. §. iudex, & quod ibi not. in verbo, inter utroſque, Bart. & latè Imo. in d. l. is, qui reus, & Ang. de malefic. in d. verbo, *che hai adulterato*, ſub nu. 49. ad fin. de extraneo eſt tex. in l. 1. §. qui hoc dicit, ibique not. glo. 1. ff. de adult. & in d. §. ſi publico, uerſic. extraneus, & ibi uide gloſ. & ſecundum iſtam diſtinctionem intelligendus eſt tex. d. l. ita nobis, prout in vtroque ita notauit glo. fin. in d. l. cum mulier. ff. ſol. matr. & in d. l. ita nobis, & vide etiam Bart. in d. §. ſi publico, num. 2. Dixi ſuprà ſi criminaliter ageret maritus ea procedere, quæ poſtmodum de muliere lenocinium obijciente ſubieci; vt ſcilicet maritum ab accuſatione non repellat, ſi illud excipiat, poſtquam ipſius vxoris nomen eſt inter reos redactum; ſed duntaxat id operetur, vt & ipſe maritus pœnam ſui delicti ſentiat. Etenim † iſtud non 177
procedit, ſi ciuiliter maritus agat, vt ad dotis amiſsionem; tunc enim omni tempore de lenocinio ad expellēdum maritum opponere poterit, ut eſt caſus in d. l. cum mulier, in prin. ſol. matrim. ad idem eſt text. in l. viro, & ibi glo. Bart. & alij, ff. eod. ſol. mat & ita ſentiunt Bar. in d. §. ſi publico, Aretin. in d. uerbo, *che hai adult.* num. 32. & ibi melius declarat Auguſt. Arim. ad eum, & tradit Boer. d. dec. 338. nu. 3. Lenocinium † autem quot modis à 178
marito committatur, uide tex. & Bart. in l. 2. §. lenocinij. ff. de adulter. Ioan. Berb. in d. tit. de adult. uerſic. Qualiter verò lenocinium. Salyc. in d. l. quoniam. C. eod. Ang. in d. uerbo, *che hai adult.* & Auguſt. ad eum, nu. 69. uerſic. Nunc de lenocinio. quibus etiam in locis habes quomodo ab alia perſona lenocinium cõmitti dicatur.

Secundum † eſt remedium, & defenſio aduerſus maritum de adulterio 179
accuſantem; ſi cum mariti iure accuſauerit, obijci poſsit, quod intra ſexaginta dies utiles id non fecerit; Ipſe enim maritus mariti iure poſt illud tempus accuſans, repelli poterit, ut eſt text. in l. 4. §. extraneis autem, & ibi

ibi not. ff. de adulter. clarior eſt tex.
in l. iure mariti, C. eod. not. gloſ. in
l. mariti, §. ſex menſium, ff. eodem.
in d. l. adulter. & in d. l. ita nobis, C.
eodem & Ang. in d. verbo, *che hai
adulterato*, ſub num. 49. verſi. Pri-
180 mo ſi dicat. Quibus tamen † exactis
ſexaginta diebus, licet mariti iure ac-
cuſare nequeat, tamen intra quatuor
alios menſes vtiles extranei iure id fa-
cere poterit, d. §. extraneis autem, & d.
l. iure mariti, cum ibi notatis; Ita ta-
181 men, † vt iſtis ex menſes vtiles, quo-
rum duos habet ad accuſandnm iure
mariti vir, & quatuor ad accuſandum
iure extranei, non excedant quinquen
nium continuum, quod ſufficit ad pręſ-
ſcriptionem accuſationis adulterij, de
quo quinquennio dicebam ſupra nu.
182 107. (quod † quandoque pro vna alia
defenſione ſufficere poterit ) vt ita
tradit tex. in dicta l. mariti, d. §. ſex
menſium, verſ. præterea, & not. gloſ.
in d. l. adulter, & in d. l. iure mariti, in
183 verbo, extranei. Quatenus † autem di-
ctum eſt, maritũ intra ſexaginta dies,
mariti iure accuſare poſſe, & intra a-
lios quatuor menſes iure extranei,
ſciendum eſt, quòd poſſe maritum iu-
re mariti accuſare multum refert; nam
tunc priuilegia nonnulla habet, quæ,
cum extranei iure accuſat, non obti-
net, vt glo. not. Cyn. & alij in d. l. iu-
re mariti. C. de adult.

184 Tertium † eſt ad maritum exclu-
dendum, præſtitum auxilium, ſi dici
poſſit, maritum ab accuſatione aliàs
propoſita deſtitiſſe, quia tunc in per-
petuum excludetur, d. l. 2. §. 1. l. quę-
ſitum, §. fin. ff. de adult. l. abolitionem.
C. eod. facit tex. in l. qui deſtitit, ff.
ad Turpil. & l. quamuis, C. eodem
ad Turp. & tradunt gloſ. & Doct.
in d. l. ita nobis, & Ang. in d. verbo,
*che hai adulterato*, ſub d. numero
49. verſicu. ſecundo ſi dicatur.

185 Quarta † eſt defenſio, ſi negaue-
rit, ſe accuſaturum maritus, iux. l.
ſi maritus, §. ſi negauerit, ff. de a-
dulter. & not. in dicta lege, ita nobis
pudor.

Quinta † erit aduerſus maritum 186
defenſio, ſi opponi poterit, mari-
tum ipſius vxoris mores approbaſſe;
vt ſi eam propter adulterium domo
expulit, mox ipſam recipiat, d. l.
ſi vxor. §. fin. ff. de adult. & ita not.
gloſ. in d. l. ita nobis. Boer. d. deciſ.
338. numero quarto. & Ang. in d.
verbo, *che hai adulterato*, ſub d. nu-
mero 49. verſiculo, Quartò opponi-
tur. qui ſubdit, quòd † conſequen- 187
ter dicitur maritus vxorem recipien-
do approbaſſe ipſius vxoris mores,
non præteritos duntaxat, ſed futuros,
vt voluit gloſ. in l. caſtitati, C. de
adult. & ibi Salyc. in pen. q. qui ſe
remittit ad notata per ſe ipſum in d. l.
quoniam, C. eod. verum † Auguſt. 188
ad Ang. numero 50. eam non appro-
bat ſententiam, quòd ita reducendo
domum mulierem maritus eius futu-
ros mores approbare videatur, qui
& tenet, † quòd id maritus facere 189
non poſſet; mouetur per tex. iuncta
glo. in cap. quemadmodum, ext. de
iureiu. vbi fortius ibi dici refert, quòd
† ſi maritus expreſsè per pactum, 190
etiam iuratum, promittat mulierem
de adulterio futuro non accuſare, &
ſic mulieris mores approbare videa-
tur, pactum id, in quantum contra
publicam venit vtilitatem, quòd do-
lus de futuro remittatur, non valeret,
per tex. in l. ſi vnus, §. illud, ff. de
pact. & ideo inquit Abb. in d. cap.
quemadmodum, quòd maritus pacto,
& iuramento non obſtante accuſare
poſſet, per eum tex. ( bene † illud pa- 191
ctum, & iuramentum valeret, quò ad
id, quod mariti priuatam contine-
ret vtilitatem, vt voluit ille tex. §. 1.
coniuncta glo. & ibi Hoſtien. Io. And.
& Innoc. ) & certè hæc opinio mihi
ſum-

ſummoperè placet, per tex. d. l. ſi vnus,
§. pacta, de pact. vbi habetur, quod
192 † pacta, quæ turpem continent cau-
ſam, non ſunt obſeruanda, veluti ſi pa
ciſcar, ne furti agam, vel iniuriarum,
ſi feceris; Item non valet pactum ſi
conueniam ne experiar interdicto vn-
de vi, quatenus publicam contingit
cauſam; ſed poſt admiſſa hæc paci-
ſci poſſumus, inquit ille tex. & in ſum
ma ait, ſi pactum conuentum à re pri-
uata remotum ſit, non eſt ſeruandũ:
ſimiliter & ſupradicta ſententia firma
tur per ea, quæ tradit Bart. in l. ſi quis
pro eo, num. 8. ff. de fideiuſſ. & Pa-
pien. cum eo in forma libelli ſuper pe-
tit. reſtit. in integ. in verbo, tunc iura-
uit, numero nono, qui dicunt quòd
193 † quando contractus publicæ vtilitatis
fauore principaliter reprobatur, tunc
iuramento minimè confirmatur, cap.
ſi diligenti, circa fin. de foro compe-
ten. l. 2. & ibi not. in verbo, priuata, &
l. quemadmodum, ibiq; glo. 2. verſ. Itẽ
quid ſi ſtipulatio, C. de agric. & cenſ.
lib. 11. & pro hoc tradunt Bart. & Pa-
pien. dictis in locis nonnulla exempla;
& ita quoq; tradit Dec. conſilio 432.
numero. 13. Rolan. à Valle conſ. 39.
numero. 37. vol. primo, & conſilio
70. numero 16. vol. 2. & hæc eſt com-
munis concluſio, vt inquit Alciat. in
c. cum contingat. num. 83, ext. de iu-
reiur. quem refert Bapt. à Villalob. in
ſua collecta com. opin. litera, I. nu-
mero 130. & Emanuel Soar. in The-
ſau. receptar. ſententia. litera I. nu-
mero 293.

194 Sexta † eſt pro muliere defenſio, ſi
allegare valeat adulterum anteà accu-
ſatum fuiſſe abſolutum, quia amodò
accuſari & ipſa non poteſt, l. denun-
tiaſſe, §. quæritur, & l. adulter, §.
nupta, ff. de adult. not. gloſ. in d. l.
ita nobis, & Ang. in ſæpè dicto ver-
bo, *che hai adulterato*, ſub d. nu-
mero 49. verſiculo, uel ſi mulier dicat.
qui ſubdit, quòd † condemnatoria 195
de adulterio lata ſententia mulieri
non nocet, ſed abſolutoria prodeſt,
dicto §. quæritur: quoniam † prom- 196
ptiores ſumus in abſoluendo, quam
in condemnando, l. Arriani, ff. de
action. & obligat. ut & tradit Aegid.
Boſſ. in tit. de fauore defenſ. ſub nu-
mero primo.

Septimam † habet mulier ad ex- 197
cludendum uirum defenſionem, ſi
opponere ualeat, uirum ſcientem ip-
ſam adulterium commiſiſſe cum ea
carnaliter ſe commiſcuiſſe; nam ex
eo ille uidetur adulterium remiſiſſe,
ut ita tenet gloſ. prima in capitulo fin.
extra de adulter. quam dicit eſſe ab
omnibus receptam Didacus a Co-
uarru. de ſponſ. in ſecunda par. ca-
pitulo 7. num. 7. Clarus in dicto §.
adulterium, uerſiculo, caueat etiam,
& Emanu. Soar. in dicto ſuo Theſau.
receptar. ſententia. litera, A. nume-
ro 85.

Octauum † erit pro ipſa muliere 198
remedium, ſi probare poterit uirum
non facere erga ſeipſam ſuum debi-
tum, ut per tex. celebrem in cap. ſi tu
abſtines. 27. q. ſecunda. & ita tenent
Io. Fauentinus, Pet. de Rau. & Za-
bar. quos refert Boer. deciſ. 297. nu-
mero 15. Quod tamen ego non affir
mo per ea, quæ idem Boerius ſubdit.

Nonum erit auxilium; quando
ipſa mulier per uim cognita fuiſſet,
l. uim paſſam, ff. de adulter. cum
ſim. de quibus gloſ. ibi.

Decimũ, ſi fraudolenter, ignorãter
quę fuerit adulterata, uidelicet ab a-
lio, quem credebat uirũ ſuum, argum.
capituli, in lectum, 34. q. ſecunda, pro
ut & ita tradit Ioan. Berb. dicto tit. de
adulter. uerſiculo, Quarto ſi ignoran-
ter. ubi & alia ponit, quibus quandoq;
uxor ſe adiuuare ualebit.

Vltimũ † erit cęteris notabilius, & qđ 199
frequẽtius occurret, pro muliere auxi-
lium,

lium, ſi vir & ipſe cum alia rem habue
rit: ei etenim id obijci poterit. Quod ſi
conſtiterit, maritus cogetur adulteram
vxorem in coniugale recipere conſor
tium, vt ita & ſacræ Theologiæ, & Ca
nonum, ac Cæſaris iura, eorumq́ue in
terpretes communiter admittunt. Ita
enim cernimus expreſsè hoc affirma-
re beatum Auguſtinum in lib. 1. de ſer
mo. Domini in monte, dum ait; Nihil
autē iniquius, quàm fornicationis cau
ſa dimittere vxorem, ſi & ipſe conuin
citur fornicari, occurrit enim illud: In
quo enim alterum iudicas te ipſum cō
demnas: eadem enim agis, quę iudicas.
De iure Canonico eſt textus in c. ex li
teris, extra de diuort. c. intelleximus, &
c. fin. ext. de adulter. & ita glo. in d. c. ex
literis, in verbo, redire cōpellas; & ibi
Henri. Boich, num. 14. Abbas num. 6.
& Præpoſ. colum. fin. glo. in d. cap. fin.
in verſic. fornicationis, & ibi Henric.
Boich, num. 13. Abbas num. 4. addens
ita Doctorum communem eſſe ſentē-
tiam, & Marian. Socin. num. 6. cum ſe
quen. Hoſtien. in ſum. de diuort. uer-
ſic. quid ſi ſententia diuortij, & cęt. nu
me. 9. Marian. Socin. in d. cap. intellexi
mus, num. 16. Sum. Roſel. in verbo, di
uortium, uerſic. nunquid autem in prę
dictis admittitur compēſatio, Ripa in
d. rubr. ext. de iud. ſub num. 26. verſic.
vltimo intellige, & hanc eſſe commu-
nem Doct. ſententiam inquit Didac. à
Couaruu. in 4. lib. Decret. epitom. par.
2. cap. 7. verſi. 6. adijciens, uxorem quo
que poſſe poſt litem conteſt. accuſanti
viro opponere paris criminis, ĕt ante
lit. conteſta. commiſsi, exceptionem;
quamuis nonnulli contrariam ſecuti
fuerint ſentētiam, teſte And. ab Exea
in lib. pactorum, num. 377.

Pariter & de iure ciuili hæc com-
probatur ſententia, ut per Doct. in d. l.
uiro, & in d. l. cum mulier, gl. in d. l. ita
nobis pudor, Iacob. de Belu. in ſua pra
cti. iud. tit. de Lenon. num. 22. in 4. uo-
lum. Angel. Aretin. in d. uerbo, *che hai adulterato*, ſub d. num. 49. uerſ. Tertio
ſi uir, Zaſ. in l. 2. num. 21. & Alc. nu. 7.
ff. ſolu. matrim. Boer. dicta deciſ. 338.
ſub num. 3. uerſic. uel niſi ipſe uir, Ioā.
Berbe. in ſuo uiatorio, dicto ti. de adul
te. uerſic. unum tamen notandum eſt;
Iodoc. Damhouderius in Enchir. rerū
crim. C. de adulte. nume. 29. uerſ. Pri-
mo quando ipſe maritus eodem adul-
terij crimine, & cæt. Conrad. Mauſer.
in titu. de nupt. §. fin. uerſic. Poſtremò,
pag. 127. Et pro his facit 1 nam † uide- 200
mus, quod uſurarij, niſi ipſi extortas re
ſtituant uſuras, aduerſus alium de red-
dendis uſuris agere nequeūt, quia † fru 201
ſtra legis inuocat auxilium, qui in legē
committit, tex. eſt, & ibi pulchra gloſ.
in c. quia fruſtra, & in c. Michael, ext.
de uſur.

In his † autem crediderim, quòd ſi 202
maritus criminaliter egerit, mulier, ut
ipſum maritum repellere valeat, & ſe
omnino ab impoſita accuſatione repa
rare, ſeruare debeat modū, de quo ſu-
pra uerba feci in primo remedio, ut
ſcilicet opponat antequàm nomen ſit
inter reos receptum, poſteà enim op-
ponens accuſationem mariti non ex-
cluderet; ſed bene maritum damnari
faceret, ut de hoc uidetur textus aper-
tiſsimus, iuncta gloſ. in dicta l. ſi uxor,
§. iudex, ff. de adulte. etenim, inquit ille
textus, periniquum eſſe uidetur, ut pu-
dicitiam uir ab uxore exigat, quam ip-
ſe non exhibeat. quæ res poteſt etiam
uirum damnare, non rem ob compē-
ſationem mutui criminis inter utroſq;
communicare, & ita etiam facit text.
in d. l. ſi maritus, §. præſcriptiones, ff.
de adulter. ac faciunt omnia, quæ tibi
in ſimili propoſito allegabam in d. re-
medio primo: unde † cautus ſit mu- 203
lieris aduocatus, ut cum criminaliter
accuſatur ipſa mulier de adulterio, ta-
lem obijciat exceptionem antequam
uxoris nomē ſit inter reos acceptum.

Bene

204 Bene verum † eſt (vt & in dicto
primo remedio ſubdebam) quòd ſi
ciuiliter ageretur, poſſet quandocun-
que repellere virum ipſa mulier; &
ſic quando ad thori ſeparationem, &
dotis amiſſionem ageret vir, mu-
lier ipſum omninò expellere ex iſto
remedio poſſet, ſecundum omnes
Doctor. ſuperius allegatos: Neque
hoc in caſu quicquam refragatur,
quòd de iure ciuili maritus cum ſo-
luta rem habens adulterium commit-
tere non dicatur, vt ſupra dicebam
numero 114. Nam ſecundum ius Ca-
nonicum (vt dicebam numero 123.)
etiam cum ſoluta muliere vir coniu
gatus fornicando dicitur adulterium
committere. Cùm igitur agat mari-
tus ſecundum ius canonicum ad thori
ſeparationem, & ad dotis reſtitutio-
nem (ſecundum ea, quæ dicebam
ſupra numero 99.) dicendum eſt,
prædictam exceptionem aduerſus vi-
rum admodum proficuam eſſe, vt il-
205 le omnino excludatur; Quin † &
mulierem a dotis petitione excludi
non debere ratione adulterij commiſ-
ſi, quando & ipſe vir matrimonij le-
ges violaſſet, & concubinam aluiſſet
tradunt Hyppolitus de Marſ. in l. pri-
ma §. fin. numero quinto, ff. de ſicar.
in l. patre, vel marito, nume. 10. &
ff. de quæſt. & in ſing. 234. Boſſ. in
d. tit. de coitu dam. & pun. nu. 56. &
Ludouic. Carer. in ſua pract. crim. §.
circa quartum, de modo ſe defenden-
di, numero. 17. ſic etenim hiſce in ca-
206 ſibus dici poterit, paria † delicta mu-
tua compenſatione tolluntur, capitu-
lo penult. & vlt. ex. de adul. dicta l.
viro. ff. ſol. matr. cum ſim. & marito
207 obijci poterit, Nil † Iudæus Iudæo,
nil Catilina Cethægo; vel aliud. Clo-
dius accuſat mœchos, Catilina Ce-
thægum, iux. tex. in in l. quoniam §.
inter ſe. C. de heret. & l. in arenam C.
de inoffic. teſt. & ibi glo. & not. glo. ſe-
cunda in fi. in dicta l. viro. & † fidem 208
non ſeruanti fides ſeruanda non eſt,
capitulo primo, de mut. pet. capitulo
peruenit, ext. de iureiur. capitulo, ſigni
ficaſti, ext. de diuor. d. capitulo, intelle
ximus, ex. de adult. capitulo, conſtitu
tus, de relig. domibus capitulo, eſto
ſubiectus, 95. diſtin. capitulo, nihil
iniquius, 23. quæſt. 6. l. cum propo-
nas, ſecunda, C. de pact. Ruyn. conſi.
166. verſiculo, quod ad aliud, vol. 5.
& Gozad. conſilio 31. numero 5. Ac
denique obſtabit illud; quia † qui ad 209
pœnam agere vult, prius pro parte ſua
adimpleuiſſe debet; vt eſt tex. in l. Iu-
lianus, §. offerri. ff. de act. empti. per
quem not. Ang. conſ. 44. fratres ſer-
uorum, in fi. facit quod not. in l. ædi-
les, 1. §. fi. in verbo, ordinem præſtet,
& quod not. Bal. in l. filiæ licet, C. de
collat. in cap. licet, in prin. ſi de feu.
fuer. controu. Anchar. conſ. 331. viſis
diligenter, in prin. Aret. conſilio 70.
In cauſa, col. prima, in fi. Corn. con-
ſilio 130. viſo dicto puncto, col. ſe-
cunda, lib. 3. quos omnes refert Dec.
conſilio 452. numero 3. ita etiam vi-
de D. meum Cephal. conſ. 551. num.
6. 609. num. primo, & 610. nu. 47. &
Rol. à Val. conſ. 53. num. 23. conſ. 57.
num. 17. vol. 1. Et † non modo ante 210
thori ſeparationem obijcere prædicta
poſſet mulier, ſed etiã poſt, vt ſcilicet
in cõſortium iterum recipiat eam vir,
prout eſt communior & fauorabilior
opin. vt dicit Abb. in c. ex literis, ſub
nu. 11. ex. de diuort. & † ad hoc cogi 211
poteſt non ſolum iudicis officio, ſed
etiã ad ipſius mulieris actionem; & ita
communiter tenetur, vt dicit Felyn. in
c. lator, poſt num. 19. verſ. lim. 2. ex. de
re iud. & Clar. d. §. adult. verſ. facta,
in fi. Licet † enim facta ſit ſeparatio 212
thori, non tamen per id illa deſinit eſſe
vxor, etiã poſt thori ſeparationem, c.
2. ex. de diuor. vnde vir aliam recipe-
re nequit, d. cap. literis, de præſum.

## Caut. VII.

### De eo, qui, iudice à quo, vel ad quem copiam ſui non faciente, appellationem proſequi nequit.

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus interponendæ appellationis an currat, cùm non eſt facultas adeundi iudicem aquo, vel ad quem, & quando facultas non eſſe dicatur.*

2 *Iudice latitante quo conſilio vtendum ſit, ne appellationis interponendæ tempus currat.*

3 *Cautela abundans non nocet.*

4 *Opinio communis in indicando, & conſulendo ſequenda eſt.*

5 *Appellans, ſi iudex a quo, latitat, debet ad iudicem ad quem, recurrere tunc, cum eiuſdem copiam habet.*

1 APpellationis † interponendæ tempus à die ſententiæ non currit, cùm non eſt facultas adeundi iudicẽ à quo, & ad quem; & tunc facultas eſſe nõ videtur, cum iudex in publico ſe non oſtendit, ita not. Bar. in l. 1. §. dies. ff. quan. app. ſit, in princ. per eum textum, quamq; ſententiam tenent gloſ. & magis communiter Doct. in c. ex ratione, extra de appell. Iac. de Ra. Pet. Cyn. Iaco. Butr. Bald. & Saly. in auth. item ſi appellatione. C. de temp. appellationũ, & alij, de quibus Alexand. in l. properandum. §. ſin autem vtraque, ſub numero quarto, C. de iudic. ipſe autem Bart. ſub numero 4. d. §. dies, conſulit; † Quòd licet, quando per iudicem ſtat, tempus appellationis ipſo iure non currat, attamen appellare volens proteſtetur, & appellationem coram honeſtis perſonis publice interponat, ad quod allegat l. cum quidam. ff. de appellationib. & l. prima. C. de his, qui per met. iud. non app. ad quodq; tacit textus, & quod tradit Bart. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi, nu. 27. & ibi vide Alex. num. 9. & ſeq. ac Ias. ſub numero 2. ff. de op. no. nun. quam ſententiam communem enunciant Præpos. in cap. ſi iuſtis, num. 8. ex. de appell. Villalob. in ſua collecta communium opin. litera, A, numero 123. vbi ad hoc uide quod ſubdit Io. Fich. ad ipſum; Nic. Ant. Grauat. ad Veſtrium, lib. 7. cap. 3. numero 72. & Eman. Soar. in ſuis com. op. litera A. numero 209. qui ſane Doct. neceſſarium id demonſtrant; & circa hanc rem vide quæ tradit etiam Maran. de ord. iud. par. 6. Verſiculo, appellatio, alias, ſecundus actus principalis, nu. 219. vbi pariter hanc proteſtationem ad neceſsitatẽ redigit, dũ inquit, poſt eos, quos ipſe allegat, veram eſſe cõclusionem, quòd ſi ſtat per iudicẽ, debet proteſtari; ſi verò impeditur alio impedimento, quã iudicis facto, non requiritur de neceſsitate proteſtatio; ſic & vide Io. de Imo. in c. fin. ex. de appel. quẽ ſequuntur ibi D. Phil. de Perus. & Card. Alex. Imo. in c. cupiẽtes. §. quod ſi per 20. de electio. in vi. ad hocque vide Alexan. & ſcrib. alios, & maximè Iaſonem in d. §. ſin autem vtraque, & quæ ego inferius dicam caut. 216. & cautela 218. ac caut. 260. Veruntamẽ cogita, an per illos tex. l. cum quidam. de appellationib. & l. fin. C. de his, qui per met. iud. (quos allegat Bartol. in dicta §. dies, quique in terminis huius noſtri caſus procedere videntur, & hoc in caſu neceſsitatem oſtendere) neceſſaria videatur probari poſſe iſta cautela, etiam, cum facile latitantiam iudicis quis probare poſſet. Ego ſane opinor defendi poſſe (non

quod

quòd omnino pedem figam) iſto in caſu appellare volenti talem non eſſe neceſſariam cautelam; cùm in textu dicti. §. dies, præciſe dicatur, quòd iudice in publicum non apparente, tempus appellandi non currat, nec vlla fit proteſtationis mentio; quinimo ibi dicitur, quod nec etiam iudicem, ſi ſui copiam publicè non faciat, priuatis in locis quis adire tenetur, ideo non adeunti minimè imputandum ibidem dicitur; igitur cum textus ille nihil de proteſtatione dixerit, nec ipſa neceſſario introducenda videtur, argumento leg. 1. §. ſin autem ad deficientis. C. de cad. toll. & facit tex. in l. de precio. ff. de pub. in rem act. cum ſim. per gloſ. ibi nota. ſed in textibus contrarijs alius eſt caſus, in quibus habemus expreſſe, quòd prætextu metus quis ſe non excuſabit, niſi proteſtatus ſit, de qua re dicam, tradamque inter d. §. dies, & leges prędictas diuerſitatis rationem in in prox. ſequenti caut. ſimiliter ad textum, in d. §. ſi quis ipſi prætori, qui obſtare videtur, reſponderi poteſt, quod ſcilicet ibi expreſſe traditur de proteſtatione fienda, & alius eſt caſus, atque diuerſa ratio; quia ſcilicet ædificatum non demoliretur, niſi proteſtatio nunciationis loco cederet; ſi enim vſque ad depoſitum per prætorem magiſtratum quis omnino taceret, & poſtmodum nunciaret, opera præterita ex hoc beneficio non venirent deſtruenda, argum. l. primę §. primo. ff. de oper. no. nunc. nimirum igitur, ſi proteſtatio neceſſaria eſt hoc in caſu; at cum in caſu. d. §. dies, agatur de præiudicio, quod ſemper reſtaurari poteſt, vt ibi dicitur, proteſtationem non eſſe neceſſariam dici poteſt, idque etiam ſenſiſſe videtur Alex. in l. ſecunda §. quod diximus, in fine, & ibi clarius ad terminos noſtros Iaſ. ſub numero 8. ff.
ſi quis caut. Bene verum eſt, quotieſcunque etiam opinio iſta ſuſtineretur
contra communem prædictam, quòd
duabus de cauſis conſilium Bart. im-
probabile non eſſet; † & quia abun- 3
dans cautela non nocet, per tex. &
ibi Bartol. in l. ſi pupilli, §. item ſi,
nu. primo ff. de neg. geſt. & in l. teſta-
mentum. C. de teſtament. & etiam,
quia conſilium prædictum proteſtan-
ti ſuffragium illud afferret, Quòd
inde apparere poſſet, ſe propter iu-
dicis defectum ab appellatione deten-
tum fuiſſe, & per eum non ſtetiſ-
ſe argumento dictarum ll. in caute-
la deductarum; ſequere igitur com-
munem, & non errabis; † præſertim 4
quia in iudicando, & conſulendo ab
ipſa communi opinione non recedi-
tur, per nota. per Bartol. in l. fin. C. de
pœn. iud. qui male iud. tradit Soc. cō-
ſilio 92. ſub num. ſecundo, vol. pri-
mo, & conſ. 16. num. 19. eod. vol. licet
Dec. quandoque ab ea in conſulendo
receſſerit, vt in conſ. 259. nu. 1. & 2. &
481. numero 12. motus ob æquitatē,
& meliores rationes contra commu-
nem exiſtentes, & ideo audaciam ſu-
mens ex authoritate tex. l. primę §. ſed
neque ex multitudine. C. de veteri
iure enuclean. atque etiam l. Æmilius
ff. de minor. idem quoque Decius in
nonnullis alijs ſuis cōſilijs id tenendū
cenſuit, & alij etiam, quos refert, & ſe
quitur d. Rol. a Val. conſ. 100. à nu. 40.
vſque ad finem, ad quod etiā vide pul-
chre Bapt. a Villalob. in ſua collecta cō
munium concl. litera. C. nu. 107. ſed
hic redeundo ad propoſitum noſtrum
aduerte, quòd tex. d. §. cum dies, lo-
quitur, cum nec iudicis a quo, nec
eius, ad quem prouocare volueris co-
piam habebis. Igitur cautus ſis, † vt 5
cum facultas adeundi eum, a quo,
deficit, recurras ad eum, ad quem,
ſi eiuſdem copiā habere poteris Hæc,
& quæ in proxima ſequenti cautela

dicam, habes quo ad proteſtationem fiendam pro interponenda appellatione; quo modo ad impedimenta, quæ in proſecutione ſuperueniunt, dicam infra Caut. 218.

## Caut. VIII.

### De eo, qui Iudicis violentiam, vel metum ad interponendam appellationem patitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Metu Iudicis appellatio intermitti non debet.*
2 *Violentia Iudicis interueniente, ne appelletur, quo remedio vtendum ſit.*
3 *Iuſtus metus qui ſit, & qui vanus.*
4 *Inuentario confecto hæres vltra vires hæreditatis non tenetur; ſecus ſi non fecerit.*

APpellationem autem iudi-
1 ciſ metu vano nemo inter-
mittere debet, alioquin ſi-
bi imputatur. l. vani. ff. de regulis iu-
ris, l. prima C. de his qui prop. met.
iud. non appell. Azo in ſum. C. eod.
ſed ſi iuſtus metus eſt, quare nõ appel
2 letur, conſilium eſt, † Vt publice coram
vicinis, perſonisq; honeſtis, ac fide di-
gnis proteſtetur, ſecundum textum in
capitulo fin. extra de appell. in l. cum
quidam, & ibi Gloſ. & Bar. ff. de app.
& in l. 2. C. de his, qui per met. iud. glo.
in l. in omnibus caſibus pro facto. ff.
de reg. iur. ſic. n. veniam ille tunc me-
rebit, & quia diligentiam adhibuit in
proteſtando, ei ſuccurretur. Et de hac
etiam re facit, quod tangit Bartol. in
l. de pup. §. ſi quis ipſi, numero 5. &
3 26. ff. de op. noui nun. † Iuſtus au-
tem metus ille eſt, qui cadit in con-
ſtantem, & animoſum virum; qui
autem non cadit, niſi in hominem
puſillanimem, & formidoloſum, ille
vanus, & improbabilis metus eſt, ca-
pitulo, cum dilectus, extra de his, quę
vi, met. ve cau. fiunt. l. 5. 6. & 7. ff. eo-
dem, & per Azon. in ſum. C. eod. ſub
numero 3. verſ. Metus autem diſtin-
guitur. Porro, niſi beneficio proteſta
tionis per legem inducto, ille, qui in
caſu noſtro iuſtum metum à Iudice
patitur vſus fuerit, crediderim ipſum,
etiam ſi probaret ſe metum, ac vio-
lentiam paſſum, ad reſtaurandam ap-
pellationem non eſſe reintegrandum,
vt optime patet in textibus talem rem
decidentibus, quos ſuperius allega-
ui; & gloſ. prima clare dicere videtur
in d. capitulo fin. extra de appell. per
ea eius verba; ſed illud non ſufficit,
niſi & illud proteſtetur; & ibi; & ita
currit tempus ei, qui agere non poteſt,
niſi iſtud proteſtetur. Pro qua re fa-
cit textus in l. ſcimus, iuncto. §. ſi
quis autem temerario. C. de iure de-
lib. & auth. ſed cum teſtator C. ad
legem falcid. vbi habetur; † Quod 4
qui inuentarium hæreditatis fecerit
vltra vires hæreditarias non tenebi-
tur, & falcid. vtetur; ſed ſi teme-
rario propoſito illud facere negle-
xerit, & hæreditatem adierit, (ſiue
petito ad deliberandum tempore, ſeu
non petito) etiam ſupra vires hære-
ditarias tenebitur, nec propter lega-
ta hæreditatem abſorbentia, falcidię
beneficio vti poterit: Idque permit-
titur propter neglectum legis tradi-
ctum remedium; & pro hac plenius
comprobanda ſententia, vide quæ
copioſe tradunt ſcrib. & Iaſ. in ſpe-
cie in l. properandum. §. ſin autem
vtraque. C. de iud. Nec obſtat tex-
tus in l. prima §. dies. ff. quando ap-
pell. ſit, intellectus ſecundum quod
dixi in proxima præcedenti cautela;

quia

quia vltra ibi dicta pro ſolutione reſpondeo, quod inter d. §. dies, & textus ad præſentem cautelam citatos, rationis diuerſitas eſt; Nam in caſu noſtro licet quis iuſtum habet timorem, tamen in effectu iudici in publico apparenti appellationem porrigere poteſt. ſecùs eſt in d. §. dies, cùm Iudex publicè ſui copiam non faciat, nimirùm igitur, ſi primo caſu proteſtatio poteſtatem appellationis ( quæ reuera conſiſtere poteſt) ſuſtinere debet; in ſecundo autem caſu non opus ſit proteſtatione, quæ illud ſuſtineat, quod nequaquam conſiſtere poteſt, argum. l. eius, qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus, & quod tradunt ſcrib. ibi. ff. ſi cert. pet.

Bene verum eſt, quod ad illud proficua eſt in hoc ſecundo caſu proteſtatio; quoniam ( vt in præced. proxima cautela dixi ) illum operatur effectum, ut appareat copia iudicis deficiente, appellationem fieri non potuiſſe.

## Caut. IX.

### De prorogatione inſtantię appellationis.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellationis inſtantia quot hodie contineat fatales.*

2 *Tempus duorum annorum appellationis prorogari non poteſt & num. 3.*

4 *Appellationis inſtantia qualiter prorogari poſſit, & nume. 5. quod declara, ut num. 7.*

6 *Impedimenta iuſta, quæ ſint ad reſtitutionem obtinendam aduerſus lapſum inſtantiæ appellationis remiſſiue.*

Appellationis † inſtátia hodie duos continet fatales, videlicet annum unicum; & ex cauſa bienniũ, vt in c. cũ ſit Roma- 1
na, extra de app. & in auth. ei, qui C.
de tempor. & reparat. Quod † quidem 2
duorum annorum tẽpus prorogari per
partium conſenſum expreſſum non
poteſt, ut per Bart. in auth. ſi tamen.
C. eod. de temp. & repar. Ioan. And.
in addit. ad Spec. in tit. de appell. §.
nunc breuiter, verſic. licet autem, qui
eſt nu. 10. in glo. magna, Abb. in cap.
ex ratione, ſub nu. 8. extra de appella.
Lud. Rom. in l. 2. ff. de re iud. & idem
conſ. 174. in fine, Alex. conſ. 23. circa fin. volum. 4. & Matthæſ. ſing. 24.
& commune aiunt cum alijs, quos referunt, Viuius in ſecundo tomo communium opin. variorũ, litera, A, opin.
23. & Eman. Soar. in ſuis com. op. li-
tera, A, nu. 222. † Sed Maran. de ord. 3
iud. par. 6. verſic. ſecundus actus principalis, num. 225. uſque ad num. 230.
contrarium latè deducit: Vt autem
iſtæ controuerſiæ tollantur, reme-
dium eſt, † Quòd partes vnanimiter 4
compromiſſum faciant, inſtantia durante, nam per eum prorogatio fiet,
ut ex tex. expreſſo dictæ authent. ſi
tamen. Aliud eſt remedium, ut etiam
poſt biennium quis appellationem
protrahat; videlicet, cùm iuſta cau-
ſa fuerit impeditus, † Quòd ex clau- 5
ſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, poſita in lege prima ff. ex quibus
cauſ. maior. reſtitutionem impetret,
de quo eſt text. in d. c. ex ratione, &
ibi Canon. & voluit gloſ. in d. auth.
ei, qui. in uerbo, manet ſententia,
quam tenent Bart. & Doct. ibi; † Et 6
quale impedimentum, & cauſa requiratur ob hanc reſtitutionem, vide
penes gl. Abb. & alios ĩ d. c. ex ratione,
apud doctores, quos allegat Pet. Pau.
Par. ad Bar. in d. auth. ei, qui. nu. 3. litera, a.

7 ra, a. † Reſtitutionem autem ex iuſta cauſa aduerſus lapſum inſtantiæ obtinendam intellige, niſi per iudicem ſteterit, quominus appellationem quis proſequi potuerit, quia tunc, ſi per iudicem ſteterit, reſtitutioni locus non erit, niſi facta fuerit proteſtatio, & pluries, vt veram eſſe concluſionem de hoc docet Robert. Mara. in loco modo hìc in fine citando; & de qua quidem proteſtatione iſto in caſu fienda verba feci in proximis duabus præcedentibus cautelis: Vtilem etiam futuram proteſtationem ob ea impedimenta, quæ ex iudice non procedunt, tradit Maran. de ord. iud. par. 6. verſiculo, appell. alias, ſecundus actus principalis, num. 229. & cuius rei ſpecialem tibi faciam cautelam in litera P. Cautela 218.

## Caut. X.

### De appellationibus ab interlocutoria.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio ab interlocutoria non admittitur.*
*Limitat primò, num. 2.*
*Limita 2. nu. 3.*
*Diſtingue, & intellige, vt à num. 4. vſquè ad num. 12.*

12 *Appell. an permiſſa ſit à citatione, à pronunciatione competentiæ, vel incompetentiæ iudicis; ab interlocutione quod pars legitimam habeat perſonam ſtandi in iudicio, nec ne; Ab interlocutoria procedendum eſſe, vel non ſuper libello; à pronunciatione ſuper dilatoria exceptione; à primo vel ſecundo decreto; A declaratione dilationis dandæ, vel ne; à breui nimis, vel longa nimis data dilatione; & ab admiſſione probationum, vel non admiſſione; & numero 13.*

*Appellatione non permiſſa ab interlocutoria quibus remedijs vtendum ſit, & num. 22. 29. & 30.* 14

*Appellationis prohibitio ad nullitatis cauſam non extenditur.* 15

*Lex ſe non extendit ad caſus, de quibus non loquitur.* 16

*Nullitas proponenda nulla lege prohibita reperitur, ergo conceditur proponi.* 17

*Nullitas, & appellatio ſeparatę ſunt.* 18

*Diuerſa nullam habent inter ſe communionem.* 19

*Nullitas cum proponitur circa interlocutoriam, cauſæ exprimi debent. Quæ etiam generaliter non exprimantur. ſub num. 21.* 20

*Cauſæ non requiruntur in appell. ab interlocutoria, quæ vim diffinitiuę habet, ſecus ſi non habeat vim diffinitiuæ.*

*Lex, Quod iuſſit, in quocunque iudice procedit.* 23

*Reuocationis petitio, quam quis de interlocutoria facere vult, infra quem terminum fieri, debeat de an petita iterlocutoriæ reuocatione iudex, vſque ad diffinitiuam reuocare queat, & de declaratione huius rei.* 24

*Decem dies ſtatuti ad petendam interlocutoriæ reuocationem continui ſunt.* 25

*Appellationis interponendæ decem dies ſtatuti continui ſunt, & in illis qualibet feriata dies computatur.* 26

*Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.* 27

*Iudex ad reuocandam interlocutoriam cogi non poteſt, ideo in hac petenda bonum eſſet habere propitium iudicem ipſum.* 28

*Supplicatio Principi porrecta veritatem continere debet.* 31

APPEL-

1 APPELLATIO ab † īterlocutoria regulariter nō admittitur. leg. ante ſententiæ, C. quorum appellat.non recip.concor.tex. in leg. ſecunda, & quod ibi not. C. de epiſ.audien. & in l. apertisſimi, C. de iud.nec obſtat textus in c. quicunque.
2 11. q. 1. quia verum eſt, quòd † ſecundùm Pontificia iura ab omni interlocutoria appellatur, cap. 1. extra de app.in 6.Bar. in l. 1. §. fin.ff.à quibus app.non lic.Bero.in quæſt. fam. q. 52. num. 19.D. Iac. Menoch.de arb.iud. lib.1. quæſt. 70. num. 5. & communiter Can.in c. ſicut Romana, vbi Rip. num.20.cum alijs ſeq. recitat hanc eſſe cōmunem Canon.opin. de reſcrip. in ſcriptis tamen,d. c.primo,de app.in 6. & vt not.Spec.in tit.de app.§ qualiter, poſt prin. Bar. in l. eius, num.4. ff. de app.recip. vbi tenet id procedere, ſiue iure ciuili ab 'interl. appelletur,' ſiue iure can. quod & ita communiter ſeruari ait Phil. in cap. vt debitus, verſiculo, ſecundo quæritur, de appellat. & vide Caſt.in conſilio 270. in prin. in ſecundo vol. Bal. & Angel. in l. patris, & filij. ff. de vulg. & pup. & Ludo. Rom. in conſilio 14. ad idem vide Bart.in l. eos, qui. §.ſi autem in iudicio, in fine, C. de appella.ſed ſecundum Cæſarea iura non vtique ab interlocutoria appellari ſolet .capitulo,non ita, ſecunda quæſt.6. & ita quoque tradit Rob. Moran. de ord. iud. in 3. par. 6. partis prin. verſiculo, ſecundus actus principalis, numero 292. & ante ipſum id tenuerunt Bart.Caſt.& cæteri communiter in l. ante ſententiam, quæ eſt l. ſecunda eius tit. ff. de appellat. recip. Gloſ. Bart. & Angel. in l. fin. C. de ſentent. & inter. omn. iudi. Bart. & Bal. in d.l. ſecunda, C. de epiſ. aud. idem quoque tradit Io. de Amicis,conſilio 128. numero ſecundo, vbi meminit hanc eſſe communē Legiſtarum opin. & hoc pro regula ponit Pet. Duen. cum 41. limit. reg. 52. incip. Appellari à ſententia interlocutoria. Verum etiam de iure ciuili videntur eſſe in contrarium tex. in l. arbitro, ſecundum communem lecturam, ff. qui ſatid. cogant. in l. ait prætor, §. permittitur, & in l. intra vtile.ff. de minor.in l. ab executore.ff. de app. in dicta l. ſecunda, ff. de app. recip. & in l. ſi quis prouocatione. C. de appell. ex quibus contraria videtur poſſe conſtitui regula, quòd ſcilicet, etiam iure Cæſaris ab interlocutoria appellari liceat. Et ideò Bar. in d. l. ſecunda ff. de appell. recip. numero ſecundo, ſolutionem ad omnia contraria aptam tradit, quem ſequuntur Imo. Paul. Caſt. & alij ibid. & alij in effectu, quos inferius ſub num. 8. allegabo, † Quòd 3
ſcilicet ab interlocutoria appellari nō poſſit, niſi quando per appellationem à diffinitiua, quæ ſperatur, ſententia, contra illatum grauamen integre conſultum eſſe non poteſt; Vel reparari non poteſt, quia nulla diffinitiua ferri ſperatur; vel poſt diffinitiuam interlocutoria fertur; Idem que fere dicit in eadem l. ſecunda numero 26. Quam doctrinam dicit in eiſdem locis Bartol. ipſe dare Iuriſcon. in l. prima §. quæſitum. ff. de appellat. Atque ſecundum huius doctrinæ ſcopum Bartol. idem pro contrariorum reſolutione nonnullos diſtinguit caſus in d. l. antè ſententiæ.C. quor appell. Quos ego in duos principales redigo; ſecundum in alia plura capita diuidens. Primus igitur eſt caſus, † quando poſt dif- 4
finitiuam interlocutoria fertur; nam tunc appellari poteſt. l. ab executione. C. quorum appell. Quo caſu pro-

cedit contraria l. ab executore. ff. de
appell. de qua quidem re ego in prox.
ſeq. caut. late tractabo, dum numero
3. cum nonnullis ſequ. numeris ago
de appellatione, quæ ab iniquitate
interpretationis ſententiæ fit; & nu-
mero 45. cum alijs pluribus tracto
de appellatione, quæ fit, cum mo-
dus in ſententia exequenda excedi-
tur; ac dum numero 58. vſque ad
fin. doceo an à pronuntiatione de ſen-
tentia exequenda; vel non exequen-
5 da, appellari ſit conceſſum. † Secun.
autem caſus eſt cum ante diffiniti-
uam interlocutoria profertur, & tunc
ſi nulla alia diffinitiua ſperatur, ap-
pellari poteſt, ſecundum quod pro-
cedit d. l. ait prætor, §. permittitur.
6 ff. de minor. † ſi verò alia diffinitiua
ſperatur, tunc vbicunque grauamen
ab interlocutoria illatum, per appel-
lationem ab ipſa diffinitiua reparari
non poſſet, appellatio ab eadem in-
terlocutoria concederetur, quo ca-
ſu procederet textus d. l. ſecundæ ff.
de appell. recip. & dictæ l. arbitro. ff.
7 qui ſatid. cogant. † Sed ſi reparari
poſſet, eo in caſu dic; Aut eſt talis in
interlocutoria, quæ totum perimit
negotium, vt quia quis pronuntietur
minor, vel maior, prodigus, vel
alias inhabilis, vt ita exemplum af-
fert Duen. d. reg. 52. lim. 3. & appel
lari poterit, in quibus terminis loqui-
tur dicta l. intra vtile. ff. de min. pro
cuius etiam l. intellectu vide ibi gloſ.
primam in fine; Ac pro huius caſus
comprobatione uide quæ tradam in-
fra ſub numero 10. & numero 11.
8 Aut † totum non perimit negotium,
& appellari non poterit, vt eſt caſus
in dicta l. ſecunda C. de epiſcop. au-
dien. Ex hoc igitur diſtinctionis mo-
do intellectus habes ad omnes prædi-
ctas leges contrarias: Pariter habes,
9 quòd † licet Doctores ſoleant per
ſolam fallentiam regulam negatiuam
ſupradictam limitare; videlicet hoc
pacto; Quòd tunc negatiua regula
illa non procedat, cum illatum gra-
uamen per appellationem à diffini-
tiua, quæ ſperatur, reparari non
poteſt, vt videri poteſt apud Pap.
in for. appell. ab inter. in verſiculo,
in his ſcriptis, ſub numero tertio.
& per communium opinionum con-
ſarcinatores; Viuium in litera, A.
opinio 17. numero tertio, libro ſe-
cundo. & per Eman. Soar. pariter
in litera A. a numero 212. vſque
ad 215. quæ quidem limitatio in ſe
ipſa vera eſt & communiter recepta,
vt colligere eſt ex Cyno, Caſtren.
ac cæteris in le. poſt ſententiam. C.
de ſentent. & inter. omn. iud. ac
etiam in dicta l. arbitro. ff. qui ſa-
tiſd. cogant. atque in dicta l. ſecun-
da ff. de appell. recip. Doct. omnes
tenent, atque in alijs locis, vbi
hæc tractatur materia; Attamen † a- 10
lia etiam limitatio (& ſingularis
quidem) ſecundum Bartol. ad re-
gulam negatiuam datur, quam men-
ti tene, quia pauci ad hanc aduer-
tunt; Vt ſcilicet, etiam ſi diffiniti-
ua, ob quam grauamen reparabile
fiat, ſperetur: tamen cum per inter-
locutoriam ipſam totum perimitur
negocium, appellatio conceſſa eſt;
contrarium autem ſenſit Bartol. ip-
ſe in d. l. intra vtile, circa prin. vbi ta-
men dicit communiter dictā l. intel-
ligi ſecundùm intellectum hìc tradi-
tum, & ita etiam ibi ipſe eam ſummat;
ad quod vide etiam ipſum Bart. in
dicta l. ante ſententiæ. C. quor. app.
non recip. Soc. reg. 33. litera. A.
lim. ſecunda. vbi & ipſe hanc ma-
teriam tangit; idem quoque tradit
Duen. dicta reg. 52. dicta lim. 3. qui
ideo mouetur, quoniam † ex hac 11
interlocutoria totus annullatur actus,
qui negotii principalis ſubſtantiam
reſpicit, vt tradunt Doct. in l. is qui.

ff. de verb. oblig. Prędictis modo attentis ad multa inferri poſſet, quæ in
12 iudiciorum ordine contingunt; † Videlicet, An à citatione; A pronuntiatione cõpetentiæ, vel incompententię iudicis; Ab interlocutione, quòd pars legitimam habeat perſonam ſtandi in iudicio, nec ne; Ab interlocutoria pro cedendum eſſe, vel non ſuper libello; A pronũtiatione ſuper exceptione dilatoria; A primo, vel ſecundo decreto; A dilationis declaratione danda ſit, vel ne dilatio; A breui nimis, vel longa nimis data dilatione; & An ab admisſione probationum, vel non admiſſione appellari poſſit: Quæ quidem tam ante lit. conteſt. quàm poſt, contingere conſueuerunt; ſuper quibus non intendo latius inſiſtere, ne vltra propoſitam mihi materiæ ſubſtantiam nimis prolixus videar; ſed tu vide Bart. in d. l. ſecunda, a numero 20. vſque ad fin. & ibi Doct. alios, Qui in ſumma ſuper eo reſident; Dã
13 dam † eſſe appellationem a prædictis, cum grauamen ineſt. quodque per Appellat. a diſfinitiua reparabile non eſt. Habes ego, quòd ab interlocutoria iudicis non ſemper appellatur: Verum ut & pro deſtruenda iudicis interlocutoria tibi cautum ſit, quatuor dantur conſilia: Primum
14 eſt, † Quòd in caſibus, in quibus ab interlocutoria appellare non po-
15 teris, eam nullam dicas; † Nam appellationis prohibitio ad nullitatis cauſam non extenditur, arg. c. is, qui in eccleſia, extra de ſent. exc. in 6. & l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. ma-
16 trim. ubi habetur quòd † lex ſe non extendit ad caſus, de quibus non lo-
17 quitur; † Nulla autem lege nullitas prohibita eſſe reperitur, Papienſis in practica in dicta forma appella. ab interlocutoria in verbo, fuiſſe, & eſſe nulla, ergo conceditur, argumento in l. nec non. §. quod eis. ff. ex quibus cauſis maiores & leg. cum prætor. ff. de iud. & l. nulla lege C. de iu. dotium † Separatæque 18
ſunt nullitas, & appellatio. lege, ſi expreſſim, cum ſua materia. ff. de appellationib. † ſed ea, quæ ſeparata 19
ſunt, nullam habent communionem, lege, Papinianus exuli. ff. de minoribus, ergo de appellatione ad eſt nullitatẽ illatio fienda nõ eſt. & ita vide Bald. in lege, eos. §. ne temere, in principio, per illum textum. C. de appellationibus, & in l. cum lege, in principio. C. de epiſcopis, & clericis, & alios, quos ad hoc refert Sebaſtianus Vant. in tractatu de nullit. titulo, quis poſſit dicere de nullit. numero 33. vbi oſtendit eſſe communẽ opinionem, quòd remota appellatione reliqua iuris remedia non ſint ſublata; & pro hac re vide eleganter ipſum Vant. ibi cum aliquibus numeris ſequentibus. Eſt tamen aduertendum, † Quòd in hac nullitate cir- 20
ca interlocutoriam proponendi, cauſæ exprimi debent, aliter nullitatis appellatio inutilis fieret, vt probatur per c. vt debitus, extra de appellationibus, & per dictum capitulum primum, quod incipit, cordi, extrà eodem, in ſexto, & notat. per Gloſam in l. tertia, in fin. cum leg. ſequente, & ibi per Bartolum. ff. de appellationibus. † Cùm aliàs non re- 21
quirantur cauſæ vbi ſumus in appellatione ab interlocutoria, quæ vim diffinitiuæ habet, vt per Cardinalem in clementina appellanti, penultima quæſtione, & in clementina finali, de appellationibus, per Rotam in deciſione decimaſexta, & Socinum regula trigeſima, fallentia ſecunda, litera A. Ad idem uide Baldum in l. in minoribus, circa medium. C. de his quibus, vt indign. & in l. tertia. C. quando prouocare non eſt neceſſe Anton. in cap. cum ceſſante,

verſ.

verſic. ex his decidit, extra de appel.& Pan.in c.peruenit,nu.7.& ad hoc proſequere nu. 8.extra,eo.de app.licet regulariter appellās ab īterlocutoria cauſam debeat exprimere,ut per d.cap. ut debitus,& ibi Doct. & d.c. cordi, per Doct. in c. quod ad conſultationem, extra de re iud. ac per Soc.d. reg. 30. in princ. vbi ad regulam fallentias vide. Et de hac in nullitate proponenda cauſæ expreſsione, quæ etiam generaliter fieri nō ſufficiat, vide prac. Pap. in d.for.in verbo,cauſis,& rationibus. nu. primo, qui per ſupradicta iura & ipſe mouetur. Propterea ſi cum nullitatem interponere uolueris, nullam in promptu habueris cauſam, ad hoc ſe-
22 cundum conſilium recurres; † ut videlicet à Iudice interloquente benignè petas, Quòd ipſe ſuam reuocet interlocutoriam, ſecundùm quod habes in l.quod iuſsit.ff.de re iud.& in l.poſt ſententiam.C.de ſent.& interloc.om. iud.& ibi not. & Spec. in tit.de excep.
23 §.viſo,num. 37.† Quiq; adducti textus in quocunq; iudice procedunt, ut per gl. Bart.& Doct. in d. l. quod iuſſit. & horum ſanè textuum regulam limita ut per Alex. d. l. quod iuſsit. à nu. 14. uſque ad nume. 30. ac etiam amplia, & limita, ut per Ripam ibid. à nume. 14. uſque ad nume. 32. circa quam etiam regulam cum fall. vide Panor. in cap. cum ceſſante,num. 10. cum nonnullis ſeq. extra de appellat. & pro ſecundo hoc conſil. facit tex.& quod ibi tradunt Doct. in l. planè & in l. fin.ff.de pet. hæred.& quæ ego di-
24 cā infra litera, E, caut. 65.† Quæ quidem reuocationis petitio uſque ad 10. dies durat; Poſt quam petitionem in termino factam,iudex vſque ad diffinitiuam reuocare poteſt, niſi modò interlocutoria executioni mandata eſſet; nam eo caſu iudex, niſi cauſa cognita, vel partium voluntate reuocare non poſſet, & ita per Bart. colligitur in d. l. quod iuſsit, ſub nume. 11. & ibi Doct. cum eo, ut tradit ibid. Alex. nu. 31. ubi & pro Bartoli dictis alias allegat authoritates, quas apud eum videre potes; & vide etiam pro prædictis Rip. in d. l. quod iuſsit, nume. 32. cum duobus num. ſequentibus,& Aufrer. ad deciſ. Capellæ Tholoſ. 181.
In † quantum autem dixi,quod ab in- 25
terlocutoria emanata intra docē dies reuocatio peti poteſt, eſt ſciendum, quòd hi decem dies continui ſunt;quoniam ſubrogantur in locum 10. dierum, intra quos quis appellare poteſt, ut per Bart.(cum quo & alij trāſeunt) ſub num. 11. ibi, quod eodem modo petitur reuocari, ſecundum quod appellatur; † Sed decem illi dies continui 26
ſunt, in quibus quælibet feriata dies connumeratur, l. prima,& ibi not. C. de fer. ergo idē in hac reuocationis petitione cenſendum eſt; † Cùm ſubro- 27
gatum eius ſapiat naturam,in cuius locum ſubrogatur, ca. Eccleſ. 1. extra ut li. pend. & l. ſi eum, §. qui iniuriarum, & gloſ. ibi,in uerſic. danda. ff. ſi quis caut. Sciendum autem eſt † quòd 28
Iudex ad talem reuocationem cogi nō poteſt,vt per Bar. d. l. quod iuſsit,ſub nume. 13. & declarat ibid. Ripa ſub nume. 36. Quapropter hac in reuocatione bonum erit propitium habere Iudicem;ſin autem nullo modo ad reuocationem trahi poterit, tertium remedium pro eo eſt, qui ab interlocutoria appellare nequit, † vt intereſſe ſi- 29
bi reſarciri per iudicē petat, ad quod ipſe Iudex tenetur per l. ſancimus, in fin. C. de iudic. & per l. ſi quando. in fin. C. de teſtibus. Quo remedio iudex fortè magis ad reuocationem ueniet, quàm quòd intereſſe ſoluat, & pro hoc conſil. vide Bart. d. l. quod iuſſit, ſub num. 14. Sed ſi intereſſe difficilis eſſet probationis, vel contra iudicem quis venire nollet, quartum,& vltimum remedium pro eo eſt, qui ab

inter-

interlocutoria appellare non poteſt,
30 † (quod generale quidem non eſt, ut mox apparebit) ut Principi ſupplicatio porrigatur, qua ſententiam hanc Iudex reuocare teneatur: quæ ſupplicatio etiam poſt decem dies uſque ad duos annos porrigi poteſt, ut per Bar. in auth. quæ ſupplicatio, in fin. C. de prec. imp. off. quodq; ſentiunt Odoſ. & Io. Fab. quos Iaſ. allegat in d. auth. quæ ſupplicatio, in fi. & licet eam Bartoli lecturam ad textum illum diuinatiuam, & textus diuerſificatiuam, dicat Iaſ. & veram eam ſecundam aſſerat, quam ibidem affert glo. quòd ſcilicet aduerſus ſententiam quis intra decem dies ſupplicare præfecto prætorio debet, ſi fideiuſsionis præſtandę vel excutionis retardandæ commodũ habere vult, alioquin bene poſt eos 10. dies ſupplicare pręfecto prætorio poterit; ſed nec fideiuſsionis ab aduerſario præſtandę commodum habebit, neque executionem impediet; Nihilominùs quo ad ſe Bartoli lectura, quãtùm ad poteſtatem ſupplicandi Principi, etiam poſt 10. dies, uera eſt; nam ſi de quo magis, & cæt. ergo & de eo, de quo minus dubitandum eſt, idem, dici debet, auth. multo magis. C. de Epiſcop. & cler. non errabis igitur, ſi Principi intra eos duos annos ſupplicaueris; Ad quod etiam vide Ruyn. conſ. 157. num. 16. & ſequen. lib. 5. & Menoch. de arb. iud. d. q. 70. num. 22. Iſta autem ſupplicatio procedit tantum cum actorum, uel pronunciationis alicuius denegatur editio; non autem in interlocutoria alia; quia lite pẽdente ſupplicari non licet. l. 2. C. vt li.
31 pen. ſed eſt etiam ſciendum, † Quòd ſupplicatio ueritatem cõtinere debet: nam eius reſcriptum eam ſemper conditionem habet, ſi preces ueritate nitantur. c. 2. de reſcript. cum concor. de quib. gloſ. ibi in verbo, conditio.

## Caut. XI.

### De appellatione ab executione ſententiæ diffinitiuæ.

*SVMMARIVM.*

*Appellatio ab executione diffinitiuæ ſententiæ non conceditur.* 1

*Reſtringe hanc regulam procedere tantum, quò ad ipſam facti executionem.*

*Nam ab interpretatione ſententiæ poteſt appellari, num. 2. & 3.*

*Limita 2. vt regula præd. non procedat, eum modus executionis exceditur, num. 45.*

*Limita 3. vt non procedat in ſententia lata de exequendo, nec nè, num. 58.*

*Appellatione ab ĩterpretatione iniqua ſententiæ non agitur de ipſa principali ſententia infringenda.* 4

*Appellatio ab iniquitate interpretationis ſententiæ non admittit aduerſus ipſam ſententiam probationes.* 5

*Sententia principalis nihil commune habet cum eius interpretatione.* 6

*Dominium à poſſeſſione cæpit, & poſſeſſio eſt ad dominium antecedens.* 7

*Proprietas nihil commune habet cum poſſeſſione.* 8

*Poſſeſſorio iudicio recuperandæ intenta dominij exceptiones repelluntur.* 9

*Vſusfructus ſine corpore conſiſtere nequit.* 10

*Vſusfructus cauſa à proprietate ſeparata eſt.* 11

*Interpretationis iniquitas qualiter detegatur.* 12

*Socius non vniuerſorum, ſi propria induſtria proprietatem communi nomine acquirat, an ſibi plenè ꝑiudicet.* 13

*Societate vniuerſali exiſtente quæſita omnia ſocietati quæruntur, ibidem, verſic. Quo caſu.*

*Emptio communi nomine facta in dubio*

bio præſumitur facta de proprijs pecunijs ibidem, verſic. Quod etiam.

14 Qualitas rei docet æquitatem, vel iniquitatem interpretantis.

15 Iudice taxante expenſas qualiter eius iniquitas detegatur.

16 Iudice quem condemnante in 10. libris pro aduocati ſalario, mox interpretante de 10. libris groſſorum, qualiter eius iniquitas cognoſcatur.

17 Interpretationem ſuarum ſententiarum non omnes iudices facere queũt.

18 Iudex ordinarius delegati ſui poteſt interpretari ſententiam, ſed delegatus non poteſt ſuam ipſius.

19 Iudex ordinarius merum habens imperium ſententiam interpretari poteſt, minor autem non.

20 Taxare expenſas eſt declarare ſententiam ſuam.

Delegatus Iudex in expenſis quem condemnans reſeruata ſibi taxatione, an illa reſeruatio quicquam operetur, ibid. Verſic. ſi delegatus.

21 Delegans an ſui delegati ſententiam declarare queat, cùm ipſe delegatus ſibi expenſarum taxationem reſeruauerit, vſque ad num. 26.

22 Sententia incerta non valet.

23 Dictio, ſibi, nihil releuat, cùm dicit delegatus, reſeruata ſibi taxatione expenſarum.

24 Delegatus reſeruans taxationem ſibi reſeruat non perſonæ reſpectu, ſed iuriſdictionis.

25 Iuriſdictio delegati, & ordinarij eadem eſt.

26 Delegatus quomodo tutè faciat reſeruationem taxationis expenſarum, vt delegans abſq; dubio taxare queat.

27 Interpretatio ſententiæ non poteſt extendi ad totalem correctionem.

28 Interpretationem ad totalem correctionem extẽdere poteſt ſolus Princeps.

29 Sententiam diffinitiuam interpretans eidem in partem abrogare nequit.

30 Iudex interpretans ſententiam eam non poteſt extendere, niſi circa acceſſoria: & eadem die.

Interpretatio fieri permittitur, quę congruam uerbi, vel orationis expoſitionem contineat. 31

Iudex ſententiam interpretans eam poteſt declarare, non corrigere, vel extendere, niſi circa acceſſoria, & eadem die. 32

Declaratio in interpretanda ſententia omnimo extranea eſſe non debet. 33

Interpretatio ſeu declaratio ſententiæ ſuper certo non admittitur. 34

Interpretatio ſententiæ parte citata fieri debet. 35

Citatio requiritur ubicumq; actus ſubſtantia, vel qualitate variatur. 36

Iudex an poſſit pręceſſoris ſui ſententiam interpretari. 37

Iudicium præceſſoris, & ſucceſſoris idem eſt. 38

Interpretandi ius ſucceſſori non competit, ut priuato, ſed vt iudici. 39

Iuriſdictionis ſubſtantia in ſucceſſorem continuatur. 40

Hæreditatis ius licet in diuerſas perſonas tranſeat, non tamen eius ſubſtantia alteratur. 41

Iudex reum ſi condemnat, ſibi reſeruata taxatione, non dicens, & ſucceſſoribus ſuis, an ſuceſſor taxare poterit. 42

Iudex ordinarius reſeruans ſibi taxationem, quare dicere debeat, & ſucceſſoribus ſuis. 43

Sententia cum tranſierit in rem iudicatam, quo remedio poſſit te in aliquo adiuuare. 44

Modus in executione, qualiter excedatur. 46

Appellatio à grauamine exceſſoris quãdo fiat ad ipſum iudicem cauſæ, & quando ad ſuperiorem, vſque ad nu. 50. & num. 51. 47

Qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur. 50

Appellari non poteſt ab omni executione 52

*tione modum exceſſiua.*

53 *Executio delegati non valet, limita nume. 54.*

55 *Executio delegati cùm ſit nulla, iterum per ordinarium fieri debet.*

56 *Cauſa in appellatione ab exceſſione executionis modi inſeri debet, & qualiter contingat exceſſus.*

57 *Appellans ab exceſſione modi, quid debeat conſiderare.*

59 *Executione ſententiæ petita inſtari debet, ne iudex ſuper ea pronunciet.*

60 *Miſſio in poſſeſſionem cum ſit modus excedi non debet.*

61 *Appellari poſſe dum dicitur à pronunciatione, quæ fit ſuper executione ſententiæ, de ea exequenda, nec ne, quomodo id intelligendum ſit.*

*Proſequere vt in fine: & concorda Doctorum opiniones quæ variæ ſunt ſuper eo, An à pronuntiatione de exequendo appellari queat, numero 68.*

62 *Ratio eſt anima legis.*

63 *Grauamen quodcumque appellationẽ recipit.*

64 *Appellatio abſq; grauamine nõ datur.*

65 *Appellare nequit, qui in iure ſuo non grauatur.*

66 *Appellare volens à pronunciatione de exequendo cauſam grauaminis exprimere debet.*

67 *Apellatio fruſtra fiet, ſi in pronunciatione de exequendo non exceditur modus ſententiæ.*

69 *Victor, poſtquam tranſiit in rem iudicatam, ſententia executionem habere debet.*

70 *Appellari an poſſit à pronunciatione de exequendo, abſque eo, quòd cauſa grauaminis inſeratur.*

71 *Statuti ratio quando vnica eſt, ea pro expreſſa habetur.*

72 *Appellationi factæ à pronuntiatione de exequendo, qualiter deferendum non eſſe opponas.*

APpellatio † ab executione 1
ſententię diffinitiuę non
cõceditur.c.nouit, extra
de appell.l.ab executore.
ff.eodem, & l. ab execu-
tionė. C.quor. appell. non recip.Bart.
in l. ſi cum exceptione. §. hæc autem
actio, ſub num 4. ff. quod met. cau.
Socin. reg. 40. lim. 2. Duen. & quos
ipſe allegat, reg.41.& Franc.Marc.de-
ciſ.376. nu. 1. & deciſ. 392. num. 1.
par. 1. & iſta regula non habet du-
bium. quę tamen regula ſic reſtringi-
tur, † vt eam procedere limitemus 2
tantùm quoad ipſam facti executio-
nem, vt per gloſ. primas in d. l.ab exe-
cutore, & in d. l. ab executione, &
ſequuntur Bartol. & cæteri in utra-
que lege; & ita quoque ait Cęp. cau.
44. nota, quod licet, in princ. idem-
que tradit Marc. in d. deciſ. 392. d.
nume. primo. † Primùm enim regula 3
ipſa nullam habet illationem ad in-
terpretationem, quæ ſuper ſententia
ipſa fieret; Nam, ſi interpretatio ea
iniqua eſſet, ab eius iniquitate appel-
lari poſſet, gloſ. Bart. & doct. in d. l.
ab executione. C. quor. appell. & eſt
tex.& ibi Doc.in d.l. ab executore.de
app.cuius textus dicit;† quòd tunc per 4
appellationem ab eadem interpretatio
ne iniqua non agitur de ipſa principali
ſententia infringenda, ſed tantum de
iniquitate detegenda, ſecundùm quod
& intelligit Bart. in eadem lege, nu-
me. 15. Vbi propterea dicit; † quod in 5
hac ventilanda ab iniquitate interpre-
tationis appellatione nulla aduerſus
ipſam ſententiam probatio admitti-
tur; quia ob hanc appellationem, etiam
ſi iniqua eſſet ſententia, eius tamen ini
quitas non attenditur. Ex quo colligi-
tur, † quod principalis ſententia nul- 9
lam habet cum eius interpretatione
communionem, arg. l. Papin. exuli. ff.
de min. Nam licet ad eandem ſenten-
tiam interpretatio ita referatur, vt ac-
ceſſorię

ceſſoriæ ad eam ipſam veniat, per hoc
tamen non poteſt dici, quod ſtatutum
7 in vna ſit, & in alia ſtatutum, † Quo-
niam etiam dominium à poſſeſsione
cępit, & ipſa poſſeſsio quoddam; eſt ad
ipſum dominium antecedens. l. 1. in
8 princ. ff. de acqu. poſſ. † & tamen ni-
hil commune habet ipſum dominium
cum poſſeſsione l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acqu. poſſ. Vnde vi-
9 demus, † Quòd quando iudicium poſ
ſeſſorium intentatur, dominij exce-
ptiones repelli ſolent, pro vt in recu-
perandæ iudicio penes Bart. habes in
l. ſi coloni. C. de agric. & cenſ. libro
11. cuius rei veram, & magis commu-
nem dixit opinionem Dec. conſ. 57.
Quod & plerunque contingit in reti-
nendæ, & adipiſcendæ remedijs, vt de
retinendæ poſſeſſorio tibi tradam in-
frà caut. 45. & de adipiſcendæ habes
apud doctiſsimum Menochium in
tract. de adip. remedio primo, q. 20.
10 Pariter videmus, † Quòd vſusfructus
ſine corpore conſiſtere nequit. l. 2. ff.
de vſufr. & Inſtit. eodem, in princip.
11 † & tamen vnius cauſa ab alio ſepara-
ta eſt. l. permiſceri. ff. de acq. poſſ. ſic
igitur & de ſententia, eiusq; interpre-
tatione cenſendum eſt, vt quamuis
vna ab alia dependeat, tamen unius
cauſa ab alia ſit ſeparata, vt in d. l. ab
executore; & proinde appell. ab ini-
quitate interpretationis merito iure
nullum ipſi ſententiæ præiudicium af-
12 fert. † Huius autem interpretationis
iniquitas detegitur primo ex his, quæ
geſta, & probata ſunt; tertio ex quali-
tate rei, quæ in iudicium deducitur;
tertio ex cauſæ qualitate; Vltimò ex
qualitate cauſæ, & perſonarum inſi-
mul, vt apud Bart. d. l. ab executore,
ſub num. 15. ad quod etiam vide Pap.
in for. exec. ſent. diffin. in verbo, Pap.
publico nuntio, ſub num. 14. verſ. di-
ceret aliquis. Exemplum de primo
modo poteſt eſſe; Quòd cum bono-
rum communio inter Titium, & Sem
pronium extitiſſet, Sempronius ex
ſuis pecunijs mercaturam aliquam ex
ſe exercuerat, de cuius lucro quædam
bona communi nomine acquiſiue-
rat; ſed diuiſionum tempore Sempro-
nius Titio tradere renuebat, niſi Titi⁹
eidem Sempr. æſtimationem portio-
nis, quam conſequi voluerat, reſtitue-
ret; motus ex conſtitutione l. cum pro-
ponas. C. pro ſoc. Vbi habetur, † q; 13
ſi quis pro ſe, & alio rem aliquã emit,
ſocietas ſiquidem tacitè contracta vi-
detur; ſed ille, qui ratione ſocietatis
partem ſuam voluerit, eius partis ęſti-
mationem acquirenti reddere tenebi-
tur: Verùm Titius in iudicium con-
tra Sempronium propterea agebat;
Narrans pro ſuę intentionis fundamẽ-
to, vniuerſalem fuiſſe inter eos ſocie-
tatem, quo caſu quæſita omnia in ple
num ſunt in ſocietatem incorporata.
l. 3. §. 1. ff. pro ſoc. cum ſim. Negabat
Sempronius vniuerſalem bonorum
extitiſſe inter eos ſocietatem; & pro-
babat ſua tantum induſtria, proprijsq;
pecunijs eam exercuiſſe mercaturam;
ex cuius lucro poſtea dicta bona com-
muniter acquiſiuerat; ſed Titius de
vniuerſali non probabat; vnde Iudex
bonorum eorum portionem præſtan-
dam, atque vniuerſalem non extitiſſe
inter Titium, & Sempronium ſocie-
tatem, diffinitiuè pronuntiauit, non fa
cta ſpeciali declaratione, quòd valor
bonorum eorum, quæ Titio Sempro-
nius tradidiſſet, reſtitueretur: execu-
tio ſuper dicto valore, præſtita re, fie-
bat; pars ſententiæ interpretationem
petijt: Iudexque interpretatus eſt, Æ-
ſtimationem eam non intellexiſſe re-
ſtituendam; Sempronius ab hac inter-
pretationis iniquitate appellauit, & ex
anteactis, atque probatis iniquitatem
pate fecit; Quoniam demonſtrata par-
ticulari ſocietate bonorum aliorum,
non mercaturæ, ac probata bonorum
empto-

emptorum acquiſitione propria indu-
ſtria facta, abſque eo, quod ipſe Titius
quicquam de ſuo poſuiſſet, procul du-
bio ſi portionem traditam retinere vo
lebat, Titius æſtimationem reddere te
nebatur, licet communi nomine Sem-
pronius acquiſiuiſſet. d. l. cum propo-
nas C. pro ſoc. vbi Bart. inquit, quòd
etiam ſi non appareret de cuius pecu-
nijs facta fuiſſet illa communis em-
ptio, in dubio præſumetur de proprijs
pecunijs facta; iſtud ſequitur, & pro
ſingulari exclamat Rom. ſing. 291.
Cum iſti fratres, in 2. col. & ſing. 4;6.
Quid ſi emeram, ac idem conſ. 3. cir-
ca med. Abb. conſ. 46. circa fin. uo-
lum. primo, Cępol. in caut. 128. ſi
unus ex fratribus, Dec. conſil. 21. ſub
nu. 10. uerſ. ſed hoc poſito. conſ. 238.
ſub nu. 5. ver. vbi inquit in fortiori ca
ſu, conſ. 348. num. 3. & conſ. 442. nu.
38. ad idemque faciunt tradita à cele-
berrimo Cephalo Domino, & pręce-
ptore meo ſemper amando, conſ. 569.
nume. 19. & hæc quòad primi modi
exemplum: De alijs modis ponit exem
pla Bart. in d. l. ab executore, d. num.
15. videlicet de ſecundo modo qua-
litatis rei ita: Iudex condemnauit me
in decem libris pro precio talis libri;
poſteà interpretatur, quod intellexit
de 10. libris Bononien. groſſorũ; Cer-
14 tè † ex libri, ſicq; ex rei qualitate æqui
tas, vel interpretantis iniquitas digno-
ſci poterit, ut l. ſemper in ſtipulatio-
nibus, & ibi not. ff. de reg. iur. De ter-
tio, ſcilicet de cauſæ qualitate ponit
15 Bart. exemplum tale: ſi † Iudex ex-
penſas taxauit, & ex cauſæ qualitate,
actorum multitudine, & fori conſue-
tudine interpretantis ęquitas, vel ini-
quitas perpendi poterit, ut l. non igno-
ret, in fine C. de fruct. & lit. expen. &
ibi not. De vltimo modo, ideſt de cau
ſæ qualitate, & perſonæ ſimul, exem-
16 plum iſtud tradit: ſi † Iudex me con-
demnauit in libris 10. pro aduocati ſa
lario, & mox interpretetur de lib. 10.
groſſorum, ex qualitate cauſæ, & ad-
uocati facundia, ac fori, aut loci con-
ſuetudine æquitas, vel iniquitas inter-
pretantis apparebit, ut l. 1. §. in hono-
rarijs. ff. de uar. & extraord. cognit.
ſciendum eſt autem, Quòd † non om- 17
nes Iudices eorum poſſunt interpre-
tari ſententias; † Nam ordinarius ſi- 18
quidem delegati ſui ſententiam inter-
pretari poteſt; ſuam autem delegatus
(niſi talis ſit, prout inferius ſub nume.
29 dicam) non poteſt, glo. in d. l. ab
executore, in verbo, præſes, & ibi
Bart. & Doct. Alex. in rubr. ff. de of-
fic. eius, num. 10. & Maran. de ord.
iudic. par. 4. diſtinct. 5. num. 59. dif-
fer. 30. ac Papien. in d. for. execut.
ſent. diffin. in d. uerbo, Pap. publico
nuntio, num. 11. Pariter † ordinarius 19
ſi merum habet imperium propriam
ſententiam interpretati poteſt; ſecùs
in minori iudice, ut per gloſ. in d. uer-
bo, præſes, & Bart. in d. l. ab executo-
re, ſub num. 5. & 6. ac Maran. ubi mo
do ſuprà, quod & tradunt Spec. in tit.
de arbit. §. fin. verſ. ſed nunquid ver-
bum obſcurum, num. 64. Bar. Bal. &
Ang. in l. 2. C. de ſent. ex breu. recit.
Bald. in l. ne in arbitris. C. de arbit. ac
Papien. vbi modo ſuprà: Et quate-
nus dictum eſt, quòd delegans ſui de-
legati ſententiam interpretari poteſt,
non ipſe delegatus, infertur ad unam
concluſionem, de qua Bar. in ſæpè ci-
tata l. num. 6. & in l. terminato, ac ibi
Bal. C. de fruct. & lit. expen. & ſequun
tur ad hoc Papien. in for. libelli in act.
reali, in uerbo, in expenſis, nu. 17. Ma-
ran. de ord. iud. d. diſtinct. 5. differen-
tia 31. num. 60. Quod †, quia taxare 20
expẽſas eſt declarare, & ſententiã ſuã
interpretari, vt dicto nu. 11. ipſe Bart.
(propter quam rationem dicebat Ro
ta in deciſ. 109. Item nota, quòd ubi
Iudex; Lapus in allegat. 72. in cauſa
matrimoniali, & Maran. de ord. iu-
dic.

dic. in 3. par. 6. partis princ. uerſ. ſe-
cundus actus, aliàs appellatio, nume.
186. Quòd expenſarum in prima in-
ſtantia factarum taxatio poteſt fieri
per Iudicem à quo, etiam pendente
appellatione à ſententia) Ideo ſi dele-
gatus in expenſis quem condemnarit,
reſeruata ſibi taxatione, reſeruatio il-
la nihil operabitur; nec ualebit, vt de-
legatus taxare queat; niſi talis eſſet de-
legatus, cuius iuriſdictio adhuc rema-
neret ad ſentētiam exequendam; quod
quando ſit, habes penes Bart. in l. à di
uo Pio, in princ. vbi Ang. Imo. Alex.
& alij ff. de re iudic. & apud Maran. de
ord. iud. d. par. 4. d. diſtinct. 5. differ.
21 18. nume. 43. ſed an tali † facta reſer-
uatione delegans taxare poterit? Du
bium id eſt; Quia facta ea reſerua-
tione, cum reſeruare non potuerit,
22 ſententia remaneret incerta: At † in-
certa ſententia non valet, vt in l. pen.
& ult. C. de ſent. quæ ſine certa quan-
tit. & §. curare, ibique notant omnes,
Inſtit. de action. ergo. Bart. tamen in
prædicta l. ab executore, nū. 22. con-
23 trarium determinat, dicens; † Quòd
illa adiecto, ſibi, nihil releuat, arg. l. ſi
ita. §. qui filio. ff. de bon. poſſ. ſecun.
tabu. quam legem optimè facere ait:
Aliam de mente Iaco. Butr. aſsignat
24 rationem; † quia delegatus ſibi reſer-
uauit non perſonæ reſpectu, ſed iuriſ-
25 dictionis intuitu; Atqui † delegati, &
ordinarij iuriſdictio eadem eſt, l. 1. §.
qui mandatam. ff. de offic. eius, cui mā.
eſt iuriſdict. ergo delegatus ipſe quaſi
idem quò ad iuriſdictionem, ſi di-
ctam fecerit reſeruationem, ordina-
rius taxandi poteſtatem habebit; quam
concluſionem etiam ſecuti ſunt Pa-
pienſis & Maran. præcitatis in locis; vi-
de Doctor. in d. l. terminato, & Rom.
conſil. 362. in princ. Caterùm vt om-
nia tollantur dubia, Bart. ſub d. num.
12. conſilium tradit, quo tutè ipſa fieri
26 poterit reſeruatio; vt † ſcilicet delega-
tus ſibi, & deleganti reſeruet; quia iu-
dex ipſe delegans taxare poterit; ſicut
& poſſe interpretari dictum eſt. Ve-
rum circa id, quod de fienda interpre
tatione dicitur, aduertēdum eſt, quòd
dum † ille, cui conceſſum eſt, ſenten- 27
tiam interpretatur, correctionem to-
talem (quam † niſi ſolus Princeps fa- 28
cere poteſt. l. 1. in fi. ff. de quæſt.) fa-
cere non debet, ſimiliterq; † eidē ſen- 29
tentiæ in parte abrogari non poteſt; li-
cet aliquando replicationis beneficio
cōtra eius generalitatem ſuccurratur.
l. licet. C. de iud. Itidem † Iudex extē- 30
ſionem facere nequit, niſi circa acceſ-
ſoria, & eadem die, l. Paulus. 1. ff. de re
iud. concor. tex. in c. 1. extra eod. in 6.
Bene † interpretatio fieri permittitur, 31
quę congruam uerbi, vel orationis ex-
poſitionem contineat; nil enim noui
facit, qui taliter interpretatur, ſed fa-
ctum declarat, l. hæredes, §. quòd ue
rò quis obſcurius. ff. de teſta. In † ſum 32
ma igitur Iudex ſententiam declarare
poteſt, non autem vel corrigere, vel ex
tendere, niſi (ut modò dixi) circa ac-
ceſſoria, eademque die. ad quod etiam
vide d. Alex. & doctor. in d. l. Paulus,
& eundem Ale. in conſ. 119. volum. 3.
ac Maran. de ord. iud. par. 3. 6. & vlti-
mæ par. princ. ver. expedita, alias, ſentē
tia, nu. 21. Iſthęc † autem declaratio 33
omnino extranea eſſe non debet. l. non
aliter. ff. de leg. 1. Nec † ſuper eo, quod 34
certum eſt, admittitur. l. ille, aut ille, §.
cū in verbis, ff. de leg. 3. cū ſimil. & ita
Bar. d. l. ab executore, nu. 7. vſque ad
nu. 8. quod & tradit Bal. in l. ea quæ. C.
commin. vel epiſt. ſuper quibus etiam
omnibus vide Pap. in d. verbo P. publi
co nūtio, nu. 12. † ſed & interpretatio, 35
ſiue declaratio talis parte citata fieri
debet, l. nam ita diuus. ff. de adopt. & l.
de vnoquoque. ff. de re iud. & faciunt
quæ tradit ipſe Bar. in l. aut qui aliter,
in prin. ff. quod vi, aut clam, quem re-
fert. Dec. cōſ. 449. n. 1. q. ſcilicet † vbi 36

ræct' ſubſtātia,uel qualitate uariaẽ, cita
tio requiriẽ: ſic igiẽ attendat,& caueat
Iudex,ut cū ſnīam interpretaẽ,prædi-
cta reqſita eius habeat ĩterpretatio. Iu
37 dex † quoq; præceſſoris ſui ſnīam ĩter
pretari pōt,vt concludit Bart.in ipſa l.
ab executore,nu.9.ſequiẽ Pap.in d.ver
bo, P. publico nuntio, nume. 13. vbi
& ad obiecta reſpondet; & iſtam di-
cit communiter à Doct. approbatam
ſententiam Viuius inter com.opin.ua
riorum, litera, I, verſic. incip. Iudex
ſuccedens, To.1. ( intelligendo vt ibi
per eum, & per Raph. Imo. Alex. &
Iaſ. in lege, inter ſtipulantem §. 1. ff.
de verb. oblig. ) Nam Iudicem pro
iu riſdictione accipiendo,ſeu pro ipſo
38 Tribunali, uerè † idem eſt ſucceſſo-
ris iudicium, quod & præceſſoris, vt
l.proponebatur. ff. de iud. Nec enim
39 † ( ut ipſe met Bar.)ĩterpretādi ius ſuc
ceſſori competit, vt priuato,ſed vt Iu-
dici,quod aliud(meo iudicio)non eſt
40 dicere,quàm † iuriſdictionis ſubſtan-
tiam continuatam eſſe; nec eam per
perſonarum uarietatem quicquàm va
riaſſe;ſicut & dicitur de hæreditatis iu
41 re;licet † enim in diuerſas tranſeat per
ſonas hæreditas,non tamen eius altera
tur ſubſtātia,lege, nihil aliud eſt hære
ditas. ff. de verb.ſignific.& l. hæredi-
tas. ff. de reg. iur. Et ideò ex prædictis
infertur ( vt & Bartol. nume. 10. d. l.
executore, quem & refert, ac ſequi-
tur Pap. in d. verbo, in expenſis, nu.
16. & idem Bartol. in d. l. terminato.
C. de fruct. & lit. expen. numero 6. )
42 quod † ſi Iudex reum condemnauit,
taxatione ſibi reſeruata; nec dixerit,
& ſucceſſoribus ſuis, ſucceſſor etiam
taxare poterit: Verùm ad omnes tol-
lendas dubitationes; quia ſuper hac re
dubitari poſſet,bonum erit Bart. conſ.
43 d.nu.12.Vt † ordinarius Iudex ſibi,&
ſucceſſoribus reſeruet, ſicut & de de-
legato dictum eſt;De hac re infra ſpe-
cialem faciam cautelam,in caut. 128.
cū etiā in fine tangam, vt in expenſa-
rum fienda taxatione citatio partis re-
quiratur. Hactenùs materiam habes
declaratam ſuper interpretatione ad
ſentētiam diffinitiuam fiēda; & quod
ab eadem appellari poteſt;licet non ſit
conceſsum ab ipſo facti executore:
Quod quidē tibi ad multa ſeruire po-
terit; & præcipuè ad cautelam hanc;
Quod † cum iā in rem iudicatā ſentē- 44
tia tranſierit,nec ab ea appellare potue
ris nec ab eius executione,curare pote
ris ſaltem, vt ſuper ipſa ſententia decla
ratio fiat,ad hoc, vt poſteà ab ea appel-
lare queas;& hęc ſufficiant quò ad pri
mam regulæ noſtræ limitationem.

Secunda ſuccedit limitatio, quę eſt,
† quod licèt ab ipſo facti executore ap 45
pellari nequeat;tamen ſi modus in exe
quēdo exceditur,ab eo grauamine ap-
pellatio permiſsa eſt;Quo caſu res mo
biles, & rei immobilis fructus ſeque-
ſtrantur,& perperā appellans punitur,
iuxta text. in d.l. ab executione, & ibi
per gl.& ſcrib.C.quor. app.non recip.
& circa hanc limitationē eſt text.in d.
c.nouit.gl.in c.ad noſtram,ext. de app.
& in c.ſuper q.1.in verbo, executorē,
de offic.deleg.Rom.cōſ.41.& Duen.
d.reg. 41. limit. 1. Exceditur † autem 46
modus reſpectu rei,in qua fit executio
ratione quantitatis, pro qua fit tēporis
intuitu, in quo fit, & propter cauſam
ipſam, quia erat exceptio, quę opponi
poterat in executione, vt declarat gl.in
d.l.ab executione,in verbo,excedat;&
in eadem lege tāgit Bar.& quādo mo-
dus excedere dicaẽ,ponit gl.ſi & ibid.
Doc.in c.quod ad cōſultationē.ext.de
re iud. Circa hanc verò ab exceſsione
modi appellationē tria ſunt attēdēda.

Primum † eſt; Quod propter ex- 47
ceſsionis grauamen aliquando ad iu-
dicem ipſum,à quo etiā emanauit ſen
tentia;aliquando verò ad ſuperiorem
appellatur: Ad † ipſum iudicē appella 48
tur, cùm Nuntius ipſe in exequendo

excedit mandati fines, argum. l. arbitro. ff. qui ſatiſd. cogan. & legis vltimæ, ff. à quibus appella. non lic. Sed
59 † ſi in iudice eſt defectus; non in executore, ut quia executori tale mandatum dederit, quo pars grauetur, ad ſuperiorem appellabitur, cap. ſi à ſubdelegato, de offic. deleg. in 6. Nam
50 † & qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, lege 1. §. deieciſſe. ff. de ui, & ui arma. cum ſim. Vnde cum
51 † Iudex ipſe exceſsiuum, & onероſum mandatum per executorem exerceret, ad eundem non eſſet appellandum; quia de proprio retractando facto ageretur, (vt & tradit Bal. ad Specul. de execut. ſent. colum. 2. verſ. ille autem, qui exequitur) quod non admittitur, arg. l. iudex. ff. de re iud. & l. 1. C. ſent. reſcin. non poſſe. & ita, vt ſupra, diſtinguit Bar. d. l. ab executore, nu. 3. & 4. pro quibus etiam vide Pan. in d. c. quod ad cōſultationem, nu. 28. & Felyn. c. paſtoralis, §. præterea, in princ. de offic. deleg. Secundum eſt, quod
52 animaduertatur; non † ab omni ſcilicet executione, quæ modum excedit, appellari poſſe; nam appellatur quidē ab executione ordinaria, quę modi eſt exceſsiua; verū ab executione delegata nequaquam, quia tunc executio eſt nulla; ita videtur velle Bal. in l. ſi vt proponis, j. per illum tex. cū gl. in verbo, commiſit, C. quom. & quando iudex, quem refert additio ad Bart. in d. l. ab executore, ſub nu. 2. litera, B. in verbo modū excedat. id idem vide Bar. in d. l. à diuo Pio, in prin. nu. 14. Imo. Alex. nu. 6. cū ſeq. & Iaſ. nu. 3. 5. & 24. ff. de re iud. Alex. in l. iubere cauere, nu. 6. ff. de iuriſ. omn. iud. Fel. in c. ſignificaſti, de offi. del. & Marā. de ord. iud. d. par. 4. d. diſt. 5. differ. 18. nu. 43. & in 3. parte ſextę, & vlt. par. prin. ver. Tertius, & vltimus actus, aliās executio, nu. 4. ex
53 quibus † habes cōmunē eſſe cōcluſionem, quòd delegatus inferioris à Principe exequēdo nihil agit; vnde ſiue modū excedat, ſiue nō, appellatione opus non eſt: In † delegato autem Principis 54
ſecus eſſet, vt ex prędictis Doctoribus habes: hic enim delegatus non per ſe ſolū exequi poteſt, ſed ordinariū quoque cogere poteſt, vt exequatur, Bar. ſ d. l. à diuo, in prin. nu. 2. ad fi. per text. in d. c. ſignificaſti, & in c. quærenti, de offic. deleg. & ſubdit Bart. quod tale exequendi ius nō durat niſi vſq; ad annū, per d. c. quęrenti. & ita etiam poſt Ang. Im. Raph. Cu. & Ale. ſub n. 3. vbi hanc dicit eſſe com. opinionē, in d. l. à Diuo Pio, vide Maran. d. diſt. 5. ſub d. nu. 4. Cum † igitur ſit nulla ipſa delegati executio, iterum per iudicem ordinarium fieri debet, arg. d. l. ſi vt proponis, iūcta d. l. à Diuo Pio. Quę mox ſi modum exceſſerit, appellationem recipit, ſecundum prædicta. Tertium, & vltimum eſt aduertendum; quod quando † ab executionis exceſsione appellatur, cauſa, qualiter modus excedatur, inſeri debet, prout tradit Bartol. in d. l. ab executione, ſub numero 2. Bald. in addit. ad Specul. in titu. de execut. ſent. colum. 2. verſiculo, non eſt neceſſe. vbi in argum. refert text. in le. appellanti. §. fin. ff. de appel. ac etiam tradit Papienſ. in d. verbo, P. publico nuntio, numero 9. & quo loci vide penes eum de hac appellatione ab exceſsione: Quæ ſanè grauaminis ab exceſsione modi cauſa multis poteſt contingere modis, vt ſuperius in huius ſecundæ limitationis principio dixi: Vnde † cautum eum eſſe debere admoneo, aduerſus quem executio fit, vt rectè conſideret, An ex prædictarum cauſarum aliqua grauamen prætendere queat; quia appellatio concedetur; & cauſas eas menti tenendas hortor; quia ſæpè eueniet, vt appellari ab executione poſsit: attende gloſ. pro hac cautione in d. l. ab executore, C. quor. appell. non recip. in dicto

55 56 57 (margin numbers, right column: 55 at "Cum † igitur", 56 at "quando † ab executionis", 57 at "Vnde † cautum")

dicto verbo, excedat. quia cauſas melius ſpecificat, quàm Bartolus: Cauſa autem vna ſi fuerit allegata, nec proſit, poterit quis deſerere eam, & aliã prouocationis cauſam in agendo reddere, ac prouocationem ſuam quibuſcunque potuerit modis (vt opinor) proſequi, de qua re eſt tex. clarus in lege, ſcio, §. fin. ff. de appellatio. Hæc quò ad ſecundam regulæ noſtræ limitationem.

58 Vltima †. modò eſt limitatio; quia licet ab executore facti non appelletur; appellari tamen poterit a ſententia lata de exequendo, vel non exequendo, vt per gloſſas in loco primo ſitas, & ibid. Doctor. in d. l. ab executore, & in d. lege, ab executione, Barto. in d. lege, ſi cum exceptione, d. §. hæc autem actio, ſub nume. 4. quod met. cauſa. Bald. in additio. ad Specu. in titu. de ſenten. in 9. colum. in fine, verſicu. an pronuntiatio de exequendo, Franc. Marcus d. deciſ. 376. ſub nume. 2. & d. deciſio. 392. ſub nume. 1. par. 1. & quam opin. communem omnino ſentiunt, & in practica ſeruari aiunt, Bartho. Socin. reg. mihi 33. fal. fin. & reg. 40. lim. 2. Franciſ. Viuius lib. 2. com. opin. variorum, opi. 19. Contra quam opinionem licèt quidam ſenſerint; malè tamen Socin. d. reg. 40. d. limit. 2. & Viuius d. in loco ſenſiſſe dicunt; & in ſpecie inter contrarium tenentes adduco Rolan. à Valle conſilio 43. ſub nume. 5. vol. 1. vbi de magis communi in contrarium teſtatur: Sed certè illi omnes, qui contra gloſſas prædictas, ac contra Socini, & Viuij opinionem tenuere, limitationis ſenſum, & ſuccum non penetraſſe (pace tantorum virorum dixerim) demonſtrant; ego id inferius declarabo, & opiniones concordabo: Retenta igitur glo. Socini, Viuij, aliorumque qui hanc partem tuentur, opinione, Aduocatum eius pro quo fienda eſt executio, cautum † eſſe admoneo, 59 vt cum executio petitur, cum Iudice inſtet, quod non pronuntiet ſuper exequenda ſententia; ſed faciat, quod Iudex abſque pronuntiatione ſuam exequatur ſententiam, mittendo in poſſeſſionem, &c. Quoniam tunc ab iſta executione non appellabitur; & iſtam quoque cautelam tradunt Angel. de Peruſio dicens multis ſe vicibus ita procuraſſe, in dicta l. ab executore, Socin. d. reg. trigeſi materia, & d. limit. vlt. ac d. reg. 40. d. 2. limit. & Cępol. d. caute. quadrageſimaquarta, qui & dicit omnium eſſe opin. quòd tunc appellari non poterit; & idem etiam tenere refert Ange. de Aretio in dicta lege, ab executore, in princip. Huic tamen cautelæ aliam iungo cautelam; Vt † ſcilicet dum miſſio in poſſeſſionem 60 fit, non excedatur modus eius, quod res ipſa importabit; Quoniam ſi ſatis eſſet in poſſeſſionem rei modicæ mitti, & fieret in magnam, appellari poſſet, vt per dictam glo. in d. lege, ab executore, d. verbo, excedat; Idem ſeruetur in alijs cauſis ipſius gloſ. ne ſcilicet circa eas modus excedatur: Hinc eſt, quòd ex aduerſo in proxima præceden. limitatione conſilium dabam ei, contra quem executio fieret, ut aduerteret, An ſecundum dictas cauſas executionis excederetur modus; & hoc ſæpe contingit; maximè circa exceſſionem primæ cauſæ; nam rarò euenit, quin miſſio in maioris valoris rem fiat, quàm debitum ſit; quod hodiè etiam in primo decreto fieri nequit, authent. ei, qui. & in corpore. C. de bon. authorita. iud. poſſiden. licet olim ſecùs eſſet. lege prima. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. eatur. & de qua re ego ſpecialiter tractabo infrà cautela. 206. litera, P. Pauci aduertunt, tam quo ad cauendam talem executionem; quàm etiam quo ad practicandam appellationem ab exceſ-

 ſione:

ſione: Ad vnum tamen circa hanc vl-
timam limitationem aduertendum eſt,
(& hoc eſt, quod pro Doctorum di-
ſcordia, quæ circa appellationem à
ſententia de exequendo eſt, me decla-
61 raturum pollicitus ſum.) Quòd † li-
cet Doctores ſimpliciter, & ſicco per-
tranſeant pede, dicentes à pronuntia-
tione de exequendo, vel non, appel-
lari poſſe; Attamen ſic indiſtinctè
(mea quidem ſententia) limitatio iſta
non eſt intelligenda, ſaltem circa pro-
nuntiationem confirmatiuam: ſcili-
cet de exequendo, quoniam dum om
nes pro hac limitatione ad gloſ. re-
62 deunt, gloſſæ ratio, quæ eſt † ani-
ma eius, quod profertur, lege. ſcire le-
ges. ff. de leg. & ſenatuſconſul. in eo
63 reſidet, Quia † à grauamine quocun-
que appellari poteſt, quod manife-
ſtè patet per l. & in maioribus. C. de
appellation. quam allegat. In qua le-
ge dicitur, quòd etiam in paruis gra-
uaminibus appellatur, & prout ego
latius tradam de hoc regulam in pro-
xima ſequenti cautela, in princ. Sed
ſi pronuntiaretur exequendam eſſe ſen
tentiam, nec inde grauamen præten-
di poſſet, quorſum appellatio? Nam
64 † niſi pars grauetur, non datur ap-
pellatio, argumen. l. adigere. §. quam-
uis. ff. de iure patronatus. idque clarè
exprimit Bal. in capitulo primo. §. Du-
ces, de pace iuramen. firman. in vſib.
feud. & dicit idem Bald. in l. poſt ſen-
65 tentiam. C. de ſenten. Quòd † ſi quis
in iure ſuo non grauetur, appellare
non poteſt, allegat Innocen. in capitu.
breui, extra de iureiuran. & Bartol. di-
cere videtur in l. 2. ſub nume. 15. ver-
ſicu. ſi verò pronuntiat eum eſſe tuto-
rem. ff. de appellationibus recip. & a-
poſtilla ad eum in dicta l. 2. id expreſ-
ſè tenet, ſub numero decimotertio, li-
tera, A, verſic. ſed à grauamine, niſi
grauet, Andreas Tiraquellus, in tract.
ceſſante cauſa, verſicu. Appellationis
cauſa ceſſante, numero 41. Sed ne per
mendicata eamus ſuffragia, eſt text. in
capitu. cum ceſſante, & ibi Panormit.
in 1. not. extra de appellatio. eſt enim
(ut Panormit. inquit) grauamen ap-
pellationis cauſa. capitu. vt debitus, ex-
tra eodem. igitur ipſo grauamine ceſ-
ſante ceſſat & appellatio. d. capitu. cum
ceſſante. Hinc igitur eſt, quòd Barto.
ipſe (& hic diligenter attende, quia
uidebis Bartol. in prædicta l. ab exe-
cutore, ſibi non eſſe contrarium ab eo,
quod tenuit in dicta l. ab executione,
prout nonnulli ſentientes a pronuntia
de exequendo nequaquam eſſe appel-
landum, voluerunt, & vt in ſpecie
refert Maran. de ord. iudic. par. ſexta,
verſic. ſecundus actus principalis, quę-
ſtione quarta princip. nume. ducente-
ſimo quadrageſimo nono, ſed ſeipſum
declaret intelliges) in eadem lege, ab
executore, numero 2. verſic. ſed quan-
do appellatur ab executione, & cæte-
ra. dicit, quòd † etiam à pronuntia- 66
tione de exequendo, ſi quis appella-
re voluerit, cauſam grauaminis inſere-
re debebit; quaſi dicat, niſi grauami-
nis ſubſit cauſa, appellandum non
eſt, & cauſam grauaminis ponit in ge-
nere, qualiter excedatur modus, quia
† verè ſi in pronuntiatione de exequen 67
do non exceditur ſententiæ modus,
fruſtra appellatio fieret, nam per hanc
appellationem ſententia non retracta-
tur, ſed ſolum pronuntiantis expelli-
tur iniquitas, vt etiam ſuperius dictum
eſt, quòd quando iniquè interpreta-
tur, appellatio ab iniquitate interpre-
tationis conceditur, non ut principa-
lis infringatur ſententia, vt in dicta le-
ge, ab executore, & ut in eadem lege
ſentit Bartolus, numero decimoquin-
to. Vides igitur, quòd quo ad pro-
nuntiationem de exequendo, Docto-
rum opinio prædicta ſimpliciter non
procedit, ſed tunc duntaxat, cum gra-
uamen ſubeſt, ſiue magnum, ſiue mo-
dicum,

dicum, ut in d. l. & in maioribus. C.
de appellat. & id eſt, quod voluit di-
cere Rolan. d. conſil. 43. videlicet,
quòd quando pronuntiatio de exe-
quendo nouum continet grauamen,
appellari poteſt; quam ſententiam in
eo conſilio non impugnat, licet po-
ſteà illam impugnet opinionem, quæ
ſimpliciter affertur, quòd à pronun-
tiatione de exequendo appellari poſ-
ſit. Et ex his varias potes Docto-
rum concordare opiniones circa hoc:
68 Nam † eorum tenendo opinionem,
qui volunt poſſe appellari à pronun-
tiatione de exequendo, dices verum,
ſi grauamen ineſt; tenendo autem
eorum opinionem, qui ſecùs volue-
runt, dices uerum, ſi non ineſt graua-
men: Bene teneo, quod ſemper, & in-
diſtinctè procedit Doctorum opinio
affirmatiua, circa pronuntiationem
69 de non exequendo: Nam ille, † qui ui
cit, poſtquàm ſententia in rem iudica-
tam tranſit, executionem habere de-
bet, ut in rub. & nig. C. de execut. rei
iud. Verùm ſi iudex eam non exe-
quendam pronuntiet, abſq; dubio ui-
70 ctor grauatur ſemper; vnde † indi-
ſtinctè appellare poteſt, non etiam in-
ſerta cauſa, (ut opinor) quia ea in
promptu eſt, argum. l. quæſitum. §.
fin. ff. de diſtract. pign. & facit, quod
Socin. inquit conſil. 1. ſub num. 1. vo-
71 lum. 1. videlicet, † Quòd vbi ſtatuti ra
tio vnica eſt, pro expreſſa habetur,
argum. l. 1. ff. de lib. & poſt. Ripa in
l. ſi conſtante, nu. 65. ff. ſol. matr. Pa-
riſ. conſ. 83. nu. 3. lib. 3. Bertran. conſ.
300. num. 3. lib. 1. Dec. conſ. 353. ſub
num. 5. & conſ. 372. ſub nu. 5. Ruyn.
conſ. 31. nu. 3. lib. 2. Curt. Iun. conſ.
107. nume. 6. Socin. Iun. conſ. 167.
num. 21. lib. 2. Gozad. conſ. 64. nu.
17. Eman. Soar. in Theſ. recept. ſen-
tent. litera, R. nume. 6. Faciuntque
ad hoc per me tradita ſupra caut. 4.
Quòd ſcilicet actio perſonalis, dum
introducitur, cauſa ſiquidem, qua
illud fiat, exprimi debeat, ea ſcili-
cet ratione, quia perſonaliter quis
diuerſis ex cauſis obligatus eſſe po-
teſt: At ſecùs in reali actione; quia
cauſæ expreſsio in ea neceſſaria ideo
nòn eſt: quoniam ipſam realis actio
vnicam duntaxat cauſam in ſe con-
tinet; cùm non ſit niſi vnum tan-
tùm dominium, quo in rem actio-
nem aliquis prætendat, prout de his
latè in eadem cautela tractaui, vbi
me remitto: Propterea Bartol. in d.
lege, ab executore, d. numero 2. di-
ctoque uerſic. ſed quando; dum di-
cit cauſam eſſe inſerendam in appel-
latione à pronuntiatione de exequen-
do, non facit mentionem de nega-
tiua pronuntiatione; ſed bene de af-
firmatiua, vt per eius verba ea; ſed „
quando appellatur ab executione, ſi- „
ue intelligas de pronuntiatione de „
exequendo, & cæt. lex requirit, quòd „
inſeratur cauſa, qualiter modus ex- „
cedatur: vnde ecce, quòd de nega-
tiua nullum facit verbum. Ex præ-
dictis itaque cautus ſis, cum † appel- 72
latur à ſententia de exequendo, vt
ei non deferendum opponas; quia
nulla ſubeſt cauſa; nec etiam inſe-
ritur; nam ſtatim appellatio non ua-
lebit: ſed melior eſt cautela, quam
ſuperius dedi, vt exequi abſq; pro-
nunciatione facias.

## Caut. XII.

### De appellationis remouendo beneficio.

*SVMMARIVM.*

*Appellatio regulariter in omni cauſa permittitur.* 1

*Etiam in cauſa criminali, & criminis quoque læſę maieſtatis, ſub eod. nu. 1. verſ Ideoque.*

2 *Appellationis beneficium qualiter remoueatur, & num. 4.*

3 *Litis euentus incertus eſt.*

5 *Appellationis perdit beneficium qui in iudicio fatetur, ſe nõ prouocaturum.*

6 *Vſui inſtrumenti in iud. renuntians non poteſt amplius uti.*

1 APpellatio † in omni cauſa permiſſa eſt. l. & in maioribus. C. de appell. & per gloſ. ibi, ac per glo. fin. & Ang in l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. quam ad not. allegat Bal. in l. 1. colum. 2. C. ſi de momen. poſſeſ. fuer. appel. & in cap. paſtoralis, colum. 3. ext. de appell. quod & voluiſſe videtur ipſe Accurſ. in l. ab executore, in prima gloſ. ff. de appellat. & in l. ab executione. C. quor. appellat. & tradit Socin. conſil. 195. nume. 1. vol. 2. quod & tangit ibid. ſub num. 2. verſic. ex quibus omnibus, ſub quo num. 2. verſ. confirmatur, inquit, appellationis beneficium nemini eſſe in dubio denegandum; & quod pariter appellationis defenſio ſit regulariter in omni caſu permiſſa, tradit idem Socin. conſil. 39. num. 1. vol. 4. ex quo ibidem infert Socin. quòd qui dicit ab aliqua non poſſe appellari ſententia, hoc probare tenetur, cùm regula in contrarium exiſtat iux. doctr. gloſ. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & not. Dyn. in rubr. ext. eod. in 6. Pariter appellationem regulariter in omnibus eſſe conceſſam, tradit Deci. conſil. 33. num. 2. vbi nume. 5. ait & ipſe in dubio appellationem eſſe admittendam, vt per gloſ. & Doctor. in cap. ut debitus, in uerſic. ex rationabili cauſa, extra de appellat. & per alias, quas adducit authoritates; ſicque & in omnibus eſſe permiſſam appellationem tradit Maran. de ord. iudic. in 3. par. 6. partis princ. verſic. ſecundus actus, aliàs, appellatio, num. 267. & Dominus Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 70. num. 2. vbi declarat procedere in iudice ordinario; & pro iſta reg. vide etiam Socin. reg. 40. cum limitationibus, quæ huic regulæ dantur; ad quod etiam vide quæ ſupra dixi in duabus præced. prox. cautelis: Ideoq; in criminalibus quoq; appellatio non denegatur. l. non tantum. ff. de appe. l. addictos, in fine. C. de epiſt. de aud. l. litigatoribus, & l. addictos. C. de appel. not. glo. 1. in d. l. & in maioribus, ad quod etiam vide tex. in l. 2. C. quor. appell. non recip. Bart. in l. qui vltimo, circa fi. ff. de pęn. vbi dicit, quòd intra decem dies ad appellandũ conſtitutos non debet aduerſus reum condemnatum fieri executio, quod & cõmuniter receptum habes ex Abb. & alijs, in c. 2. ext. de iud. Fely. in c. quærenti, de offic. delega. & Ægid. Boſſ. in tit. de appel. num. 4. Idque intantum verum eſt, vt etiam in crimine læſæ Maieſtatis appellari liceat, vt voluit glo. & ibi Aret. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acq. hæred. Dec. in c. cũ ſit Romana. §. fi. ext. de appell. latè Aug. ad Ang. de maleſ. in verbo, præſente Caio, poſt nume. 15. & iſtam opinionem veriorem putat Boſſius in d. tit. de appell. num. 2. & Carerius in pract. crim. in prin. nume. 85. cum duobus ſequen. Circa tamen prędictam concluſionem, poſſe in criminalibus appellari, uide omnino Iulium Clarum in pract. crim. §. fin. quæſt. 94. in princip. & penè per tot. quo loci ipſe hanc materiam declarat.

Verùm vt appellationis beneficio obuiam eatur, remedium illud eſſe
poteſt, Quòd † ſi certus es, iuſtam 2
te fouere cauſam, cures cum aduerſario pactum inire, quo appellatio-

lationi renuntietur: ſic enim appellari
non poterit.l.fin. in fine, cum gloſ. in
verbo, ſcriptura. C. de temp. appell.
& per glo. in l. 1. §. ſi quis, in verbo,
perdidit. ff. à quib. appell. non lic.
Sed cautela iſta duabus de cauſis mi-
nus apparet tutta: Quoniam & ſu-
per eo, quod iuſtam te fouere cauſam
credis, fundamentum facere non po-
3 tes, cum † litis euentus incertus ſit.l.
quod debetur. ff. de pecul. Specul. in
tit.de præparat.iudic.§.vnico, num.3.
Et etiam, quia non facile euenire po-
teſt, vt aduerſarius ad hanc induca-
tur renuntiationem.

Erit ergo ſecunda hæc fortè vtilior
cautela; quam nota, vt ea oportunè vti
4 ſcias: Multi † enim ſolent (vt & ego
quandoq; audiui) coram iudice depro
mere, quò eum in eorum fauorem alli
ciant, ac beneuolentiá captent, ſe ex-
pectare iudicis ipſius ſententiā, A qua,
quia probū virum, & optimæ integrita
tis ſciunt, recedere, & appellare nolūt,
Tu ſtatim ſis cautus, hoc audito ab
aduerſario tuo, vt per notarium ver-
ba ea in actis ſcribi facias; quoniam
ille, qui talia protulerit, appellare
5 non poterit: Qui † enim in iudicio
ſe non prouocaturum fatetur, indubi
tate auxilium perdit. d. l. prima. §. ſi
quis, cum glo. in d. verbo, perdidit.
6 Sic & in ſimili videmus, quòd † ſi quis
apud acta teſtatus eſt, ſe inſtrumento
nō uſurum, eo amplius uti non poteſt.
l. ſi aduerſarius, & ibi tradit Bar. C. de
fide inſtr. Dec. poſt Bal. & alios, in l.
poſtquam liti, numero ſecundo, C. de
pact. ſic ars arte deluſa remanebit; ſi
tu in caſu prædicto cautus fueris, vt
dixi.

## Caut. XIII.

### De excuſatione banniti, vel ſyndici intra terminum aſſignatum, iudice abſente, non comparentis.

*SVMMARIVM.*

*Bannitus non comparens intra terminum ſibi aſſignatum, an excuſetur tunc, cum iudex abſens fuerit.* 1

*Syndicus itidem an excuſetur, ex eo, quia maleficium intra terminū præfixū, iudice abſēte nō denūtiauit, ibid.*

*Bannitus, ſi Iudex abſens fuerit, quid agere debeat, vt non comparens intra terminum excuſetur.* 2

*Syndicus, qui Iudice abſente intra tēpus denuntiat, quid ſeruare debeat, ne pœnam luat, ibid.*

*Proteſtatio iudicis, vel officiali fienda eſt, vt credatur ſtetiſſe per eum.* 3

*Appellationis tempus non currit iudicis copiam non habenti, dummodò ſit proteſtatum.* 4

*Peſtis, vel hoſtilitatis impedimento ſi quis non egit, excuſatur, nè aduerſus eum præſcriptio currat, ſi proteſtatus ſit.* 5

*Impedimentum qui allegat, probare debet, tantum ſe feciſſe, quod perfeciſſet, niſi impedimentum obſtitiſſet.* 6

BAnnitū, † ſi iudex ſe abſen 1
tauerit, intra terminum
aſſignatum nō comparen
tem, excuſari, nec ei cur-
rere tēpus bāni: Pariterq; Syndicū, ſi
intra terminū ad denuntiandū malefi-
ciū, iudice abſente, nō denuntiauerit,
excuſari, nec in pęnā incidere not. Bar.
in l. 2. §. itē, nu. 19. ff. ſi quis in ius uoc.
non ier. facit tex. in l. 1. §. dies. ff. quan.
appel. ſit, & quæ tradunt ſcrib. in l. pro
perandum. §. ſin autem utraque. C. de
iud. de quibus ego tractaui ſupra caut.

2 7. Cautius † tamen facient,ſecundum
Bartol. dicto loco , ſi ad tribunal hi
cõparuerint, & proteſtati fuerint, per
text.in l. 2.ff.de naut.fœn.in l.de pupil-
lo.§.ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.no-
ui nunt. in l. fi. C. de his, qui per met.
iud.non app.quos tex.Bar.ad hoc alle-
gat in præcitato loco;quibus adde tex.
in c.fi.ex.de appell.in l.cum quidã, &
ibi glo.& Bar.ff.de appell.Hancq; pro
teſtationem fiendam à bannito omni-
no,& de neceſsitate,ad hoc,vt excuſa-
tionem habeat( quod & ſimilitudinis
ratione ad ſyndicum ſpectat ) egregie
tradit Bal. in cap. plerunq;,de reſcrip.
( & de quo ego alias dicam )alioquin,
ut ipſe dicit,terminus ei laberetur,ſub
dens,quòd ſi cauſa capitalis eſt, procu
rator ad proteſtãdum cõſtitui nequit;
quia nec ad cõparendũ; & proteſtatio
comparitionis loco ſuccedit, pro quo
& allego tex.d.l. 2. de naut. fœn. & ita
nota Baldi prædictam doctr. & eam
uide;quia fortè alibi ita pulchre nõ ha
bes. Sanè proteſtationẽ hanc hoc in
caſu fieri debere probari poteſt ; quia
3 † non eſt credendum ſtetiſſe per offi-
cialem,uel iudicem, niſi ſibi poteſtatũ
ſit,iuxta tradita per Bar.in l.damni in-
fecti. §. Sabini, circa fi.ff.de dam. in-
fecto,per tex.in l.1.C.de ſuſcept.& ar-
cha. & in l. placuit. C. de collat. fun.
patr.lib.11.qui quidẽ optime probãt,
& maxime hic cõferunt. & propterea
Bal.in d.c.plerunq;, in 1. col.per glo.
4 ibi,inquit,ꝙ † ei qui iudicis non habet
copiã, tẽpus proſequendæ appell. non
currit, dũmodo proteſtetur: fiat ergo
proteſtatio; quia ſic tutior erit uia ; li-
cet multi teneant, quod non ſit neceſ-
ſaria proteſtatio,ut infra apparebit. Et
5 ideo uidemus, ꝙ quando † obſtat ho-
ſtilitatis, uel magnæ peſtis impedimẽ-
tũ, quo quis agere nequit, præſcriptio
ſiquidẽ interim nõ currit,ut eſt tex. in
c.prima actione,16.q.3.& in c.ex trãſ-
miſſa,ex.de præſcrip.& ibid.Panor. &
Felyn. Bar. in l. naturaliter, col. ulti-
ma , numero 22. & 23. ff.de uſucap.
Bal.& Ang.in l.cum notiſsimi.§.imò.
C. de præſcr. 30. uel quadr. an. Ant.
de Butr. in cap.cum non liceat, ex. de
præſcr. Abb. conſilio 3. quæſt. 18.
conſilio 18. col. fi. uerſiculo , Debet
tamen , conſilio 46. ad fi.conſilio 57.
col.pen.uerſiculo, Item tempore guer
ræ, conſilio 94. in 3. dub. libro ſe-
cundo . Alex. conſilio 81. lib. quinto
Felyn. in cap. accedens 2. uerſ. nona
concluſio , ut lite non conteſt. Ripa
in tract. de peſte , tit. de priuil. con-
tract. cau.peſt. ſiue capitulo,uenio ad
ſecundam , numero 151. Io. Fran.
Balbus in tract. præſcr. parte ſecunda
6.& ultimæ par. prin. numero 3. & 5.
uerum probari oportet,quòd niſi hæc
fuiſſent impedimenta , egiſſet, & ita
proteſtatio prudenter fiet, ad formam
l.ut perfectius C. de ann.except.ſecũ-
dum Innoc.& alios in d.cap.ex tranſ-
miſſa,ex.de præſ.& d. Ant. de Butr.in
d.c. cum non liceat , extra eod. Alex.
conſilio 152. uol. 7. Balbum in pręd.
2.par.ult.par.prin.ſub numero 6. Por-
ro † quando tu impedimentum alle- 6
gas,probare debes, tantum te feciſſe ,
quòd perfeciſſes,niſi tale extitiſſet im-
pedimentum,ut not. Bartol. in l. 2. §.
quod diximus , & ibi Ang. Lud. Ro.
Alex. & Iaſ. qui communem ait , ſub
num. 3.uerſiculo, ſed per iſta.ff.ſi quis
caut.Bart.in l. qui cõmeatus, per eum
tex.ff.de re mil.& idem not.Bal.in l.fi.
per tex.illum.C.de adult. Ex his igitur
non obliuiſcaris poteſtationis in præ-
miſsis caſibus remedio uti ; ipſa enim
proteſtatio tutiſſimum tibi remediũ
erit;nec ideo periclitaberis: Sic namq;
& in terminis iſtis, de quibus nos ma-
teriã propoſuimus,uidetur ſentire , ꝙ
proteſtatio ſit neceſſaria , Io. de Imo.
in d.c.fi.ex.de præſcr. quem ibi ſequũ
tur. D. Phil.de Perus.& Card.Ale. dũ
ipſe Imo. tradit doctr. quod quando
impe-

impedimentũ iudicis facto procedit, tũc proteſtari opus eſt; ad idem Gem. in c. cupientes. §. quod ſi per 20. vbi Imo. ait ſe de facto obtinuiſſe, de elect. in 6. Bal. & Alex. in l. properãdũ. §. ſin autem vtraq;. C. de iud. Alex. conſ. 19. lib. 1. & conſ. 164. col. fi. lib. 2. & iſtam eſſe verã concluſ. tradit Rob. Maran. de ord. iud. par. 3. 9. & vlt. par. prin. verſ. Secundus actus, nu. 219. quod an verum ſit, ego hìc non examino; alias ſuper hac re verba feci: Tamen multi contra ſentiunt; vt ita penes Abb. in d. c. plerunq;, & d. c. ex trãſmiſſa, Alex. & Iaſ. in d. §. quod diximus, Lanfran. de Oria. in tract. de arbitr. q. 20. Ripa in d. tract. de peſte. c. condeſcendo, tit. de priu. iudiciorum cau peſt. num. 26. vbi regulam conſtituit negatiuã, quod regulariter proteſtatio impedimẽti nõ ſit neceſſaria, quam mox duobus modis limitat. Et certè negari non poteſt, quin hæc ſit intricata materia; in hac enim magnus eſt authoritatum conflictus & confuſio: Tu aduerte, vt in omnibus ſimilibus proteſteris; ſic enim omne erit ſublatum dubium, vt dixi.

## Caut. XIIII.

## De alienatione rerum alienari prohibitarum.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſo ſubiecta alienari prohibentur; exceptis quibuſdam caſibus inter quos quidam enumerãtur, qui pro cautela ſeruiunt. Et datur etiam conſ. quid actoris aduocatus agere debeat, cum tales res alienatas vendicat, ſub numero 2. verſ. Et ideo Ang. Et hac materia ſatis plenè diſcutitur.*

*Fauori ſuo quilibet renuntiare poteſt..* 2

*Maritus dotale prædium alienare, licet* 3
*dominus ſit, etiã muliere conſentiente, nequit.*

*Reipub. intereſt, vt dotes mulieribus* 4
*conſeruentur.*

*Tutores, atque curatores minorum res* 5
*ſine prætoris decreto alienare non poſſunt; Quod decretum cauſa cognita interponi debet.*

*Minoris tamen contractus cum iur. & ſine ſolen. valet, ſub nu. 6. Item pupilli doli capacis, ſub eodem num.*

*Minori, non obſtante iudicis decreto,* 6
*reſtitutio reſeruatur, quandocunque iudici ipſi obreptum probari poterit.*

*Bona alienari, ꝓhibita qua fraude alie* 7
*nari poſſint: & quomodo fraudi huic obuiam eatur.*

*Bona generaliter illi alienare in alte-* 8
*rius præiudicium non queunt, qui vel ea obbligata habent, vel eorum pleno iure domini non ſunt.*

*Culpa ſi probetur eius, qui paſſus eſt* 9
*per ſententiam rem alienari, æſtimatio vera ipſius rei haberi poterit.*

*Alienari quando prohibentur bona extra fam. materia declaratur, ſub num. 2. verſ. Hic autem.*

*Bona alienari prohibita, ſi ſemel alienentur in perſonam permiſſam, fiunt perpetuo alienabilia, ſub numero 2. verſ. Quin etiam.*

*Eccleſiaſtica res ſemel in emphit. data, perpetuò emphiteutica durat, vt ea ad eccleſiã redeũte poſſit absq; ſolẽ. in emph. dari, ſub nu. verſ. In ſimili.*

*Ratio, & mens magis, quã verba attẽditur, latè ſub nu. 2. verſ. Quãdo enim.*

BONA licet quis poſſideat, tamen plerumque euenit, vt ea alienare
nequeat; vt † ecce, Res 1
quæ fideicommiſſo, vel legato vniuerſali, vel particulari ſubiacent, alienari prohibentur, vt per tex. in l. Mar-

l.Marcellus.§. res, quæ.ff. ad Trebel.
l.3. §.antepen.& pen.& ibi Bartol. C.
com.de leg. & in authen.res, quæ. C.
cod.& ibi Ias. num.1. intelligendo ta-
men non procedere, vt ibidem, & in l.
mulier.§.cũ proponeretur. ff. ad Tre
bel.cum ſcilicet dotis cauſa, vel dona-
tionis propter nuptias conſtituendæ
( aut etiam reſtituendæ dotis, vt infra
dicam in caut.17. ſub num.11.verſic.
Quod autem ob dotiſ,& cæt. ) portio
legitima, vel hæreditatis fructus pro
modo perſonarum honeſtati cõgruo
non ſufficerent; ac pariter vbicunque
neceſsitas æris alieni ſoluendi vrgeret,
vt per tex.& ibi Bar.& Doct.in l.filius
fam.§. Diui.ff.de leg.1.& in l. peto.§.
prædium, de leg.2.ibi vide Bart Bal.&
Imo.qui ideo ponunt fraudem ad re-
gulam prædictam, cuius ego inferius
mentionem faciam, num. 8. Vel quo-
tieſcunque illi, in quos reſtitutio faciẽ
da eſſet, conſentirent, vt eſt tex.in l.ni-
hil.§.1.ff.de leg.1.& in l.quoties.1. C.
de fideicom. ad idem adduco tex. &
quod ibi not.in l.cum pater.§.libertis,
& in l.codicillis.§.inſulam, ff.de leg.2.
& per ea, quæ tradunt Bar.& ſcrib.per
cum tex.in l.1. C. de pactis. Et facit,
2 quia † fauori ſuo quilibet renuntiare
poteſt.l.ſi quis in conſcribendo. C.de
epiſ.& cler. & l. pen. C. de pact. Hic
autem ſciendum eſt, ꝙ ſi quis fuit pro
hibitus alienare extra familiã; & talis
prohibitus alienare voluerit; ac ideo il
los de fam. requiſierit, & emere no-
luerint, poterit extra familiam aliena-
re, vt eſt tex.in l.qui Romæ.§.cohære-
des, & ibi Dyn.Bar.num.3.& commu
niter Doct.ff.de verb.oblig.Ripa, qui
communem hanc concluſionẽ dixit,
in d.§.Diui, ſub num.119.verſ.Quar-
to mouentur. Quod tu perpetuò nota,
vt quandoque, neceſsitate vrgente, alie
nare ſcias. Id tamen declarat Bar.in d.
§.cohęredes, procedere, ſi quis erit pro
hibitus alienare extra familiam; ſed ſi
eſſet adiectum, vt familiæ relinquere-
tur, vel ſimilia verba, vt l.peto §.fratre,
de leg. 2. tunc inquit Bar. quòd nullo
modo poſſet alienari, tãquam res, quę
reſtitutioni ſubiaceret. d.auth.res, quę.
C.com.de leg.cum ſim.ſequitur Io.de
Imo.in d.§.cohæredes, Raph.Cum.&
Pau. de Caſt. in d. §. Diui, in lectura
Pad. declarat Socin.conſ. 227. col. 6.
in prin.ſub num.3. verſ.capio nunc ſe
cundum caput. Itidem ſciendum eſt,
quod bona extra familiã alienari pro-
hibita, poſſent in vnum, vel plures de
familia alienari, etiam alijs de eadem
fam. quibus bona competerent, irre-
quiſitis, vt eſt de hoc tex.not. in l. vo-
luntas.C.de fideic. & probat tex. l pa-
ter filium.§.quindecim.ff.de leg.3.l.fę
minæ.C. de ſe.nup. ad idem facit tex.
in d. l.filiusfam. §. cum pater. propè
fin.de leg.1.& l.vnum ex fam. §.1.de
leg.2.non enim cenſetur facta prohi-
bitio niſi quò ad extraneos.l.vnum ex
familia.§. ſed & ſi fundũ, verſ.Quod
ſi talia, & ibi glo.declarat, de leg.ſecun
do Alex. in l. ſi domus. §.fi.ſub nu.7.
de leg.1.Socin.conſ.227. ſub num. 4.
verſ.quibus tamen non obſtat. vol. 2.
idem in d.§.cohæredes, num.10.Dec.
conſ.218.num. 14.15. conſ.288. ſub
num.11.verſ.vlt. non ob. & verſ. ſed
ex tali ratione, & num. 12 conſ. 377.
ſub num.6.& conſ.422. num.9. Ti-
raquel.de retrac. Linag.§. 11. gloſ. 6.
num.9. Ripa in d.§.Diui, num.2. vbi
plus ait, quod non modo intra familiã
talia bona alienari poſſunt, ſed etiam
in ſororem extra familiam nuptam, ad
quod allegat tex.d.l.voluntas, & Curr.
conſilio 64. Antiquisſima, & nobiliſ-
ſima fam.col. 16. idemque tradunt in
d.l.voluntas, Bal.& Pau.de Caſt.in ra-
tione dubitandi ad eum tex. aſsignan-
da, & ibid.ſequũtur moderniores, So-
cin.d.conſ.227.ſub d. nu.4. d. verſicu
lo, Quibus tamẽ non ob.Dec.d. conſ.
288.d.num.11. Et non modo aliena-

tio

tio hæc inter eos de familia proximiores fieri poterit, ſed etiam in remotiores de ipſa familia; ſatis enim eſt teſtatoris voluntati ſatisfeciſſe, dum nõ exeunt familiam ipſa bona, Bal. conſ. 498. ad fin. lib. 1. Oldr. conſ. 94. ferè per totũ, Cum. conſ. 113. col. 2. Caſtr. conſ. 32. in fi. lib. 1. Soc. d. conſ. 227. ſub nu. 6. verſ. ex quibus inferendo, Ruy. conſ. 101. num. 14. 15. lib. 2. Paris. conſ. 2. nu. 38. & ſeq. lib. 1. conſilio 44. nu. 18. & ſeq. conſ. 72. num 9. conſilio 91. num. 17. lib. 2. Ripa lib. 1. reſponſ. cap. 1. num. 57. & lib. 2. cap. 25. num. 26. Siluan. conſ. 15. & ita cũ his tradit D. meus Io. Ceph. conſil. 511. nu. 10. Cum autem prohibentur extra familiam bona alienari, iſta prohibitio (etiã ſi teſtator dixerit, quod vult, vt bona perpetuò in fam. maneant) nõ excedit quartam generationem, tex. eſt, & ibi gl. Bar. & Ang. in §. nos igitur, in Aut. de reſt. fideic. Imo. in d. l. qui Romæ. d. §. cohæredes. de ver. ob. communẽ docet Duran. de arte teſt. tit. 8. cau. 2. in prin. verum in infinitum prohibitio extenderetur, ſi dictum eſſet, prohiberi alienationem extra fam. quia vult teſtator res ad ſuos deſcendentes perpetuò peruenire, Iac. de Bel. in d. §. nos igitur, & Bar. ibi, nu. 3. Soc. conſilio 43. num. 2. vol. 3. Dec. conſ. 635. num. 8. & plures alleg. Dur. d. cau. 2. num. 2. & ita per plurima allegata concludit Couaruu. lib. 3. va. reſol. cap. 5. num. 4. vbi ait hanc op. ſine dubio eſſe com. licet ſubdat ſibi durũ uideri, hanc op. contra expreſſum Iuſtiniani reſpõſum recipere, de quo in d. §. nos igitur. Quin etiam ſcias, quòd bona hæc, quę alienari ſunt ex fideicõmiſſo prohibita, ſi ſemel inter eas perſonas, inter quas alienatio eſt permiſſa, (ſecundum ea, quæ tibi ſupra dixi) fuerint alienata, fiunt hæc mox perpetuo alienabilia in perſonã quamlibet, ut eſt de hoc caſus in terminis in d. l. pater. d. §. quindecim, de leg. 3. ad idẽ eſt tex. & ibi Bar. in l. tutor rerum. ff. de adm. tut. In ſimili uidemus, quòd eccleſiaſtica res ſemel in emphiteuſim data, perpetuò emphiteutica durat, adeo quod ſi ad eccleſiam redeat, denuò poterit, abſque iuris ſolennitate requiſita, concedi in emphiteuſim; & idem in re feudali, ſecundum tex. in c. 1. ex. de feu. Bar. in auth. qui rem, nu. 4. C. de ſacroſanc. eccleſ. And. de Iſer. in c. 1. qui feu. da. poſ. Imo. in l. quod dicitur, col. fi. ff. de uerb. oblig. Cur. Iun. in tract. de feu. in 3. q. 2. partis, Didac. lib. 2. reſo. cap. 17. num. 4. communem dicit eſſe opin. Socin. conſilio 169. ſub nu. 11. uol. 2. & conſ. 120. ſub num. 23. uol. 4. Iulius Clar. in §. Emphit. q. 6. circa fi. principij. & idẽ in §. Feudum. q. 13. in prin. Idemque & in confirmationem rei noſtræ tradidit Ripa in d. §. Diui. nu. 65. ubi & alia ſimilia tradit. Pro quo eundem uide in lib. 2. reſponſ. d. cap. 25. numero 19. Patet igitur optimum pro grauato remedium, ut cum uno, cui alienare permiſſum ſit, conueniat, illi alienãdo, qui mox in extraneum bona diſtrabat; & ſic grauatus ex hac uia ſui fiet deſiderij compos. Hic tamen aduertẽdum eſt, quod non ſemper iſtud procedere poteſt; nam diſpoſitio d. §. quindecim, procedit tantum in prohibitione perſonali; quando ſcilicet qui libet fuit prohibitus alienare partem ſuã; ſecus ſi eſſent adeo aliqui prohibiti rem ipſam alienare, ut realis eſſet prohibitio; Puta ſi dictum eſſet; Prohibeo fundum uobis relictum alienari extra familiam, Bar. in l. peto. §. fratre, ſub nu. 2. in fi. & nu. 3. de leg. 2. declarat Paul. de Caſtro in d. l. uoluntas, & idem conſilio 232. uiſis. col. 5. uol. 2. Bal. conſ. 57. Item inſtituto. uol. 2. Alexan. in l. 1. ff. de off. eius, nu. 88. Socin. conſ. 250. num. 3. uol. 2. Decius conſ. 69. ſub num. 7. uerſ. ultimo non

ob. &

ꝛb.& in conſ.88.circa finē, Ripa in d. §.Diui.nu. 66. ſimiliter non procedit diſpoſitio d.§.quindecim.ubi etiā prohibitio eſſet perſonalis; ſed diſpoſitio realis; Puta quia teſtator prohibuit ne partē ſuam unus alienet, quia uult eam in familia conſeruari; cauſa enim prohibitionis ampliat, & reſtringit prohibitionem ad limites ipſius rationis. l. cum pater. §. dulciſsimis.ff. de leg. 2. Bar. in d.l. pater filium. §. fundum, nu. 2. de leg. 3. Bal. in d.l. volūtas, C. de fideic. qui dicit, quòd finalis rationis virtute extenditur, & reſtringitur prohibitio de non alienando; & idē firmat Curt. conſ. 69. Serioſa narratione facti. col. fi. & ita expreſſe cōcludunt Iaſ. Crot. & Ripa in dict. §. Diui. Planè & vbicunque manifeſtum fieri poteſt aliud ſenſiſſe teſtatorem, quam verba denotent, ab ipſorum verborum ſignificatione recedi oportet. l. non aliter, in prin. ff. de leg. 3. Quando enim diſpoſitio vna eſt, vnde mens ſermonis refragatur proprietati, ab ipſo ſermone recedimus, & ſolam attendimus mentem, vt probat tex. in l. ſi vno, in prin. verſ. ſed & ſi verbo donationis. ff. loc. & ibid. hoc not. glo. in verbo, ſed tranſactio, Bar. in l. omnes populi, ſub nu. 58. verſ. fallit. ff. de iuſt. & iure. Rolan. à Valle conſ. 72. num. 34. vol. 1. qui nu. 35. ait mentem eam eſſe, quæ rei eſſentiam tribuit, vt per Paris. conſ. 22. num. 52. vol. 2. quod & tradit Tiraq. in reg. ceſſante cauſa, mihi poſita inter reg. Socini, & aliorum, in litera. C. verſ. Legis cauſa, ſiue ratione, ſub nu. 139. Ratio enim, vt inquit ipſe Tiraq. ſeu legis mens, eſt ſicut anima, & verbum ſicut corpus, vel ſuperficies, per Bal. in l. ſi quis ſeruo, col. vlt. verſ. ex his apparet. C. de fur. & in l. vlt. q. 15. C. de hæred. inſtit. & vt latius proſequitur ipſe Tiraq. idemq; tradit Rol. à Valle, d. conſ. 72. nu. 43. & latius de hoc vide ipſum Rolan. conſ. 14. nu. 23. cum tribus ſeq. vol. 3. quod & in eod. vol. tradit conſ. 62. num. 24. Cephal. Dominus meus, conſ. 16. nu. 7. cum ſeq. duobus, & ante iſtos vide Panor. conſ. 1. ſub nu. 6. verſ. non ſolum, & num. 7. vol. 1. Socin. conſ. 89. num. 20. uol. 4. dum dicit, ſtatuti rationem, & mentē primam eſſe in diſponentis intentione. Patet igitur ex his, Quod in caſu noſtro prohibitio illa perſonalis, ob cauſam realē, nihil operabitur; ſed ſola realis ipſa cauſa attendetur; & ſic fiet, (ut dixi) ne per alienationem factam, deueniant omnino alienabilia bona ipſa alienata. Idem dicendum eſt, ne bona ſcilicet fiant alienabilia; Quando prohibitio ſiquidem perſonalis fuiſſet; ſed per accreſcendi ius unius pars alij obueniſſet, ut ita tradunt per eum tex. Cyn. Bal. Ang. Imo. Alex. & Mod. in d.l. ſi in teſtamento. ff. de uulg. Quod tu uerum intellige, ſi erat coniunctio re, & uerbis, uel uerbis tantum, ſecus ſi re tantum, ut uidetur tex. & ibi Bar. in l. ſi ſeparatim. ff. de cond. & demon. clarior eſt tex. & ibi glo. declarat, & ſequūtur Iac. de Are. Bart. & communiter alij in l. 1. §. ſin autem ad deficientis (quē §. Bar. expedit in §. ubi autem) C. de cad. tollen. Bar. in l. re coniuncti, num. 55. ff. de leg. 3. quem communiter ibi ſequuntur Doct. ut inquit ibid. Ripa num. 194. idem Bar. in l. quæ conditio, numero 3. ff. de cond. & demonſt.

Plura poſſem hic, circa iſtam prohibitionis alienationis ex fideicommiſſo materiam, complecti; ne autem longius faciam, illud unum attingo, quod pariter ad inſtitutum noſtrū ſpectat, (cętera tu uide in locis ordinarijs precitatis penes Doctores.) Et hoc eſt, quòd bona ſiquidem fideicommiſſo ſubiecta alienari prohibentur, prout ſupra dictum eſt; ſed iſtud procedit, cum alienatio per ſcientem, & ſcienti rem fideicōmiſſo ſuppoſitam, fieret;

at ſi

at ſi per ignorantem, vel ignoranti, valeret alienatio, ita ne retractari poſſet; ſed bene alienans ad æſtimationẽ teneretur, prout eſt tex. valde notab. in l. fi. §. fi. de leg. 2. quẽ tex. Bart. d. l. 3. d. §. pen. nu. 2. C. cõia de leg. inquit, ad hoc eſſe, & ſingularẽ, & multũ notandũ, quod in d. l. 3. §. ſed quia, cũ aliquibus ad regulã noſtrã limitationib. tradit, & clarius explicat Iaſ. ſub nu. 4. verſ. Quartò notab. limita, & quib. in locis penes Iaſ. pleni° circa huius limitationis materiã vide, cũ Imo. & Pau. de Caſt. in d. l. fi. d. §. fi. & in l. quidã ita. §. ſi quis fil. ff. ad Treb. & Alex. in d. l. Marcel. d. §. res, q̃, ad Treb. tradit & Soc. conſ. 75. nu. 16. vol. 1. Porrò ob ipſam confirmandã fallentiã, facit tex. in l. fi. ff. de tranſact. & in l. 1. in fi. cũ l. ſeq. ff. depoſiti. & ideo Ang. in d. §. res, quæ, & in d. l. 3. d. §. ſed quia, inquit cautum eſſe debere actoris aduocatũ, vt alienationis, & acquirẽtis ſcientiam deducat, aliàs ſuccumberet, attẽto, quia in dubio ignorantia præſumitur, & maximè in acquirente. l. verius. ff. de probationib. Et certè lĩtationẽ iſtã cordi tibi eſſe ſp admoneo, nam magna eſt, & talis, q̃ gloſſat oẽs leges loquentes de ꝓhibitionis materia, vt dicit Bal. in c. qm̃ frequẽter. §. in alijs, vt lite non conteſt. Non omitto tñ ad ſtudioſorũ plenioré ſatiſfactionẽ, ab Ant. Gabr. in 4. lib. cõcl. tit. de fideic. concl. 9. & 10. accuratè fuiſſe duo hæc capita tractata: Nũquid. ſ. fideicom. per alienationis prohibitionẽ cenſeatur inductũ: Et an alienare prohibit° poſſit hr̃dem inſtituere. Et primũ quidẽ caput per quatuor caſus examinat: Quorũ primus eſt, qñ quis ſimplr̃ fuit prohibitus alienare, abſq; cã. Tunc. n. concludit, nõ inductũ cenſeri vllo pacto fideic. Secundus eſt caſus, qñ alienationis prohibitio eſt facta ſimplr̃, nõ dicto, extra familiam; ſed benè dicto, vt res in familiam relinquatur: Quo ſanè caſu tradit magis eſſe com. opin. non eſſe inductum fideicom. niſi in caſu alienationis. Terti° eſt caſus, quando teſtator ſimpliciter prohibuit alienationem extra fam. non adiecta cauſa, vt bona in fam. remanerent; & tunc pariter concludit magis eſſe com. opi. induci fideicom. tãtum in caſu alienationis, nõ in caſu mortis. Vltimus eſt caſus, quando expreſſè fit prohibitio alienationis extra fam. cum ratione, vt bona in familia relinquantur; Quo quidem caſu magis communiter receptum concludit, inductum fideicom. tam in alienationis, quã in mortis caſu. De hac quoq; materia tractat Rol. à Val. conſ. 23. nu. 14. vbi ipſe quinque ad id facit concluſiones, quem oĩno vide cũ pluribus nu. ſeq. vol. 4. & de hac etiã materia tractauit, ſed nõ ita late, ipſe Rol. in eo. vol. conſ. 34. nu. 64. cum duob. ſeq. tractauit & Fran. Mant. in 6. lib. de coniect. vlt. volun. tit. 14. nu. 24. Secũdũ caput, An alienare prohibitus poſſit hæredem inſtituere, per tres caſus elegãter examinat Gab. in d. concl. 10. Prim° eſt, quòd ſi quis prohibitus eſt alienare nõ in certũ, vel extra certum perſonarum genus; ſed ſimplr̃, & abſolutè, hæredem inſtituere poterit; nam hmõi alienatio neceſſaria, & non voluntaria cenſetur. Scdus eſt caſus, cũ quis ſit alienare prohibitus extra certũ perſonarũ genus, puta extra fam. & tunc prohibitus alienare hr̃dem inſtituere non poterit extraneũ non ſuc ceſſurũ ab inteſt. Tertius eſt caſus, quòd regulr̃ per prohibitionem alienationis à teſtatore factã, non dr̃ prohibita ſucceſſio ab inteſtato: Qd ampliat in fine, & ſi concurreret duplex prohibitio, quia non per hoc excludit alienatio legalis, & neceſſaria, ſcdm Ruy. cõſ. 89. nu. 37. volum. 2. & iſta duo capita tractat ipſe Gabr. cũ ſuis ampliationib. & limit. vbi vide. Et iſta ſufficiant in tractatione nr̃a, Et iſta ſufficiant in tractatione nr̃a, quo ad iſtud primum caput, de bonis, quæ alienari prohibentur; reſeruato inferiùs generali remedio, quo bona inalienabilia poſſint alienari. Marit° † pariter, quã 3
uis

uis dotalis prædij dominus ſit, lege, doce ancillam, ibi Iacobus Butr. Bar. & alij C. de rei vendicatione, & Inſt. quibus licet alienare, in princ. glo. & Doctores, in lege, in rebus. C. de iure dotium, Decius conſilio 645. numero decimotertio. Papienſis in forma libelli, quo uxor agit ad dotem, & uſumfructum. in verbo, ac etiam Caſtrum. Lamb. ſub nu. 2. verſ. ad vnum tamen aduerte. & hęc eſt communis opin. Salyc. in d. l. in rebus, nu. 5. Alex. conſi. 106. lib. 5. Bal. nou. in tract. de dote, par. 8. prin. 8. nu. 1. & in l. 1. nu. 227. ff. ſolu. mat. copioſè Arius Pinel. in l. 1. par. 3. num. 13. C. de bon. matern. quoſque ad hunc effectum cita uit Ema. Soar. in ſuo Theſ. recep. ſen. litera, D. nu. 323. Attamē prædium iſtud ipſe maritus alienare nequit. l. fundus. §. 1. & l. ſeq. ac l. ſi fundum. ff. de fun. dot. Quod procedit, etiam ſi mulier cōſenſum præbeat, vt in l. 1. §. & cum lex. C. de rei vx. act. & Inſt. quib. alien. licet, in prin. & in illis locis cōiter Doct. Pap. vbi ſupra, ſub num. 1. Fran. Marc. deciſ. 427. nu. 1. par. 1. Id enim procedit, tum ob ſexus muliebris fragilitatem, vt in fi. principij. d. tit. Inſt. quib. lic. alien. tum
4 etiam, quia † ad Rempublicam ſpectat, vt dotes mulieribus conſeruētur. d. l. 1. ſolu. mat. ſuper hac materia hic vlterius non inſiſto, cum latè de ea ſim tractatu rus infra in litera, F. caut. 95.

5 Itidem † tutores, & curatores minorum res ſine prætoris decreto alienare nequeunt; quod quidem decretū cau-
6 ſa cognita interponi debet; & † minori (non obſtante iudicis decreto) in integrum reſtitutio reſeruatur, qñcunq; iudici ipſi obreptū eſſe probari poterit. l. 1. ff. de reb. eorū. l. & ſi præſes, iuncta. l. ob ęs. C. de pręd. min. Et hæc vera, niſi minor 25. annis, quatuordecim autem maior, in contractu iuraſſet, quia tunc iuramētum illud faceret, vt contractus inuiolabiliter cuſtodiretur, ut eſt tex. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. Bart. in l. 2. num. 12. C. de reſcin. vend. Borgn. Caualc. cum alijs, in tract. de tut. & cur. nu. 268. & idem procedit in pupillo doli capace, ut eſt tex. in cap. literis, & ibi gloſ. ex. de ſponſ. iuncto cap. 1. de del. puer. ad idem tex. in l. fin. ff. de liber. cau. Bar. in d. auth. ſacr. puberum, nume. 9. vbi dicit ita communiter tenere Doct. Abb. conſi. 39. vbi & ipſe communem ait; idque multis adductis authoritatib. cōprobat Laur. Chircou. in 3. cent. com. concl. conclu. 1. vbi quoque cōem docet; receptiuſq; teſtat' Mic. Graſ. in ſuis cō. opi. c. 7. Iuramentum. q. 13. verſ. cōtrariū, & c. 9. Tutela, & cura. q. 34. verſ. Amplia hoc etiā, lib. 1. & de qua materia pcipuè tractabo infra litera P. caut. 222. An aūt minor iſte iureiur, cōtrahens, & de beneficio reſtitutionis in integ. certior non factus, beneficium reſtitutionis habeat, latè diſcutiam infra litera, M. Caut. 161. Cętera circa alienationē, quæ ſine ſolennitatib. requiſitis, de bonis minorū fit, vide Borgn. Caualc. d. tract. de tut. & cura, nume. 170. cum nonnullis ſeq. ubi ipſe latè. Et † ge 7
neraliter oēs, qui vel obligatas res hñt; vel earum pleno iuro dñi non ſunt, in alterius præiudicium res ipſas alienare non pñt, arg. l. id quod noſtrū. ff. de reg. iuris. Vt aūt res quoquo modo alienari prohibitę, in aliū transferri poſſint, fraudē adhibet Bar. in l. 3. §. itē q̄ri, per eum tex. nu. 2. ff. de reb. eor. Quod † ſ. aliqs 8
ſubijciatur, qui rē petat, & ille, qui alienare nequit, ſe vinci patiatur; ad quod ēt facit tex. in l. 1. ff. de fundo dot. & eādem ponit caut. Bar. in d. l. peto, d. §. prædium, nu. 3. de le. 2. ibique Bal. & Imo. & uide Bald. in l. fi. §. & ſi præfatā, in q. 4. C. de iure, deliber. & in auth. ei, qui. C. de bon. auth. iud. poſſid. Alex. conſil. 23. lib. 1. Rip. poſt Bar. in d. §. Diui. nu. 59. vbi ſub num. 60. ex Ang. Imo. Alex. Iaſ. & alijs demonſtrat cōem eſſe opin. quòd ſententia contra prohibitum alienare, nocet ei, etiā nō citato, in cuius fauorem

uorem prohibitio tendit. Quæ ſanè cautela ad gehēnam ædificat; Ideo ea non vtaris hortor. Si quis auté prætermiſſo Dei timore, abuſus fuerit: Tu, de cuius agitur præiudicio, contra hác cautelam ire poteris, ſi probabis dolo quem eo modo poſſidere deſijſſe; non culpa; quia ad vnguem non ſufficeret, vt & Bar. idem d. §. itē queri, per Dyn.
9 ita ſubiungit. ſcias † tamen, quòd etiá ſi tantum culpam eius, qui per ſententiam alienari paſſus eſt, probaueris, veram æſtimationem, quanti res valuit, conſequi poteris, arg. l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. non autem in litem iurabitur, etiam ſi illi lata culpa imputari poterit; licet aduerſus eum, qui dolo poſſidere deſijſſet (vt eſt tex. & ibi not. glo. & communiter ſcrib. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur.) iurari poſſet; communemq́ue pariter eſſe opin. dicit Plotus in tract. de in litem iur. §. 49. num. 13.

## Caut. XV.

### De iniuriarum intentanda actione, aduerſus eum, qui per calumniam accuſauit.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſans per calumniam, qua pœna hodie teneatur, & quali debeat eſſe aduerſus calumniatorem, ad hoc, vt de calumnia conuincatur, probatio.*

*Et calumnioſe accuſatus, quo remedio vtatur, vt facile contra calumniantem ſibi ſatisfaciat, nu. 2.*

3 *Separatorum ſeparata eſt ratio.*

4 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

CAlũniator † olim ad ſupplicij ſimilitudinē tenebatur, hodie autem de cõſuetudine pœna extraordinaria cõdemnatur, 1
quæ ſtat in iudicis arbitrium, & ad hoc vt quis calumniatoris pœna extraordinariè puniatur, concludens probatio de calumnia falſaque accuſatione requiritur, Bos. in tit. de præuar. calum. & tergiu. num. 8. Hancq́ue rem plene declaraui ſupra in prima caut. Verum vt quis accuſatus contra falſum accuſanté ſe valeat abſque dicta calumniæ concludenti probatione reparare, remediũ eſt, per quod calumniator pęnam debitam non euadet; vt ſcilicet accuſatus iniuriarum agat actione, &
obtinebit, † etiam ſi iniuriam minime 2
probauerit; & etiam ſi accuſator ſe à calumnia excuſaret, vt per Alex. conſilio 11. numero 4. vol. 1. & quam cautelam docet Aegid. Boſſ. in tit. de accuſa. num. 20. & d. tit. de præu. dictoq́ue num. 8. & allegat etiam pro hac re Socin. conſ. 118. qui id ipſe ponit ibidem ſub numero 12. vol. 1. & quinque firmat fundamentis, quę quidem vrgentia ſunt; quodq́ue ex ipſis Alex. Soc. & Boſſio tradit Menoch. de arbitris iud. lib. 2. caſu 331. nu. 303. Et ex hoc remedio obuiá ire poteris excuſationi, quam faceret quis ab imputatione præſumptæ calumniæ, de qua dixi in d. caut. 1. Contrà tamẽ, quod ſi quis a calumnia excuſatur, ab iniuria etiam excuſatus remaneat, ſenſit Cæpo. conſilio crim. 70. in 3. dub. ſed Socini opinionem tuendò breuiter reſpondere potes; quod ex quo calumniantium, & iniuriantium diuerſa cauſa eſt, ſepara
torum † ſeparata eſt ratio; & ideo 3
excuſationes, quæ in cauſa calumniæ introductę ſunt, in cauſam iniuriarum non veniunt commiſcendæ. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. fi. ff. de calum.

ſum.ad idem eſt text. in l. centum Ca-
puæ,uer ſic. neque enim.ff.de eo,quod
cer.lo.in l.naturaliter.§.nihil commu-
ne,& in l. permiſceri. ff. de acquirenda
poſſeſ. quam etiam conſiderationem
habuit Socin.d.conſ.118. ſub d. num.
12. verſicu. vnde dicamus in caſu no-
ſtro. Circa tamen hanc rem cogi-
ta, quia ſine aliqua difficultate non
tranſij;& certè magna eſt vtriuſq; Do
ctoris authoritas;ſed valde fundamen-
ta Socini urgent;nec mihi videntur ita
ſtringere in terminis ſuis fundamenta
Cępollæ,pręterquam in eo loco, dùm
dicit, quòd qualibet cauſa à dolo ex-
cuſat; ad quod tamen reſponderi po-
teſt, Quod cauſæ illæ negocio exclu-
dendæ calumniæ directo inhærent; &
ideo nimirum, ſi calumniæ præſum-
ptionem tollunt,ideſt ſcientiæ falſę ac
cuſationis præſumptionem,quæ in ca-
lumnia requiritur, vt not. in lege 1.
in princip. ff. ad Turpil. Sed quatenus
ad negotium iniuriæ præſumptionis
tollendæ ſpectat, illæ cauſæ non con-
cludunt; licet enim quis ex cauſis ſu-
pradictis ad accuſandũ motus ſit, per
id tamen non fit, quin præſumatur,
quod iniuriandi animum habuerit, vt
omnes,& ſingulas conſiderando,& in
iuriatum caſui applicando facilè co-
4 gnoſces;& ideo † non probat hoc eſſe,
& cat. l. neque natales. C. de prob.&
l. non hoc,C. vnde leg.

## Caut. XVI.

### De delegatione cauſarum meri, & mixti imperij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Meri, & mixti imperij cauſæ regula-
riter delegari nequeunt; ſed iuſtis im
pedimentis delegati poßunt. Quòd in
tellige vt num. 2.*
*Limitaq; non procedere hodie de con-
ſuetudine. num. 7.*
*Item limita non procedere de iure ca-
nonico, nume. 8. Et alio modo limi-
ta,vt num. 9.*
*Statutum ut locum habeat, qualitas in* 3
*eo requiſita apparere debet.*
*Meri, & mixti imperij cum delegantur* 4
*cauſæ, quomodo fiet, vt impedimen-
ti iuſti qualitas requiſita non ſit pro-
banda.*
*Iudicis aßertiuis verbis ſtabitur, donec* 5
*contrarium probetur.*
*Lex multum confidit de ſuo miniſtro.* 6
*Delegatus Principis an meri, & mixti* 9
*imperij cauſas ſubdelegare valeat.*
*Contumacem quem non dici ob ſuam
aut ſuorum infirmitatem, ſub nu. 1.*

CAuſæ meri, & mixti 1
imperij regulariter
delegari nõ poſſunt,
niſi caſus interue-
niat neceſſariæ ab-
ſentiæ, longæ infir-
mitatis, aut alterius iuſti ſimilis impe-
dimenti, de quibus penes Doct.in l.1.
per cum text.ff.de offic. eius, hocque
amplia vt non modo pro infirmitate
propria procedat, ſed etiam pro infir-
mitate ſuorum, per c. communis, &
ibi gloſ. not. in verbo,ſuorum, 23.di-
ſtinct. quam gloſ.commendat Abb. in
c. quærelam, colum. 1. ex.de procur.
Alex. in l. quæſitum,nume. 7. ff. de re
iudic. dùm per text. & gloſ. in d. ca-
pi.communis, in propoſito eius legis
inquit, quòd à contumacia excuſat nõ
modo infirmitas propria, ſed & ſuo-
rum. Idem tradit, quod in propoſi-
to noſtro dicimus, Iaſ. in d.l.1.in prin.
nume. 83. & ſub nume. ſeq. de offic.
eius,& Io. Bernar. Diaz reg.517.ver.
Amplia. Cõtrarium tamen tenet Phil.
Dec. in d. l.1.in princip. ſub num. 74.
de offic. eius.
Iuſti † autem impedimenti quali- 2
tas,

tas,tunc,cū dictæ cauſæ demandantur, apparere debet, per tex. in l.prætor. §. docere. ff. ui bon.rapt. & not. Bartolus in lege prima §. 1. ff.ne quid in flum.publ. Ex quo etiam uidemus,
3 quòd † ad hoc, vt ſtatutum locum habeat, qualitas in eo requiſita probari debet, ut per Bart. in modo d. §. 1. & Ioan. Andr.in cap.1.de hom. in 6. expreſsè tradit Dec. conſ.18. ſub nume. 4.conſ. 222.nume.2. conſ.261.nume. 2.conſ.356.nume.4.conſ.524.nume. 1.conſ.550.nume.4.conſ.589.nume. 7.conſ.626 nume.4.conſil.661.num. 4. & Rolan.à Val. conſ. 45. nume. 9. Verum vt impedimenti qualitas iſta probari non contingat,remedium eſt,
4 quòd † iudex in delegatione dicat, Delego iuſtis de cauſis impeditus, & maximè de neceſſaria abſentia mentionem
5 faciat, nam in † his eiuſdem iudicis verbis aſſertiuis ſtabitur,donec contrarium probetur, ita Doctor. tenent,poſt Gul.de Cun. & Alberic. de Roſ.in d.l.1.de offic.eius,quos refert, ac ſequitur ibi Alexan. verſic.Sed iux. hoc quæritur. nume. 55. dicens iſtud eſſe menti tenendum, quia aliquando ex ſtatutorum forma Notarij, vel officiales alij alium ex cauſa ſubſtituere poſſunt,nam officiali cauſam aſſerenti creditur, ad quod etiam uide ipſum Alexan.conſ.34.conſultus, uolum. 4. Dec.in d.l.1.in prin.de offi.eius,num. 69.ſub quo nume. reſpondet ad Iaſonis obiecta contrarium tenētis, & ſub eodem nu. hanc opinionem communem innuit, iſtud etiam antea tenuit gloſ.in cap.paſtoralis,in uerſic.exonerare, (quam ſequuntur omnes) de offic.deleg. Bald. in l.imperium, colum. 4 verſic.quarto quæro ff. de iuriſdict. omn.iud.& in rubr.de offic.deleg.col. vlt. refert, & ſequitur Thom. Ferratius Brixien. caut. 21. ſub nume. 1. & penè per tot. & caut. 60. quæ eſt caut. ult. ſub nume. 7. & eandem ſentētiam ſequitur Rolan. à Valle conſilio quinto, nume. 23.volum. 1. communemque tradit Alc. in c. quod ſedem, nor. 2.nu. 17.de offi.ord. quem refert Villalobos in ſua collecta comm. opin.in litera O.num.27.Et facit pro hoc, q̄a
† lex multum cōfidit de miniſtro ſuo. 6
c.bonæ.j.de elect.c.in pręſentia, de re nunr. cum ſim.

Quę † autem dixi de iudice delegā- 7
te, de iure ſcripto procedunt, & utilia erunt, ſi fortè in aliquibus locis huic iuri non derogauerint gentium mores, ac ſi fortè erit ſtatutum in ciuitate, quòd in talibus cauſis talis iudex ſolus debeat iudicare, & cauſam corā eo vertentem delegare nequeat, vt in caſu,de quo Ferrat.d.cau. 21. qui circa fin. ait ſe in facto obtinuiſſe,dū Paduæ coram Iuriſtarum Rectore litem haberet: Itidem in oībus ēt locis ad abundantem cautelam proderūt iſta. Nā hodie iuri illi ſcripto generalis cōſuetudo derogauit,quæ induxit, vt indiſtinctè meri, & mixti imperij cauſæ delegari valeant, etiam quò ad vltimi ſupplicij pœnam, ſi credimus Decio in d.l.1.in prin.nume.65.de offi. eius, poſt Alb.ibi,col.pen. Cagn. in l.nemo poteſt gladij,in fin. verbis. ff.de regul. iuris,& in ſuo exercitatorio libello,fo. 78.cap.11.quem refert,& ſequitur Iul. Clarus,in pract.crim.§. fin.quæſt. 41. circa princ. Itidem ſcias; quòd † ea, 8
quæ circa prohibitionem delegationis earum cauſarum de iure ſcripto procedere dixi, iure Cæſaris locū obtinent, ſed de iure Canonico ſecus eſt, nā eo iure cauſæ meri, & mixti imperij delegari poſſunt. d. cap. quod ſedem, & ibi gl.& Doc.de offic.ord. gl.in clem. 1.de offic.deleg.Innoc.in c.uenerabilis, & in c. ſuper quæſtionum, in uerbo,delegare,de offic.deleg. Alexan.in dic.l.1. nume. 91. de offic. eius, & in l.imperium, nume.24.ff. de iuriſ. om. iud. ubi ait iſtam eſſe magis commu-

nem concluſionem, idem Alexan. con ſil. 106. colum. penult. uolum. 2. Socin. reg. 117. in ultima fallen. Bened. Cap. reg. 76. nume. 12. (niſi eſſet electa per ſonæ induſtria. cap. quoniam. §. is autem, de offic. deleg. l. inter artifices. ff. ſolu. matrim. l. 1. §. ne autem. C. de caduc. tollen. Pau. de Leaz. in d. clem. 1.) & ſimiliter poſſe regulariter de iure Pontific. cauſas meri, & mixti imperij delegari, habes apud Rober. Marã. de ord. iud. par. 4. diſtinct. 5. nume. 62. vbi etiam nume. ſequ. ſubdit ex Iaſonis mente in d. l. 1. de offic. eius, magis eſſe communem opinionem. Quod
9 † a Principe delegatus meri, & mixti imperij cauſas has ſubdelegare poteſt, & hæc fuit opin. gloſ. per eum tex. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. quam ibi ſequuntur Barto. Bald. & Angel. Bartol. poſt Gul. de Cuñ. in d. l. 1. nume. 10. de offic. eius, & ibi quoque Bald. Gul. de Cun. & Bald. in d. l. imperium, Angel. conſ. 196. in cauſa accuſarionis, Card. Florent. in cap. in archiepiſcopatu, extra de rap. Innoc. in d. cap. uenerabilis, & cap. fin. de offic. deleg. & Abb. ibi, Abb. & Ioan. de Imo. in d. cap. quod ſedem, de offic. ord. Iaſ. in l. a iudice, ſub nume. 11. verſic. tene contrarium, in 4. limit. C. de iud. Franciſ. Marcus deciſ. 317. nume. 22. par. 1. & iſtam communem eſſe tradunt opinionem, præter Iaſ. & Marantam in prędictis locis, Iacobus Butrig. quem refert Io. de Ana. in dicto cap. in archiepiſcopatu, à qua inquit non eſſe in iudicando recedendum, Paul. de Caſt. in dicta lege prima. C. qui pro ſua iuris. quos refert Apoſt. ad Alexan. in d. l. 1. de offic. eius, poſt nume. 81. in verbo, & hanc partem, litera B. communem pariter ait Dec. in modo citata l. 1. circa fin. Bened. Cap. d. reg. 76. nume. 3. Baptiſt. à Villalob. poſt eos, quos alleg. in ſua collecta com. opin. litera D. nu. 37. Mich. Graſ. in 2. lib. communiũ opinionum c. 8. Iudex. qõ. 11. Eman. Soar. in ſuo Theſ. recept. ſen. litera D. nu. 32. ubi vide cum ſuis fallentiis ad hoc; & aliis hæc placuit ſententia, quos refert D. Iac. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. q. 54. nume. 16. Qui tamen in contrariam partem inclinans, & altè iſtam materiam pertractans, ſingulis pro hac concluſione argumentis reſpondet. Ego ulterius non progredior, ne fruſtra oleum, & operam (vt aiunt) perdam: cum, ut dixi, conſuetudo obtinuerit, ut omnes cauſæ poſsint delegari.

## Caut. XVII.

### De actionum ceſsione, & qualiter fiat, ne ceſsio ſimulata præſumatur.

*SVMMARIVM.*

*Ceſſio actionum, & iurium quandoque ex vltima voluntate, quandoque pacto fit.*

*Actione legata, ſeu ceſſa per legatum, ſi nondum in iudicium deducta erat, an legatum teneat, ibidem.*

*Hæredem inſtituens, aut actionem legans non tenetur ædicto de alien. iud. mut. cau. facta.*

*Salutis ſuæ quis in mortis articulo immemor non præſumitur, ſub d. num. 2. verſ. vbi & aliam.*

*Alienare dicitur, qui per vltimam uolũtatem relinquit, ſub d. num. 2. verſi. & tamen.*

*Princeps quæſito colore litigij hęres inſtitui non poteſt, & fraus pręſumitur in eius inſtitutione, non in potentioris priuati inſtitutione, ſub nume. 4. verſ. etenim.* 3

*Calum-*

4 *Calumniæ facultas ex principali maie-
ſtate capi non debet.*
*Lex, nolumus. C. de teſt. declaratur, ſub
nu. 4. verſ. Quia autem.*
5 *Actione legata, ſeu ceſſa per legati mo-
dum, an legatum valeat, quando iam
eſt in iudicium deducta, & an ad lega
tarium, vel ad hæredem eius proſecu-
tio ſpectet.*
6 *Litis euentus legatario relictus intelli-
gitur, cum actio iam in iudicium dedu-
cta eidem relinquitur: liti tamen in-
tereſſe tunc poteſt, ne hæres cum reo
colludat.*
7 *Actione ceſſa per pactum in potentio-
rem non valet, & cedens actione pri-
uatur, ac ille potentior ſe in actione
immiſcens, iudicis officio extraordina-
riè punitur.*
*Intellige, vt nu. 10.*
8 *Potentior, cui ceditur actio, quis dica-
tur*
6 *Tutori, vel curatori ſi fiat ceſſio, in potē
tiorem facta dici poteſt.*
*Ceſſio in clericum facta, quando in po-
tentiorem facta videbitur, ſub num. 9.
verſ. Similiter.*
10 *Ceſſio ex pacto in non potentiorem fa-
cta, nunquid valeat, quando iam eſt
in iudicium deducta, & quid eo caſu ſer
uetur, & caſus enumerātur, in quibus
ceſſio illa, iam in iudicium deducta, va-
lere poſſit. verſ. Attamen.*
*Fideicommiſſo ſuppoſita bona licet re
gulariter alienari nequeant, tamen
ob dotis reſtitutionem factum tale fi-
deicommiſſum in liberos, alienari in
ſubſidium poteſt, ſub nume. 11. verſic.
Quatenus.*
*Dotis conſtitutioni priuilegia conceſſa,
videntur etiam conceſſa dotis reſtitu-
tioni, ſub nu. 11. verſic. Etenim potiſ-
ſima.*
12 *Ceſſio per pactum facta actionis eius,
quæ ſit indubitata, id eſt nondum in iu-
dicium deducta, quando valeat, & nu
me. 15.*

*Plus valere quod agitur, quam quod ſi* 13
*mulatè concipitur.*
*Simulata, quando ſit ceſſio, & quando* 14
*non.*
*Et quæ ſint ſimulationis indicia, ſub
nu. 15. nu. 16. 17. 19.*
*Notarius quomodo ceſſionis inſtrumen* 18
*tum, ne ceſſio ſimulata præſumatur, cō
cipere debeat.*
*Ceſſio pacto facta inter cohæredes, vel* 20
*creditori facta pro debito, vel poſſeſſo-
ri pro rerum, quas poſſidet, tuitione, ſi
mulata non præſumitur.*
*Item & retractari nequit, cum ſit de-
bitore præſente, & non contradicente,
& an pauper contra maiorem, quē ti-
met, cedere valeat, remiſſiuè, ver. vnū.
& verſ. An modò.*
*Ceſſione donationis titulo facta ſub ſpe-* 21
*cie meritorum, & ſeruitiorum a ceſſio-
nario habitorum, an merita probanda
ſint, & nu. 23. 24. 25. 26. 27. 28.*
*Ceſſio actionis indubitatæ per dona-* 22
*tionem facta, quomodo concipi de-
beat.*
*Enuntiatiua verba inter eaſdem partes* 23
*fidem faciunt, ſecus inter diuerſas per
ſonas.*
*Qualitas probanda eſt, cum aliquid pro* 24
*fertur cum aliqua qualitate.*
*Qualitatem actus qualificati non pro-* 25
*bans, obtinere non poteſt.*
*Qualitas ſi eſt priuilegij cauſa, probari* 26
*debet, antequam priuilegium compe-
tat.*
*Impedimenti iuſti qualitas apparere de* 27
*bet, cum cauſæ meri, & mixti imperij
delegantur.*
*Statutum vt locum habeat, qualitas in* 28
*eo requiſita apparere debet.*
*Cauſa vbi non conſideratur, nec eius ef* 29
*fectus debet conſiderari.*
*Ceſſionarius an in ceſſione procurator* 30
*in rem ſuam neceſſario conſtituendus
ſit, & ad abundantem cautelā vt pro-
curator in rem ſuam conſtituatur, cōſ.
datur, nu 35.*

31 *Ceſsio ne ſimulata credatur, quibus con*
*ſilijs vteudum ſit, remiſsiuè.*
*Alia habes conſilia, nu. 18. & ſub nu.*
*19 verſ. Quibus attentis.*

32 *Ceſſionum. fiendarum formæ remiſsiuè.*

33 *Ceſsionarius propriè creditor dicitur,*
*& habet priuil. creditoris, ac dominus*
*dicitur.*
*Limita nu. ſeq.*
*Libellus ſi in concluſ. remedium inten*
*tatum continebit ſufficies. ſub num. 17.*
*verſ. Pro confirmanda.*
*Fiſcus bona in eius fraudem alienata*
*recuperare volẽs tenetur emptori red*
*dere precium, ſub num. 11. ver. ex quo*
*& communis.*

1 CESSIO actio-
num, & iuriũ quã
doq; ex vltima vo-
luntate, quandoq;
pacto fit, ut per
Azo. in ſum. C. ne
lic. poten. nu. 3. gl.
in l. 1. C. eod. Spe-
cul. in titu. de ceſsio. actio. §. 1. in
prin.

Primo caſu, ſi actio legata, ſeu ceſ-
ſa nondum in iudicium deducta erat,
tunc ceſsio ipſa ualet. l. nomen debito-
ris. ff. de legatis tertio. Nec diſtin-
guendum uidetur, an in potentiorem
fiat hoc modo ceſsio, nec ne, ut pro-
bat text. in l. ex hoc ædicto. §. aliena-
re. ff. de alien. iud. mut. cau. fac. ubi di-
2 citur, quòd † hæredem inſtituen-
do, vel legando quis adeò non alie-
nat, vt illo teneatur ædicto; ſed (vt
inquit ibi gloſ.) ita alienanti parcitur,
quia dolus deeſt, cum id ex neceſsi-
tate faciat, ad quod allegatur text. in
dic. §. alienare, in verbo, alienet, in
lege prima. ff. de fun. dot. & facit etiam
text. in lege tertia. §. 1. & 3. ff. de rebus
eorum, & ita tenet Ioan. Andr. ad Spe-
cul. in dicto titu. de ceſsione act. di-
cto §. 1. in uerſic. debitoris, Innocen.
in cap. ex parte, in 1. colum. in uerbo
ceſsionis, extra de alien. iud. mut. cau.
fac. Bald. in l. hæreditas. C. de hæredit.
inſtituen. quod & tenere videtur Abb.
in dicto capitulo, ex parte, in fine, ubi
& aliam affert & ipſe rationem, nam
in vltima voluntate fraus præſumi
non debet, quia nemo præſumitur
immemor ſalutis ſuæ, capitulo, ſanci-
mus, prima quæſtione ſeptima. Idem
quoque tradit Petr. Duen. regu. 88. li-
mitatio. tertia. Valet igitur in ultima
voluntate, etiam in potentiorem fa-
cta alienatio, & nihilominus per
eam vltimam uoluntatem quis aliena-
re dicitur. l. peto. §. fratre. ff. de legatis
ſecundo, & l. ſi quis prioris. §. certum.
C. de ſecundis nuptijs Nec prædictis
obſtabit text. in lege penultima. ff. de
hæredibus inſtituend. cum ſimilibus,
vbi dicitur, quòd † Imperator quæ- 3
ſito litigij colore hæres inſtitui non
poteſt: nam ſoluit gloſ. ibidem, quòd
illud in Principe ſpeciale eſt, & eſt
ratio deciſiua in tex. Quia † calum- 4
niæ facultas ex Principali maieſtate
capi non oportet, quandoquidem do-
lus, omni alia in contrarium extante
ratione obſcurata, Principe inſtitu-
to, in dubio propter eius extremam po
tentiam, præſumitur, ſecus in priua-
to potentiori, dicto §. alienare, & ita
ſentit Angel. in §. finali. Inſtit. quibus
modis teſt. infir. Quia autem extat
text. in l. nolumus. C. de teſtam. qui ſe
cundum utranque eius lecturam dif-
ferentiam in hoc facere non uidetur
inter Principem, & alium priuatum
potentiorem hæredem inſtitutum, ex
quo dicendum videatur, tam ex
Principe, quam ex alio magno ui-
ro, etiam priuato, calumniæ fa-
cultatem non eſſe ſumendam, ideo
aduerte, ne decipiaris: nam dum
legitur ſecundum gloſſæ, Bart. Fran.
Tigri, & Baldi intellectum, quòd
teſta-

teſtamentum primum ualidum per aliud minus ſolenne non rumpitur, licet in ipſo ſequenti fuerit ſcriptus hæres Princeps, vel alius magnæ potentiæ uir. Dico, quòd facta ea inſtitutione in teſtamento poſteriori imperfecto, & neceſsitas non arguitur, ob præcedentem ſolennem uoluntatem, qua ſibi cauerat teſtator, & fraus legi facta manifeſtè patet, non uerò per coniecturas: Ex eo enim, quòd imperfectum teſtamentum nullius eſt ualoris, etiam Principe in eo honorato. l. ex imperfecto. ff. de legatis tertio, & l. ex imperfecto. C. de teſtamen. cum ſimilibus, nec utique per poſterius imperfectum ſub Principis, uel alterius potentioris nomine, priori perfecto fraus fieri potuit, qua quidem fraude clarè apparente, nimirum illud eſt, ſi lex tam in Principe, quàm in alio potentiori priuato procedit, nam in vtroque eadem eſt fraudis ratio, ideo & diſpoſitio eadem quo ad utrunque eſſe debet. l. illud ff. ad l. Aquil. & l. a Titio. ff. de uerborum oblig. In claris igitur coniectura ea non eſt admittenda, quòd in ultima uoluntate, propter neceſsitatem, fraus non præſumatur, etiam quo ad potentiorem, ut prædicto ædicto locus non ſit, argum. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obligat. cum ſimil. Propterea dicebam ſupra in Caut. 14. circa finem, quòd ſi in caſu dictæ l. 3. dicto §. 3. ff. de rebus eorum, de dolo conſtiterit, ille text. locum non habebit: ceſſabit enim neceſsitas, ac præſumptionis doli excluſiuę cauſa ceſſabit. cap. cum ceſſante, extra de appell. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. Similiter & non obſtat tex. in dicta l. nolumus, ſecundum Alexandri alteram lecturam, quam omnes alij doct. approbant, ut ipſe Alexan. ait, quaque dicendum uideatur, etiam in dubio dolum præſumi, cum potentior ſit inſtitutus, ſicut & in Principe, dum tex. ille intelligitur, quòd teſtamentum in ſcriptis ſolenniter conditum, non tollitur per ſequens, etiam ſolenne, ſine ſcriptis conditum, in quo Princeps, vel alius potens dicetur inſtitutus: quia reſpondeo, quòd ceſſante hæredis inſtituendi, ſicque non decedendi ab inteſtato neceſsitate, propter iam præcedens teſtamentum, in terminis ſumus, in quibus aduerſus potentiorem dolus præſumi perinde, ac in Principem, debet: ut enim cum in potentiorem facta eſt inter uiuos alienatio neceſsitate non urgente, locus eſt ædicto de alien. iud. mut. cau. fac. argum. l. non ſolum. §. ſi quis, & dicti §. alienare, cum ibi traditis. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. ita etiam ceſſante neceſsitate teſtandi, in ea ſumus cauſa, ut potentior in ſecundo inſtitutus teſtamento æquè doloſè, & callidè iuſtitutus, ac Princeps, videatur: & utranque lecturam comprehendendo, licet text. dicta lege, nolumus, in ſecundis tabulis nolit potentioris inſtitutionem priori præiudicare teſtamento, ob rationes reſpectiuè ſupradictas: non tamen in eo habemus, quòd nolit poſſe actionem in ſupremis uoluntatibus ualidis potentioribus cedi, uel nolit eiſdem legari, vel eos hęredes inſtitui poſſe in eiſdem ualidis elogiis, ideo procedet text. dicti §. alienare, nam quod non mutatur, & cætera. l. ſancimus. C. de teſtam. & l. præcipimus. C. de appellatio. Et niſi etiam extaret deciſio dicti §. alienare, nec utique illud eſſet introducendum, quod lex apertè nō diceret. cap. is, qui in eccleſia, de ſenten. excomm. in 6. & l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſoluto matrimonio. Hæcque quo ad ceſsionem in ultima uoluntate eius actionis factam, quæ nondum in iudicium deducta ſit.

Si vero † ex ultima voluntate 5

actio ea ceditur, quæ iam in iudicium erat deducta, tunc non ad legatarium, ſed ad hæredem cauſæ perſecutio, & actionis ſpectabit exercitium, & ſi quid hæres inde conſequetur, legatario præſtabit, ſi autem nil obtinebit,
6 nil dabit, quia litis † euentus legatario relictus intelligitur, legatarius tamen liti intereſſe poterit, ne hæres cũ reo colludat. authen. nunc ſi hæres. C. de litig. & ita quoque ex d. authen. tradunt Specul. in d. titu. de ceſſ. actio. dicto §. 1. circa prin. & Abb. in d. ca. ex parte, nume. 3. quique doct. admittere videntur, quòd hoc etiam caſu in potentiorem (excludo ego Principem) ceſsio fieri poſsit, & certè hic quoque eædem, quæ ſupra, concurrunt rationes, & facit tex. d. l. nomen, quem & ad hoc indiſtinctè allegat Abb. d. cap. ex parte. d. nume. 3. & in fi. ad quod etiam tu vide d. §. alienare, & quæ ſupra tradita ſunt. Cæterum in ſecundo caſu principali, videlicet ſi actionis ceſsio inter uiuos ex pacto fiat, eſt ita ſubdiſtinguendum. Nam aut po-
7 tentiori fit, aut non: ſi potentiori, † nõ ualet, imò qui ceſsit amodo non agit, & potentior ſe immiſcens extraordinariè iudicis punitur officio, hæc probantur cap. 2. & ibi vide gloſſ. in uerſicu. ſanctiones, circa hanc noſtram materiam notabilem, extra de alien. iud. mut. cau. fac. & in l. 1. & ſequen. C. ne lic. pot. Duen. d. regu. 88. in princip. vbi circa regulam hanc & ampliationes, & limitationes nonnullas tradit, inter quas limitationes in ſpecie vide, & nota bene quintam, quam affert: in caſu tamen etiam qui in potentiorem transfert, pœna dupli tenetur, vt infra dicam, uerſicu. Pro-
8 pterea, ſub nume. 11. Potentior † autem hoc in caſu ille dicitur, qui publici officij, cui præeſt, ratione potentior eſt, vt quia eſt dominus, vel magiſtratus, vel alius, cuius officij occaſione terribilis aduerſario apparere poteſt, vt l. 1. C. de his, qui pot. nom. l. ſi per impreſsionem, & l. finali. C. quod metus cauſa. l. 1. C. ſi rector prouin. & l. 1. C. ſi quac. prædit. poteſta. Secus autem eſt, ſi aliter, quàm officij ratione, quis potentior ſit, ut per Specul. in d. titu. de ceſſ. act. dicto §. 1. verſicul. Cæterum, ſub nume. 1. facit Azo in d. ſum. C. ne lic. poten. nume. 1. Ideoque † facta in tutorem, 9
ſeu curatorem ceſsio in potentiorem facta dicetur, ratione officij, quod ſupra pupillum, & minorem habet, unde aduerſus pupillum, vel minorem ipſi tutori, vel curatori cedi non poterit, vt in authen. minoris. C. qui dare tut. poſ. Socin. iun. conſil. 148. nume. 13. & 14. uolum. 1. quem ad id refert Duen. d. regu. 88. ampliatione 6. Similiterque ceſsio facta in clericum habentem de iure, & de facto, in laycum poteſtatem, vt in prælatum, cui laycus ſubſit, potentiori facta uidebitur, vt per Innocen. Hoſtien. Abb. & doct. communiter, ut inquit ipſe Abb. in dicto cap. ex parte, nume. 2. ſub quo nume. ideo tenet, quòd in Epiſcopis, & prælatis habentibus ſuper laycos iuriſdictionem ſpiritualem, idem procederet; cum prælati hi, propter eorum iuriſdictionem, ſatis poſſent ſimplici layco uultum oſtendere terribilem, quod & tradit, ac ſequitur Duen. poſt eos, quos præter Abb. refert, in dicta reg. 88. ampl. 4. Sed † quod dictum eſt, 10
factam ex pacto in potentiorem ceſſionem non ualere, ita intelligi debet, ſi quis ea cedat intentione, ut potentior, & terribilior appareat: ſed ſi bona cedatur fide, ualet ceſsio. l. qui ſtipendia. C. de procur. not. Specul. in d. titu. de ceſ. §. 1. verſicu. Quod autem dixi, & Abb. in d. cap. ex parte, in fi. 1. colum. aliàs nume. 4. extra de al. iu. mu. cau. fac. Sequitur Iacobus de Sancto

Sancto Georg. in l. 1. nume. 13. C. ne lic. pot. quem ad hoc refert Duen. in præcitata reg. lim. 9. Tu igitur aduoca te ſuper ſimilibus ceſsionibus oculos lynceos habeas, ut pro clientulo patrocinium ſuſcipere ſcias.

11 Si uero † non potentiori ſit ceſsio, ſiquidem actio ſit dubitata, (ideſt in iudicium deducta. l. finali. C. quibus ad libert. procl. non lic. l. per diuerſas, & ibi gloſ. in uerbo, pro indubitatis. C. mand. Specul. in d. §. 1. de ceſſ. act. nume. 5. verſicu. aut ſit ceſſ. & Abb. in d. cap. ex parte, ſub d. nume. 4.) ceſsio ipſa non tenet, d. cap. ex parte, extra de alien. iud. mut. cau. fac. l. finali. C. de litig. & iux. gloſ. in dicta l. 1. C. ne lic. pot. & Azo ibi in ſum. ſub nume. 3. Abb. in d. cap. ex parte, ſub nume. 4. uerſicu. Si uero ceſsio ſit non potentiori, & Fran. Marc. deciſio. Delph. 248. numero 4. par. 2. ac Socin. regu. mihi 67. limit. 3. Quod autem dictum eſt non ualere ceſsionem actionis iam in iudicium deductæ, non procedere intelligit Bald. in l. 1. in fi. C. commu. diuid. cum eſſet penes arbitrum lis, Baldum refert, & ſequitur Alexã. in l. filiusfam. §. Diui. nume. 18. de leg. 1. & ita quoque tradit Euerar. in top. in loco à iud. ad arb. ſub nume. 8. uerſic. ex quo ſequitur. Non tamen quãdo penes iudicem, non arbitrum dico, actionem iam deductum quis cedit, amittitur actio, ſed ille, qui ceſsit, aget: ille autem, in quem ceſsio titu. oneroſo facta fuerit, ſi eam ſciuerit litigioſam, cedẽti reſtituere cogetur, & eius rei precium amittet, non ut cedentis lucro ſit, ſed ut etiam aliam tantam quantitatem ab eo fiſcus auferat. Quòd ſi ceſsionarius rem fuiſſe litigióſam ignorauerit, tunc irrita ceſsione, precium cum alia tertia parte, ab ipſo cedente recuperabit, ut id tradit Imper. Iuſt. in dicta l. fin. C. de litig. Nec ideo mulctam æſtimationis rei alienatæ fiſco in ferendam euadet (vt opinor) cedens, ne dicamus, quòd cum hoc in caſu plus deliquerit, mitiorem ſentiat pœnam, quàm patitur, cum emptorem non decipit, quo caſu in tantam mulctatur quantitatem, quantam emptor dederit, vt dictum eſt; unde illud non procederet, quod lex indicat, Maiora delicta maioribus pœnis, minora minoribus eſſe punienda. cap. non afferamus, in fine, & ibi expreſsè gloſ. fi. in princ. 24. quæſt. 1. eſt text. in l. congruit, & in l. diuus. ff. de offic. præſid. & faciunt tradita per glo. in l. 2. in uerbo, anno. ff. ad l. Aquil. & in §. capite tertio, in uerbo, triginta, Inſtit. de lege Aquil. Propterea uidemus, quòd in hac noſtra materia alienationis rei litigioſæ, ſi quis in potentiorem aduerſarium, ideſt in ſacrum, litigioſam dedicarit rem, pœna dupli punitur, ſecundum l. fin. ff. de litig. cum pœna tãtum ſimpli, vel ſimpli, & alterius tertiæ (ut reſpectiuè dixi) puniatur, cum non in potentiorem alienat; & ibi dupli pœnæ, propter delicti augmentum augetur, argumen. eorum, quæ tradit gloſ. in dicta lege finali, in uerbo, recipiet, uerſicu. Sed uidetur etiam duplum. C. de litig. Licet autem Bartol. in dicta lege finali. C. de litig. cum illis ſenſerit, qui uolunt tertiæ tantum pœnam hoc caſu ſentire uenditorem, cum textus de alia non exprimat; eius tamen, & aliorum opinionem (pace omnium dixerim) reprobari poteſt, quia licet hoc in caſu non exprimat textus ſenſu tamen (qui magis, quam uerba attenditur l. ſcire leges. ff. de legib.) lex ſe ad præcedentia refert, cuius pars una aliam declarat. l. utrum. ff. de petitio. hæredit. cum ſimilibus, & ideo ſuperfluum fuiſſet illud ponere, quod tacitè, tanquam expreſsè intelligitur, argumen. l. quæſitum. ff. de diſtr. pign. cum concordan. Nec obſtat ſi dica-

tur, quòd pœnæ ſint molliendæ potius, quàm exaſperandæ. l. ſi præſes, & l. penult. ff. de pœnis. Quia reſpondeo, quòd cum ſatis conſtet ex ſenſu dictæ leg. fina. C. de litig. (vt declaraui) pœnam, quam dixi, eſſe attendendam, fruſtra pœnam molliendam interpretamur, argumen. dictę legis, continuus. §. cum ita, de verborum obligationib. Sanè legis ſenſus ipſe ille eſt, qui in diſpoſitione rem manifeſtam reddit, non ipſius diſpoſitionis uerba, dicta lege, ſcire leges. legis enim mens eſt ſicut anima, & verba ſunt ſicut ſuperficies, & corpus, ut eleganter inquit Bald. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & in l. ultima, quæſtione decimaquinta. C. de hęredi. inſt. Abb. conſil. 1. ſub nume. 6. verſicu. non ſolum, & nume. 7. uolum. 1. Dec. conſil. 444. Tiraquell. in tracta. ceſſante cauſa, qui mihi eſt poſitus inter regulas Socini, & aliorum, litera. C. verſicu. legis cauſa, nume. 139. Rolan. a Valle conſil. 72. nume. 43. uolum. 1. conſil. 14. nume. 24 & conſil. 62. numero 24. uolum. 3. Dominus meus Cęphal. conſil. 16. nume. 9. Neque etiam obſtat text. in lege prima. §. ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in frau. patr. vbi habetur, quod emptor bonorum liberti fraudem participans, precium a patrono retrò accipiente rem, tanquam in eius fraudem alienatam, recipere poteſt, licet in dolo & ipſe fuerit, quia de dolo eius non diſputatur, ſed de dolo liberti, ex quo & communis illa inſurrexit Doctor. opin. quod fiſco uolente recuperare bona in eius fraudem alienata, emptori, etiam fraudem participanti, precium reſtituere debeat, Cynus in lege penultima. C. ad legem Iuliam maieſtatis, Roma. Imo. Raphael Cuman. & Iacob. de Put. colum. 6. in l. poſt contractum. ff. de don. Alexan. ad Bartol. in l. ſi debitor. ff. de his, quæ in frau. cred. contra quam concluſ. licet quidam, & Bartolus ipſe in dicta lege, ſi debitor, teneant, tamen ab eadem eſſet durum in iudicando, & conſulendo recedere, ut habes penes Picum in dicta lege poſt contractum, nume. 19. ad finem, unde idem in propoſito noſtro dicendum videatur, quòd cum non curetur hac in re (ideſt quatenus ad ipſam rei litigioſæ ſpectat alienationis prohibitionem) de fraude emptori facta, illud, in quo dicitur maius eſſe delictū, ob dolum aduerſus emptorem præſtitum, non ſit attendendum. Quia reſpondeo (omiſſo, quòd dici poteſt, emptoris etiam conſiderari perſonam circa fraudem eidem factam, quia tertia illa portio eidem tunc applicatur, propter dolum, & machinationem ad uerſus eum adhibitam, ut in tex. dicitur) primò, quòd ſi iſtud procederet argumentum, dicendum eſſet, ut ſaltē res eſſet ad eos terminos redacta, ad quos reducitur, cum ipſe emptor fraudis eſt particeps, & ſic in integram rei æſtimationem uenditor teneretur, nō in tertiam duntaxat partem, quod eſſet confundere text. qui de tertia hac parte loquitur, quem ſupra allegaui. Vel aliter & ſecundò reſpōdeo, quòd argumentum a ſimili non procedit, cum inde abſurdum reſultaret, argum. l. nam abſurdum. ff. de bon. libert. cum plurimis aliis concordantiis, de quibus Euerard. in loco ab abſurdo, numero primo. Sicque fit, ut cum iſtud abſurdum in uno ex his, quæ æquiparantur, reperitur reſultare, non dicitur argumentum a ſimili, ſed a diſsimili, quod propter diſſonantiam non procedit, iux. text. l. Papinianus. ff. de minor. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. & l. a Titio. ff. de verborum obligationibus, & optimè conferunt quæ tradit Euerar. in loco a ſimili, numero primo. Eſſet autem abſurduin in caſu noſtro, & pro monſtro, ſi prædictum

dictum procederet argum. Quoniam inconueniens illud eueniret, quòd venditor, ubi emptorem non fraudaſſet, in illam integram æſtimationem mulctaretur: cum autem fraudaſſet, tantum ſentiret tertiæ partis pœnam, quod quam dictu fatuum eſſet, tu ipſe puta, nec ideo eſt credendum Imperatorem illum Iuſtin. cuius eſt prȩd. l. finalis, C. de lit. facta mentione de tertia parte iſta emptori ſoluenda in caſu ipſius fraudati emptoris, voluiſſe fraudantem ab alia mulcta immunem facere. Conſtat igitur, quòd cum alienans inſcio recipiente rem litigioſam transfert, non modò tertiæ partis æſtimationis recipienti dandæ, ſed etiam integræ æſtimationis præſtandæ cauſa fiſco obnoxius eſt, pro quo etiam uide gloſſ. in dicta lege fina li. C. de litig. in dicto uerbo, recipiat, uerſicu. Tertij dicunt, referentem opinionem idem tenentium, quod & ego; nec eam opinio. reprobat, immo approbare videtur, cum illa ultima ſit opinio ab eadem relata: opiniones enim plures referens, ultimam amplecti uidetur, ut eſt text. qui ad hoc quotidie alleg. & ibi not. Bald. Angel. & Iaſ. nume. 3. in l. ſi idem cum eodem. §. ſi una. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. & gloſ. eſt communiter recepta, prout illam ibi ponderāt Doctor. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebellian. Cynus in lege prima. C. de ſumma trinitate, Bartolus in l. bona fides. ff. depoſ. Alexand. in l. Iulianus, in fine, & in l. non amplius. §. finali, ſub numero quarto, de legatis primo. Io. Ber. Diaz regula 514. per Curtium ſenior. conſi. 44. verſiculo, & huic deciſioni, Socinum Iunior. conſi. 46. nume. decimonono, uolum. 4. Quin & fortius cum hæc ſit æquior, & magis conueniens ſententia (ut dixi) ultimam hanc opinionem approbare gloſ. & approbare debere omnes dicendum eſt, cum etiā ſi primò in ordine ſita hæc eſſet opinio, ob æquitatem illa prior recipi deberet, ut eſt gloſ. memoriæ commendanda, in l. ſi cum exceptione. §. ſed & ſi quis, verſicu. Labeo, in uerbo, omnimodo. ff. quòd metus cauſa. pro quo allegat text. in l. placuit. C. de iud. & gloſ. prædictam, tanquam ſing. ſequitur Aret. conſil. 163. Diligenter, & maturè, colum. 4. Iaſ. in dicto §. ſi una, ſub nume. 3. in ſecunda ad hanc rem limit. Poma. ad Bar. in d. l. bona fides, in uerbo, non reſpondet. Et hæc ſufficiant quo ad illud caput, quando in non potentiorem fit tit. oneroſo rei dubitatȩ ceſsio.

Sin autem donationis titulo res ceſſa fuerit, quæ liti ſubiaceat, tunc donatarius donanti rem reſtituat, & donator ipſe in rei donatæ ȩſtimationem mulctabitur, dicta lege finali. C. de lit. prȩtermiſſa diſtinctione, utrum ſcienti, an ignoranti donatum ſit: cū enim titulus ſit lucratiuus, donatarius acquieſcere debet, tenet gloſ. in d. l. fin. in uerbo, transferens. C. de litig. huiuſque rei argumētum eſt, quod cum a donatario res donata eſſet euicta, de euictione aduerſus donantem agere nequit. l. Ariſto. §. finali. ff. de donat. & lege ſecunda. C. de euict. pro quo latius uide infra litera D. Caut. 53. ubi hanc materiam tractabo. Credo tamen, quòd de dolo actione, propter dolum, ſi donatarij intererit, donator tenebitur. d. l. Ariſto. d. §. finali, & ibidem not. & not. in dicta lege ſecunda. C. de euictio. & vt dicam in dicta caut. 53.

Attamen rei dubitatæ ceſsio prædicta quatuor in caſibus tenet, puta ſi dotis cauſa fiat, donationis propter nuptias, tranſactionis, diuiſioniſque, quæ inter hæredes de hæreditariis rebus fit, ut in dicta l. finali. C. de litig. & ita pro his uide gloſſ. declarantem; atque tradit Azo in ſumma. C. eod.

Verum

Verum aduerte, ne decipiaris, cũ text. in d.l.vlt. addit,& legatorum, & fideicommiſſorum cauſam; quia ea refertur ad caſum eum, quem ſuperius attigi in princip. quando ſcilicet in vlt. voluntate fit ceſsio, quod & colligitur ex auth.poſt.d.l.fin.ſequente.Nec vtique eandem legatorum, & fideicommiſſorum cauſam ad caſum inter viuos referre potes; vt ſcilicet poſt teſtatoris mortem mota ſuper eis quæſtione, hæres cedere legatario, ſeu fideicommiſſario poſsit; nam gl. in d.auth. nunc ſi hæres,inquit,quòd & tunc heres litigat, ſumptibus tamen legatarij, niſi modò hæres ipſe in mora fuerit; quia tũc ſumptibus ſuis litigare debet.

Et in quam aduerte diligenter;quia & Specul.in d. tit.de ceſſ.act.d.§.1.ver ſic.ſi autem ceſsio non potentiori,ſub nu. 5. aliquantulum errauit; quaſi voluerit tunc, cùm poſt teſtatoris mortem ſuper legatis, vel fideicommiſsis lis mouetur, poſſe per hæredem legatarijs,vel fideicommiſſarijs cedi,vt per eius ea verba colligere eſt; Vel cauſa
„ legati, ſeu fideicommiſsi,cum nondũ
„ ſuper re legata,uel fideicommiſſa fuiſ-
„ ſet quæſtio mota teſtatore viuente,ſed
„ poſt mortem eius mota eſt contra hæ-
„ redem. Quod quidem ita eum ſentire
„ voluiſſe intelliges,ſi animaduertes, ibi ipſum Specul. tractare hunc noſtrum præſentem caſum; uidelicet quid ſit, cum pacto rei dubitatæ fit ceſsio.Quatenus autem dixi,quod propter dotem & donationem propter nuptias,ceſsio fieri poteſt,fortè etiam procedet,cùm, deficientibus alijs bonis, quis ex dotis reſtitutione prædictam faceret ceſsionem; nam in eum etiam caſum bona, quæ parentes fideicommiſſo ſubiecerunt, alienari poſſunt; (licet ipſa bona regulariter alienari nequeant.l.Marcellus. §. res,quæ.ff. ad Trebel.l.3.§.pen. & fin. & ibi Bart. ac Doct. & in auth. res,quæ C. com. de leg.& de qua materia latius tractaui ſupra caut. 14. nu. 1. vſq; ad num. 3.)Quod aũt ob dotis reſtitutionem alienari poſsint talia bona, ſicut ob dotis conſtitutionem, videtur eſſe tex. in §. quamobrem,in Authent. de reſtit. & ea, quæ parit, & cæt. tradit gloſſa, & communiter Doct. in d. auth. res, quæ. Pet. de Bellap. Cyn. & alij,in auth. contra cum rogatus. C. ad Trebel. Ripa in l. filiusfam.§. Diui,num. 76. ff. de leg.1.& ibid. Opiz. num. 62. Bald. nou. in tract. de dote, 6. par. 13. Speciali,Dec.conſ.519.nu. 1. Ceph. Dominus meus, conſ. 177. num. 10. Cagn.qui communem ait de hoc eſſe ſent. in l. fin. num.373. C. de pact. vbi & multos alios ad hoc refert, Rolan. à Valle, conſil.20. num.1.vol. 4. ubi num. 7.communem eſse opin. latè deducit iſtud quoque procedere, etiam ſi tempore iam facti fideicommiſsi dos data eſſet teſtatoris grauantis liberis,quòd,præter eos,quos ibi citat Rolan. tradunt etiam Dec. conſil. 376. & d. conſ. 519. ſub num. 2. quibus in locis de communi docet, Ripa in d.§. Diui, ſub nu. 77.Gozad.conſ. 97.nu.10. ac Rolan. ipſe conſ.85. nu. 29.vſq; ad n.34.quo loci, ſub n. 32.de cõi demõſtrat; & ibidẽ nõnullos alios ita tenẽtes refert,vol.primo,quibus ad de Laurent. Chircou. in 1. cent. com. op.conclu. 21.in verſic. ſed ſententiã. Etenim potiſsima ea pro hac re traditur ratio,quæ omnino ad caſum materiæ noſtræ ceſsionis confert; quia priuilegia doti dandæ conceſsa, cenſentur quoque doti reſtituendę conceſsa. l.1.§. & ut plenius.ibi, vtroque latere. C.de rei vxor.act.Bald.nou.in d.tract. de dote d.6. par. 11. Speciali,propè finu.9. & alij,de quibus Dominus meus Cęph.d.conſ. 177. ſub. d. num.10.& Rolan. d. conſ. 20. num. 2. volum.1. Et hæc quòad ceſsionem dubitatæ actionis in non potentiorem inter viuos factam.

Si verò

12 Si verò † actio, quæ ceditur, indubitata fuerit, ideſt nondum in iudicium deducta; & tunc, Aut conſtat eam eſſe ſimulatam, & non tenet. l. fin. §. ſi quis autem, & §. ſed & ſi quis donatio-
13 nem. C. mand. Nam † plus valet quod agitur, quam quod ſimulatè cõcipitur. c. per tuas. qui fil. ſint leg. & tit. C. plus
14 val. quod ag. Simulata † autem eſt ceſſio, cum inter cedentem, & ceſſionarium id agitur, ut emolumentum ad cedentem referatur, quamuis ceſſionarij eſſe fingatur, Azo in d. ſum. C. ne lic. pot. num. 4. Spec. d. tit. de ceſſ. act. d. §. 1. ſub nume. 6. in fi. Aut conſtat eam non eſſe ſimulatam, & tenet, vt per tot. tit. de hæred. vel act. vend. & l. 3. C. de nou. cũ ſim. de quibus Abb. in d. cap. ex parte, ſub num. 5. Quando autem non eſſe ſimulatam conſtet, vide in d. l. per diuerſas. Cod. mand.
15 Aut † verò dubium eſt, ſit ſimulata, nec ne; & tunc recurrendum eſt ad indicia; Et quatuor pono indicia, quibus ſimulatam ceſſionem in his terminis coniecturamus: Primum eſt, ſi pro parte donata, & pro parte uendita eſt actio; nam ſimulata præſumitur, & hoc caſu non agit is, cui ceditur, niſi ad id, quod dedit; in ſuperfluum autem nec is, qui cedit; nec is, cui ceditur, aget. d. l. fin. C. mand. uide Azon. in d. ſum. C. ne lic. poten. ſub nu. 4. & ibi glo. in l. 1. & de præſumptione hac ſimulationis mentionem faciunt Spec. d. §. 1. de ceſſ. act. ſub nume. 7. uerſic. Quartò ſimulatio præſumetur, Hoſt. in ſum. de ceſſ. act. Caſtr. in d. l. per diuerſas. C. man. in declaratione tex. Rom. conſ. 450. Socin. d. reg. 67. limit. 4. Franc. Marc. d. deciſ. 248. ſub num. 6. par. 2. Gozad. conſ. 3. ſub nume. 34.
16 Secũdum † eſt ſimulationis indicium, ſi modo pretio dato, ad hoc, ut ſimulata non videatur ceſſio, vẽditio actionis facta eſt; Nam & in hoc caſu is non agit, cui ceſſa eſt actio, niſi pro eo, quod dedit; & ex quãtitate pretij ſimulata præſumitur; cum ueriſimile non ſit, eum, qui magnam ſummam pro modico ceſſit, uoluiſſe remanere penes ceſſionarium: imò ſibi in totum, uel pro parte reſtitui, ad quod eſt tex. in d. l. per diuerſas, & Bar. ibi in 1. oppoſit. & circa hanc preſumptionẽ uide Azon. in d. ſum. C. ne lic. pot. ſub num. 4. Accurſ. in d. l. 1. C. eod. Spec. in ſæpè d. tit. de ceſ. d. §. 1. uerſic. ſi uerò dubitatur, Abb. in d. c. ex parte, ſub num. 5. Cępol. in tract. de ſimul. contr. uerſic. ſexto caſu prin. num. 29. Socin. de reg. 67. limit. 5. & eundem, ſeu. d. Marian. eius genitorem inter ipſius Socini con ſilia, conſ. 18. ſub nu. 12. uol. 1. Marc. d. deciſ. 248. nu. 6. Gozad. d. conſil. 3. d. num. 24. ac Iacob. Phil. Port. lib. 4. com. concluſ. concluſione 43. in prin. cum his, quos ibi alleg. & d. concluſ. ipſe Port. ad hoc ponit & ampliationes, & limitationes, vbi vide: & circa hanc ſecundam præſumpt. vide omnino D. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu. 348. Hic tamen quidam dixerunt quòd pro reſiduo cedens aget, quos refert, & ſequi videtur Specul. d. tit. de ceſ. act. d. §. 1. verſic. ſi vero dubitatur, quodque ſequi etiam videtur Azo in d. ſum. C. ne lic. pot. ſub d. num. 4. verſ hic tamen, & iſtud etiam tenent Iacob. de Are. Pet. & Cyn. in d. l. per diuerſas, quos ad id refert Port. in modò dicto loco. Quando autem in hac fienda præſumptione pretium dicatur modicum, videas penes Abb. in d. cap. ex parte, num. 6. vbi concludit, quòd precij modicitas dicitur habito ad actionis ualorem reſpectu, qui valor conſiderari debet habito reſpectu ad dubium litis euentum, ſecundum quod cauſa eſt clara, vel dubia, & circa hanc precij modicitatem uide quoque Fran. Are. conſ. 96. Io. de Ana. conſ. 103. Rom. d. conſ. 450. & Iac. Phil. Port. in d. concluſ. 43. verſ. Item de-

bet haberi, poſt eos, quos ibi allegat, ubi etiam dicit, quòd hoc iudicis relinquitur arbitrio, qui ęſtimet conſideratis qualitatibus uexationis, expenſarum, & dubij litis euentus (quæ pro ipſa actione perpendi poſſunt) an precium ſit congruum, nec ne, ſecundum Cum. in d.l. per diuerſas, & ibi Salyc. in 3. colum. in 2. q. qui ait ita tenere cõmuniter Doct. Et intelligendum ait, quòd quantum ad precij congruitatem ſatis ſit, quòd conſideretur quanto ipſi cedenti actio ualitura eſſet, non autem quantum ceſsionario eſſet ualitura: hoc intelligendo, quando minus cedenti, quàm ceſsionario eſſet ualitura: ſed ſi magis eſſet cedenti ualitura, quã ceſsionario, ſatis eſt, quod ceſſio pro eo pretio fiat, pro quo ceſsionario utilis eſſe poteſt, & ita ad hęc ibi alleg. authoritates Port. ip ſe.

17 Tertium † eſt ſimulationis indiciũ, cum in ceſsionis inſtrumento titulus contractus non exprimitur, ſed duntaxat ceſsionis nomẽ, Abb. præter alios, quos modo referam d. cap. ex parte, num. 7. vbi ait hoc probari per d.l. per diuerſas, & tenere communiter Doct. ibi, & Innoc. in ipſo c. ex parte, & adde etiam ad hoc uidendum Bald. conſil. 128. Laurent. uolum. 1. vel ſi contractus nomen exprimitur (quod eſt quartum indicium) in principio non exprimitur, ſed poſtea, ita Azo in d. ſum. C. ne lic. poten. in fi. Accurſ. in d.l. 1. C. eod. Bartol. autem in d. l. per diuerſas, ſub nume. 4. ſentit, quòd non ſit neceſſe apponi contractus titulum in prin. inſtrumenti, quia nulla lege cautum reperitur, quod & mihi placet: licet Igne. in d. cap. ex parte, & communiter Doct. (vt ait Abb. quamuis aliud ſentiat & ipſe) pertranſeant in ſimulationis præſumptione, ubi in inſtrumenti prin. contractus non exprimitur nomen, & iſtud etiam alij tenent, quos refert Port. d. concluſ. 43. verſic. ex dicto principali: Pro confirmanda autem Bartoli, Panor. & mea opin. in ſimili adduco argumentum, quando remedium aliquod, puta poſſeſſorium intendatur, illud in libello apparere debet. l. edita. C. de eden. Quin & dicitur, prius eſſe edendam actionem, cum quis agere uult. l. 1. ff. eod. & tamen non requiritur, ut in libelli principio remedium illud appareat, ſed ſufficiet etiam in concluſione apparere, ut not. Bart. in l. certi condictio, in prin. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi priuſquam, in 6. oppoſ. ſecundę partis. ff. de op. noui nunc. Dec. conſ. 57. nu. 1. conſ. 62. num. 1. conſ. 136. in prin. & conſ. 252. num. 1. Soc. conſ. 112. num. 5. lib. 4. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 197. de acquir. poſſeſ. Ioan. Neuizan. inter conſilia feudalia uariorum, conſ. 34. nume. 1. doctiſsimus Menoch. in tract. de recup. poſ. rem. 15. num. 248. Cautius tamen erit in propoſito noſtro, ut in principio inſtrumenti contractus apponatur nomen: ſic enim omnes uitabuntur amaritudines, & ita Notarius aduertat, ut in principio inſtrumenti apponat: Talis tali † titulo, ſiue donationis, ſiue uẽ- 18
ditionis, &c. vel alium apponat titulum, vt prorſus ſimulatio uitetur, de qua re Bart. in d.l. per diuerſas. d. nu. 3. Alia † quoque indicia circa caſum 19
hunc, quando ſcilicet in contractu inter uiuos actio nõ potentiori ceditur, & dubium eſt, nunquid ſit ſimulata, nec ne, ponit Spec. d. titu. de ceſſ. act. ſub hoc eodem articulo: ſed in eodem Speculatore, ſub iſtomet articulo aduerte ad indicium, quod ponit, dum clerico laycus cedit: illud enim magis ad eum articulum, cum potentiori fit ceſsio, referri debet, vt & ipſe Spec. dum indicium hoc tangit, ſe remittit ad articulum de potentiori, quem ſuperius attigerat. Itidem alia circa materiam hanc ſimulationis indicia uide

penes

penes Abb. & alios in d. cap. ex parte, & Rot. in deciſio. 177. cuius meminit Ioan. And. ad Specul. in d. §. 1. de ceſſ. ſub nume. 7. in verbo, videtur, & penes Socin. d. conſil. 18. nume. 9. uſque ad 14. volum. 1. Quibus attentis indicijs tu ipſe, qui cedere uolueris, & in quem ceſſio erit fienda, cautus eſſe poteris, quonam pacto ceſſionis formentur uerba, ne ceſſio ipſa ſimulata præſumatur. Ad quod etiam aduertes ad id, quod tibi cauendum tradidi ſupra nu. 18. & etiam ute re abundanti cautela, de qua dicam infra nu. 35.

20 In † caſibus tamen ceſſa actione, ſimulatio non præſumitur, qui quidem habentur caſus in dicta lege per diuerſas, & ibi per gloſ. declarantem, ac tradit Iacob. Phil. Port. poſt eos, quos ipſe citat, in d. concluſ. 43. verſic. Item ille text. cum tribus ſequentibus verſiculis, ſcilicet, cum inter cohæredes fit ceſſio, vel pro debito creditori, vel poſſeſſori pro nomine, & tuitione rerum, quas poſſidet, vel cum legatorum, ſeu fideicommiſſorum cauſa fit ab hæredibus legatariis, rei per teſtatorem relictæ ceſſio, vel etiam cum inter ipſoſmet legatarios inuicem fit ceſſio, (non tamen credas caſum hunc referri ad caſum, de quo dixi ſupra in prin. ſed hic eſt caſus, quo ceſſio inter uiuos rei indubitatæ contingit.) Exemplum de hæredibus legatariis cedentibus, cum res hæredis teſtator relinqueret, quo caſu heres cedere deberet, non cum res teſtatoris legarentur, quia tunc, ſtatim adita hæreditate, legatarij abſque ceſsione fierent domini. l. a Titio. ff. de fur. lege prima. C. com. de leg. & ita per gloſ. in dicta lege per diuerſas, in verbo, ſeu res, quam approbat Bartolus ibidem, ſub nume. 20. Exemplum modo eſt de legatarijs, uel etiã fideicommiſſariis inuicem cedẽtibus, ut cum nomen eiſdem eſſet relictum, tunc enim poſſunt inuicem illud cedere modico dato, & petere etiam ſibi mandari ab hærede directas, vt per gloſ. in dicta lege, per diuerſas, in uerbo, necnon his, quam Bartolus ibidem d. nume. 20. notabilem inquit.

Vnũ modo hic ego addo caſum pro irretractabili fiẽda ceſsione, quem nota, vt quandoque tutè cedere ſcias, & is eſt, ſi debitor ceſsioni conſentit, ut per Bal. & Ang. in l. cum eſſent. §. 1. ff. de ſeru. ruſt. præd. ſequitur Iacob. de Sancto Geor. in d. l. 1. C. ne lic. pot. numero 31. Roman. conſi. 87. & inquit Hyppol. ſing. 45. iſtud verum non modo ſi præſens debitor expreſsè conſentiat, ſed etiam ſi præſens fuerit, & non contradixerit, quod dictum Hyppol. ſentit quoque Henr. Ferran. in addit. ad Specul. qui eſt poſt Ioan. And. ibi ad ipſum Specul. dicto §. 1. de ceſſ. act. ſub nume. 9. in uerbo. §. 1. litera C. & Port. in 43. citata concluſio. in nona limit. An modo pauper contra maiorem, contra quem inſurgere non audet, cedere valeat, uide ipſum Port. d. loco, limitatio. quinta, cum verſic. ſeq.

Vides igitur quomodo ceſsio fieri poſsit, nec ne, pro qua re plenius recurre ad Spec. in d. tit. d. §. 1. & uide Azo. in ſum. d. titu. ne lic. poten. Ac circa ſimulationem ceſsionis, quæ inter uiuos fit, vide Barto. in dicta lege per diuerſas, & Doct. circa hanc materiam plenè in dicto capitulo, ex parte, ac uideas etiam gl. in c. eccleſia, extra ut lite pen. Vides pariter, quòd in indubitata actione titulo donationis ceſsio fieri poteſt, dicta lege, per diuerſas, in fi. & ut tradit Roman. conſilio 518. quem refert Port. in præd. concluſ. 43. verſic. Duodecimo limita, cuius rei occaſione Barto. in d. l. per diuerſas,

21 uerſas, nu. 14. quærit, † Quando donationis tit. ceſsio fit, & in ea apponitur, quod cedens pro meritis, & ſeruitijs, quæ per ceſsionarium in ſe ipſum collata ſunt, facit, Vtrùm neceſſe ſit, quòd probentur merita? & pro hac re allegat ad partes; tamen non ſe reſoluit, imò dubitat; vnde conſilium tradit, num. 15. cuius & meminit Abb. in d.c. ex parte, ſub num. 7. verſic. ſexto
22 dubitatur; Quod † ea meritorum clauſula non apponatur; ſed dicatur; hoc ſecit cedens ex ſua ſimplici, pura, mera, & ſpontanea voluntate, & liberalitate; quia ſibi ſic placuit, & ſic voluit, & ceſſabit iſta dubitatio. Planè merita hoc in caſu non eſſe probanda clarè tenuit Abb. in d.c. ex parte, ſub num. 7. poſt Bal. in l. 2. col. fin. C. ne lic. pot. & ibi Salyc. circa fin. Rota d. deciſ. 177. & Beltran. conſ. 218. in fine, vol. 2. qui hanc dicit eſſe communem opin. Verum Bartoli conſ. ad omnem remouẽdam dubietatem proderit; Quandoquidem contra communem vrgentia mihi occurrunt fundamenta, quæ dubitabilem efficiunt concluſ. Namque merita prædicta probanda eſſe (præter Bartoli dicta in hanc partem) inde etiã
23 ſumi videtur; Quia licet † verba enuntiatiua meritorum inter partes eaſdem fidem facere poſſent. l. optimam. C. de contr. & com. ſtip. ſi tamen quæſtio inter debitorem, & ceſsionarium orietur, fidem non faciet; quia inter diuerſas perſonas illa enuntiatio nil operabitur, vt per Bart. in auth. ſi quis in aliquo, num. 11. C. de eden. & ibid. Doct. cum eo, & poſt alios Dec. num. 37. ad quod & vide Rom. conſil. 63. Caſtr. conſ. 74. & propterea meritorum, & ſeruitiorum qualitas in donatione de-
24 ducta probanda videtur; Cum † enim aliquid profertur cum aliqua qualitate, qualitas neceſſario probanda eſt. l. prætor. §. docere ff. vi bon. rap. & l. 1. §. 1. & ibi Bart. not. ff. ne quid in flum. pub. Ceph. Dominus, & præceptor meus mihi ſemper ſummoperè colendus, conſilio 510. numero 26. vbi num. 27. ſubdit, quod qui † qualitatem non probat, obtinere nequit, & 25
num. 28. dicebat, quod † ſi qualitas priuilegij cauſa ſit, ea probari debet antequam priuilegium competat: Hinc in præcedenti prox. cautela dicebam, nu. 2. & 3. quòd † cum cauſæ meri, & mixti imperij delegantur, ſub prætextu iuſti impedimenti, impedimenti qualitas apparere debeat: Sicut † etiam qua litas in ſtatuto requiſita, ad hoc, vt ſtatutum locum habeat, probari debet: & ibi authoritates, & iura pro hiſce rebus allegabam. Et licet Bald. in d. l. 2. C. ne lic. pot. indubitate tenens, quòd talis ſub aſſertione meritorum facta donatio ſimulata non præſumatur, ideo moueatur, quia ius requirit ſolam expreſſionem cauſæ contractus; non autem eſt opus, vt cauſæ cauſa probetur; nam dicendo quis, quòd propter ſeruitia donat, ſatis contractus cauſa, idest ipſa explicatur donatio; ſeruitia verò donationis ſunt cauſa; & hanc Bal. opin. ſecutus ſit Abb. in d c. ex parte, ſub nu. 7. d. verſic. ſextò dubitatur, arg. l. 1. C. de fal. cau. adiecta le. vbi patet, quòd præſuppoſito, quòd in eo caſu ſeruitia nõ emanauerint; tamẽ quis velle donare videtur per illa verba. Tu tamen dic reſpondendo ad d. l. 1. C. de fal. cau. quæ Baldi rationis baſis eſt, (reſeruata inferius etiam reſponſione particulari ad ipſius Baldi rationem modò traditam, prout uidebis ſub hoc num. verſic. Nam & certè) quod ibi nulla de meritis mentio fit; ſed ſola legatur liberatio, quæ (vt ibi dicitur) vel ſolutionem, vel teſtantis gratuitam liberationem inducit; qua ſtante præſumptione, & debitoris legatarij fundata intentione, hæres probare tenetur, teſtatorem errore lapſum, vt in eo tex. Quinimò ibi agitur de liberatione, de

qua

(Right margin numbers: 26 beside "num. 28. dicebat"; 27 beside "2. & 3. quòd"; 28 beside "litas apparere debeat: Sicut".)

qua nemo alius conqueri debet;quæq́;
etiam inter viuos fieri poſſet,absq; eo,
quòd ageretur de aliquo iure tertij,vel
facta gratuita remiſsione, argum.l. in
re mandata. C. mand.& facit tex. in l.
tale pactum,in princ.& ibi glo.& Do-
ctor. ff. de pact. vel facta confeſsione
receptionis eius,quod debetur,quæ cō-
feſsio ſaltem poſt 30. dies excluderet
non numeratæ ſolutionis exceptionē.
l. in contractibus. §. ſuper cæteris. C.
de non num. pec. Nos verò agimus de
ceſsione, in qua tertius conqueri po-
teſt;& ideò ex diuerſis nequaquam in
ferri debet,iuribus vulg.Item pro prę-
dicta eius concluſione Abbas alleg.l.
cum quis. §. codicillis. ff.de leg. 3. vbi
habetur,quod depoſiti confeſsio in vl-
tima voluntate facta, ſi diſponens ſu-
per eo ſe debito iuraſſe aſſerit, proba-
tionem inducit: Sed dic, quòd ibi &
agitur de eo,quod fit in vlt. voluntate,
& de diſpoſitione bonorum teſtatoris
non de alterius præiudicio,niſi tantum
hæredis,quem tamen omnino,& quo-
modocumque teſtator,prout de bonis
ſuis diſponere voluit, obligare poteſt;
nec reclamare debet, quotieſcumque
probatur talis eſſe teſtantis voluntas.§.
diſponat,in Auth.de nup.Ac iuramen-
ti ibidem memorati authoritas demon
ſtrat ita eſſe,prout teſtator aſſerit: ut
fortè in dubio potius ſit animæ teſtan-
tis conſultum; quam illa verba enun-
tiatiua non probent; cum maximè &
liberè ea ille legare potuiſſet,ſi voluiſ-
ſet, abſq; eo, quòd de depoſito men-
tionem feciſſet;& abſque eo,quod age
retur de aliquo iure, quod tertium at-
tingeret, vt exploratiſsimi iuris eſt;
Quod ſecùs eſt in caſu noſtro: Nec
etiam faciunt (ut inquit Abb.) not. in
c. fin. ext. de ſuc. ab inteſt. Quoniam
ibi ex eo, quòd aduerſus Epiſcopum
Abbatis illius eſt fundata intentio, per
teſtium dicta, valde ſummi Pontificis
conſcientiam mouentia,tametſi plenè
non probent,de eo, quod viuens fece-
rat, ac protulerat Archipresbiter ille,
ſe bona ſua monaſterio dicaſſe, Epiſco
pus ipſe ſuam intentionem manifeſtiſ
ſimis argumentis probare tenebatur,
de eo, quod Archipresbiter ille pror-
ſus diſponere potuerat; nec quiſquam
erat,qui de tali eius diſpoſitione in iu-
re ſuo,ſibi tunc competente, grauare-
tur: ſed nos loquimur in ceſsione,quę
alterius pōt pręiudicare iuri, alterum-
q́ue grauare in eo, ſuper quo meritò
conqueri poteſt; ex diuerſis ergo non
eſt inferendum. Ex his itaque tu ipſe
intelligere poteſt ſanum eſſe conſ. ſu-
perius traditum: Nam & certè Baldi
ſuperior tradita declaratio pro tuen-
da opinione, quam ſequitur Panorm.
quamq́ue communem dixi,magis ſub-
tilitatem, quàm veritatem continet;
quoniam re uera meritorum illa aſſer-
tio immediatam, & proximam quan-
dam exhibet cauſam, qua talis fiat do-
natio, quæ in alterius præiudicium (vt
dictum eſt) niſi probetur, operari non
poteſt, ideo antequàm probetur,per-
inde eſt, ac ſi non eſſet, vnde interim
† non conſiderata ea cauſa,nec pariter 29
illius conſideratur effectus,arg.c. cum
ceſſante, ext. de appell. l. adigere. §.
quamuis.ff.de iure patr.cum ſim.alijs.
Adde † circa ceſsionem faciendam, 30
quòd licet quidam voluerint,cum hæc
fieret, ceſsionarium in rem ſuam pro-
curatorem expreſsis conſtitui verbis,
id tamen neceſſe non eſſe ait glo.in l.3.
in verbo,mandaueras. C. de nouat.id-
q́ue tenet, & probat Spec. in d. tit. de
ceſſ. §.2. verſic. & nota, quòd ſupra,
ſub nu.2. (ex quo Speculatoris §.con-
ſilia † habere potes, quibus ſimulata 31
non appareat ceſsio: ac † pariter for- 32
mas habes ceſsionum faciendarum,
ibiq́ue ad eum me remitto) quod &
ſentire uidetur Gozad. conſ. 38. ſub
nu.11. dum ibidem inquit, quòd ceſ-
ſionarius in cedentis ius ſuccedit. l.

emptor,

emptor, & ibi Bal. C. de hæred. vel act. vend. & dum apertè ſubdit, quod iſte dicitur in rem ſuam procurator. l. ſi procurator. §. ſi. ff. mand. & per Bald. in d.l. qui ſtipendia, in princip. C. de
33 procur. Et facit, quia † ceſsionarius dicitur eſſe propriè creditor, l. 2. C. de don. & ſecundum Iacob. Butr. in l. 1. ff. ſi cert. pet. quem ſequuntur communiter Doct. ibi, vt aſſerit ibid. Dec. in 1. lect. in fi. Niger circa fin. Raynald. Rodulphus Peruſinus, & Bologn. ad fi. Viuius in 1. lib. com. op. variorum, litera C, verſi. ceſsionarius dicitur, Eman. Soar. in Theſ. recept. ſent. litera C, num. 47. & ita quoque conſuluit Rom. conſ. 142. & conſil. 202. & facit, quia priuilegia conceſſa principali conceduntur etiam ceſsionario. l. 3. & l. fin. C. de priuil. fiſci, Viuius loco præd. ſubdens etiam ceſsionarium ipſum dominum dici, per Bald. in l. eos. §. fin. C. de appellat. & ad idem alleg. quod ſcribit Bald. in l. ſi ſic, cum concord. de quibus ibi Alex. num. 24. ff. de leg. 1. ad idem quoq; vide Ant. Neguſ. in tract. de pign. in 1. mem. ſextæ par. num. 19. Iſtud autem, quod dictum eſt, ceſsionarium cedentis repræſentare perſonam, limita ſecundum Galleſ. in tract. de formulis oblig. Camer. formu. de reſpon. petente executionem, nume. 3. & ſeq.
34 non † procedere, quando principalis creditor eſſet excommunicatus, & alij ſuam cederet actionem; etenim tunc cedenti obſtat excommunicationis exceptio, non autem ceſsionario, & ita quoque Viuius in præcitato loco. Vides igitur non eſſe opus facere ceſsionarium procuratorem in rem ſuã.
35 Non † erit tamen inconueniens, ſi verbis expreſsis, ad abundantem cautelam, in rem ſuam procurator conſtituatur ceſsionarius.

## Caut. XVIII.

### De citatione peremptoria fienda.

*SVMMARIVM.*

*Citatio peremptoria niſi parte petente non valet.* 1

*Citatione peremptoria fienda quid agere debeat pars.* 2

*Iudex caueat, ne citationem peremptoriam abſque partis requiſitione faciat; & ſi cum tali defectu facta fuerit, ne per eam iudicet.* 3

*Iudex an abſque partis inſtantia citationem facere valeat, cum officium ſuum nõ requiſitum impartiri poſſet. Quando autem index officium ſuum, & nobile, & mercenarium, etiam abſque partis inſtantia, impartiatur, remißiuè, nu. 5.* 4

*Libellus, licet petitionis actoris concluſionem continere debeat; tamen id locum non habet, cum iudex ex ſuo officio ſupplere poteſt.* 6

1 Citatio † peremptoria, ſi non fiat parte petente, non valet. l. ad peremptoriũ. ff. de iud. ait Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus, ſub nume. 13. & ibi Doct. ff. de dam. infec. not. glo. in l. ſancimus, in verbo, per contumaciam, C. ad Trebel. not. Bar. & Ang. in l. 2. C. quom. & quan. iud. Bald. in l. conſentaneum. Cod. eod. & idem not. Ang. in d. le. ad peremptorium, per eum text. & per l. & tertium, de iud. ad idem uide Bart. in auth. qui ſemel, nume. 2. C. quom. & quan. iud. in l. properandum §. 1. num. 4. & ibi Bal. & alij. C. de iudic. Bart. in auth. ei, qui. C. de temp. app. Boſsium in tit. de cit. num. 10.

2 Et ideo conſilium eſt, ut † curam gerat pars, quòd in proceſſu appareat, eius

eius requiſitione,& inſtantia factam eſ-
3 ſe citationem, & † Iudex caueat, ne talem faciat citationem, quæ partis non habeat requiſitionem; & ſi facta fuerit, caueat, ne per eam iudicet, vt per Barto.in d.§.Iul.d.nume.3.& circa præd. conſilium vide quoque eundem Bartol.in dicta lege ſecunda,in fine.C. quomodo & quando iud. Tamen ſe-
4 cundum Imo. in d.§.Iuli.fortè id † nõ procedet, cum iudex officium ſuum non petitum, impartiri poteſt: de qua
5 † re, ſcilicet quando iudex officium ſuum & nobile, & mercen. impartiatur, etiam ſi non petatur, ponit Barto. & Doct. max. Ripa, in lege quarta §. hoc autem iud. ff.de damno infec. Et pro fallentia Imolæ facit quod not. Anton. de But.in capitulo, examinata,circa medium,extra de iud.vbi ait,ſe cre-
6 dere, quod libellus, † licet requirat regulariter concluſionem petitionis actoris, vt not. Bart. in lege prima, in uerſic.2.quærunt, nume.6. ff. de eden. cum concord. tamen hoc locum non habebit in caſibus, in quibus Iudex ex officio ſuo ſupplere poteſt,& alleg. Ant. ad hoc l. quid ergo. §. pœna grauior, vbi not.Bar.nume.8.ff.de his, qui not.infam.

## Caut. XIX.

### De actu expediendo abſque citatione, vbi periculum eſt in mora.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatio in ſingulis iudiciariis actis fieri debet,ne proceſſus pereat.*

2 *Citatio eſt de iure Diuino, & naturali, & eſt defenſionis ſpecies,nec vllo modo, etiam per Principem, remitti poteſt.*

3 *Iuramentum Princeps tollere nõ poteſt. Quod eſt iuris diuini, probationis ſpecies,& quando verum ſit,quòd ſit ſpecies probationis. nu.4.& 5.*

*Statutũ inducens,quòd debitoris iuram. plenam faciat probationem,facit,ut iuram. etiam non delatum,ſit ſpecies probationis.* 9

*Statutum non valet, quòd ſententia ſine citatione teneat.* 7

*Statuto non tollitur nullitas ex defectu citationis reſultans, generaliter nullitatem reijciente.* 8

*Periculo in mora exiſtente conſ. datur, quòd aduerſariũ citare non faciat quis. & quare nu.10.* 9

CITATIO in ſingulis iudiciariis actis fieri debet, adeò vt is, qui intereſſe prætendit, ſeu ex aliquo actu,qui in iudicio fieret, lædi poteſt, citandus ſit,alioquin actus ille non valeret. capitulo ſecundo, extra de teſtament.capitulo, eccleſia ſanctæ Mariæ,in fi. extra de conſtit.capitulo,inter quatuor, de maioritate & obedientia.capitulo primo,de cau. poſſeſſ.& propr.capitulo, caueant.capitulo,omnia, & c.cartæ.3. quæſt.9.l. nam ita diuus.ff. de adop.l. de unoquoque. ff.de re iudic.lege,ſi quando,& ibi Bal. C.de teſt. prout & in his plurimos habes congeſtos caſus, in quibus citatio requiritur, penes Iacob. Philip. Port. in primo lib.com.concluſ.reg.43.dum pro hac regula ponit 116. ampliationes, limitatque ipſam regulam 134. modis, vbi tu videre potes: vide quoque, poſt Doctor. in dicta lege, de vnoquoque, Vldar. Zaſ. ibi numero decimo,cum nonnullis ſeq. & Hippolyt. nume.8.vſque ad num.123. Bartholomæum Soc.reg.74.in litera C, Marianum Soc.in tract.de cit.artic.7. per totum,Sebaſt.Vant.in tract.de nullit.ſenten. rubr. 12. de nullit. ex defectu cit. per totam,ubi pulchrè,Maran.de ord.

iud.par.6. verſic. Propoſui, aliàs citatio, nume. 2.cum nonnullis ſeq. Bapt.à Villalob.in collecta com.concluſ. litera C,nume. 37. cum plurib.ſequ.Petr. Duen.cum aliis, quos allegat,reg. 92. Eman. Soar. in Theſ. recept. ſent. litera C,nume. 52.cum nonnullis ſeq. apud quos habes ad reg. iſtam & ampliationes, & limitationes, quas omnes hic proſequi non eſt neceſſe: tantum enim hic attingam ea,quæ egregia magis viſa ſunt, præmittenda pro introductione conſilij vnius, quod tibi tandem afferam, reſeruatis etiam duabus limitationibus non ab re ponendis in prox. ſeq. cautela. Quicunque igitur litigare præſumit, ante omnia ſuum debet citare aduerſarium,ne proceſſus pereat.§.fin.verſic.utique,Inſtit.de pęna tem. litigan. citatio enim eſt iudicij fundamentum, Specu.in titu. de cit. in prin. Abb.per eum tex. quem ſequuntur alij,in capitulo,quoniam contra,extra de probat.Maranta,d.verſic.Propoſui,in prin.Rolan.à Valle conſ.53. nu. 16.volum.4.Simileque ex prędictis in progreſſu cauſæ pro vnoquoque actu fiendum eſt. Planè citatio † ipſa de iure diuino profluit, vt habetur Gen.c. 3. vbi Deus optimus citauit Adam transgreſſorem, ei dicens, vbi es? quem tamen de facto punire poterat, ut & inquit Soc. Sen.conſ.12.ſub nu.7. uol.1. Soc.iun.conſ.108.num.48. uolum. 2. Fran.Marc.deciſ.661.nume.10. par. 1. Rol.à Valle,d.conſ. 53. nume. 19. eſtque pariter de iure naturali citatio, vt tradit Petr. de Anch. conſi.212.incip. De iure communi,uerſ. ſubſequenter, quem ad hoc refert Dec.conſ.410.nu. 24.Soc.d. conſ. 12.d. nume.7. Maran. de ord.iud.d.uerſic. Propoſui, num.3. Rolan.à Valle conſ.29.nu. 41. uolum. 1.& d.conſ.53. ſub numero 18. & eſt defenſionis ſpecies, ac nullo modo, etiam per Principem, omitti poteſt, vt eſt tex.in clemen. paſtoralis.§.cæterum,extra de re iud. Socin. d.conſ.12. ſub d.nume.7.Maran.d.verſic.Propoſui,nume.3.& ſub nume. 10. Et quod etiam Princeps citationem omittere non debeat,voluit gl.in l.fin. in verbo, quominus. C. de legibus, & ibi Bal. & Caſtr.Cęph.Dominus meus cõſ. 518. nume.40.Rolan.d.conſ.53.nume. 22. ad hocque plurimas alias habes authoritates penes Port.d.regu. 43. ampliat. 2. vt & iſtam receptiſsimam colligas ſentētiam, quam & communem opin. quæ procedit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis, habes ex Felyno in capitulo,cum olim, nu.12. extra de re iud.Ant. Campeg. deciſ. 69. nu.26. Hyp.in rep.d.l.de unoquoque, nu.10. Soc.conſ.120.num.3. & ſub num.10. uolum.4. Et licet Bald. in l.ceſſante, in prin.C.quomodo & quando iud.& Alex.conſ.2.num.9.uolum.1. ſenſerint, per Principem poſſe omitti, & tolli citationem,quos cũ aliis refert, & ſequitur Petr.Duen.reg.43.fallen. 5. uerſ.ratio eſt, vſque ad fin. ſaltem cauſa iuſta exiſtente,vt per Bald.& Alex. dictis in locis,& per Bald. in l.nec cauſas. C.de app.& eos, quos refert Port.d. reg.43. d.ampl.2.verſ.ſecundo limita, & ſequitur Maran.d.verſ. Propoſui,nume. 10. quam etiam ex Alexan.d.loco, dicit in Principe ſemper præſumi Maranta ipſe,vt & Duen. d.loco inquit, cauſamque in Principe præſumi tradit Coz. conſ.4.num.35.conſ. 5.num.24. conſ. 6.num.34.& num.57. & in eod.conſi. inquit nume. 59. quòd in Principe ſola ſufficit uoluntas, quæ pro cauſa habetur. Tamen Boer.deciſ. 247.num. 7.contrarium uerius ex communi Doctorum opin.ſentit, etiam cauſa ſubſiſtente,ut ex eius antedictis nu.6. colligere eſt, quod ueriſsimum puto, nam nec Deus ipſe (ut dixi)abſque citatione contra Adam procedere uoluit, licet iure merito id facere potuiſſet, unde eius optima ueſtigia ſequi debemus.

mus. Bene poteſt eſſe, quòd ex pote-
ſtatis plenitudine citationem omit-
tat Princeps, vt & poſſe latiſsimè tradit
(excipiens tamen cauſã crimin.) Port.
in d.reg.43.d.ampl.2.verſic.Tenendo
tamen. Principi enim dici non poteſt,
cur ita facis? quando ipſe poteſtatis vti
tur plenitudine, Bald. in prælud. feu.
verſi.ſed pauca de Principe, Iaſ. conſ.
324.fundam.12.lib.2.Dec.conſi.655.
nume.24. Dominus meus Cæph.cõſ.
549.nu. 56.Rol.à Valle conſ.3.nume.
127. vol.1. Quin & ait Capra reg. 54.
nume.33.communiter teneri,quòd ſu
premus Princeps, & Papa poſſunt ex
eorum poteſtatis plenitudine ſenten-
tiam non ſuo nomine, & prorſus nul-
liter latam,ratam habere, & confirma-
re, quia proceſſus ſubſtantialia mutare
poſſunt, ita vt eorum ratihabitio retro
trahatur, & mandato comparetur. At
ſi dicamus, an iure faciat Princeps, ci-
tationem omittens, non eſt utiq; ſen-
tiendum ipſum bene facere, iux. præ-
dicta, & pro hoc uide quæ tradit egre-
giè Grammat. uoto 32. ſub numero
quinto,cum nonnullis ſeq. Sanè etiam
communem eſſe opinionem, ne iure
valeat Princeps de poteſtatis plenitudi
ne citationem tollere, latè tradit Arius
Pin.in rubrica. C.de reſcindenda uen-
ditione,par.1.c.2.nu. 21. & receptius,
veriusq; affirmat Capic. deciſ.69.nu
me.26.quos refert Soar.ĩ Theſ. recep.
ſent.litera C, numero 58. Quin etiam
ſupradicta concluſio, quòd Princeps
citationem tollere nequeat, ex his,
quæ Boer.d.deciſ.247.numero 8. tra-
3 dit, firmatur, quia † etiam iuramen-
tum tollere non poteſt Princeps, pro
qua re plures adducit authoritates,
4 quoniam † iuramentum eſt de iure
diuino.capitulo,& ſi Chriſtus, ubi no.
extra de iureiur.Dec. conſ.432. num.
8.& conſ.688.in fi. & eſt ſpecies pro-
bationis.capitulo,ſicut cõſuetudo, ex-
tra de probat.c.fin. extra de iureiur.&
lege, in bonæfidei. C.de rebus credi-
tis, & iureiur. Quod † verum eſt, ſi 5
deferatur,aliàs non eſt probationis ſpe
cies. lege tertia,in prin.ff. de iureiur.&
Alexand.ibi, ac Iaſ.in 1.not.Lud.Ro-
ma.conſi.102.verſiculo,ſecundo prin-
cipaliter, quos refert Boer. dicta deci-
ſione 247. ſub dicto numero octauo.
Quod † verum inquit ipſe Boer. niſi 6
ſtatutum induceret,quòd debitoris iu-
ramentum plenam faceret probatio-
nem,quia etiam abſque delatione ſpe-
cies eſſet probationis,& alleg.Bal. Al-
beric.& Iaſon. in dicta lege tertia. Nõ
igitur Princeps citationem tollere po-
terit. Hinc videmus, quòd † ſtatutum 7
non valet diſponens ſententiam abſq;
citatione tenere, vt per Bal.in l.1.colũ.
1.verſic.ſed hic quæritur.C.quomodo
& quando iud.quem ad hoc citat Dec.
conſi.603.nume.12. conſi.606.nume.
12.& conſi.681.numero 26. Et † nul- 8
litas, quæ ex citationis defectu reſul-
taret, non tolleretur per ſtatutũ, quod
generaliter nullitatem reiiceret, vt per
eundem Decium dictis conſ.603. &
606.dictis nu.12.& d.conſ.681.num.
27. Rol.à Valle d. conſ.29.nume. 39.
volum.1.

Cautus attamen ille ſit,qui ab aliquo
quid conſequi prætendit,quòd † ſi pe- 9
riculum eſt in mora, eum non faciat ci
tari,ne ius ſuum pereat: quãdoquidem
† quãdo periculum eſt in mora,citatio 10
neceſſaria non eſt, ſecundum Innoc.
in c.ſignificauit,in fine,extra de teſtib.
Alex.& Iaſ.in l.ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſ-
datum.ff.qui ſatiſd.cog.& Alex. in d.l.
de unoquoque, quos ad hoc citat Ma-
ran.in d.verſ. Propoſui,dub.1.limit.8.
numero 15. Deſideraret & hic aliquis
eam cautelam, quòd procuret pars,
cauſam committi iudicandam de con
ſcientia iudicis, cum tunc nonnulli
velint non requiri citationem, vt in ſpe
cie Bald.in l.certum,colum.3. C. unde
cogn. Soc. d. regu.74.limit. 8. tradunt

alij, de quibus Port. d. reg. 43. limit. 42. Sed certè ego in hoc magnum non facio fundamentum: nam cum (vt dixi) citatio ſit de iure diuino, & naturali, & ius ipſum naturale conſiſtat in conſciẽtia, & æquitate. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſolut. non video quomodo iudex debens iudicare ſecundum conſcientiam, poſsit contra conſcientiam procedere, & ſic contra ius naturale, ac etiam diuinum. Quare ne multam vim ſuper hoc facias, nam etiam contra Baldi, & aliorum prædictam cõclu ſionem tenuerũt Rom. in d. l. certum, in fine, & ibi Iaſ. & alij plures, quos refert Port. d. reg. 43. d. limit. 42. verſic. Contrarium.

## Caut. XX.

### De actu, etiam ſine citatione expediendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Citatio ne ſit neceſſaria, & vt quis ſemper cõtra ſuum aduerſarium, etiam negotio non liquidato, actum expedire poſſit, quibus vtatur remedijs, & nu. 2.*

2 *Statuto ſi caueatur, quòd propter guarentigiæ inſtrum. capiatur debitor ad meram creditoris voluntatem, oſtenſo inſtrumento, an incipi poterit à captura abſque citatione, ſub num. 1. verſ. In ſimili.*

*Citationi renuntiare poßunt partes, ſub nu. 1. verſ. Propius.*

3 *Creditor licet aduerſus ſingularem ſucceſſorem non citatum vti non poſſit pacto executiuo, ſi tamen erit clauſula cõſtituti, ſecus erit, nec debitoris erit opus excuſſione. nu. 4.*

*Conſtituti clauſulam factam eſſe ſimpliciter, & adiecto, precario nomine, quid differat, ſub num. 3. verſ. & circa clauſulam.*

CItationem ſuperius in prox. cautela dixi in quibuſcũque actibus eſſe neceſſariã, & ea, quæ ibi dicta sũt, hic non repeto. Quia autem Robert. Maran. in aureo ſuo Spec. de ord. iud. in prima par. ſextæ, & ult. par. prin. verſic. Propoſui, alias citatio, in primo dubio, duas ponit ad iſtam regulam pulchras limitationes, quintam ſcilicet in ordine, & vltimam quæ optimum oſtendunt auxilium, ne quis debitorem ſuum citare teneatur. Iccircò ex his ego huius conſtituendi capitis, & de more ferendorũ conſiliorum occaſionem ſumpſi.

Ex quinta ergo ea Marantæ limitatione conſilium capere potes, quòd in 1
instrumento pactum apponi curam habeas, poſſe debitoris tui bona capi ad inſtantiam tuam, ex ſola inſtrumenti oſtenſione iudici facta: nam eueniente caſu, oſtenſo iudici inſtrumento, & petita familia, quæ aſſociet, ipſe iudex poterit creditori dare familiam, vt capiantur debitoris bona, nulla præhabita citatione, vt præcipuè tradunt Bald. in l. ſi aquam. quæſtione nona. C. de ſer. & aqua, Alb. de Roſ. & Salyc. in lege, creditores. C. de pignor. Imo. in capitulo, potuit, extra de loc. Alexan. conſ. 131. uolumine 4. Iaſ. in lege, in emphyteuticariis, ſub nume. 113. verſic. ſi autem proprietarius. C. de iure emphyt. Afflic. deciſ. 326. Grat. conſi. 37. colum. fin. uolum. 1. quem refert Por. in 1. lib. com. concluſ. regula 43. fallen. 121. traditque Franciſ. Viuius, cum alijs, quos allegat, in 2. lib. com. opin. variorum, litera C, opin. 39. & doctiſsimus, ac præſtãtiſsimus modernus D. Iac. Menoch. in tract. de adipiſc. poſſ. poſt alios, quos ipſe refert, rem. 15. q. 20. caſu 3. num. 150. & idem in tract. de recuper.

rem. 5. ſub num. 29. In ſimili propoſito facit, Nam ſi ſtatuto cauetur, quòd propter guarẽtigiæ inſtrumentum capiatur debitor ad meram creditoris voluntatem, incipi poterit à captura, oſtenſo iudici inſtrumento, nulla præcedẽte citatione, vt per text. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. iuncta l. cum quidam ita fideicõmiſſum. ff. de leg. 2. tradunt Ang. Imo. Alex. num. 18. in d. l. ſi ſic. Alex. conſ. 145. col. 1. vol. 5. licet enim illi Doct. in ſtatuto id conſtituant, tamen valet arg. de ſtatuto ad pactum, l. non impoſſibile. ff. de pact. Propiùs autem ad ſolidandum conſilium noſtrum faciunt tradita à Bal. in l. vt perfectius. Cod. de anna. excep. Ang. de malefic. in uerbo, qui iudex fecit ſibi dari licentiam, ſub nu. 2. verſ. Quia in ciuilibus, & Soc. qui eos allegat, reg. 74 limit. 5. Quòd ſcilicet partes paciſci poſsũt, ut iudicium absq; partis citatione ualeat, ad quod adducitur text. in l. fi. §. fi. C. de temp. appel. adde Port. & quos inſuper allegat, dicta reg. 43. fallen. 29. Ad idem comprobandum adde (poſt tradita per ipſum Ang. & Auguſt. ad eum pręcitato loco) quę & ipſe Ang. tradit, in uerbo, qui iudex commiſit, ſub nume. 1. uerſicu. & hoc ideo, de licentia iudici à reo data, procedendi, reo ipſo etiam non citato, uſque ad ſententiam incluſiuè, Quòd talis ualeat licentia, adeo ut ſententia, reo ipſo non citato, teneat; ad quod etiam uide Boſſ. in tit. de ſent. nume. 12. & ſub nume. 17. & Iul. Clar. in pract. crim. quæſt. 45. uerſic. facta autem, ac Port. in ſæpè d. reg. 43. limit. 22.

Cautius erit hoc ſecundum remedium, quo fiet, ut etiam aduerſus ſingularem tertium poſſeſſorem, & inſtrumento non oſtenſo, propria poterit authoritate creditor pignoris poſſeſſionem ingredi, & adipiſci, quod colligitur ex dictis ipſius Marantæ in dicto loco, d. limit. ult. Videlicet, ſi hoc pacto fiat; Cum quis † aliquem 2
obligat, præter clauſulam de capiendis debitoris bonis (iux. d. l. creditores. C. de pig. & ibi tradita per Doc.) addi curabit & clauſulam cõſtituti, ſeu precarij, hoc modo: Quę bona talis debitor conſtituit ſe precario nomine creditoris talis poſsidere, atque tenere, & cęt. Namq; eueniente caſu, etiam contra tertiũ poſſeſſorem nõ citatũ, & negotio nõ liquidato, appręhenſio bonorũ fieri poterit: Nã licet † quãdo in in- 3
ſtrumẽto nõ eſt cõſtitutũ, uel precariũ nõ liceat uti pacto executiuo cõtra ſingularẽ ſucceſſorẽ, ſeu tertiũ poſſeſſorẽ, eo nõ citato, ut cõcludit Bar. in rep. d. l. creditores, nu. 24. quẽ ad hoc refert Soc. conſ. 82. nu. 8. uol. 3. Tamẽ quãdo in inſtrumẽto eſt ipſum cõſtitutũ, ſiue precariũ (prout docui) tũc pactũ executiuũ, etiã contra tertiũ poſſeſſorẽ nõ citatũ, & negotio nõ liquidato, exerceri põt, ut per Bar. ita docentẽ, d. rep. d. l. creditores, ſub nu. 25. quẽ d. conſ. 82. d. n. 8. ad hoc refert Soc. ubi rõnes reddit; addo Sal. ĩ d. l. creditores, q. 8. Aret. cõſ. 21. n. 3. uerſ. his tamẽ nõ obſt. Neguſ. in trac. de pig. 4. par. ſub nu. 20. & ſub nu. 21. uer. Tamẽ quando, Neuiz. conſ. 82. nu. 15. Syluan. conſ. 55. in fi. Gab. lib. 5. concluſ. cõcluſ. 8. nu. 17. & 19. Tiraq. in trac. de iure cõſt. par. 1. n. 43. Men. & quos ipſe refert, in d. rom. 5. de adip. q. 18. caſu ult. nu. 140. Conſilium id perpetuo nota, ut & admonet Maran. in d. lim. fi. ubi inquit, qnòd millies in facto euenit; & pluries reſpõderi ĩ cõtrariũ à nõnullis Doct. quos tamẽ non uidiſſe deciſiones ꝓ hac re ait: & circa clauſulã hanc ſcias, ꝙ tutius erit facere debitorẽ ſimpliciter noĩe creditoris cõſtituere; abſq; eo, ꝙ dicat ꝓcario noĩe, iux. tradita à Bar. in l. Celſus, nu. 15. uer. ſed pone, quod debitor. ubi ait, quod ſi quis ſimpliciter conſtituat, mox alienet, nullam transfert poſſeſsionem; ſed ſi precario nomine cõſtituat,

& alienet, omnem transfert poſſeſsionem, quia ciuilis, quæ penes creditorē erat, reſidebat ſuper naturali, quæ apud debitorem, precarij uirtute remā ſerat, & cum ea Bartoli doctr. magis communiter tranſeunt Doct. vt docet Negus.in d.trac.de pign.1. memb. 6.par.princ.num.35.communem quoque tradit Balb. in repet. d.l. Celſus, par.2.ſub nume.15. licet Bart.ipſe ſibi in hoc parum cōſtans, ſecus voluerit, & male, in rep. d.l. creditores, ſub nu. 25.verſic.ſed pone,quòd debitor, quē ibi ſecutus eſt Salyc.& Goz.conſi.42. nume.16. Pro huius etiam conſilii pleniori intelligentia uide quæ dicam infra in hac eadem litera C. caute. 34.

4 Vnum tamen ſcitu dignum hic monitum velim, quòd † licet quando omnia bona cum clauſula conſtituti obligata ſunt, & quis contra ſingularem ſucceſſorem agere uult, neceſſariam eſſe primùm debitoris excuſsionem quidam uoluerint, nempè Aret. titubanter conſi.127.num.3. & Barb. conſil. 28.colum.1. uolum.1. Tamen in contrarium eſt communis opin.quę colligitur ex Doctoribus inferius allegandis, nam non eſſe neceſſariam hanc excuſsionem, tenuere Bald. & Ang. in l. fin.C. de acquir.poſſeſſ. Ang.Imo. Roman.& Alex.in l.exitus controuerſiæ. ff.eod. Frācus in diſput.petitorij, dub. 1.nume.40.Dec.in l.fin.nume.28.ff.ſi cert.pet.Ripa in rubr.ff. de interd. nu. 14.Cagnol.in proœ. Digeſtorum, nu. 211.Corn.conſ.285.nume.3. uolum. 4.Ruyn.conſ.130.nume. 8. uolum.1. & conſ.172.nume.3.& ſeq. uolum 4. Pariſ. conſ.103. nume.8. uol.3. Grat. conſ.42.nume.15.uolum.2.Bellon.cōſi.34.num.7.& conſi.44.in fine. Goz. conſi.42.nume.12.Rolan.a Val. conſ. 79.nume.33.uolum.1.Afflict.deciſio. 139.nume.8.Capic.deciſ.54.nume.1. Grammat.deciſ.103.num. 106.Boer. deciſ.112.num.12.ac deciſ.200. num. 8.Marſil.ſing.158.Maran.de ord. iud. par.4.diſt.7.nume.51.Negus.in tract. de pignor. in 1. memb. octauæ partis principalis, ſub nume.17.uerſic. Quarto fallit. Tiraquell.in d. tracta. de iure conſtit. d. par.1.nume.58. ac alij plurimi, quos longum nimis, & tædioſum eſſet referre.

## Caut. XXI.

## De cumulanda ciuili, & criminali actione in iniuriarum libello.

*SVMMARIVM.*

*Iniuriarum intentata actione ciuiliter, & criminaliter agi non poteſt, nec etiā altera abſoluta ad alteram recurri poteſt, ſub num.2.ver.etenim & quare, nume.2.* 1

*Vt autem cumulatio hac fieri poſſit, et vtranque act. quis poßit intentare, remed. dantur nu.3.4.& 8.*

*Duo remedia, qua electione tolluntur, quando in eodem libello cumulari poſſint.* 4

*Reis duobus debendi conuentis, quomodo ſit concipiendus libellus.* 6

*Argumentum valet de perſonis ad res, & è contra.* 7

*Redhibitoria actione agens pro vno vitio, poteſt de alijs non apparentibus proteſtari, de quibus actionem ſibi reſeruare poteſt, quandocunque apparuerint.* 8

*Actio ciuilis, & criminalis, quando concurrant in eodem libello. ſub num.2.in parentheſi.*

Ciuilem, & criminalem actionem in iniuriarum libello concipiens nihil agit, etiam ſi nō æquè principaliter utranque concipiat, ſed criminali-

minaliter primùm agat, mox inciden-
ter ciuilem attingat (quo caſu regula-
riter in criminibus alijs cumulatio ad-
mittitur, arg.l.quoties. C.de iud.Bart.
in l.interdum fur.§.qui furem,num.5.
ff.de fur.idem in l.pen. ſub nu. 2. ff.de
calum.ſic etiam in l.4.§. ſi dicantur.ff.
fin.regũd.in l.defuncto.§.1.ff. de pub.
iud.& in l.1.nu.4. C.quan.ciu. act.præ
iu.crim. & ita conſuetudinem obſer-
uare teſtatur Bald. in l.data opera, nu.
6.in fi.C.qui accuſ.non poſ.& eſſe iſtã
communem ſententiam teſtatur Cur.
Iun.in l.edita,nu.198.C.de eden. Ro-
lan. a Valle conſ. 30. nume.2. lib.2. &
alij,quos refert Iul. Clar.ĩ pract.crim.
§.fin.q.2.verſ.& hæc quidem,idq́ue ti
bi tradam in ſeq.proxima ca. num. 2.
ex eo cautelam afferẽs.) In iniuriarum
inquam actione cumulatio ciuilis, &
2 criminalis fieri non poteſt,nam † utra-
que actio ad vindictam tendit, per ea,
quæ tradit Bar.in l.lex Cornelia. §.fin.
& in l.prætor edixit.§.ſi dicatur. ff. de
iniur.& in d.l. 1.ſub nume.2. C.quan.
ciu. act. & pro quo latius uide penes
Rober.Maran.de ord.iud. par.4. diſt.
1.num.12.Etenim ſicut altera abſolu-
ta actione, altera poſtmodum in iniu-
riis intentari non poteſt, quia vtraque
actio ad idem tendit, vt eſt text.& ibi
Bart.in d.l.prætor edixit. §.ſi dicatur.
ff.de iniur. tex.& ibi Barto.in d.l.1. C.
quan.ciu.act. Barto. in l.2. §.1.ff. ui
bon.rap.Spec.in tit.de fur.§. 1. verſic.
Sed nunquid,nu.3.& in tit.de iniur.§.
1.verſ.Sed quæritur,nu.4.Abb.in cap.
tuæ,extra de procur. & eſt communis
concluſio,vt per Maran.d.diſt.1.num.
3.Clar.d.q 2.verſ.vlt.Ita multo magis
id in iiſdem iniuriarum actionibus in
eodem libello (etiam ſi æquè principa-
liter non fieret) reijciendum eſt:acce-
dit enim coaceruationis ratio, ſiue cu-
mulationis actionum, de qua re per
Bar. & cæteros in d.l. edita, unde non
admittendas actiones iſtas inſimul
magis clarum eſt.

Verum ut iudicium utrunque, & ci
uile & criminale, tam in eodem libel-
lo, quàm etiam poſt alterius abſolu-
tionem intentari ualeat, remedium
† eſt, vt, ſi in eodem libello utrunque 3
concipitur,fiat proteſtatio, quòd alte-
ra pœna concipiens contentus rema-
nebit, ſi ea integrè,& ſufficienter irro
gata fuerit: Alias, quod vtraque iniu-
rians puniatur,per ea,quæ pulchrè ad-
modum poſuit Bal.in l.quod tempore.
verſic.ſecundo quæro. C.de reſti.mi-
lit.ubi dicit † quòd duo remedia, quę 4
electione tolluntur, poſſunt cumulari
in eodem libello conditionaliter,quã-
do ſunt talia, quòd unum ex altero ori
tur,quia non dicitur cumulatio,ſed po
tius quædam ſubordinata propoſitio,
ſecundum eum,quem ſequitur Fel. in
c.ſignificantibus,col.pen.de lib.obl.&
pro hoc eſt gloſ. in l.conductores, in
verbo,ęſtimat.C.loc.& in l.non ab re,
in uerbo,ordine, C.unde ui,glo.etiam
eſt in c.Raynald.quæ incipit, ſed nun-
quid,extra de teſt.Cyn.in l.ordinarij,
q.2.C.de rei uendic.plenè Ang. in l.q
de inofficioſo,ff.de inoff.teſt.Sic & in
caſu noſtro: nam licet hæ duæ actio-
nes electione tollantur, tamẽ una ſub-
ordinatur ad aliam ex futuro euentu,
& oritur una ex alia,nam ſi prima inte
grè non fuerit irrogata,alia pro ſupple
mento ſuboritur, ex quo patet poſſe
ita conditionaliter concipi libellum,
† Qui etiam libellus ſi alteram tantum 5
contineat, mihi videtur per conditio-
nem, & proteſtationem ſupradictam
efficere poſſe, vt mox ſi integrè nõ fue
rit prima irrogata,altera facta iam pri-
mæ abſolutione, poſsit intentari, cum
huic etiam rei ſumpta Baldi deciſio cõ
ueniat:vnde & eadem ſit hic cenſenda
diſpoſitio,iux.l.illud, ff. ad l.Aqu & l.
à Titio,ff.de uerb.obli. Et ſupradictũ
remedium corroboro per ſimile argu
mentum. † Nam ubicunque duo ſunt 6

rei debendi, quorum altero ſoluen-
te alter liberatur, poteſt creditor li-
bellum facere cumulatorium, pe-
tendo vtrunque reum debendi inſo-
lidum ſatisfacere debere, cum prote-
ſtatione, quòd vnica ſolutione credi-
tor ipſe contentus remanebit, aliàs au-
tem libellus nō procederet, vt per Bar.
in l.3. §. vbi duo, nu.3.ff. de duob. reis,
& per Ang. §. 1. Inſt. de duob. reis, &
quòd in caſu iſto id argumentum pro-
7 cedat, patet; † Quia valet argumentum
de perſonis ad res, & è conuerſo. l. qui
plures liberos, ff. de vulg. & pup. &
Barto. in l. miles ita. ff. de mil. teſt. Qua
propter ſicut illa perſonarum eo mo-
do concepta cumulatio admittitur, ita
etiam rerum ſeu pœnarum (cum rei
verbum generale ſit, l. 1. ff. ſi cer. pet.)
ſimilis cumulatio admitti debet; Qua
etiam proteſtatione attēta ob eandem
interuenientem rationem, alia etiam
caut. dari poteſt, vt vtranq; actionem
8 iniuriatus intentare queat, † Vt ſcilicet
æſtimet iniuriam, & iniuriæ duntaxat
æſtimationem petat, prout habetur
ex dictis Barto. in l. iniuriarum æſti-
matio. ff. de iniur. & in fine libelli ſibi
reſeruationē faciat, Quòd ſi reus ſuf-
ficienter punitus non fuerit, reſeruat
ſibi in altera actione ſatisfactionem
omnimodam, quod facere poteſt, per
text. in l. ſi tametſi §. cum redhibito-
9 ria ff. de ædil. edic. † Vbi ille qui re-
dhibitoria pro vno vitio agit, poteſt
de alijs non apparentibus vitijs prote-
ſtari, de quibus reſeruare ſibi actio-
nem valet quādocunque apparuerint.
idem tenet Bald. per eum text. in l. ſi
prædium. verſiculo, ſed pone, emi ſer-
uum, C. de ædil. edic. Et cautelas iſtas
pro libellante optimas dicit Maran. de
ordi. iud. d. par. 4. & d. diſtinct. 1.
num. 18. penes 19.

## Caut. XXII.

## De cumulatione ciuilis, & criminalis actionis.

### SVMMARIVM.

*Cumulari non poſſunt ciuilis, & crimi-* 1
*nalis actio, etiam ad diuerſa tenden-*
*tes, quando in eodem libello contra*
*eundem, & ex eadem cauſa inten-*
*tantur, per eandem perſonam.*
*Cumulatio ciuilium, & criminalium* 2
*actionum, qualiter admittatur.*

Ciuilis itidē, † & criminalis 1
actio, etiam ad diuerſa tē
dentes, in eodē libello, per
eādem perſonā, ex eadem
cauſa, & cōtra eundē inſimul intētari
non poſſunt. l. 2. §. 1. ff. ui bon. raptorū.
& ibi Doc. Io. lecturā cōiter ſequētes,
& l. interdū, & per ſcrib. ibi. ff. de pub.
iud. Aegid. Boſſ. in tit. de accuſ. nu. 11.
in tit. de plurib. violent. nu. 113. Iul.
Clar. in pract. §. fi. q. 2. in princ. ac Rol.
cōſ. 30. nu. 3. vol. 2. Sed ut hæc cumu-
latio fieri poſſit, Caut. eſt † ꝙ crimina 2
lis prīcipaliter intētetur, & incidēter ci
uilis, petēdo (nō æquè principaliter, ſed
per iudicis officiū) priuatū intereſſe, ut
Bar. dixit in l. interdū. §. qui furē, n. 5. ff.
de fur. in l. 4. §. ſi dicātur. ff. ſi. regū ī d.
l. 2. §. 1. nu. 2. ui bon. rap. & in l. 1. nu.
4. C. quando ciu. actio præ. crim. Cuius
dictū ſecutus eſt Io. de Ana. in c. cum
oporteat, ext. de accuſ. & Dec. in l. edi-
ta, nu. 66. C. de edendo, ac cōiter ſequī
Doct. teſtatur Cur. Iun. in d. l. edita,
num. 198. & alij, de quibus Clar. in d.
q. 2. uerſ. & hæc quidem. quodque ego
tetigi ſupra in prox. caut. multa enim
incidēter permittūtur, quæ alias nō cō-
cederentur, ut not. in l. quoties, C. de
iud. & in l. nullū, C. de teſt. & per Cur.
Iun. in l. 2. n. 42. l. cū ſeq. ff. de iuriſ. om
niū iud. Quod verū uidetur, etiā ſi iu-
dex, corā quo principaliter crimin alis,
& in

& incidēter ciuilis eſſet intentata, eſſet tātū Iudex ad cauſas criminales, ut colligitur ex tex. d. §. qui furē, & expreſsè ibi Bar. nu. 4. & ſub nu. 5. circa fi. ex cuius dictis cōis inſurgit op. & §. eum in d. num. 4. inquit Bar. ad hoc mirabilem eſſe, quodq́ue ex eodem §. ſentit Cur. iun. in d. l. 2. nu. 43. ff. de iuriſ. om. iud. & Hier. ad Ang. de mal. in uer. ad querelam, in ult. apoſt. col. 5. uerſ. ſecundo caſu, vbi de cōi docet, cui adde Rol. d. conſ. 30. nu. 1. uol. 2. ubi ad id latè authoritates allegat. Sed an èconuerſo intentata ciuili principaliter, poſsit incidenter, & ad criminalem recurri? Bar. in l. pen. ff. de calum. & Paul. Caſtr. in l. quos retrahi. C. ſi aduer. lib. & in l. quicunque. C. de ſeru. fug. tenuit, quòd ſic. quodq́ue tenuit Curt. iun. d. l. 2. de iur. om. iud. nu. 44. Flor. uero in l. 4. §. ſi dicantur. ff. fin. regund. contrarium ſenſit, quam etiam ſententiam ſibi cōtrarius tenuit Bar. in d. l. 2. §. 1. ſub nu. 2. verſ. ſed ſi quis uellet, ff. ui bon. rap. Pro huius tamen quęſt. reſolutione vide omnino quæ poſuit Hier. in d. ult. apoſt. ad Ang. in qua utranque opinionem refert, mox diſtinct. quæſtionem abſoluit.

## Caut. XXIII.

### De inualidanda clauſula codicillari.

*SVMMARIVM.*

1 *Clauſula codicillaris in teſtamento appoſita quando locum habeat.*

2 *Teſtator, ſi teſtamentum implere nō potuerit, & clauſulam codicillarem in eo appoſuerit. quid operabitur clauſula ea.*

*Clauſula codicillaris quid operatur, & nu. 8. & 9.*

4 *Clauſula codicillaris poſita in ſecundo teſtamento ratione deficientis ſolennitatis imperfecto, facit, vt ſuccedentes ex primo teſtamento, quod per ſecundum ratione defectus ſolennitatis imperfectum, & iure codicillorum ualēs, nō eſt ruptum, uideantur rogati reſtituere hęredit. his, qui in eodem ſecundo hæredes ſcripti ſunt.*

*Clauſula, uoluit teſtator teſtamētum ualere omni meliori mō, & iure, quo ualere poteſt, idem operatur, quod clauſula codicillaris.* 5

*Clauſulæ codicillaris ratione ſcripto hæredi reſtituta hæreditate, vna tantum legitima retinetur.* 6

*Hæreditas ubi incontinenti reſtituitur duæ legitimæ non detrahuntur.* 7

*Generalis ſermo ea non comprehendit, de quibus loquens veriſimiliter non cogitauit.* 10

*Clauſula codicillaris ex ſtylo, & notariorum cōſuetudine imponitur, & an ideo tali caſu attendatur, nu. 18.* 11

*Notarij clauſularum vim, & efficaciam non intelligentes mundum deſtruunt, & bonorum virorum conſcientias in periculo ponunt.* 12

*Notarij neſcientes quid ſcribant ſæpè teſtantium peruertunt voluntates.* 13

*Clauſulę codicillaris uis ut tollatur, quid agendum.* 14

*Teſtis ſi deponat filiam in quinque ſolidis inſtitutam, & interrogatus, quid ſit inſtitutio, dicat ſe neſcire, non probat, ſub nume. 14. verſic. ubi inquit, quod ſi teſtis.*

CLAVSVLA codicillaris in teſtamento appoſita tunc locum habet, cum teſtamentum propter ſolennitatis ommiſſę defectū nō ualet, per tex. & gl. in l. codicillos §. fi. ff. de leg. 2. Nō uero iſta clauſula ꝓcedit, cū ex defectu uoluntatis teſtatoris 1

teſtatoris imperfectæ teſtamentum in ualidatur, ad quod facit l. ex ea ſcriptura.ff.de teſta.& l.fideicommiſſa. §.3.ff. de legatis tertio.& quod re vera tãtum hac clauſula procedat, cum ratione ſolennitatis defectus, non uero voluntatis imperfectæ teſtatoris teſtamentum non valet, tenet Bar.in l.1.nu.7.& 8.ff. de iure cod. exponens ad hoc tex.in l.
2 vlt.C.de codic.Vbi habetur: Quòd† ſi teſtamentum teſtator implere nequiuerit, & clauſulam codicillarem in eo appoſuerit, clauſula ea in fideicommiſſum directam uertet hæreditatem. Nã dicit ipſe Bar.Quòd illa teſtatoris imperfecta uoluntas intelligitur ratione defectus ſolennitatis alicuius, non vero voluntatis, idem tradit Bald. in d.l. ex ea, in prin. de teſtam. & Dec.conſi.
3 394.nu.9.† Porro, quando iſta clauſula locum habet operatur, vt uenientes ab inteſtato videantur rogati reſtituere hæreditatem ei, qui ſub hac clauſula hęres ſcriptus eſt, d.l.ex ea.§.1.& ibi not.ff.de teſtam.l.quia autem, in prin. & ibi not.ff. ſi quis om. cau.teſt. & l. ex teſtamento, ibique not.C.de fideic. Bar.in d.l.1.de iure cod.num.3.idemque Bar.in conſ.44.nume.2.volum.1. Ioan.Dilect. de arte teſt.titu.[illegible]cau.1. num.4. Old.conſ.171.ad primam quęſtionem, colum. fin. dicens, quòd ad hoc concordant omnes, & ipſum Oldrad.ita dicentem, ac alios refert Dec. conſ.242.num.2.conſ.369.num.2.& conſ.431. nu.8. idem Dec. conſ.321. num.1. & ſub num.2. ubi etiam Oldr. ſimpliciter tamen, cum alijs nonnullis allegat, Cęph.Dominus meus cõſ. 85. nu. 60. communemque dixit eſſe opinionem Rolan.à Val.conſ.71.nume. 57.volum.2.Eman. Soar.in ſuis com. op. litera C, nume.80.Quod tamen ipſe Bar.d.nume.3.l.1.de iu.cod. declarat, vt venientes ab inteſtato rogati reſtituere cenſeantur, quando ipſi uenientes ab inteſtato ſuccedunt, quia† ſi ali-
4 qui ex teſtamento ſuccedunt, vt puta: Cum aliquod teſtamentum præceſſerat, quod per ſecundum, ratione ſolennitatis deficientis imperfectum: ſed codicillorum iure valens, non eſt infirmatum, illi hæredes, qui ex ipſo teſtamento primo ſucceſſerũt, videntur rogati. Quicunque enim aliquo iure ſuccedit rogatus videtur.l.ſi quis cum teſtamẽtum nullum. ff.de iu.cod.Quod tamen limitatur non procedere, cum quis eſſet hæres ex teſtamento poſtea facto, vt per Bar.in d.l.1. ſub d.nume. 3.& ſub nume.20.q.15. & Bal.in l.fin. colum.fi.verſ. ſed pone quòd teſtator, C. de codic. & idem in l. poſthumus. §.fin. uer. quæro hic de iſta quæſt. ff. de iniuſto teſt.Guid. Papæ quæſt.323. nume. 20. ac Vitalis de Cambanis in trac. de clauſ.clauſula 16.atque Dominus meus Ioã.Cæph.conſ.519.nume. 33.quod tamẽ ipſe Cæph.tribus num. ſequentibus procedere declarat, niſi in ſecundo teſtamento teſtator primũ confirmauerit, vel niſi ſecundum ipſum teſtamentum reuocatum poſtea fuerit, ſecundum caſum, ſuper quo ipſe Cæph.conſuluit: eo etenim in caſu inquit clauſulam codicillarem primi teſtamenti reuiuiſcere, quod ſi ſuſtineri poteſt, notabile eſt. Idem † quoque 5
quòd expreſſa codicillaris clauſula, operabuntur verba illa, Voluit teſtator teſtamentum valere omni meliori modo, & iure, quo valere poteſt. Idq; a ſimilitudinis ratione fiet. l. cũ pater. §.filius matrem.ff. de legatis ſecundo, ſecundum Bal.& Ang.ibi, & hoc probat tex.optimus in d.l.codicillis.§.fin. & ibi Bar.& Imo.ff. de legatis ſecũdo, idemque tenet Io.Dil.d.tit.3.d.cau.1. nume.6. Et eſt aduertendum, Quòd † quando vigore clauſulæ huius codi- 6
cillaris ſcripto hæredi per fideicommiſſum reſtituitur hæreditas, hi, qui eã reſtituũt, etiam ſi de liberis ſint, vnam tantum legitimam retinent, ut innuit gl.

glo.fin.in auth.ex cauſa.C.de lib.præt.
tradit Bal.conſ.20. clauſula codicilla-
ris,lib.1.& alij,quos refert,& ſequitur
Cur.iun.in d.auth.ex cauſa, ſub num.
73.ad fin. & Io. Dilect.d.tit.3. d.caut.
1.nume.5. & ea ſe mouentur ratione
7 Doctores iſti, † quia vbi non ex inter-
uallo reſtitutio fit, ſed incontinenti,
non detrahuntur duæ legitimæ, vt per
Bar.in l.Papin.§. meminiſſe.ff.de inoff.
teſtam.& per eundem d.conſ.44. nu.
3.Doc.& pręcipuè Barba. in cap.Ray
nutius, & in cap.Raynaldus, extra de
teſtam. & communē quoque hanc opi
nionem aſſerunt Afflict.deciſ.367.nu
me.4.Bero.in cap in præſentia, nume.
437.cum ſequ.extra de probat.& Viu.
in lib.1.com.opin.variorum, litera H.
incip.Hæres rogatus, nume.3. quique
pro hac opinione latè alias cumulant
8 authoritates. † Pariter clauſula prædi-
cta operatur, vt compendioſa ſubſtitu
tio à pagano uerbis directis facta poſt
pubertatem obliquetur, vt per Bald.
Paul. Alex. & alios communiter in l.
verbis ciuilibus.ff.de vulg. & per alios
quos refert Rip. ī l. Cēturio.nu.79.ff.
de uulg.quod tamen nume.85. verum
intelligit, quando hæc clauſula per ver
ba pręſentis,& futuri temporis eſt cō-
cepta, vt ſi non valet, vel valebit, ſecus
ſi per verba præſentis temporis tātum.
Plures etiam alios effectus hęc clauſu-
la codicillaris habet, quos videre potes
apud Bart.d.l.1. ff. de iu. codicill. ubi
materiam hanc latè explicat, peneſque
Doct.in d.auth.ex cauſa. In ſumma ta
men ſcias, quòd ex his omnibus effe-
ctibus, quos dicta clauſula operatur,
9 compendium id eſt, † quia clauſula co
dicillaris contra omnes nullitates prę-
ſentes,& futuras operatur, cōtra quas
teſtator, ſi de eis in ſpecie cogitaſſet,
veriſimiliter prouidiſſet, vt inferius
probabo: ſecus ſi veriſimiliter non pro
uidiſſet, ut contra teſtamenti nullita-
tem ex natiuitate poſthumi ignorāter
præteriti, prouenientem, nam tūc clau
ſula codicillaris non operatur, ut per
Bar.in d.l.1.ſub num.10.per Soc. cōſ.
93.per totum, uolum. 4. & ita etiā per
Io Dil. ubi de magis cōmuni pro hac
parte docet, d.tit.3.caut. 10.nu. 4. quæ
ſanè concluſio ita ſine multa difficul-
tate non pertranſit, nam nonnulli gra-
uiſsimę authoritatis iuri ſecus tenue-
runt, fueruntque qui contrariam par-
tem communiter receptā aſſeruerunt,
vt facilè penes Cur.iun.in d.authen.ex
cauſa, nume.70.& apud Iul.Clar.in §.
Teſtamentum, q 46. uerſ. & hæc qui-
dem, habes: qui tamen apertè cum Bar
tolo inclinantes plurimas adducūt ita
ſentientiū authoritates, & ipſi dicunt
Bartoli opinionem magis eſſe veram,
æquiorem, & fauorabiliorem, & eam
indiſtinctè ſequitur Clar. ſiue legata
ſint magna, ſiue parua, ſiue clauſula ſit
concepta per verba præſentis tempo-
ris, ſiue futuri, & ſiue teſtator poſt po-
ſthumi agnationem ſuperuixerit, ſiue
non,& ab iſta opinione in practica nō
recedendum inquit, prout & poſtmo-
dum audiuiſſe ait Senatum Mediolan.
iſtam opinionem vti veriorem, & hu-
maniorem ſemper ſecutum eſſe,& ſu-
pradictum compendium ſubſtantiæ
clauſulæ codicillaris huius ponit Rip.
in d.l.Centurio.nume.84. eiuſque di-
ctum ibidem exemplificat, † nam in 10
generali ſermone ea non comprehen-
duntur, de quibus loquens uerisimili-
ter non cogitauit. l. obligatione gene-
rali.ff.de pign.cum authoritatibus, per
Rip.poſitis in præcitato loco, & facit
optimè tex.in l.cum auus. ff.de cond.
& demonſtr.cum concord. Cæterum
† quia, vt quotidie videmus, & ut inqt 11
Rip.d.l. Centurio, ſub nume.89.verſ.
aduerte, Clauſula iſta ex ſtylo, notario
rumque cōſuetudine imponitur, † qui 12
quidem notarij harum clauſularum
vim, & efficaciam ignorantes eorum
imperitia mundum deſtruunt, & bo-
norum

norum virorum conſcientias ſæpè in periculo ponunt, ſecundum Bal. conſ.
13 5.lib.2. † Hique neſcientes quid ſcribant, teſtantium voluntates ſæpè peruertunt, ſecũdum Ang.conſ.250. Hęc etiam per Rip.d.l.Centurio, nume.83. Ideo ad tollendam clauſulæ huius codicillaris, & ſimilium efficaciam, con-
14 ſilium tibi trado, † quòd facias notarium a iudice interrogari, quid ipſæ clauſulæ importent, & ſi reſpondere ignorauerit, nihil operabuntur, ſecundum tradita per Bar. in l.1.num.10. & in d.l.Dec.num.14.& in 2.lect. nume. 11.ac in tertia lect.num. 52.ff. ſi cert. petat. vbi poſt Bartoli dictum de teſte quid ſit mutuum interrogato, ponit alia exempla de teſte interrogato, quid ſit mala fama, vel conſuetudo, ac de notario interrogato quid ſit Velleianum, quando tales perſonæ de his atteſtantur, ad idem pro conſilio ſuperius dato faciunt tradita per Alex. in addit. ad Bar.poſt Alb.de Roſ.in l.fin.§. fin. ff.ad Velleia.per Alb.in l.3.C.de hęret. per ipſum Alexan.in l.ſciendum. ff. de verbor.oblig.per Dec.conſi. 105.col. 4.ſub num.5. vbi inquit, quòd ſi teſtis deponit, teſtatorem filiam heredem in quinque ſolidis inſtituiſſe, & interrogatus, quid ſit inſtitutio, dicat ſe neſcire, nil probat, & ibidem alia ſimilia ponit, quæ poſuiſſe eum dixi in d.l.1.ſi cert. pet. & in ſpecie in terminis caſus noſtri videas Bertr. conſi. 77.incip.Difficultas, in fi. lib.2.relatũ à Rip.d.l.Cẽturio ſub n.88. Pro hoc quoq; videas Viuiũ in 1.tom. cõ.op.variorũ, lr̃a M, verſic.Mulier iuuatur Velleiano.Borg.Caualc.de vſufr.mul.rel.nu.136. in uerſi. & ideo putarem eſſe bonum.Quinimo Michael Graſſ.in ſuis com. opin.lib.2. cap.4.q.16.inquit communem eſſe opinionem, quæ ex Bartolo oritur, d.l.1.q.
15 6.ad fin.de iu. cod. Quòd † ſimilis ſic de ſtylo appoſita clauſula non attendatur, nec pro expreſſa habeatur, & ideo debere apponi teſtatore ſic ordinãte, & volente. Dec.tamen conſ. 490. ſub nume.10. inquit contrarium communiter teneri, quem ſequitur optimis rationibus Rol.à Valle conſ. 34. nu. 97. cum ſequentibus, volum.4. Hoc igitur in caſu ſalubrius erit recurrere ad ſuperius traditum conſ. Quod ſi effectũ tibi non ſortitur, poteris mox in medium afferre quæſtionẽ de huius clauſulæ inualiditate ex eo, quòd teſtatore iubente appoſita non fuerit; ſed certè vix erit, vt obtineas: multi enim patres contra eam Bartoli opinionem, quam communem Mich. vocat, tenent, vt habes penes Dec. & Rolandum in pręcitatis locis, ac penes Cur. iun. in d.auth. ex cauſa, ſub num.74. quo numero & pro alia parte ex Bartolo deducta authoritates non modici momenti affert.

## Caut. XXIIII.

De compenſatione fienda de liquido ad non liquidum. Et de non fienda ea etiam de liquido ad liquidum.

*SVMMARIVM.*

*Compenſatio de liquido ad nõ liquidum non fit, limita ſub nu. 2.* 1
*Pupillus pubertati proximus pro pubere habetur, ſub d.nu.1.uer. & ideò.*
*Qui & iuramento ut pubes obligatur. verſ.Ipſe enim.*
*Compenſatio, ut de liquido ad illiquidũ fiat, quid agendum ſit.* 2
*Compẽſatio quibus in rebus admittatur remiſſiuè.* 3
*Et an admittatur de pecunia in quantitate debita ad pecuniam in ſpecie debitam, num.4.*

Com-

*Compenſatio ipſo iure de liquido ad li-
quidum regulariter fit, dũmodo oppo
natur, ne tamen unquam compenſa-
tioni locus ſit, habes remedium ſecun
dum limitationem, de qua nume. 6.
& in fine admoneo, num. 7.*

1 COmpenſatio † de liquido
ad non liquidum non fit. l.
fin. C. de comp. cum ſimil.
intelligendo tamen hoc ve
rum, niſi de proximo non liquidum
eſſet liquidandum, d. l. fi. Soc. reg. 86.
fal. 2. Quæ enim de proximo futura
ſunt, pro iam factis habentur. l. pen. ff.
de mil. teſt. optimeque conferunt quę
in d. l. pen. no. gl. in verbo, confeſtim.
& ideo videmus, quòd pupillus pu-
bertati proximus pro pubere habetur,
ut declarant Dec. & Cagn. in l. pupil-
lum. ff. de reg. iur. ipſe enim iuramen-
to, perinde ac pubes eſſet, obligatur,
vt multis comprobat authoritatibus
Laur. Chircou. in 4. centu. com. con-
clu. concluſ. 1. ubi communem docet,
& receptius teſtatur Mich. Graſſ. in
ſuis com. op. cap. 7. Iuramentum, q.
13. verſic. contrarium, & c. 9. q. 34.
verſic. Amplia hoc etiam, lib. 1. latè di
cam ego infrà caut. 133. nu. 3. dicamq;
in caut. 134. nu. 3. & caut. 222. in prin.
Quomodo autẽ iſtud incontinenti ſu-
matur declarat Men. de arb. iud. lib. 2.
caſu 14. vbi Iudicis arbitrio id cõmiſ-
ſum concludit. Sed ad hoc, vt etiã om-
nino cõpenſatio de certo ad non certũ
2 fiat, cautela ſingularis eſt, † quòd tu
qui es reuera, & probabiliter debitor,
ſtatim debitum, quod à te petitur, cõ-
fitearis; Mox ſi quantitatem à credito-
re tuo, quæ nondum ſi certa, habere
debes, compenſationem opponas: do-
nec enim tuum probaris creditum, in-
terim creditor tuus liquidum etiã cre
ditum, ſed per cõfeſsionem, vt modò
dixi, exigere non poterit. Nam regula
ſupradicta intelligitur procedere, quã-
do debitum eſt per teſtes, vel per pro-
bationes alias liquidum: ſecùs ſi per
partis confeſsionem, vt eſt text. cum
gloſ. valde notabili in d. l. fin. in verbo,
conuicta, & ibi hoc notat, & tenet
Cyn. q. 9. ſimilisque eſt gloſ. 1. in l.
nemo ex his. ff. de reg. iur. & ita tradit
Abb. in c. cum Io. in 3. not. extra de
fide inſtrumen. Cępol. caut. 83. incip.
ſcis, quòd vulgariter. Iaſ. poſt eos, quos
allegat, in l. cum fundus §. ſeruum tuũ,
num. 12. ff. ſi cer. pet. & poſt Bart. ad-
dit. ad eum in d. l. fin. in verbo, per
confeſsionem partis, ac Iaſ. in §. in bo-
næ fidei, Inſt. de act. & docet Soc. d.
reg. 86. fall. 1. ac Robert. Maran. de
ord. iud. par. 4. diſt. 6. num. 3. † Qui- 3
bus modo in caſibus compenſatio ad-
mittatur, vide penes Doct. in d. l. fin.
C. de cõpenſ. & in d. §. in bonæ fidei,
& præſertim ibi per Iaſ. & Vldar. Zaſ.
Inſt. de actio. & † an compenſatio de 4
pecunia in quantitate debita ad pecu-
niam in ſpecie debitam fiat, vide per
Alex. & Iaſ. in d. §. ſeruum, qui admit-
ti communiter receptum aiunt. Scias
autem velim, quòd † licet regulariter 5
compenſatio ipſo iure de liquido ad li
quidum admittatur, l. ſi conſtat, & d.
l. fin. C. de compenſ. & d. §. in bonæ
fidei, Inſt. de actio. dummodò pars
opponat, vt no. glo. 1. & Doct. in d. l. ſi
conſtat, Viuius in 1. par. com. opin. va
riorum, in litera C, verſic. Compen-
ſatio licet fiat, & com. affert opin. ex
Socino iun. Laur. Chircou. in prima
cent. com. concluſionum, concluſ.
43. litera C, num. 17. ſi tamen † debi- 6
tum iuratum fuerit, de ipſo iurato ad
non iuratum compenſatio non admit-
tetur, per text. & ibi Doct. in c. ad no-
ſtram, extra de iureiur. & hanc com-
munem eſſe Doctor. op. inquiunt Fe-
lyn. ibid. circa fin. verſic. & per hoc
apparere exiſtimo, Alex. conſ. 91. nu.
5. vol. 2. Iaſ. in l. eum, qui. §. ſi iuraue-
ro, ſub nume. 5. ff. de iur. ubi alias ad

hoc concord.refert. Fran.Marc.deciſ. 148.ſub nume.5.ad fin. (licet ipſe cõtrarium ſentire videatur) par.2. Viuius in præcitato loco, Gozad.conſ.32. nu. 16 & Laur. Chircou. in præd. cent. 1. conc.44. Verùm quia nonnulli grauis ponderis viri (& Bar.ipſe) contrarium voluere, quos enumerat Iaſ.& eorum ponit fundamenta in d. §. ſi iurauero, nu.2.cum tribus ſeq. Fran.Mar.in prçcitata deciſ.& nu.ubi & ipſe eam partẽ ſequi videtur. Laur.Chirc. in modo d. conc.44.circa fi. & Afflic.deciſ.163.) ubi hincinde opin. & authoritates refert, mox ipſe ſub nu.3.verſ. Ego ſtimulo conſciẽtię, tertiam ſuam opin. affert, quæ mihi multũ placet. Ideo Doctorum conciliando opiniones diſtingue, ut per ipſum Afflictũ. Aut qui cũ iuro promiſit ob paupertatem ſoluere nequit, & cõpẽſationi miſerationis cauſa locus erit: aut diues erit, & tũc cõpẽ
7 ſatio nõ admittetur. Per † hæc igiṫ, tu, qui compenſationi obuiã ire cupis, iureiurando debitorẽ aſtringere poteris.

## Caut. XXV.

De vitanda præſumptione, qua quis ob inhumanam, & fatuam conditionem, ſermonesque incongruos præſumitur mentecaptus, & ne furoris prætextu teſtamentum deſtrui ualeat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conditio inhumana reijcitur.*

2 *Inſanus quis ex incongruis ſermonibus cognoſcitur.*

3 *Teſtatore inſano in teſtando demonſtrato teſtamentum deſtruitur. Conſilium tamen datur, quo teſtamẽtũ non obſtãtibus talibus verbis ſuſtineatur, nu.9.*

4 *Verborum ſeries denotat actus validitatem, nec ne, & nu.5.*

*Mens diſponentis ex diſpoſitionis tenore oſtenditur.* 6

*Mentis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quam verborum qualitas inſpecta.* 7

*Loquela hominis animum indicat, et ſub eo numero alia ad id.* 8

*Teſtamentũ poterit deſtruere hæres, ſi probabit furioſum teſtatorem fuiſſe, vel ſimiliter.* 10

*Contra quod quomodo ſe valeat adiuuare ſcriptus hæres habetur, num. 19.*

*Furioſus, fatuus, demens, mentecaptus, & ſtultus æquiparantur.* 11

*Furioſus autem quis propriè dicatur, & quis mentecaptus dicitur, ſub d.nume. 11.*

*Furioſos, & dementes ſolent aliquando delinquentes ſe fingere, vt pœnam uitent, ideo datur conſilium contra tales nu.ſeq.* 12

*Stultus eſt factis, fatuus verbis quis demonſtrandus.* 14

*Furioſum aliquem eſſe in genere cum probas, an ſufficiant teſtes ſingulares, vel non.* 15

*Teſtes ſuper furore deponentes ſcientiæ cauſam, etiam non interrogati, reddere debent.* 16

*Furioſus ſemel probatus ſemper præſumitur furioſus, niſi contrarium probetur. Amplia numero 18. Et dictum intellige, vt ſub d.nu.18. ver. furoris tamen.* 17

*Prçſumptio urgentior minus vrgentem tollit.*

*Furioſus etiam ſiquis ſit, & faciat quid hominis ſani, illud valet, verbis diſpoſitionis attentis.* 20

*Iudex furioſus ſi habet dilucida interualla tunc iudicare poteſt.* 21

*Notarij aſſertio quòd quis ſit ſanæ mentis non probat.* 22

*Ideo conſilium datur, vt notarius uerba ſani ingenij in teſtamento ponat, nu.24.*

Con-

1 Conditio, † quæ inhumanitatem continet, reſpicitur. l. conditiones, prima, & 2. & l. quidam in ſuo. 2 de cond. inſtit. Et † ex ſermonibus incongruis quis non ſanæ mentis præſumitur, niſi contrarium probetur, d. l. quidam, & ibi glo. et Bar. & facit quod habetur in l. his, qui. §. Diuus, cum ibi not. in verbo, ex ſermonibus. ff. de tut. & cur. datis ab his. & in l. idē Iulianus, §. fin. ibi, furioſi eſt talia legata teſtamē 3 to aſcribere, ff. de leg. 1. Proinde † fit, quod ſi ex fatuis ſermonibus quis inſanus deprehēdi poſsit, & hęredē eū fecerit, qui ab inteſtato hęres futurus nō eſſet, legitimus hæres ſcriptū hæredē in hereditatē pręcedet, niſi ipſe hęres ſcriptus, non obſtantibus verbis illis fatuis probet, teſtatorem mentis compotem extitiſſe, vt eſt caſus in d. l. quidam, & 4 in l. fin. C. de hæred. inſtit. † Siquidem in contractibus, vel vltimis voluntatibus verborum ſeries indicat cōtractus, vel teſtamenti validitatem, & 5 inualiditatē; Talis † enim præſumitur cōtractus, qualem uerborum proprietas demonſtrat, tex. ad hoc eſt celebris in l. intereſt. ibi, tantum, quātum lectio probat in ſcriptura, & ibi Ang. & Salyc. C. de ſolut. ad idē eſt tex. in l. 2. ibi, actorum lectio, quæ precibus intexta ſunt, manifeſtè declarat, & ibi Luc. de Pēna, col. 1. ver. & nota actorū lectio, 6 C. de delator. lib. 10. † Nāq; diſpoſitionis tenor qualis fuerit, diſponentis mēs oſtendit, vt præter tex. d. l. intereſt, probant tex. in l. quod conſtitutum. ff. de mil. teſt. in l. non aliter. ff. de legatis tertio, & in l. Labeo. §. idem Tubero, ff. de ſupell. leg. & ad hoc vide quoque Andr. Barbat. cum alijs allegatis ab eo, cōſ. 2. nu. 5. conſ. 11. nu. 17. & conſ. 26. n. 1. vol. 2. & Bal. in c. 1. ext. de teſt. relatūq; Rol. à Valle, cōſ. 61. n. 8. vol. 7 2. qui dicit, † quòd nullū eſt maius mē tis noſtrę teſtimoniū, quā verborū qualitas inſpecta; etenim, vt Rol. ſubdit, n. 9. per Bal. ipſum in l. ſed et reprobari, in prin. ff. de excuſ. tut. ex † hominis lo- 8 quela animus eius iudicatur. Quare & qui Petrū increpabāt, quòd ipſe ex diſcipulis Domini eſſet, cū ex ipſius ſermone cōuincebāt, dicentes; Verè & tu ex illis es, nā & loquela tua manifeſtū te facit, vt hr̄ Math. c. 26. Propterea ēt ex ipſo ſermone argumentū ſumēs aiebat Luc. de Pēna in d. l. 2. C. de delat. li. 10. col. 2. in prin. allegās Hug. de ſancto Victore ꝙ vanus ſermo vanę cōſciētię iudex eſt, & hominū mores lingua pādit. Similiter dicebat Io. Dilect. in hoc noſtro propoſito, in eius tract. de arte teſt. tit. 1. caut. 6. ſub nu. 3. quòd qualia quiſq; facit, & loquitur, talis eſſe pręſumitur. l. Titia. ff. de inoffi. teſt. & l. pen. ff. de cōd. inſtit. quę eſt d. l. qdā in ſuo. Ad idē Seneca in Prouerb. Imago ani- 11 mi ſermo eſt, qualis vir, talis oratio, & cæt. & refert Stobęus in ſuis ſermonibus ex diuerſis Græcorū Philoſophis collectis, ſerm. 3. de prud. fuiſſe olim ex ſapiente quodā probatā ſententiam hanc; Qualis ſit vnuſquiſq; ſermone iudicatur. Multa poſſent ſimilia ad hāc materiā aptari, ſed qa ipſa ex ſe manifeſtè clara patet res, vlterius nō progrediori. Cęterū ſi qs, nō obſtātibus fatuis, & incongruis ꝓlatis verbis, ex diſpoſitione cōmodū conſequi deſiderat, conſ. eſt, † ꝙ procuret, vt notarius in teſtamēto 9 cām apponat legitimā, (ſi q̄ erit) quare ſimilia verba protulerit teſtator: inde enim probabit, teſtatorē ipſum, illis nō refragātibus verbis mētis cōpotem extitiſſe. Quod ſanè conſ. tradit Bar. in d. l. quidā in ſuo, n. 1. & ille tex. optimè probat in illis verbis, Igitur ſi ꝑſpicuis rōnibus hæc ſuſpitio amoueri pōt, nullo modo legitimus hęres de hæreditate cōtrouerſiā faciet ſcripto hæredi, idq; etiam probat text. d. l. fin. C. de hæred. inſtituen. verſ. ſed ſiquidem, verſ. niſi. prius, & verſic. ſin autem neque ipſe.

Poterit

10 Poterit † itidem legitimus hæres ad-
uerſus ſcriptum hæredem ſe nõ in ver
bis quidem teſtamenti duntaxat, ſed
in ipſis quoque teſtatoris, dùm viueret
moribus fundare, probando eum fu-
rioſum, quem conſtat nec teſtamen-
tum, & aliud nihil validi agere poſſe, l.
2. §. furioſi. ff. de iure cod. l. nec codi-
cillos, C. eod. & l. furioſi. ff. de reg. iur.
l. in negotijs, & ibi Dec. ff. eodem, de
reg. iur. l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſſ.
(ubi plenè in terminis noſtris hæc ma-
teria tractatur, & max. à Iaſ. & Dec.
poſt Bald. Ang. Rapha. Fulg. Caſtr.
Salyc. Rom. & Alex. ibi) §. prętereà
verſic. item furioſi, Inſt. eod. & §. fu-
rioſus, Inſt. de inut. ſtipul. nam intelle
ctus abeſt vbi furor adeſt, Afflictus.
dec. 365. num. 2. uel probando fuiſſe
omnino fatuum, aut dementem, men-
11 teuè captum, ſiue ſtultum, † quorum
omnium ęquiparata uidetur de iure in
agendis rebus conditio, c. maiores §.
uerum, de baptiſmo, l. fatuo. ff. de pri-
uil. cred. & l. tam dementis. C. de epiſ.
aud. l. 1. §. fin. cum duabus legibus ſeq.
& ibi Bal. Alb. & Cępo. ff. de ædil. edi-
cto, l. 2. & ibi Bald. C. de cur. fur. & l. ſi
furioſi. C. de nupt. ad quod etiam uide
Dec. in l. humanitatis, ſub num. 1. &
6. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in d.
l. furioſum, num. 7. ubi num. 1. docet
quis propriè furioſus, & quis mente ca
ptus dicatur: dicens eum haberi furio-
ſum, qui quodam furoris impetu con-
citatur; mẽte captum autem, cui mens,
& animi deficit iudicium, extrinſecùs
autem nullum oſtẽdit furorem, ut no.
Bald. in l. ſi furioſi. C. de nup. in d. l. 2.
C. de cur. furio. cum alijs de quibus
Alex. conſ. 54. lib. 1. & conſ. 3. lib. 6. &
Iaſ. in d. l. furioſum, nume. 2. Non
loquor autem de ſtulto ſapiente, quo-
niam multi ſunt, qui ſtultitiam fingen
tes prudenter ſe agunt, ut ait ille Ca-
to, Stultitiam ſimulare loco pruden-
12 tia ſumma eſt. Aliquando † enim poſt
delictum commiſſum ali qui ſe men-
te captos ſimulant, ut per Alb. & alios
in l. diuus. ff. de offic. præſ. & facit
text. in l. obſeruare. ff. de cur. fur.
qui dicit ita de facili iudicem crede re
non debere eſſe quem furioſu m: ad
quod etiam uide Ang. de malef. in uer-
bo, ſcienter doloſe, ſub num. 9. dicen-
temque † quòd Iudex ſit cautus, ne ita 13
facile credat quem eſſe furioſum, ut
criminis pœnam euitare queat, ſed eũ
retineat, & per uarias interrogatio nes
ipſum tentet, quouſque certior fieri
poſſit, nunquid furioſus ille ſit, nec ne.
Sciendum autem eſt, † quod quando 14
uolueris ſtultum aliquem probare, me-
lius erit, ut ex eius factis talẽ eſſe oſten
das. ſi uero factum dicere uoles, ex uer
bis prolatis per eundem fatuitatem
oſtendas, iuxta tradita per Dominic. in
c. de Coſtantinopolitana. 22. diſtinct.
pro quo uide in c. legimus, in prin. 93.
diſtinct. & de ſtulto, ac fatuo ſimul, vi-
de penes Salom. in prou. c. 12. 13. 14.
15. 16. 17. 18. & 19. Ad probandum
† autem quem eſſe furioſum, uel ſimi- 15
liter (ut ſi quis aliquem uult oſtendere
hæreticum, infamem, & id genus) te-
ſtes ſufficere ſingulares, ſi illud in ge-
nere facere uolueris, non ſi quid furo-
ris indicium in ſpecie probare optaue-
ris, ut aliquem aliquando tale quid fe-
ciſſe, quod furioſum eum arguebat, tra
dit Innoc. in c. qualiter & quando, 2.
quem ſequuntur ibi Doct. extra de ac-
cuſ. & in c. cum oporteat, extra eod.
Bal. in l. 1. C. qui num. tutel. & Alex.
conſil. 92. verſic. Non obſt. incip. viſo
& oportunè diſcuſſo, uol. 5. cum alijs
per eũ allegatis, & eundẽ Ale. uide alijs
in locis, de quib⁹ Dec. in d. l. furioſum,
num. 30. & Iacob. Phil. Port. in 1. lib.
com. concluſ. regula 34. limit. 1. ubi &
alias multas adducit authoritates, & in
ſpecie etiam de furore nonnullas ad-
ducit authoritates ibid. in uerſ. Octa-
uo infertur. Quin & ipſe Port. in uerſ.

Tenendo

Tenendo tamen, concludit iſtam eſſe magis communem opinionem, quam mox egregiè cum multis illationibus proſequitur, vbi omnino uide. tradunt & alij, quorum meminit Iul. Clar. in pract. §. fin. q. 53. verſic. Dixi etiam, vbi hinc inde refert Doct. communẽ dicentes, & mox ipſe quandam tradit diſtinctionẽ, concludens ſupradictam opinionem poſſe procedere in ciu. ſecus in crim. quaſi Doct. uoluerint (vt ait cogitando ſuper ipſorum ſenſu credidiſſe) quòd dicatur in genere probari quid ſimile, cum in ciu. ſimus, in ſpecie autem, cum delictum criminaliter punitur, quod quam ſit ridiculum, tu ipſe puta: Contra Iun. etiam opin. & aliorum tenuit Iaſ. poſt eos, quos refert, in rep. l. admonendi, ſub nu. 256. ff. de iureiur. Et ideo tutius erit, ſi per teſtes concordes tuas facies in ſimilibus probationes. Quod ſi tibi contigerit per teſtes ſingulares probare, dubitationem ſuſcitare poteris, ſed vix erit vt obtineas; nam maxima hæc eſſet limitatio ad textus claros in cap. licet ex quadam, extra de teſt. & in c. bonæ, de elect. cum ſimil. quando ſolidum in iure non habetur fundamentum. Sed
16 eſt aduertendum, quod † vbi teſtes ſuper furore deponunt, ſcientię cauſam, etiam non interrogati, reddere debẽt, ut per Bald. in d. l. furioſum. C. qui teſt. fac. poſ. qui alleg. Innoc. in cap. cum cauſam, extra de teſt. idemq; Bal. in l. ſolam, colum. pen. C. de teſtib. in l. qui teſtamento. §. fin. ff. de teſt. & in l. cum hi, §. 1. ff. de trãſ. ſequitur Flor. in l. ſed & ſi quemcunque, §. igitur. ff. ad l. Aquil. & ipſum Bald. ſequuntur in d. l. furioſi, Raph. Ful. Paul. Caſtr. Iaſ. num. 6. & Dec. ſub nu. 20. & num. ſeq. Cur. Iun. conſ. 91. nume. 1. & 2. Cęp. in l. 1. §. fin. in 12. not. ff. de ædil. edic. Ang. Aret. in d. §. præterea, col. 1. in fine, & ibi Mar. Ant. de Bauer. in ver. Item furioſi, in fi. Inſt. quib. nõ eſt perm. fac. teſt. Soc. in conſ. 42. n. 3. vol. 2. vbi ait Innocentiũ ad hoc cõiter ſequi Doct. in d. c. cũ cauſam. & idem tenet And. Barb. in c. cũ dilectus n. 8. ante fin. extra de ſucceſſ. ab inteſt. Qualis autẽ debeat eſſe cauſa iſta, & quomodo furor, atq; dementia probetur, pulchrè tradunt Iaſ. in d. l. furioſum, n. 4. & 5. & ibi Dec. n. 28. cũ toto nu ſeq. ac idem conſ. 86. num. 7. Probato igitur,
† quod aliqs furioſus fuerit, ſemp fuiſſe, & extitiſſe furioſum prçſumetur, 17
niſi contrarium probetur: huiuſmodi enim paſsiones durare prçſumũtur, vt not. gloſ. in c. cum inter canonicos, de elec. & ibi oẽs Canoniſtę iſtã tenẽt cõcluſionẽ, & expreſſe hoc in furore tradũt ibi Car. & Imo. quodq; dixit gl. in c. indicas. 3. q. 9. quæ glo. cõiuncto textu hoc expreſsè probat, Salyc. in d. l. furioſum, & alij, de quibus ad hoc Alex. ibi, ſub n. 2. & Dec. nu. 23. cũ ſeq. adde Io. Dil. d. caut 6. in prin. Soc. d. cõſ. 42. ſub nu. 3. vol. 1. & latius Aug. Arim. ad Ang. de maleſ. in d. verbo, ſciẽter, dolo ſe, ſub n. 10. verſ. aduertas tamẽ. vbi fortius allegat Pet. de Anch. & Card. in
clem. 2. de homic. dicẽtes, † Quòd ſi ꝓ 18
batũ fuerit, quẽ aliquo tpe furioſũ fuiſſe, & ex aduerſo probatũ ſit eundẽ ſanæ mẽtis extitiſſe, hoc ẽt nõ ſufficit ad cõcludẽdũ, ꝙ act⁹ tpe ſanæ mẽtis erat qđ & tradit Dec. poſt Ale. in d. l. furioſũ, ſub n. 13. vbi alias, cũ Pet. de Anch. & Card. dictis in locis allegat authoritates, & idẽ tradit Dec. in eadẽ l. ſub n. 26. furoris tñ ſiẽdã probationẽ, nõ momẽti, ſed tpis alicuius cõtinuationis ꝑtextu intellige, vt per Bar. in l. 1. ĩ fi. ff. de bon. poſ. infan. fur. ve del. ſeq tur Alex. cõſ. 141. lib. 1. & 85. li. 2. Soc. d. cõſ. 42. n. 8. ꝗ ita dicit ĩtelligẽdã gl. ĩ d. c. ĩdicas, & aliorũ Doctorũ dicta & Dec. in d. l. furioſum, n. 25. poſt Ale. & Iaſ. ibi ſub n. 3. Pro eo igitur, ꝗ illi⁹ diſpoſitionẽ, ꝗ furioſus fuerit, ꝓbat⁹, ſu-
ſtineri optauerit, cõſiliũ trado, † Quod 19

 ex diſpo-

ex diſpoſitionis uerbis manifeſtũ face
re ſtudeat, talem diſponentem diluci-
di interualli tempore ita diſpoſuiſſe;
quia ſic actus ualidus demonſtrabitur
vt eſt tex. in l. cum alijs. C. de cur. fu. in
d. l. furioſum. C. qui te. fa. poſ. & in d.
§ præterea, uerſ. item furioſi, Inſti. eo.
20 & ita fiei, † ut ſicut clauus clauũ trudit,
ita uehementior hæc præſumptio aliã
excludat præſumptionem, iux. text. c.
afferte, de præſump. l. diuus. ff. de in in
te. reſt. & l. 1. C. qui, & aduer. quos, & p
Rip. in l. 1. nu. 45. ff. ſi cer. pe. hanc aũt
eſſe fortiorem præſumptionem natura
ipſa docet, ſecundum quam homo ſa-
ni intellectus creatur, qui licet accidẽ
taliter ingenio priuetur, tamẽ facile ſit
vt ad priſtinum ſtatũ redijſſe dicatur.
l. ſi unus, uerſ. quod & in ſpecie dotis.
21 ff. de pac. Planc † licet quis alias demẽs
habeatur, pudentia tamen eo interim,
ꝙ ille quid ſani iudicij agit, ex uerbis,
& factis tenore teſtamenti, uel alterius
actus collectis, & perpenſis apparebit.
d. c. legimus, 94 diſt. & ut tradit gl. cũ
concord. in d. l. quidam in ſuo, in uer.
amoueri poteſt. quapropter D. Greg.
Mauricio Imperatori ſcribens, prout
recitatur in c. illa, 11. q. 3. dixit, ꝙ lauda
bile eſt in propoſitis, nõ ubi furor, ſed
rõ dominatur in eis. & ideo uidemus,
22 † ꝙ iudex furioſus dilucida habens in-
terualla, tunc, cum mentis compos eſt,
iudicare poteſt. l. cum prætor. §. nõ au
tem, & ibi no. in uer. perpetuo, & l. cũ
furioſus, ubi etiam no. ff. de iud. ſiqui-
dem furioſos plerunque in negocijs ſe
prudenter habitos docent exempla, ut
unum præcipue penes Val. Max. habe-
mus, li. 7. c. 8. quod intitulatur, de teſt.
quæ rata manſerunt, in prin. de Tudita
no quodam furioſo, cuius teſtamentũ
ſapienter factum cẽtumuiri valere vo
luerunt, magis quod in tabulis ſcriptũ
eſſet, quàm quis eas ſcripſiſſet, conſide
rantes; cuius ſane exempli meminit
quoq; Io. And. in d. c. cum dilectus, in
fi. ext. de ſucc. ab int. Bal. in c. 1. in prin.
col. 2. per quos fiat inueſ. Rom. & Alc.
in d. l. furioſum. Dilec. d. cau. 6. ſub n.
4. quod tamen intellige, & declara ut p
Dec. ibidẽ, ſub n. 15. & antẽ eũ Iaſ. ſub
nu. 2. circa fi. uer. ego dubito. quare Io.
Sto. in ſer. 4. de imprudẽtia ex Aeſchi
li dictis protulit; quod ſæpe ẽt ſtultus
fuit opportuna locut⁹. Vnũ poſtremo
monitum te velim, † ꝙ ſola notarij aſ- 23
ſertio in teſtõ dicentis (ut fieri aſſolet)
talis languens corpore, licet mente, &
intellectu ſanus &c. teſtantẽ ipſum, iã
furioſum extitiſſe demonſtratũ, mẽtis
compotem non probabit, vt ita tenent
Dy. Bal. Ang. Raph. Cum. & Fr. de A-
re. in l. 2. ff. de te. & alij de quib. Iaſ. in
l. ſanum mente. C. de tranſ. vbi hãc di-
cit eſſe com. opi. quam ſequitur, & nõ
nullis medijs cõprobat. idẽ tradit ipſe
Iaſ. cũ multis concord. ubi & iſtam ſe
quens, fundamẽta affert, & de cõi teſta
tur in l. ſeniũ, toto n. 3. C. qui te. fa. poſ.
quod & tangit in d. l. furioſũ, ſub n. 2.
in fi. cõem quoq; tradunt Io. Dilec. d.
cau. 6. nu. 3. Viuius in 1. lib. com. op. va
riorum, litera T, uer. Notarius faciẽdo
mentionem, & Eman. Soar. in theſau.
recep. ſent. litera N, nu. 51. Nõ ergo te
fundes ſuper ipſis notarii, ſed ſuper te
ſtantis uerbis, ut ſuperius docui. Iõq;
† hac ĩ noſtra materia Io. Dilec. d. cau. 24
6. nu. 4. conſilium dabat, ꝙ notarius ni
hil in teſtamento ſcriberet, quod ſanę
mentis homini non conueniret.

## Caut. XXVI.

## De eo, in cuius fauorem fit per ad uerſarium in iudicio confeſſio.

*SVMMARIVM.*

*Confeßio in iudicio facta parte abſente, et pro ea nemine accipiente, confitenti nõ pręiudicat. limitationẽ unã hẽs, n. 3* 1

*Confeßio ab aduerſario facta, ut tibi pro ſit, & ei noceat, quid agẽdũ, & ſub n. 4* 2

*Scriptura ſemper loquitur.* 4

Con-

1 Confeſsio † in iudicio facta parte abſente, & pro ea nemine accipiente, confitenti non præiudicat, l. finali. ff. de inter. action. & l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ. & ibi Caſtr. Iaſ. in rep. l. admonendi, ſub nume. 257. de iurer. cum alijs per eundem ad hoc allegatis in l. cum te, ſub nume. 12. C. de tranſact. intellige tamen regulam hanc, vt per Barto. in dic. §. ſi quis, & per Iaſ. in modo citatis locis. Per quẽ tex. §. ſi quis abſente, colligere habes,
2 † quòd quando in fauorem tuum aliqua fit confeſsio in iudicio, facias poni in actis, talis talem fecit confeſsionem parte præſente, & acceptante. Idque tibi indicant tradita a Bart. in d. §. ſi quis, in prin. in l. nuda ratio, ſub numero 4. ad fin. ff. de donat. & in l. 1. numero 15. C. de confeſ. Quod cõſilium nota etiam pro aliis pluribus, quæ hoc in caſu contingere poſſunt, vt quando quis in ſuis ſcripturis aliquid in tuum
3 fauorem ponit, licet † tui præſentia in hiſce per ſcripturam confeſsionibus non requiratur, vt per Bar. in d. §. ſiquis, & not. glo. in l. cum precum, per eum textum, C. de liberali cau. Barto. & alii in lege ſecunda. C. de inſtitut. & ſubſtitut. & idem Barto. in l. rura. C. de omni agro deſer. libro undecimo, & Marc. deciſ. 59. n. 2. lib. 2. & rõ eſſe po-
4 teſt, quia † ſcriptura ſemper loquitur, vnde etiam ſemper poteſt venire pars, & acceptare, l. Ariani. C. de hæret. qua rõne ad hoc vtitur Bar. in d. l. nuda rõ, ſub nu. 4. & eandem ad hoc attulit rõnem Iaſ. in d. l. cum te. tamen ut tutius fiat, & ad abundantem cautelam, tu fauorabilia ea acceptes: ideoque in praxi ſæpe in ſcripturis reſponſiuis apponi conſueuit, acceptatis fauorabilibus, & cæt. Quod optimum eſt. Hanc materiam incidenter tangam infra cautela 28. in fine.

## Caut. XXVII.

### De dotis non numeratæ except. per creditores mariti proponẽda, & de eorum auxilio, quatenus non proponatur.

*SVMMARIVM.*

*Exceptionis non numeratæ dotis proponendæ tempus, quod ſit, remiſsiuè.* 1

*Dos confeßata intra tempus legale recepta non præſumitur.* 2

*Simulationis except. perpetua eſt.* 3

*Exceptio nõ numeratæ dotis intra tempus a lege ſtatutum creditoribus quibuſcunque competit, poſt illud tempus non, vt & mariti ipſi & admittuntur & excluduntur.* 4

*Dotis ſi interuenit promiſsio, mox de dote confeſsio, nec maritus, nec creditor quilibet except. non num. dotis allegare poterit.* 5

*Creditoribus conſilium datur, ne ſinant labi ſtatutum terminum ad allegandam exceptionem non numeratæ dotis.* 6

*Creditores expreſſam habentes hypothecam anteriorem, mulieri præferuntur expreſſam non habenti.* 7

*Dos confeſſata, poſtquàm lapſum eſt tẽpus proponendę exceptionis non num. dotis, priuilegium hypothecæ habet, ſicut & dos data.* 8

*Mulier expreſſam habens in bonis viri hypothecam, ſed poſteriorem, creditoribus ipſius viri, expreſſam anteriorẽ habentibus poſtponitur.* 9

*Creditoribus conſi. datur, quo mulieri in bonis mariti pręferantur.* 10

*Creditores ſi neque exceptionẽ non numeratę dotis intra tẽpus oppoſuerint, neque ſibi de expreßa hyp. cauerint, quid agere debeant.* 11

12 *Creditores excluſi ab excep. non num. dotis poſſunt petere reſtit. ex clauſula generali.*

Confeſsio mariti de dotis
receptione quando, & qui
bus creditoribus præiudi-
cet, nec ne, variæ admo-
dum, & inuolutæ adeo fuerunt Docto
rum opin. vt dum hunc diſcuterem ar
ticulum valde perplexus eſſem, quænā
opinio tutius eſſet amplectēda; & equi
dem Iuriſcōſultorum authoritatibus,
& rōnibus optimis pro eorum opinio-
nibus inſpectis, & conſideratis, modo
in vnam, modo in aliam trahebar par-
tē, quia videlicet nunc præ oculis eorū
erat ſnīa, qui volebant nunquàm ante-
rioribus prẹiudicari creditoribus, prę-
ſentibus verò, vel futuris tunc demum
præiudicium afferri, cum proponendę
non num. dotis exceptionis tempus la-
1 pſum eſſet, de † quo tempore conſtat.
l.fi. & auth. ibi poſita. C. de do. cau. nō
numer. Quorum opinio præcipua ea
fulcitur ratione, quia confeſsio poſt-
modum facta poterit cenſeri data ope
ra in eorum fraudem facta, quod ſe-
cus eſt in poſterioribus, & ideo ante-
riores ſemper fraudem allegare pote-
rant, poſteriores vero non ita, ſed de
pari cum beneficio mariti procedere,
non quòd aduerſus eos fraus præſume
2 retur, † ſed quia re vera intra tempus
legale dos confeſſata non præſumitur
recepta, toto titulo. C. de dote cau. non
num. & ſecundum primum hunc ca-
ſum conſuluit Gozad. conſilio 28.
Modo quamplures occurrebant tenen
tes nullos prorſus creditores unquam
per eam excludi confeſsionem, ſcili-
cet ea ratione, quia ſi ex confeſsione
donatio præſumitur, & conſequenter
ſimulata confeſsio, lapſus dicti tem-
poris quid operari nequit, quia obſta-
3 ret exceptio ſimulationis, † quæ eſt per
petua, vt no. Doct. in l. ſi ſub ſpecie. C.
de poſtul. Goz. d. conſ. 28. n. 24. & ita
hanc partem cum aliis tenēs, motus eſt
Cæph. Dominus meus, conſ. 101. nu.
25. & Franciſ. Viuius in 2. tomo cōiū
opin. variorum, litera C, op. 69. ſub n.
4. cum aliis nu. ſeq. Reperiebā itidem
plurimos alios uolētes, † nemini ſanè 4
creditorū quorūuis ex tali cōfeſsione
præiudiciū intra ſtatutū tēpus parari,
quia & ipſe maritus tūc exceptionis be
neficiū habet, ſed bene poſt dict. tēpus
quoſcūque ab eo beneficio proponen
dæ exceptionis non numeratæ dotis a-
deo excludi, ut onus numerationis ꝓ-
bādæ in mulierē, vel eius hæredes trāſ
ferre non poſſent, vt ita prẹſertim ſen-
ſerunt And. de Iſer. in conſt. regni, cau
ſas, lib. 1. Bar. & Ang. in l. aſsiduis, C. q
pot. in pign. hab. Anchar. in conſ. 307.
qui dicit, quod dotis confeſsio poſt
10 annos habetur, ac ſi verè fuiſſet nu-
merata, & nonnulli alii, quos modo al-
legandi Doctores referunt. Horum
ſum ſecutus opin. quam etiam ſequun
tur Rolan. a Valle conſi. 85. numero
42. uolum. 1. Bapt. Villalob. in ſuis cō.
op. litera D, nu. 181. Laur. Chircou. in
ſuis comm. opin. Cent. prima, litera C.
concl. 47. qui de hac re communē atte
ſtantùr, referentes Afflic. deciſ. 402. n.
11. uerſ. Item vera cōcluſio Doctorū.
In qua deciſ. Afflic. ſub nu. 11. uer. ſed
in contrarium, tenet ēt, † quòd ſi dotis 5
ꝓmiſsio interueniat, mox de dote cō-
feſsio, nec maritus, nec quilibet credi-
tor non num. dotis excep. allegare va-
lebit, ad quod eſt tex. optimus in l. in
contractibus §. ſed quoniam, uerſ. illis
ēt. C. de non num. pec. ad quod etiā ui-
de Didac. a Couarru. in 1. lib. uariarū
reſol. c. 7. n. 6. Propterea † cōſiliū trado 6
creditorib. tā anterioribus, q̄ poſterio
rib. ne ſtatutū terminū labi ſināt, quin
nō num. dotis exceptionem allegent:
ne lapſo eo tempore dos confeſſata
perinde mulieri hypothecę priuilegiū
præſtet, ac ipſa dos uerè data præſtat,

quod

7 quod † priuilegiũ dotẽ ipsã cõfeſſatã,
lapſo eo tempore præſtare inquit Bar.
in d.l.aſsiduis,nu.11.C.qui pot.in pig.
& ibid. Ang.ſuperi⁹ pro hac tertia opi
nione allegati, Afflic.d.deciſ.nu. 12.&
Rol.conſ.17.nu.10.vol.1.Et prędicta
quidem Afflicti, & aliorũ op. optimis
ſuadetur rõnibus,pro quibus me ad eũ
dem Afflic.refero,ne eius mihi videar
attribuere fundamenta. eſt autem ſciẽ
dum, quòd hæc ita procedunt in cre-
ditoribus, qui expreſſam non habent
8 hypothecam. Nam † ſi expreſſam ha-
berent anteriorem, mulieri expreſſam
nõ habenti, ſed tacitam poſteriorem,
præferrentur,ut per gl. Bartolum,cæte
rosque Doct. in l.aſsiduis. C. qui pot.
in pign.habean. & tradit Rip.in l.priui
legia,nume.47.ff.de priu.cred. Quini-
9 mo† ſi etiam ipſa mulier expreſſam ha
beret,ſed poſteriorem,locus non eſſet
prelationi mulieris,ſed prior in tempo
re potior eſſet in iure,vt per Goz.d.cõ
ſi.28.nu.30.ac per Rip.in l.1.ſub nu.j.
ff.ſol.matr. qui de hac re communem
10 inquit.tutius † igitur erit,vt qui cõtra-
hunt expreſſam hypothecam in mariti
bonis ſibi nanciſcantur, quia certè tũc
vigilantibus magis,quam dormientib.
iura ſubueniẽt. Verum ſi prædicta per
creditores ſeruata non fuerint, reme-
11 dium erit,† ꝙ ad reſtit. in integrum ex
clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cau
ſa,&c.de qua traditur in l.1.ff.ex quib.
cau.maior.(ſi quam pro reſt.in integr.
poſſunt prætendere cauſam legitimã)
recurrant,& proinde nõ pecuniæ, ſiue
dotis non numeratæ except.opponãt,
ſed ſe ex dicta clauſula generali aduer
ſus lapſum temporis illius pro exce-
ptione opponenda reſtitui petant,
12 quòd † quidem facere poſſunt.l.penul.
iuncta gloſ. in d.l. in contractibus, in
verbo,potituris. C.de non num.pec.fa
ciunt notata per Barto. in l.1. §.ſi quis
propter, ff.de itin. actuque priu. & ita
pracisè ſentiunt additio ad Bar. in d.l.
aſsiduis,in verbo,hic tex.litera C, Soc.
poſt Alex.in l.1. ff.ſol. matr.ſub num.
90.verſ. Illud autem expeditum, Iaſ.
in §.fuerat,nu.84.Inſt.de act. & Goz.
d.conſ.28.nu.4.& 20.In quo conſ. li-
cet Goz.teneat ꝙ etiam lapſo tempo-
re ad opponendam exceptionem non
numeratæ dotis, creditores excluſi nõ
cenſeantur,quin eam exceptionem op
ponere queant, tamen aduerſus eum
conſtat contraria cõmunis opinio con
tra quam conſulere non debebat.

## Caut. XXVIII.

## De confeſsione iudiciali tam criminalium, quàm ciuilium cauſarum, & de eius præiudicio,nec ne.

### *SVMMARIVM.*

*Confeſſio iudicialis eundem habet effe-* 1
*ctum.quem & ſententia, limita nu. 2.*
*Et effectus ipſius confeſſionis amplia*
*ſub nu.1.*
*Confeſſio iudicialis quæ ante lit.cont.fit,* 3
*in criminalibus non efficit, quin ſenten*
*tia exigatur,licet ſecus in ciuilibus.*
*Confeſſio delicti quando præiudicet, nec* 4
*ne,& pro intelligentia,nume.5.remiſ-*
*ſiuè.*
*Confiteri delictum volens, vt aduerſus* 6
*confeſſionem ſe tueatur,cautela, & de*
*cautelæ effectu, ſub numero 8.& nu-*
*me.9.*
*Negans delictum ſimpliciter, mox con-* 8
*uictus dicens, ſe ad ſui tutelam feciſſe,*
*licet ad defenſionem admitteretur, ta*
*men ſcrupulum induceret contra eum*
*maiorem,quàm ſi a prin.confiteretur,*
*& ſubiungeret, ſe ad ſui defenſionem*
*feciſſe. primo enim caſu ſi non proba-*
*ret morti traderetur, ſecundo uero ca-*
*ſu niſi extraordinariè condemnari non*
*poſſet,& nu.8.*

10 *Confitens delictum, licet ſubiungat, ad ſui tutelam, tamen facit, vt fiſcus ſuam fundatam habeat intentionem, ſaltem quo ad infligendam extraordinariam.*

11 *Confeſsio iudicialis in ciuilibus quando præiudicet, nec ne, & qualiter ſit recipienda, remiſsiuè.*

12 *Mutuum receptum reſtituens eo modo, quo probare nequeat, quo remedio vtatur, cum de mutuo facto aduerſus eum ſit poſitio.*

13 *Confeſsio iudicialis facta parte præſente præiudicat.*

14 *Confeſſio ſi in iudicio pro te fiat, quid agere debeas, ut tibi proſit, & aduerſario confitenti præiudicet.*

1 COnfeſsionum alia iudicialis, alia extraiudicialis eſt; Iudicialis confeſſio eundem habet effectum, quem & ſententia, nam ex ea abſque alia ſentẽtia fit executio. l. vnica. C. de cõf. nulla enim maior eſt probatio, quàm proprij oris confeſsio, & pleniſsima dicitur probatio, Corn. conſ. 261. in 4. volum. quæ & notorium inducit. c. fin. de cohabit. cleric. & mul. l. generaliter. C. de non num. pec. Boſſ. & quos alleg. tit. de conf. nume. 8. & Corneus conſi. 44. colum. 1. & conſ. 234. litera E, 4. volum. vbi dicit, quòd omne ſuperat probationis genus, adeo vt infringat omnes probationes ꝑ teſtes, vel inſtrumenta factas in fauorem contrarium confitentis, & nunquam teſtium dicta cum producentis confeſsione ad concordiam reducuntur, vt ita egregiè tenet Lud. Rom. conſ. 391. in fi. Et licet poſt concluſum in cauſa alia nõ admittatur probatio, tamen per confeſsionẽ probatio admittitur, ſecundum Bal. in rub. C. de prob. verſ. ego aliter probo, quod tamen intellige, vt per Paul. de Caſt. ibi, cum ſponte fieret confeſsio, non quòd inuitus quis ad confitẽdum cogi poſsit, & Ant. de Butr. in c. licet cauſam, extra de prob. ubi idem dicit poſt terminum ad probandum, & pro batum habendum, & prout eſt gl. c. 1. de conf. in 6. Quodque poſt proceſſus publicationẽ procedit, ſecũdum Card. in clem. 1. q. 94. de cau. poſſ. & propr. & Bal. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cer. pet. Pariter tantæ eſt potentiæ talis confeſsio quod etiam ſi in proceſſu inualido fiat, ex ea ſententia ferri poteſt, ſecundum Bar. in l. ſi confeſſus, ſub nu. 2. & dic ut ibi per eum ff. de cuſt. reor. cui adde tradita per Doct. allegatos in add. ibi ad eum, & per Boſſ. in d. tit. de conf. nume. 40. addo Flor. in l. proinde §. notandum, ff. ad leg. Aqu. & Afflictum in deciſ. 372. num. 8. ac Bald. in l. ictus. ff. de infam. Quatenus autem dictum eſt, quod non requiritur ſententia poſt dictam confeſsionem, id † ſcias verum, 2
cum ante lit. conteſt. fit, nam ſi poſt fieret, ſententia requireretur, ut per gl. & Bar. in d. l. 1. de conf. nume. 12. traditque Fran. Mar. deciſ. 394. num. 2. uol. 1. Pap. in pract. in for. inter. in act. rea. quæ eſt for. 1. in verbo, compellatis, ſub nu. 11. verſ. Item in aſsignando. quodque de † confeſsione ante lit. cont. di- 3
xi, in ciuilibus procedit, non in crim. quia in eis ſemper requiritur ſententia, d. l. ſi confeſſus, ff. de cuſ. reo. Specu. in tit. de confeſ. §. effectus, num. 5. & Bar. in d. l. 1. nume. 11. namque in notoriis criminibus ſententia quoque deſideratur, vt tradit Clar. in pract. §. fin. q. 9. verſ. Præterea. in † qua tamẽ delicti cõ- 4
feſsione, vt ſcias quando præiudicet, nec ne, fac diſtinctionem: nam aut tormentorum metu exigitur, aut ſpontè fit, primo caſu ſtatim ei non ſtatur, niſi perſeueret, ut per Spec. in d. tit. de confeſſ. d. §. effectus, ſub num. 4. & per Bar. d. l. 1. nume. 10. & idem Bart. in l. 1. in fine,

fine, ff. de cuſt. & exhib. reor. & hæc eſt communis opinio, vt tradit Boer. deciſ. 164.n.18. & alij, de quibus Clar. in pract.§.fin.q. 64. uerſ. cæterum.vbi iſtam perſeuerationem fiĕdam, & extra tormenta ad iuris banchum ratificandam ait confeſsionem. Secũdo caſu ſtatim confeſsioni ſtatur;dum tamẽ ſemper (ut dixi) ſententia feratur, vt per Spec.d.§. d.num.5. & per Bart. d. num. 10.ac in d.l.1.in fine.ff.de cuſt. reor. Boſſ.in d.ti. de confeſ. num.2.& Clarus docet communem eſſe op. in pract. §. fin.q. 55. in prin. & in verſ. ſed quæro.quem pro obſeruatione habenda in tali caſu à iudice in praxi, ibi vide,& Boſſ. ĕt dicto loco,cum tribus num. ſequentibus, & nu. 19. eundem
5 ad hoc vide.† Et circa hanc de delicto confeſsionem, uide pro intelligentia quæ dicit Maran. de ord. iud. par. 6. verſic. Quintus actus, num.27. Boſſ. in d.tit. de confeſ. ſub dicto num. 19. cum nonnullis ſeq. & Clar.in pract.§. fin.q. 21. verſic. ſed hic quæro, vſque ad verſiculum, Pax, Idem quæſt. 50. à verſic. Præterea etiam, vſque ad fin.q. in qua quæſt.Clar. verſic. Cautius igitur, cautelam pro reo ponit, ut contra propriam confeſsionem ſe tueri
6 ualeat; Videlicet, † Quod ſi confiteri voluerit delictum commiſiſſe, ſed ad ſuam defenſionem, poterit primo negare delictum; mox ſtatim ſubijcere, & ſi id feci, ad meam defenſionem feci,quam quidem reſponſionem admittĕdicit,& pro pura,& negatiua haberi, vt de communi atteſtatur opinione ex Boſsio in d. tit. de conf. nu. 36.& hæc
7 cautela ſalubris eſt; † Nam ſi quis ſimpliciter negaret, & poſtea de homicidio cõuictus diceret, ſe ad ſui tutelam feciſſe,licet ad defenſionem admitterẽtur, vt Bart. in l. cum de indebito, ff. prob. & clarius in auth. cõtra qui propriam,C.de non num.pecu.quam opinionem in l.nemo ex his,ff.de reg.iur. Cagn. nu.3. & Decius ſub num.1. dicunt eſſe cõmunem,quam etiam communem atteſtatur Dec. in c. paſtoralis, num. 15.in fi.ext. de excep. Boer. deciſ. 164. num. 12. ac Boſſ. in tit. de defen. reor. num. 4. Tamen remaneret ſcrupulus quidam contra eum maior, quàm ſi ab initio dixiſſet,ſe ad ſuã defenſionem, & cæt. ſecũdũ quod ex Boſſ.colligitur in ti. de falſ.nu.66.iunctis his,quæ tradit idem Boſſ. in tit. de confeſ. nu.20.& ſeq. & Clar. d.q. 55. verſic.Forte poſſet. † Quoniam ſi non 8
probaret ſe ad tutelam feciſſe,ad mortem condemnaretur (cum aliàs confitendo, ſed ad tutelam ſuam, niſi in pecuniaria pęna condemnari poſſet, vel alia extraordinaria, quando defenſionis ſuæ allegationem non probaret, vt per Abb. in cap. auditis, ext. de præſcrip. nnm.32. Iaſ.in l. ut uim,ſub nu. 13.ff. de iuſt.& iure, Dec.in c.cum venerabilis, num.70.ext.de excep.idemque in l.1.nume.61.in 3.lect.ff.ſi cert. pet. Maran. d. verſ.Quintus actus,nu. 29. Aegid. Boſ. d. tit. de conf. d. nu. 20. cum ſeq. qui communem dicit,& per Clarum d. q.55. ver.Forte poſſet. vbi pariter cõmunẽ docet) vide Boer. d. deciſ. 164. in num. 14. 15. & 16. effectus igitur ſupradictæ cautelæ erit, † Vt meram contineat negatio- 9
nem; quod ſi mox conuincatur, nec ad ſuam feciſſe defenſionem probare queat, morte non punietur,nec ordinaria pœna; Ideo eam nota, quia melior eſt,quàm cautela Thomæ Ferrat. quinto loco ſita, quæ eſt de fienda confeſſione cum clauſula; Quod ad tutelam, & cæt. † Quoniam in ſimili confeſſ. fiſcus ſtatim fundatam habet intentio- 10
nem, ſaltem quoad extraordinariam inſligendam pœnam, vt ex ſupra relatis patet. circa etiam hanc criminis confeſsionem vide Clar. ipſum in q. 64. verſ. Nunc de gradibus. ibi. Hinc infertur, uerſic. ſed an fortè, & verſ.

Cæterum ſi reus, cum verſi.ſeq. vſque
ad verſi. ultimo.
11 † Sed redeundo ad confeſsionem iu
dicialem rerum ciuilium, quando præ
iudicet, necne, & qualiter ſit recipien-
da, uide apud gl. Bar. & cæteros in d. l.
unica, de conf. & apud Spec. in d. ti. de
cõf. §. ſequitur, cum §. ſeq. atque apud
Maran. d. ver. quintus actus, nu. 27. ver
ſi. Aut contra illam, qui nu. 28. cautelã
tradit pro eo, qui mutuum receptum
ſecretè reſtituit; cõtra quem creditor
mutuum petẽs poſitionem facit, quòd
12 mutuauit, &c. † Vt ille cui mutuatũ fue
rat, reſpondeat: Nil ſibi mutuatũ, quo
teneatur: quia ſic ab illo laqueo in quẽ
vel ſimpliciter negando, uel mutuum
confitẽdo, ſed reſtituiſse, incidere poſ
ſet, ſe liberabit; quam quidem cautelã
præter Frau. de Aret. in l. 1. col. 2. in fi.
ff. ſi cer. pe. quem refert ibi Mar. tradit
in materia iudicialis delati iuramenti,
poſt eos, quos allegat, Iaſ. in l. manife-
ſtę, ſub nu. 7. ff. de iureiu. ubi & ad hoc
alium iurandi modum affert. ſ. quòd di
catur: iuro, quòd ſi quid mutuaſti, tibi
reddidi, iux. doct. gl. magiſt. in l. ſi qui-
dem. C. de except. Et circa prædictam
iurandi materiam addo uidendũ quo-
que Barbat. in conſi. 12. in 2. dub. lib.
2. Capol. caute. 136. & Boer. in deciſ.
243. per tot. ubi doctiſsime, & latiſsi-
me hanc tractat materiam, ibique om-
nino eum denique, & præcipue ſecun
dum modos duos hic traditos, uide,
ſub nume. 13. circa finem. Sciendũ eſt
13 in ſpecie, † quòd confeſsio iudicialis
parte præſente facta præiudicat, ut per
tex. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de
confeſsis. & per Bar. in d. l. unica, num.
14. in fine, ubi nume. 15. cautelam tra
14 dit, † quòd memor ſis, ut confeſsionẽ
aduerſarij in actis poni facias: uide
clarius ſupra in eadem litera C, caute
la vigeſimaſecunda, ubi de hac re par-
ticulariter tractaui.

## Caut. XXIX.

### De cõfeſsione extraiudiciali tam obligatoria, quam liberatoria, & de eius effectu.

*SVMMARIVM.*

*Confeßio extraiudicialis ſi abſque cau-* 1
*ſa fiat, quo ad liberandum tenet, ſecus*
*quo ad obligandum obligatione perſo*
*nali.*
*Cauſa an requiratur in confeſsione pro* 2
*iure reali.*
*Cauſæ expreſsio cum requiritur, an ge-* 3
*neralis expreſsio ſufficiat.*
*Filiusfam. cum cau. mortis donat, requi* 4
*ritur ſpecialis patris conceſsio circa do*
*nationem, non autem indiuiduè ad eã*
*ipſam particularem donationem.*
*Confeſsio extraiudicialis cum ſit circa* 5
*ea, quæ ex libera animi uoluntate con*
*fitentis non dependẽt, ſiue ſit obligato*
*ria, ſiue liberatoria pars præſens eſſe*
*procuret.*
*Confeſsionis extraiudicialis tã obligato* 6
*riæ, quã liberatoriæ effectus, remiſsiue.*
*Confitens qualiter contra confeſsionem* 7
*ſuam uenire ualeat.*
*Contractuum continẽtia, qui in ſcriptis* 8
*rediguntur, non acto ut aliter nõ uale*
*rẽt, niſi inde ſcriptura oriretur, deſtrui*
*poſſet, & per teſtes contrariũ dicentes.*
*Contractus continentia ut per teſtes de* 9
*ſtrui nõ poſsit, quo remedio vtẽdũ ſit.*

Confeſsio † extraiudicialis, 1
cautelę prox. pręc. ordinẽ
ſequẽdo, ſi abſque cã fiat,
quo ad liberandũ tenet. l.
tale pactum, in prin. & ibi cõiter doc.
max. Iaſ. ff. de pac. doc. in l. generaliter
C. de nõ nu. pecu. Rob. Maran. de or-
d. iud. par. 2. 6. partis principalis, uerſ.
Quintus actus, ſub n. 6. (in caſu tamẽ
ẽt cũ cã liberatio non præiudicat, niſi
poſt certum tempus, ut dicã infra in

pro-

prox.ſeq.caut.uerſic. Hactenus tracta
tum) ſecus ſi ad obligandum perſo-
nali obligatione; nam cauſa requiri-
tur.l.cũ de indebito, in fine, ff.de prob.
& per gloſ. in d.l.tale pactum, in prin.
ff.de pac.atq; per ſcrib. in d. l. genera-
liter. gloſſam allegat Maran. in d. uerſi.
quinius actus, ſub d. nu.6.in c.teſtes, in
glo. magna, circa finem, 3.q.9. Vbi ta-
men Maran. intelligendũ inquit, quòd
confeſsio ſine cauſa non nocet, quò ad
fiendam plenam probationẽ, ſed bene
quò ad ſemiplenã, & cauſa tunc debet
ſaltem allegari per eum, qui tali inniti-
tur confeſsione, ut per Alex. conſ. 4.
col. pen.& conſ. 83. col.fin.uol.1.cum
alijs per eundem Marantam adductis.
& quòd talis confeſsio ſine cauſa non
noceat, tradit etiam Iaſ. in l.error, ſub
num. 14.C.de iuris, & fac. ignor. ſunt
& caſus duo, in quibus licet confeſsio
cum cauſa emanet, non tamen efficax
oritur obligatio, niſi poſt certum tem-
pus, ut eſt confeſsio cauſa mutui, &
dotis facta, de qua re plenè tractabo in
proxima ſeq. caut. & de confeſſ. cauſa
dotis circa prgiudicium creditorũ ma-
riti tractaui plene ſupra in hac eadem
2 litera, in caut. 27. Non † autem cum
quis fundum meum confitetur, uel cũ
quis ſibi per confeſsionem aliquo iure
reali præiudicat, cauſa requiritur, quia
tale ius uniforme eſt, l. 3. §. ex pluri-
bus.ff.de acquir.poſſ.ac in l.& an eadẽ.
§. accuſationes, & ibi per gl. ac ſcrib.
alios, ff.de except.rei iud.& Aret. Inſt.
de liter.oblig.§.1. nu. 5.pro quibus ui-
de Bar.quem ſequuntur Doct.in dicta
l. generaliter. C. de non num. pec. nu
3 me. 1. ubi nume. 2. docet; An † cum
cauſæ requiritur expreſsio, ea genera-
liter expreſſa ſufficiat? & concludere
uidetur, quòd ſpeciei ſpecialiſsimæ ex
preſsio ſufficiat, uidelicet ſi quis cõfi-
tetur ſe ex cauſa emptionis libri de-
bere. Nec obſtare tex. dictæ l. genera-
liter, dicentem, quod promiſſor ſpecia-
liter cauſam edicere debeat, nam data
inſtantia iſtud peribit obiectum, iux.
§. pauonum, Inſtit. de rer. diuiſio.
ecce enim, quòd † etiam cùm filius- 4
fam. cauſa mortis donat, ſpecialis ſi-
quidem patris conceſsio circa fiẽdam
mortis cauſa donationem requiritur,
non autẽ indiuidue ad eam ipſam par-
ticularem donationem, l.filiusfam.cir-
ca fi.ff.de donat. De hac cauſę expreſ-
ſione ſuperius tractaui, caut.4.non cir-
ca introducendam actionem principa
liter, ſed circa eam exercendã: & quo
loci plurimas ad hæc allegaui authori-
tates, quibus hic me remitto. Et † cir- 5
ca hanc extra iudicialem confeſsionẽ
ille, in cuius fauorem confeſsio ipſa
fit, caueat, ut quando fit circa ea, quæ
ex libera animi uoluntate confitentis
non dependent, præſens eſſe procu-
ret, ſiue ſit confeſsio obligatoria, ſi-
ue liberatoria, ſi tamen præſens eſſe
non poterit, adhibeat cautelam, quam
in 31. cautela tradam, ubi pro hac re
ad ea, quæ ibi dicam, recurre. Quòd ſi
confeſsio circa ea, quæ ex libera animi
uoluntate dependent fieret, partis prę-
ſentia non eſſet neceſſaria. puta in ra-
tihabitione, & in hæreditatis aditione
ut Bart. idem diffinit in d. l. generali-
ter, à num. 5. uſque ad num. 8. & in l.
certum. §. ſi quis abſente, ff.de confeſ.
Effectum † & ipſe Bar. tã obligatoriæ,
quã liberatoriæ ponit confeſsionis in
d.l.generaliter, nu.8. Qualiter † aũt cõ- 6
tra confeſsionẽ qui cõfeſſus eſt, uenire
ualeat, Bar.d.loco, nu.9.per talẽ diſtin-
ctionẽ explanat: Nãq; aũt cõtra erro-
neã cõfeſsionẽ quis uenire uult, & tũc
dicit ſeruandũ eſſe qđ habetur in l. nõ
fatetur. ff.de cõfeſſ.in l.cũ falſa, & in d.
l.error. C.de iur.& facti ignor. ſiquidẽ
hoc in caſu errore docto confeſsionẽ
tuã reuocare poteris, etiã ſi ſit pluries
multiplicata, ut eſt text' optim'. in l. 1.
& ibi Bal.& Doct.C.de errore calc.&
Iaſ.in d.l.error.n.29. C. de iur.& facti
ignor.

ignor.quod ampliatur procedere, & ſi confeſsio ſit iurata, ſecundum Bald. in d.l.error, & alios quos ibi refert, & ſequitur Iaſ.ibid.nu. 30. quibus adde gl. in c.Romana.§. ſin autem, extra de appell.in 6. & latè Aret.in cap. cum dilecti, colum. penul. & fin. in ſi extra de accuſa.vbi dicit, quòd hęc eſt commu nis opi. vbi etiam ipſe Aret. reſpondet ad tex. ibidem, qui contrarium facere videbatur, & Iaſ.præter Bald. in d.l.error, ſub d.nume. 30.vbi vide cum his, quos allegat, & latè hanc concluſionẽ, quòd confeſsio reuocari valeat, errorem allegando, & primum eum oſtendendo, vide penes Boſſ. & quos allegat in titulo de confeſ.ſub nume.60. Quinimo, errore etiam non probato, quis eius confeſſ.etiam iudicialem, reuocare incontinenti poteſt, gloſ.eſt not. in c.fin.in verbo, iuſta cauſa, & ibi ſequũtur Doct.de iureiur. in ſexto, Iaſ.in d. l.error, num.9. & Boſſ.in d.tit. de confeſſ. nume. 64. & Franc. Marc. deciſ. 705.nume.2.par.1.& deciſ.59. nume. 4. par.2. Aut contra generis alterius, quàm erroris, confeſsionẽ venire quis præſumit, & tunc Bar.ſubdiſtinguit in d.l. generaliter. Quia aut ſine ſcriptis cõfeſsio emanauit, & per omnem probandi modum quis ad probandum, vt contra propriam ſe tueatur confeſsionem admittitur.C. plus val. quod agit. per tot.& poſt Bar.& Doct. in d.l.generaliter, ad hoc etiam vide Cæpo. de ſim.contr. verſ. Tertio caſu principali, nume.14. Aut in ſcriptis facta eſt cõfeſsio, quo caſu ſi quis confitens confeſsionem ſua volũtate factam negat, admittitur per communem probandi modum ad probandum contrarium, vt per l.cum precibus, C.de probat.& per l.optimam.C.de contrah. & commit.ſtip.& l.vbi.C.de falſ ad quod aduerte, & cautus ſis, vt opportunè magis neges tua voluntate factam ſcripturam, quàm ipſius ſcripturæ tenorem, vt patet ex his quæ ſtatim ſubiicio, ſi vero ſcripturę tenorem negat, non autem neget ſcripturam ſua voluntate factam, tunc ad probandum non admittitur, niſi per aliam ſcripturam, vt eodem genere, quo quid ligatum eſt, diſſoluatur.l.nihil tam naturale.ff.de reg. iur.ad quod etiam vide Fran. Marcum deciſ.435. nume. 1.par. 1. & gloſſam magnam in l. iuriſgentium, §.quod ferè, & ibid. Doct.ff. de pact. At ſi vellet probare contractum ſimulatum, tunc duo ſufficerẽt teſtes, ut tradit Papienſ. in for.opp.contra inſtr.in verbo, dignoſcitur eſſe, ſub nume.1. quæ ſanè ſimulatio non per teſtes ſolum, ſed etiam per coniecturas, & indicia probari poteſt, vt tradit ipſe Pap.modo citato loco. quibus autem cõiecturis probetur, vide apud Cæpol. in d.tract.de ſim.cõtract. vbi plenè de his tractat: verum ſi falſum probare vellet, tunc eſt recurrendum ad ea, quæ dicam infra, litera I, caut. 119. cum ſeq.ſed ſi non contra inſtrumenti tenorem cõfitens ueniet, ſed contra eius ſolennitatem, tunc id per teſtes fieri poſſet, d.§.quod ferè.ff. de pact.& ibi not. gloſ.Bart. & cæteri ſequũtur, ac alij, de quibus ibid. Alex. nume.9. ſi tamen ſolutionem factam probare vellet, inquit Bar. d.l.generaliter, quòd ad probandum admitteretur ſecundum traditum modum in l. teſtium, C.de teſti. quem tex. vide, quia clarè loquitur, & ex prædictis conſil. oportunè eligere ſcias, vtrum contra inſtrumenti tenorem venire, vel illud falſum dicere, aut contra eius ſolennitatem te opponere, vel ſolutionem factam oſtendere queas, aut contractum ſimulatum probare poſsis. Quam quidem confeſsionem in ſcriptis fieri dicit Bar.d.l.generaliter, nume. 10. cum contrahentes contractum celebrari in ſcriptis adeo egerunt, vt non aliter valeret, quod & tradit Marcus d. deciſ. 435.nume.2. Ideoque num. 11. Bart. docet,

8 docet, † quòd contractus, qui in ſcri-
ptis rediguntur, non acto, vt aliter non
ualerent, niſi inde ſcriptura oriretur,
deſtrui poſſunt, etiam per teſtes cõtra-
rium dicentes, ad quod inducit tex. in
l. contrahitur. ff. de pig. in l. cum res. C.
de prob. & l. contractus. C. de fide in-
9 ſtrum. Propterea † conſ. tradit ei, qui
dubitat, ne contractus per teſtes annul
letur, vt coram teſtibus dicat, (qui præ
cedẽtibus interfuerunt) & fuit actum,
vt contractus in ſcriptis celebret, nam
nõ per teſtes, ſed per aliam ſcripturam
cõtrarium probari debebit eius, quod
expreſsè in inſtrumento cõtinebitur,
ad quod etiam vide Angel. conſ. 153.
Domina Catherina. & quod tradit
Marc. d. deciſ. 435. nu. 2.

## Caut. X X X.

### De exceptione non numeratæ pecuniæ proponenda, vel obuianda.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confeſſio per apocham, vel per publicũ inſtrumentum de receptione pecuniæ ante biennium non obligat. Amplia nu. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Confeſſio mutui ex publico inſtrumento facta quando ſtatim confitenti præiudicet, & nu. 7.*

8 *Creditori conſilium datur, vt cum re vera mutuat, ex confeſſione debitoris ſtatim eum, & effectualiter, obnoxium habeat.*

9 *Debitor per verba notarij appoſita in inſtrumento confeſſionis, de quibus verbis dicitur, intra num. 7. ligatus, ne non mutuatæ pecuniæ exceptionem opponere queat qualiter in caſu ſibi non factæ numerationis aduerſus dicta verba ſe valeat adiuuare.*

10 *Confitenti cauſa mutui, ſi non recepit pecuniam, conſilium datur, quo ſe aduerſus confeſſionem propriam tueatur. Ampliatur conſ. nu. 11.*

*Confitens numeratam ſibi mutui cauſa* 12
*pecuniam, & excep. proponens nõ prouocatus, actoris partes ſuſtinebit.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ intra* 13
*tempus ſtatutum oppoſita, creditori incumbit probandi onus fuiſſe numeratam pecuniam.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ poſt* 14
*biennium opponi poteſt, ſed debitori opponenti onus incumbit probandi non fuiſſe numeratam pecuniam*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ tã pro* 15
*toto, quàm pro parte opponi poteſt.*

*Exceptio non numeratæ pecuniæ qui-* 16
*bus in caſibus locum habeat, & intra quod tempus in dotis etiam confeſſione proponenda ſit, nu. 17.*

*Scriptura publica ſe obligãs, ad eam re-* 18
*tractandam ſcripturam ſimilis contraria requiritur.*

*Scriptura debiti, cum priuata eſt, poteſt* 19
*per publicam contrariam infirmari.*

*Exceptionis non numeratæ pecuniæ in* 20
*factum, non directę ſtipulatione interueniente, confitens ius habet.*

*Confitens ſine cauſa ſibi nunquam præ-* 21
*iudicat.*

*Creditori conſilia dantur, quibus efficaci-* 22
*ter confitentem arctet, nu. 23.*

*Creditor ſolutionem factam confitẽs in-* 24
*tra quod tempus poſſit non ſolutæ pecuniæ except. proponere.*

*Creditori confitenti conſilium proponen-* 25
*dę exceptionis non num. ſolutionis datur.*

*Debitori ſoluenti conſil. datur, ne cre-* 26
*ditor except. non numeratæ pecuniæ vnquam opponere poſſit.*

*Elapſo tempore ad opponendam exce-* 27
*ptionem non numeratæ pecuniæ, quod auxilium reſtet.*

Con-

1 Confeſsione † per apochã, uel per publicum inſtrumentum ſe obligãs, quòd habuerit, vel pecuniã mutuam receperit, ante biennium in effectum cõueniri non poteſt. l. ſi ex cautione, vbi glo. magiſt. & doct. C. de nõ nume. pecu. & §. vnico, Inſtit. de lit. oblig. Soc. regula 97. Duen. reg. 122. & Io. Bernar. Diaz. reg. 256. & in tantum
2 regula iſta procedit, † vt etiam ſi confitens exceptioni nõ numeratæ pecuniȩ renuntiet, nihilominus ipſa exceptio proponi poſſet, vt ſingulariter voluit Bald. in l. in contractibus. C. de nõ nume. pecu. & doct. in d. l. ſi ex cautione, Soc. d. reg. 97. ampl. ſecunda; & cõmuniter receptum aſſerunt Alexan. conſ. 35. lib. 1. & qui eum refert Did. a Couarru. lib. 1. reſol. c. 4. num. 3. Fel. cap. ſi cautio, num. 48. extra de fide inſtru. Alc. in c. cum contingat, num. 175. extra de iureiuran. & in l. pacta, quæ contra. C. de pact. ac Cur. Iun. in l. 2. §. ult.
3 ſub num. 23. ff. ſi cer. pet. † Quæ etiam exceptio procedit, licet confeſſus in inſtrumento mutuam recepiſſe pecuniã pingnus dediſſet, de quo eſt textus in l. 1. C. de non num. pec. ubi Bal. multũ not. & eſt idem tex. de uerbo ad uerbum, in l. 1. C. ſi pigno. con. num. pec.
4 ſecu. non ſit. † Nec etiam huic proponendæ exceptioni obſtaret, ſi confeſſio in inſtrumento guarẽtigiato facta fuiſſet, niſi ſtatuto ſpecialiter prohiberetur contra tale inſtrumentum hanc opponi poſſe exceptionem, ut per Bal. in l. qui pecuniam. ff ſi cer. petat. quem ad hoc refert Soc. d. reg. 97. ampl. 3. Adde inſuper circa hanc materiã huius exceptionis, quod inquit Bartol. & Bal. ſequitur in l. 3. C. de poſt. de ſtat. prohibente aduerſus publicum inſtrumentum exceptionem aliquam proponi, præter except. ſimulationis; Quin-
5 imò † etiam ſi ille, qui recepiſſe ſe confiteretur, iureiurando confeſſus eſſet, adhuc ipſam poſſet proponere exceptionem per l. fi. & ibi Bar. & communiter doct. C. de non nume. pecu: Soc. d. reg. 97. ampl. 6. & Port. in d. §. 1. Inſti. de lit. oblig. ſub num. 17. Quatenus autem dictum eſt etiam talem confitentem in publico documento ante biennium in effectu non obligari, aduertendum eſt, † Quia id verum dico, 6
ſi notarius in eo inſtrumento tantùm dixerit, Talis confeſſus fuit recepiſſe, ſecus ſi ipſe aſſerat, debitorem recepiſſe; Quia ſtatim effectualis naſcetur obligatio, argum. l. cum precibus. C. de prob. & ita tenet d. glo. magiſt. in d. l. ſi ex cautione. Quod tamen declara ſecundum Bar. in d l. ſi ex caut. ſub nu. 9. ubi tenet, Quod verum id eſt, † ſi no- 7
tarius ſcribat, Talis fuit cõfeſſus ſe habuiſſe, & recepiſse, & uerȩ habuit, & recepit in præſentia mei notarii, &c. Dicit enim quòd licet tabellio ſcriberet, talis confeſsus fuit, ſe habuiſse, & recepiſse, quæ habuit, & requirit; illud tamen de neceſsitate non probaret; Poſset namque eſse, quòd illa fuiſsẽt partis uerba, quæ cũ pars in prima protuliſset perſona, notarius in tertia ſcripſiſset; Quod etiam tenet, ſi tabellió adijceret, in præſentia mei notarij, &c. Nam verba illa, mei notarij, venire ad illius participij confeſsus, determinationem poſsẽt. ex ſuperioribus igitur duo conſilia notari poſsunt, vnũ pro creditore, aliud pro confitẽte; Pro creditore conſilium elicitur, † ut cum re- 8
uera numerat, cautus ſit, quòd notari⁹ hoc pacto ſcribat; talis confeſsus fuit ſe centum, puta, a tali habuiſse, & recepiſse, & quæ uerè habuit, & recepit in præſentia mei notarij, &c. ſed aduertat notarius, ne ita ſcribat, cũ pecunia præſens non eſt, quod pro ipſo tutius erit, vt per d gl. magiſt. in d. l. ſi ex cautione, quam omnes ſequuntur, ut tradit Alex. in l. prædia, num. 4. ff. de acq. poſs. & eſt etiam glo. in l. ſi ex precio,

in

in verbo, conſcriptum. C. ſi cer. pet.
& Bart. in rep. l. 1. ſub nume. 6. C. plus
val. quod agitur. quia ipſe notarius falſi
pœna teneretur, cum de eo teſtimo-
nium afferret, quod non vidiſſet, iuxta
ea, quæ tradit Bart. quẽ omnes ſequun-
tur, in l. ſingularia, ſub num. 22. verſ.
ſed ſi notarius. ff. ſi cer. pet. & ut cõ-
munẽ ex his, quos ipſe alleg. affert Iul.
Clar. in §. falſum, verſic. Notarius. &
ideo tunc Tabellio ſcribat, talem con-
feſſum eſſe, quòd receperit, vt & in d.
§. 1. Inſt. de lit. oblig tradit Por. num.
4. ſubdẽs ſe aliàs in propoſito vidiſſe,
quòd cum ſcholaris quidam intuliſſet
contra ſtudij Vniuerſitatis Rectorem
verba iniurioſa, Rector ſtatim vniuer-
ſitatis Tabellionem vocari iuſsit, vt cõ
ficeret inſtrumentum, qualiter ille Re-
ctor verba iniurioſa dixerat. Et tunc
notario ſcholaris dixit, Quòd ipſe in-
ſtrumentum faceret, quod d. Rector
dixit, quòd ipſe ſcholaris verba iniu-
rioſa protulerat, non quòd reuera ſcri-
beret ipſum verba talia dixiſſe, qui præ
ſens non fuerat, & benedixiſſe ſchola-
rem. illum ait Por. propter gloſſas ſu-
pradictas: Et dedi tibi creditori talem
caut. vt ea vtaris cum verè numeras,
non cum numeratio non interuenit,
quaſi numeratione non interuenien-
te vſus fueris, Debitorem admo-
9 neo, † quod etiam non obſtanti-
bus talibus verbis contrarium pro-
bare poterit per tres, vel per plures te-
ſtes, vt per prædictam gloſ. in d. l. ſi ex
cautione. Bart. autem in eadem l. ſub
nu. 10. cõſilium tradere videtur, quòd
tunc debitor inſtrumentum falſum di-
cat, pro qua re ait recurrendum eſſe ad
ea, quæ ipſe dixit in l. in exercendis. C.
de fi. inſtr. Vbi quidem debitor ſuis
loco, & tempore inſtrui poterit, quo
nam modo inſtrumentum de falſo ar-
10 guat. † Pro confitente modo conſiliũ
traditur, quando ſe quantitatem mu-
tuam recepiſſe fatetur, vt ſi verè pecu-
niam non recepit, ſed numerationis fu
turæ ſpe confeſſus eſt, intrà biennium
cautius ſit except. non numeratæ pe-
cuniæ proponere, † ſiue creditor con- 11
tra eum agat, ſiue non, arg. l. ſi cum
exiguam. C. de condict. ob cauſ. & l.
ſi quaſi. C. de non num. pec. per quá
Lita tenuit gl. in d. tit. Inſt. de lit. oblig.
in Verbo, except. ſed in rei veritate per
condictionem eo caſu ciuilem obliga-
tionem repetere dicetur: Imò cautius
erit, ſi condictionis potius, quam ex-
preſſæ exceptionis remedio utatur, vt
ex d. l. ſi cum exiguam, & d. l. ſi quaſi.
† Et ſi non prouocatus debitor aduer- 12
ſus creditorem ob non numeratam pe
cuniam iudicium promouerit, actoris
partes ſuſtinebit, vt per Ang. in d. tit.
Inſt. de lit. oblig. quem refert Syl. Al-
dobr. in addit. ad d. gloſ. in verbo, ex-
ceptionem, cuius dicta inde emana-
runt, quia gloſ. except. poſſe opponi,
etiam actore non petente, ait: ſed dum
directa via confitens condictione ad
repetendam oblig. vtetur, actorem ſe
ipſum manifeſte offert, & quidem ex-
ceptio, quę intra biennium opponitur,
maximi eſt effectus; † Quia ſtatim ea 13
oppoſita creditor pecuniam numera-
tam fuiſſe probare tenetur, vt in d. l. ſi
ex cautione. (Quæ quidem lex eſt hu
ius materię clauis, vt & Bar. ibi in prin.
dicit.) † Poſt bienniũ autẽ bene propo 14
ni poſſet hæc exceptio, ſed debitori in-
cumberet onus probandi pecuniam
numeratam non fuiſſe, vt per d. gloſ. in
ſæpè d. l. ſi ex caut. ac ibi Cyn. Nic. de
Math. & per Bart. ibi, num. 12. & 13. ac
communiter alij Doct. ibid. ac etiam
per gl. in d. l. in contractibus, in verſic.
nullo modo, & ibidẽ Doctores, Aret.
in §. idem iuris, ſub num. 4. Inſtit. de
act. vbi communem ait, Iaſ. in l. 3. §.
iurari, ſub nu. 8. & in l. manifeſtè, ſub
num. 6. ff. de iureiur. Dec. in l. iure na-
turæ, num. 5. ff. de reg. iur. idemque te-
nere adde gloſ. in d. tit. Inſtit. de lit.
oblig.

oblig. in uerbo, obligetur. & licet Azo
in ſum. C.eod.ſub num. 3.alias ſenſe-
rit ac Felyn. in c. ſi cautio, num. 60.
extra de fide inſtr. multos diſſentien-
tes alleget, & communem eſſe opinio-
nem, non poſſe poſt biennium, aſſum-
pto etiam probandi onere, eam propo
ni exceptionem, dixerint Cur. Iun. in
l.2.§.appellata, ſub num. 7. ff. ſi cert.
pet. & Hippol. Marſ. not. 443. con-
trariam tamen ſententiam iuſtius, ac
verius communem tradunt Fulgoſ. in
l. ſi ſub ſpecie, num. ult. C. de poſtul.
Eman. à Coſta in d. l. ſi ex cautione,
limit. vlt. C. de non nume. pec.

Similiterque † opponere hanc po-
terit except. debitor, ſecundum modũ
15 prædictum, non ſolum pro toto, ſed
etiam pro parte aliqua, videlicet ſi ne-
get tantam ſibi non fuiſſe numeratam
pecuniam, quantam confeſſus eſt, l.2.
C. de non num. pec. Sciẽdum † autem
circa hanc except. eſt, quòd locum ha-
16 bet tantum in confeſſione debiti ex
cauſa mutui, & dotis. Mutui, vt dixi
intra biennium; Dotis uerò † intra
annum à die ſoluti matrimonij com-
17 putandum, & hoc ſi matrimonium
intra bienninm ſolutum fuit: ſi verò
vltra biennium extendetur matrimo-
nium, tres menſes ad proponendam
exceptio. dabuntur, niſi decem an-
nos excedat matrimonium, quia tunc
exceptioni proponendæ nullum tem-
pus dabitur, vt expreſſum habemus
in lege fin. cum auth. ſequ. Cod. de
dote cau. non numera quæ tamen
authent. in fine reſtitut. in integrum
in ſubſidium reſeruat, quam maio-
ri poſſe competere dico ex clauſula
gñali, ſi qua mihi iuſta cã, &c. vt habet̃
in l. 1. in fine, ff. ex qb. cau. maio. ex
qua etiam clauſula poſſe competere in
hoc caſu reſtitut. in integ. creditori-
bus maioribus mariti dixi ſupra hac
eadem litera, caut. 27. numero 11. ſi
ue in verſiculo, verum ſi præd. per
cred. minori verò ex capite de min.
reſtit. datur, de quo habemus in tit. ff.
de min. 25. ann. & in tit. C. de in in-
teg. reſtitut. min.

Si uerò ex alia cauſa, quam mutui,
aut dotis confeſsio facta fuerit, uelu-
ti emptionis, uel conductionis, aut ſi-
militer, ſtatim atque quis ſe tantam
debere quantitatem ſcripſerit obliga-
bitur, ut tradit Port. in d. §. 1. In-
ſtitut. de lit. oblig. numero 13. ubi di-
uerſitatis rationem adducit, & pro hac
re uide Doctores, quos late deducit
Rol. à Valle conſ. 3. num. 1. uol. 4. in-
ter quos refert, qui de communi, atte-
ſtantur. Nec contrarium probari pote-
rit, niſi per aliam ſcripturam, l. genera-
liter, & per ſcrib. ibi, C. de non nu. pec.
(Quod tamen declara, vt in prox. præ-
ced. caut. ſub nu. 7. dixi) † Adeo ut ſi 18
ſcriptura publica extiterit, opus ſit alia
publica contraria, arg. l. nihil tam na-
turale, ff. de reg. iur. Bene uerum pu-
to, † Quòd cum confeſsionis debiti 19
ſcriptura priuata eſt, per aliam publi-
cam infirmari poteſt, nam ſi per pri-
uatam contrariam id fieri poſſet, er-
go multò magis per publicam, argum.
auth. multo magis, C. de epiſc. & cler.
Sciendum quoque eſt, † Quod non tan 20
tum ſiquis ſcriptura ſe mutui, vel do-
tis cauſa recepiſſe confeſſus fuerit, ex-
cept. non numer. pec. ſecundum ea,
quæ dixi, munitus erit: uerum etiam ſi
ſtipulatione reſponderit quis tantam
cauſis præd. recepiſſe pecuniam, adiu-
uabitur, non directa quidẽ exceptione
non num. pecuniæ, ſed per except. in
factum, quæ tantundem operabitur;
l. cum ultra. Cod. de non num. pec.
Idque declara ut per gloſ. in d. tit. In-
ſtit. de liter. oblig. in uerbo, debere, &
ibid. uide Por. ſub numero 7. alioſ-
que Doct. & præd. quidem omnia ve-
ra ſunt, quando præceſsit cauſa con-
feſsionem inductiua, † ſecus ſi abſque 21
confeſsio fieret, nam nũquam ſibi præ
iudi-

iudicaret confitens. l. cum de indebi-
to, in fi. ff. de probatio. & ita per eum
text. ſenſit dic.gloſ. in d. titu. Inſtitu.
de lit.obl.in verbo, debere. Quam ta-
men concluſionem intellige, prout di
xi in proxi.præceden. cautela, a princi-
pio, uſque ad nume.5. Huicque rei ad
de, quòd licet Barto.teneat in l.ſecun-
da.§.circa.ff.de doli ma.excep.ſtipula-
tione interueniente confeſsionem ſi-
ne cauſa in donationis uim ualere, per
text.in l. hoc iure.ff.de dona.eius tamẽ
opinio communiter damnatur, ſecun
dum Alexan.in conſi.13.uolu.primo,
quem refert Ioan.Fran. Rue. in addit.
ad Barto.d.§.circa. Verum circa hoc
diſtingue. Aut certum eſt, quòd qui ſi
ne cauſa ſtipulatione ſe obligat, ſciens
ſe nil debere, id facit: & tunc donare vi
detur, atque icirco ſtipulatio firma ra
taque eſt; aut dubitatur utrum ſciuerit
nec ne; & tunc ſtipulatio nulla erit, ut
ita diſtinguendum communẽ eſſe tra-
dit opinio. Curt.Iun.conſi. 131. num.
4.quem referunt Bapt.a Villalo.in ſuis
comm.opinio.litera S,num.128.& E-
man.Soar.in ſuis comm.opin.litera S,
a nume.201.uſque ad 205. excluſ. vbi
copioſius tractat; & cõcluſio hæc pro-
cedit, cum dubium quoque eſſet, nun-
quid promittens per ſtipulationem vel
let donare, nec ne; ſecus eſſet, ſi conſta
ret expreſſe quòd donandi cauſa pro-
miſsio fieret; licet mox non conſtaret
quæ cauſa ad donandum induceret, ut
per Imo.in d.l.hoc iure.ff.de don.quẽ
tex.ita intelligit, non indiſtinctè, ut fa-
cit Bar.refert Additio ad Bar.d.§.cir-
ca, littera D. Adhuc tradita ſunt reme-
dia tam pro creditore cõfeſsionem in
publico inſtrumento recipiẽte, quàm
pro debitore confeſsionem, ſiue per
publicam, ſiue per priuatam ſcripturã
emittente. Reliquum eſt, ut videamus,
An ſint remedia pro ipſo creditore,
tam quo ad apochã, q̃ quò ad publicã
ſcripturam. Et certe duo conſilia poſ-
ſunt generaliter colligi in creditoris fa
uorem penes Bartho. Soc. in d. regu.
97.litera C.unde & ampliationes, &
ad hanc regulam limitationes per So-
cyn.ipſum traditæ habentur. Primum
igitur erit pro creditore remediũ, † ut
cum re uera pecuniam dotis vel mutui 22
cauſa numerat, caueat poſt primã cõ-
feſsionem aliam non ſtatim, ſed ex
interuallo recipere confeſsionẽ; quia
ipſa exceptio tunc ſopita remanebit,
vt voluit glo. dic.l. in contractibus.§.
ſed quoniam, uerſicu. Illis etiam. C.de
non num.pecu.quam ſingularem dicit
Rom.in l.ſi uero.§.de uiro.fallẽ.31.ff.
ſolu.matrim.idemque tenet Bartol. in
dic.l. in contractibus.C. de non num.
pecun.numero decimo. & pro hoc re
medio facit in ſimili; non uidemus, ꝙ
iudex regulariter ſuam poſſet reuoca-
re interlocutoriam l. quod iuſsit. ff.de
re iudi.& l.poſt ſententiam.C. de ſen-
ten.& interlocu.omn.iudic. ſed ſi ipſa
interlocutoria ſit ab eodem iudice ge-
minata, eam non poterit reuocare, ſe-
cundum Panorm.in ca. cum ceſſante.
extra de appella. Iaſ.in d.l. quod iuſsit,
num. 10.& ibid. Ripa, num. 26.& Zaſ.
numero 20. Ad hoc etiam corroborã
dum ex hac geminatione remedium
vide Felyn.in d.capitu.ſi cautio, num.
43.ex.de fide inſtru.& in cap.ſi quan-
do, colum. 12.uerſic. reſcripti gemina
tio, de reſcrip. Hipp. in l.prima.§.quæ
ſtioni, num.5.ff.de quæſt. Corſe.in tra
cta.de uerb.gemin.numero 17.lib. 1.
Euerar.in top.cap.91. Eman. a Coſta
in repe.dic.l. ſi ex caut.fall. 14. per to-
tam.C.de non nume.pecu. Ari. Pin.in
rub.par.1.numero 14.uer.inde etiam,
& num.43.C.de bon.ma.& in l.2.par.
1.capitu.ſecundo, numero 22. & c.4.
numero 22.C. de reſcinden. uendit.
Secundum colligitur ex ipſo Soc. re-
medium, † ut ille, qui mutuam credit 23
pecuniam, uel dotis cauſa numerat,
cautus ſit, quòd & iuret confitens, &
inſi-

inſimul exceptioni ipſi renunciet, vt per Scrib. in d. l. fin. C. de non nume. pec. & Bald. in d. l. qui pecuniam. ff. ſi cer. pet. & communem profert Eman. a Coſta d. l. ſi ex cautione. lim. 1. num. 3. Hactenus tractatum eſt de eo, qui ſe ſcriptura debere fatetur, congruum videtur, quòd econuerſo & de eo dicatur, qui quod ſibi debetur, ſolutum
24 confitetur. † & profecto ſi creditor ſolutum ſibi faſſus fuerit intra 30. tantum dies de non numerata pecunia aduerſus debitorem opponere poterit, vt eſt tex. in d. l. in contractibus. §. ſuper cæteris. C. de non num. pec. & huiuſce rei diuerſitatis rationem inter debitorem, & creditorem confitentē, tradit Por. in præd. §. 1. Inſt. de lit. oblig. nume. 15. quia lex præſumit debitores egentes facilius ad confitendum inclinare, vt creditori complaceant, & pecunias ſuſcipiant, quàm creditores, qui ita pecunia non egent, vel ſubde, qui ita non trahuntur ad complacendum debitoribus, cum eos omnino ad ſolutionem cogere valeant, quod debitoribus erga eorum creditores facere non licet. Verum caſus quidam excipiuntur, in quibus ſtatim atque cōfeſſus eſt creditor, ſibi præiudicat, quos habes in d. l. in contractibus. §.
25 ſed quoniam, & per Scrib. ibi. † Cautus igitur ſit creditor, ut cum ſolutum ſibi futuræ numerationis ſpe fatetur, opponat intra 30. dies non numeratæ pecuniæ exceptionem, nam & probandi onus ſolutionis factæ in debitorem trāſferet, ſicut & in exceptione, quam intra bienniū opponit debitor, ſibi mútuatam pecuniam confitens, quia creditor factam fuiſſe numerationem probare tenetur, d. l. ſi ex cautione. Et ita ueritatem eſſe ait Bar. in d. §. ſuper cæteris, quod etiam antea ſenſerat Azo in d. ſum. C. de non num. pec. ſub nu.
26 8. Tu † autē debitor, ſi uerè ſolueris, poteris aduerſus creditorem uti conſiliis, & cautelis præd. poſitis pro creditore obuiare volente, ne debitor de non num. pec. opponere ualeat. quæ cautelæ cum hic eandem habeant rationem, pariformiter etiam hoc in caſu collocari debent, per iura uulgaria. Poſtremo animaduertendum conſulo, † quòd ſicut poſt lapſum temporis, 27
quod ad proponendam non num. dotis exceptionem conceſſum eſt, maritus, ſiue eius hæredes, ac mariti creditores reſtitutionis in integrum beneficium modo ętatis minoris ratione, modo ex clauſula generali habent, vt in hac caut. ſuperius dixi, uerſ. ſciendum autem, ſub nume. 18. Ita quoque identitatis concurrente reſpectu, tam debitor pro eius confeſsione pecuniæ receptæ, quàm creditor pro ſolutionis confeſsione, lapſo tempore ad opponendum, ſuis loco, & tempore eodem reſtitutionis beneficio utantur, quod ſibi cōcedi debere legitimis illis de cauſis haudquaquàm ambigo.

## Caut. XXXI.

### De exceptione doli introducenda, cum quis parte abſente liberatoriam facit confeſsionem.

*SVMMARIVM.*

*Confeſſio liberationem inducens, nunquid abſente parte præiudicet, cum ex his fit, quæ de libera animi voluntate non dependent.* 1

*Confeſſio liberatoria, ut etiam parte abſente ſemper præiudicet, quo remedio vtendum ſit.* 2

Confeſſio, quæ liberatione inducit, ſi ex his fit, quæ ex libera voluntate animi non dependent, parti abſenti non proficit, adeò,

adeo, ut neque etiã doli pariat except.
ut per Bar. in l. generaliter. nu. 7. C. de
1 non nu. pec. & per eundem in l. non ſo-
lum, 2. §. ſi liberationis. ff. de lib. leg. In
quo § licet gl. ſentire uideatur, quòd
niſi pacti, doli ſaltem exceptio inducã-
tur, ipſe tamen Bar. contra eam ſentiẽs
obiectis reſpondet, nec etiam attendẽ-
da ſunt Baldi verba in conſ. 466. lib. 4.
communem dicentis abſente etiã par-
te liberationis confeſsionem præiudi-
care, nam cum Bar. communem ait eſ-
ſe opinionẽ Ripa in l. conditionis. ſub
nu. 21. C. de pactis, ex mente Felyni in
c. ſi cautio, nu. 23. extra de fide inſtr. &
hanc cum Bartolo tenendam ait Bapt.
Villalo. in ſuis com. op. litera C, nume.
138. & vide quòd hanc Bartoli opinio
nem bene probat Ripa in prædicto lo-
co, ideo per eundem Bar. d. §. ſi libe-
rat. nu. 13. conſi. pro abſente, in cuius
fauorem liberatoria confeſsio fienda
2 eſt, elicias, † vt cum ipſe præſtò eſſe
non poterit, aliquam adhibeat perſo-
nam, cui confitens pro abſente libera-
torium pactum faciat, quod hoc fieri
poteſt exemplo; Facio pactum de nõ
petendo, tibi pro illo recipienti, vel
confiteor mihi ſolutum eſſe, tibi reci-
pienti pro illo: nam inquit Bar. quòd
ita doli introducetur exceptio. Pro
hac etiã re vide Saly. in l. ſi certis C. de
pactis & Ang. in l. idẽ in duobus. §. fi.
ff. de pactis, & omnino quę ego dixi ſu
pra caut. 6. nu. 56. cũ ſequẽti, de Nota
rio adhibito ad ſtipulãdũ pro abſente,
quæ in caſu iſto tibi prodeſſe poterũt.

## Caut. XXXII.

### De clauſulanda citatione, vt mox aduerſus cõtumacem abſq; noua uocatione procedi queat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Contumaces rei, aut actores quas patiã-
tur pœnas, remiſſiuè.*

*Contumax aliquem actum contra ſe nõ
patitur, niſi altera parte inſtante.* 2

*Contumax, quando contra eum ad con-
tumaciæ pęnas proceditur, an ſemper
citandus ſit. verum vt neceſſario ci-
tandus nunquàm ſit cõtumax, reme-
dium datur. nu. 5.* 3

*Citatio noua requiritur, cum ſubſtantia,
vel qualitas actus mutatur.* 4

Contumaces † reus, 1
vel actor pęnas pa
tiuntur, de quibus
habes text. & Do-
cto. in l. conſenta-
neum, & in auth.
qui ſemel. C. quo-
modo, & quando iud. & in l. non igno
ret. C. de fruct. & lit. expenſ. ac Ma-
ran. de ordi. iudi. par. 1. ſextæ, & ult.
par. principalis, verſ. cõtumacia, per to
tum. ſcias autem, † quòd nunquã con 2
tra contumacẽ ad aliquẽ actũ procedi
tur, niſi altera parte inſtante, ſecũdum
Bar. in l. properandum, §. 1. nu. 4. C. de
iud. & ibid. Doct. & maximè Iaſ. n. 4.
cum duobus ſeq. vbi ad hoc fallentias
ponit, idẽ Bar. in d. auth. qui ſemel. n. 2.
C. quom. & quan. iud. & in auth. ei, q
appellat, in fine. C. de temp. app. ad hoc
ẽt Maran. in d. ver. cõtumacia, n. 13. Pa
riterq; ſcias, † ꝙ nulliter aduerſus cõtu 3
macẽ ad pęnas contumaciæ procede-
tur, niſi in ſpecie ad hoc contumax ci-
tetur, facit tex. in l. de vnoquoque. ff. de
re iud. & in l. aut qui aliter. ff. q̃d ui, aut
clam, ubi Bar. nu. 1. notat, † quòd quan 4
do ſubſtantia, vel qualitas actus uaria-
tur, noua ad eum actum requiritur ci-
tatio, uide etiam Dec. conſi. 449. num.
1. & præciſim, quod dum propter cõtu
maciã aduerſus aliquẽ ꝓceditur cita-
tio præcedere debeat, tenet Bar. in d. l.
cõſentaneũ, nu. 16. per tex. d. l. aut qui
aliter, & idem in l. ex quacũque, nu. 7.
ff. ſi quis in ius uoc. non ier. Q̃d tamen
intellige ſecundũ Bar. ipſum in l. 3. §. ſi

ad diem, ff. de re mil. procedere quãdo
contumaciæ pęna ipsũ nõ reſpicit pro
ceſsũ, ſed extrinſecus venit, vt ſi ob cõ
tumaciã vellet iudex cõtumacẽ in cer-
ta quãtitate cõdẽnare, vel ab officio re
mouere, nã tũc noua reqritur citatio,
vt ille terminũ habeat, intra quẽ de ſua
excuſatione docere valeat, ſed ſi cõtu-
maciæ pęna primũ reſpicit proceſſum,
ſup quo contumacia eſt introducta, &
intrinſecus ad ipsũ proceſsũ uenit, ut
cõtra cõtumacẽ ſnĩa feratur, vel ad pri
mũ, aut ſecundũ decretũ deueniatur,
tunc noua non eſt opus citatione, quã
ſanè diſtinctionẽ admittunt Imo. in c.
1. extra de iud. & idem in l. ſi finita, §.
Iulianus, & ibid. Alex. n. 38. ff. de dam.
infec. Verum vt noua, ẽt cũ extrinſec⁹
pęna venit imponenda, nõ requiratur
5 citatio, remedium eſt, † ꝙ in prima ci-
tatione, ob quam quis in cõtumaciam
conſtituitur, citari faciens curet clauſu
lã tã apponi, alias ad vlteriora proce-
detur, &c. Nã per eam fiet, vt poſtmo-
dum ad pęnas contumacię condẽnan-
dus nouiter citari non debeat. d. l. con-
ſentaneum, ſecũdum eum modum le-
gendi, quem ibi Bar. tradit. C. quom. &
quan. Et remediũ id dare videtur Bar.
in d. l. conſentaneum, ſub d. n. 16. & in
d. l. non ignoret. ſub nu. 6. ubi pro hac
re allegat d. l. conſentaneum. Idq́ue ẽt
tradit Imo. in d. §. Iulianus, & ibidem
Alex. n. 40. ad quod etiam uide ipſum
Bar. in l. impuberibus, §. fin. verſ. Puto
etiam. ff. de ſuſp. tut. & pro qua re eſt
tex. & ibi not. Io. And. & Ant. de But.
c. 2. de teſtib. cog.

## Caut. XXXIII.

De eo, qui alicuius contumaciam accuſat, & de illegitimo procuratore pro citato comparente, & quid in tali caſu ille, ad cuius inſtantiam fit citatio, agere debeat.

*SVMMARIVM.*

*Contumax quis non fit, niſi fuerit eius cõtumacia accuſata, & accuſans pars licentiata extiterit.* 1

*Citatus tota die termini expectari debet.* 2

*Contumax quomodo quis conſtituatur, conſilium datur.* 3

*Dolus cum dolo, & culpa cum culpa compenſatur.* 4

*Statuto ſtante, quòd non comparens intra terminum pro contumace habeatur, vel ex bãnito, quoad miſſionẽ in poſſeſſ. vel quò ad perſonalem capturam, reo nõ comparente. ſi actor eius contumaciam non accuſauerit, ipſe reus contumax non habebitur.* 5

*Statutũ iuri communi conſentaneũ ſecũdũ idẽ ius cõe interpretationẽ recipit.* 7

*Citatus ſi per procuratorẽ non legitimũ cõparet, nũquid poterit contra ipſum principalẽ cõtumacia accuſari et q̃uo ille, q citari facit, detineatur ne principalis contumaciam accuſet, nu. 8. Et datur conſiliũ citãti, quo non detineatur, quin aduerſus citatum contumaciã in actis apparere faciat, nu. 9.*

*Contumaciæ accuſatio quando non ſit neceſſaria.* 10

Ontumax † aũt (præcedẽti 1
prox. cautelę inhærendo)
quis non dicitur, nec pati
tur contumaciæ pœnas, ni
ſi pars, ad cuius inſtãtiam citatio facta
fuerit, contumaciam accuſarit, & licẽ-
tiata receſſerit: † videtur enim non ſuf 2
ficere, niſi tota die terminũ expectet.
l. & poſt edictum, ff. de iud. & colligi-
tur in l. quæſitum, ff. de re iud. tenetq́;
Inn. in c. calumniã, extra de pęnis, quẽ
refert Bar. in l. ſi finita, §. Iul. ſub n. 11.
ff. de dam. infec. qui de actore loquitũ,
vbi etiam vide Alex. poſt Imo. & alios
nu. 24. & in conſ. 92. lib. 1. Idẽ quoque
procedit in reo comparente, ut ꝑ Bar.
in l.

in l.quæſitum,nu. 1.& ibid.Doc.& ma
ximè Alex.nu.2.ff.de re iud.& Bar. in
l.q ante calẽdas,ſub nu.3. & ibi Alex.
3 & alij.ff. de uerb.obl. Caueat † igitur
ille,qui citari facit,ut contumaciam ac
cuſet,& recedens ſcribi faciat,& licen
tiatus receſsit,ut per Bar. d.§. Iul. ſub
d.num.11.& huiuſce rei rõnem habes
per Spec.in tit.de expen.§.fi. verſ. Tu
4 autem iudex,nu.17.quia † ſcilicet do-
lus cum dolo,culpa cum culpa cõpen-
ſatur,c.pen.& fin.extra de adult.& l.fi.
ff.de eo,per quem fac.eſt, cũ ſim.ſimi-
literq́ue reus comparens,ne dicať con
tumax, licentiatus recedat,ſecundum
cautelam Bar.d.l.qui ante calendas, &
5 ibi Alex.nu.8. Iõ † ſtante ſtatuto ꝙ nõ
comparens intra terminum pro contu
mace habeatur, vel exbannito, quo ad
miſsionem in poſſeſs.vel quò ad perſo
nalẽ capturam, ſi reus nõ cõparet, nec
actor rei accuſet cõtumaciã, cõtra reũ
non procedetur, ut per Petr.de Anch.
conſ.96.Quod notabile eſt,& uerũ pu
6 to: † Nã ſtatutũ id iuri cõi conueniens
eſt,ideoq́; ſecũdũ idẽ ius cõe interpre
tationẽ recipit,per tex.ĩ l.2. C.de nox.
& per Scrib.ĩ auth.quas actiones.C.de
ſacroſanc.ecc. & per Bal.in l.ita nobis.
C.de adult.Redeundo ad materiã no-
ſtrã, Quòd.ſ.citari faciens rei cõtuma-
ciã accuſare, & licẽtiã à iudice obtine
re debeat,huius rei occaſione ſcias, ꝙ
7 ẽt † ſi ille,qui citatur, per procuratorẽ
nõ legitimũ cõparet, cõtra ipſum prin
cipalẽ citatũ contumacia accuſari pote
rit,vt tenet Bar.d.§.Iul.nu.13. per tex.
in l.2.§.defendi,ff.ex quib.cau.in poſſ.
8 eat. Verũ † illegitimus ille procurator
curare põt, ut de ꝑſonæ legitimatione
tractetur,ſicq́; citãtẽ, donec citationis
tꝑs currat,detinere,qui citãs, ſi contu-
maciã ſecũdũ prędictũ modũ nõ accu
ſarit,ꝑ ſupradicta decept⁹ remanebit,
9 ſed † cautè aget citãs ipſe,ſi (nõ obſtã
te de legitimatione diſputatione) ſꝑ in
termino cõpareat cũ citationes ſiũt, &
rei cõtumaciã, ſecũdũ modũ ſuperius
traditũ,accuſet. Hanc † aũt cõparitio- 10
nẽ,& cõtumaciæ accuſationẽ neceſſa-
riã nõ eſſe ſcias, cũ ex miſsione illegiti
mi procuratoris apparet, ꝙ citatus nõ
ſit expectãdus,& ſe nolle venire demõ
ſtrat,quod tũc eſſe intelligetur, cũ ſimi
lẽ procuratorẽ poſt factã citationẽ ci-
tatus mittet, & ẽt ante citationẽ talem
mittẽs procuratorẽ citatus nolle ueni-
re, nec eſſe expectandus uideri põt, ſi
cõſtat reũ ipſũ eũ miſiſſe, ita per Bar.
in d. §.Iul.ſub n.14. quam ſnĩam licet
Ang.ibidẽ reprehẽdere uideatur,tamẽ
Imo.cũ Bar.tenet,& Alex.ẽt cũ eo per
tranſit,quinimo Ang.in l.1. §. dari, ff.
de procur. tranſit ſimpliciter cum hac
Bartoli doctr. idem tradit Bar. ipſe in
d.l.1.§.uſus, ff.de procur. ad quod &
uide Caſtr.in conſ.21.

## Caut. XXXIIII.

### De creditore,qui paciſcitur, vt debito tempore non ſoluta pecunia pignoris poſsit ingredi poſſeſsionem etiam negotio non liquidato.

*SVMMARIVM.*

*Creditores niſi debito tempore pecunia* 1
*ſoluatur, ſecundum pacti normam,*
*de facultate ſibi poſt moram ingre-*
*diendi poßeßionem per debitores tra*
*dita, ingredi poterunt, attamen ur-*
*banius agent, ſi iudicis authoritate*
*ipſam poſſeſſionem adipiſcentur: ſed*
*quia id contradictionem patitur, cau*
*tius traditur remedium, quo credito-*
*res ſuamet authoritate & ingredi,*
*& adipiſci queant, nume. 2. Amplia-*
*tur nume. 3. conſilium traditum pro-*
*cedere etiam negotio non liquidato,*
*ſi verba ſubdantur, de quibus in dicto*
*nume. 3.*

1 CReditores,† niſi debito tē-
pore pecuniam ſoluerint,
eorum debitores, ſecun-
dum pacti normam de fa
cultate ſibi, poſt moram ingrediendi
poſſeſsionem per debitores ipſos tra-
dita, ingredi potuerunt: Attamen ur-
banius agent, ſi Iudicis authoritate ip-
ſam poſſeſsionem adipiſcentur, quod
probari videtur per tex. in l. 3. C. de pi-
gn. ſecundum gloſ. vnum intellectum,
quem Bal. & Ang. ſequūtur, vt ait Me-
noch. in trac. de adipiſc. rem. 5. n. 5. qui-
que ſub nu. 9. verſ. eſt ergo, ait uctiorē
hūc ſenſum, & interpretationem Ac-
curſii, & ſequacium, cuius etiā gloſ. in
tellectum communē dicit Bar. in rep.
d. l. in prin. ſed tex. legis præd. quia ali-
ter, quam gloſ. legat, loqui videtur, di-
uerſos patitur intellectus, quos Men.
d. rem. recenſet, qui ad hoc, vt docto-
rū euitentur controuerſię, remediū af-
2 fert, ſub. d. nu. 9. † Quod. ſ. creditores
in cōſtituti pignoris inſtrumēto clau-
ſulā adhiberi curēt, Quod eis liceat in
gredi, adipiſci, atq; retinere pignoratæ
ipſius rei poſſeſsionē, cū debito tpe pe
cunia nō ſoluat. Idq; factu optimū do
cuiſſe Bar. Bal. & Salyc. in d. l. 3. ac Ne
guſ. in tract. de pig. 4. par. prin. nu. 11.
3 ait ipſe Men. † Quod etiā debito non-
dum liquidato, optimum pro credito-
ribus ipſis erit, vt per Bart. in rep. d. l.
nu. 16. dummodo tamen expreſsè in
conuentione id dicatur, Quod liceat
ingredi, adipiſci, & retinere poſſeſsio-
nem ante declarationē ſeu liquidatio-
nē pro dicta quātitate, ſeu pro alia; qua
apparebit aliquis eſſe debitor, ut Bar.
ipſe d. loco docet, & de hac etiā re di-
xi ſupra in caut. 20. Vbi habere potes
quomodo fiat, vt etiā contra ſingularē
ſucceſſorem negotio nō liquidato, fie-
ri poſsit executio. Quemadmodū aūt
debitor, cuiꝰ poſſeſsio iux. prēd. ꝑ cre-
ditorē apprehēſa fuerit recuperare va
leat. Vide īfra ead. litera, cau. 36. ī fine.

## Caut. XXXV.

### De Debitore vendere deſiderante vnam ex rebus pignoratis.

*SVMMARIVM.*

*Creditor poteſt eligere vnū ex pignoribus quod voluerit, vt vendat, cum ſecundum pactū ei non ſatisfiat, declara, & limita, ut nu. 2. remiſſiue.* 1
*Pignoris venditio quando, & quomodo fieri debeat, remiſſiuè.* 2
*Debitor manus ligatas habet, ne pignorata bona alienet.* 3
*Debitor pignus alienans ſtellionatus crimine tenetur.* 4
*Debitor quo remedio poſsit pignus impunè alienare.* 5

CReditor, ſcis, † ꝙ ex pigno- 1
ribus, quodcūq; optauerit vē-
ditioni ſubdere poteſt, cū ſe-
cundum conuentionē ei non ſatisfiat.
l. creditoris. ff. de diſtr. pign. quā † le- 2
gē declara, & limita, vt ꝑ tex. & Doct.
in l. 2. C. de pign. & vide Anton. Ne-
guſ. in tract. de pign. primo memb. ſex
tę par. vbi à nu. 15. vſq; ad nu. 34. circa
hoc habes ampliat. & limitation. quem
niax. vide in 5. lim. & in 1. mem. 5. par.
nu. 51. quæ † quidem pignoris vendi- 3
tio quādo & quomodo fieri debeat, ui
de ꝑ tex. & Doct. in l. 4. C. de diſt. pig.
& Neguſ. vbi ſup. Per eā igitur l. cre-
ditoris, vides † Quod debitor manus 4
habet ligatas, ne pignorata bona alie-
nare queat; † Imò callidè alienans ſtel 5
lionatus crimine tenetur, le. 3. ff. de
crim. ſtell. ſed vt non modo aliquam
rem ex obligatis, ſed etiam quam uo-
luerit, alienare ualeat debitor, Re-
medium eſt, † Quòd contra credito- 6
rem agat, vt patiatur ipſum talem rem
vendere, lege, quamuis. §. primo. ff.
de pign. actio. & in authent. hoc ita.
C. de pign. Quod etiā remedium tra-
dit

dit Bar.in d.l.creditoris,n.1. & ibi Sal. de hoc, Iaſ.in l.à diuo Pio.§. ſed & illud,in 1.not. de re iud. & Neguſ. in d. 1.mem.6.par.nu.23.quem ad huiuſce rei intelligentiam uide docentem quid agere teneatur debitor ad hoc, vt vendere valeat.

## Caut. XXXVI.

### De eo, qui debitoris ſui poſſeſſionem ingreditur, & de recuperanda poſſeſſione, etiam ſecũdum pacti normam per creditorem propria ingreſſa authoritate.

*SVMMARIVM.*

1 *Creditor debitoris ſui rem propria non debet capere authoritate, & capiens punitur.*
2 *Inuadens rem propria authoritate, quæ penes aliũ ſit, quã patiatur pœnam.*
3 *Creditor, vt rẽ debitoris propria queat capere authoritate, quo utatur remedio.*
4 *Creditor ex pacto poſſeſſionẽ ingreßus an eam retinere valeat.*
5 *Debitor quo remedio vtatur, vt tentet recuperationem poſſeßionis iam per creditorem ſecundum pacti normam ingreſſæ, & nu.7. Vel ſaltem, vt ſe à læſione indemnem conſeruet, num.8. remißiuè.*
6 *Venditio quando etiam propter læſionẽ citra dimidiam reſcindi poßit.*

1 CReditoribus † aũt nõ licet debitoris ipſorũ rẽ ꝓpria capere authoritate, qui ſi capiũt, & ius crediti eorũ ꝑdũt, captãq; rẽ reſtituũt, l.extat, ff.qđ met.cã, & l.creditores, ff.ad l.Iul. de ui priu. Quarũ legũ diſpõni optimè congruit tex.l.ſi qs in tãtã.C.un. vi.ubi hr̃
2 † ꝙ propria authoritate rẽ qs inuadẽs, q̃ penes aliũ remaneat, eã, ſi dñs eſt, irreuocabiliter reſtituere tenet̃: ſi aũt nõ eſt dominus, eãdẽ reſtituit, & inſuper ad eius rei ęſtimationẽ præſtãdã obnoxius eſt: legũ harũ, extat, & creditores, latè pertractatã materiã uideas penes Menoch. in trac. de recup. poſſ. rem. 5. Ac legis, ſi qs in tãtã, materiam apud eũdẽ vide ĩ eiuſdẽ trac. de recup.rem. 9. Eiuſdẽ ẽt legis, ſi qs intãtã, fallẽtias uide apud Barth.Soc.in reg. 52.litera A. vt aũt ſupradictarũ legũ aculeos facilè euitare queas, remediũ tibi trado, nõ qdẽ obſcurũ, † ꝙ cũ quenq̃ tibi de- 3
bitorẽ cõſtituis, legẽ in cõtractu dicas vt tibi rei pro debito obligatæ, pecunia ſuo tpe nõ data, poſſeſsionẽ ꝓpria ingredi liceat authoritate, ſic.n.creditor à pœna dictarũ legũ excuſabit̃, gl. fi.in l.pignoris, C.de pig.act. & ibi Sal. Bar.in rep.l.3.ſub n.1.& Sal.ibi, C.de pig.ac Neguſ.in 4.par.trac.de pign.nu. 9.alias quoque ad hoc allegat authoritates Menoch.d.rem.5.num.28. & d. rem.9.nu.208. vrbanius aũt te facturũ admoneo, ſi prætoris authoritate hoc feceris, tex. eſt in d. l.3. C. de pign. & quod ibi not.traditque gl.in d.l.pignoris, & prout ego dicebam ſupra caut. 34. † Sed dubiũ eſt, utrum ex pacto ip- 4
ſo creditor poſſeſsionẽ ingreſſus eã retinere valeat. Nã gl.in d.l.3.C.de pign. tenet, ꝙ etiã poſsit retineri poſſeſsio, quã Bal.& Ang.ibi tuẽtur. alij cõtrariũ ſentiunt, vt.ſ.eã poſſeſsionẽ creditor ſi quidẽ ingredi poſsit, ſed mox authore prætore acquirere debeat, vt vr̃ de hoc tex.in d.l.3.vbi dicit, ꝙ licet authoritate propria eo caſu ingredi creditores valeãt, attamẽ authoritate præſidis adipiſci poſſeſsionem debent. Menoch. in tract.de adipiſ. poſſ. rem.5. vbi legis huius 3. materiam tractat, has refert controuerſias, & conſilium tradit, quo ẽt ſine ꝑtore tutè poſsit & ingredi & acq̃rere poſſeſsionẽ creditor, de qua re ſuperius mentionẽ feci d.caut. 34.

5 Cæterùm † in caſu iſto, retenta gl. opin. quæ verior videtur, vt & aliàs dixi, quòd creditor & ingredi, & retinere poſſeſsionem propria authoritate valeat, conſideraui, an ſit reperire remedium pro debitore, cuius poſſeſsionem iuxta conuentionem, creditor ingreſſus fuerit, vt ſcilicet non obſtante eadem conuentione poſsit ipſe debitor ingreſſum fundum à creditore recuperare. Et pro hac re occurrit mihi caut. quarta Thomæ Ferr. (de qua etiam inferius mentionem faciam, in litera L, caut. 140. incip. Læſo vltra dimidiam, circa fin.) vbi Ferr. inquit, ex grauium virorum authoritate motus,
6 † quòd licet vēditio propter læſionem citra dimidiam reſcindi nō poſsit, per l. 2. C. de reſcind. vend. ſi tamen eo caſu fiant poſitiones quòd ille, aduerſus quem prætenditur læſio, eſt homo bonus, & ille eius poſitioni reſpondeat, venditio etiam propter læſionem quæ vltra dimidiam non ſit, reſcindetur, ea ſcilicet ratione, quoniam viro bono non conuenit quemquàm decipere, vt per gl. notabilē, quam allegat, in l. ſemper in contractibus. ff. de reg. iur. Qua
7 propter, † ſi vera eſt Ferratij illa cautela, & à morſibus Arij Pinelli in rep. d. l. 2. C. de reſcind. vend. nu. 34. partis 2. capitis ſecundi, eripi poteſt, dicendum eſt etiam debitorem poſſeſsionem per creditorem ingreſſam tunc recuperare poſſe, cum poſitionem fecerit, quòd iſte creditor eſt vir humanus, talemq́; ſe reputat, quique ex vrbanitate in ſuis negotiis procedere ſolet. Nam ſi euenerit, quòd ipſe creditor ſecūdum ponentis deſiderium (vt facile euenire poterit) reſpondeat, intentionem ſuam ipſe idem ponens ad effectum perducere valebit: ipſe enim creditor licet authoritate ſua poſsit ſecundum conuentionis modum poſſeſsionem adipiſci, pecunia ſuo tempore non ſoluta; Vrbano tamen viro non conuenire, niſi prætore authore id fecerit, dicere vult tex. d. l. 3. C. de pign. ſecūdum frequentiorem Doctorum intellectum. at cum hic homo, qui ſeipſum vrbanum reputat, inurbaniter ſe geſſerit, dicendum probabiliter videtur, quòd ex inurbanitatis capite res perinde recuperare valeat, ac ex improbitatis capite in caſu Ferratij venditio reſcindi poſſe dicitur, ſi tamen hæc cautela iure forte non poſsit ſuſtineri, bene † erit, 8
quòd recurras ad cautelam, quam in d. caut. 140. nu. 12. trado, qua in ſubſidium uti poteris, ſi ex tali apprehenſione te læſum docere poteris, vt quia pignus maioris erat valoris, quam debitum, & ideo te indemnem reddere uolueris.

## Caut. XXXVII.

### Ne priſtina obligatio ſopita remaneat, cum datio in ſolutum euicta ſit.

*SVMMARIVM.*

*Datio in ſolutū ſi euincatur priſtina oblig. non redit, ſed vtili ex empto actione ad intereſſe agitur, declara nu. 3.* 1

*Datio in ſol. ſimilis eſt venditioni, ſub nu. 1. verſ. quia datio inſolutum, quod intellige vt nu. 3.*

*Datione inſolutum interueniente quid ſeruandum ſit, ne actio priſtina tollatur, & huius rei ſeruandę quæ ſit utilitas.* 2

*Venditor ſtatim re tradita liberatur, licet non faciat emptorem dominum.* 4

*Emptio nō dicitur quādo ſpecies pro ſpecie datur, ſed permutatio, vel do vt des, & tunc requiritur, quòd res perfecte fiat accipientis.* 5

*Euictio locum habet in datione inſolutum, ſub num. 1. verſ. dum ad partes.*

Datio

1 Datio † in ſolutum ſi euincatur, priſtina non redit obligatio, ſed vtili ex empto actione ad intereſſe agitur. l. eleganter, & quod ibi not. ff. de pign. act. & l. ſi prædiũ. C. de euict. ac per Doctores in l. libera. C. de ſentent. ac Barth. Cæpo. cautela 123. incip. ſi aliquis eſt debitor, & ita quoque ſentit Gaſpar Caballin. in tract. de euictio. §. 4. num. 42. dum ad partes diſputata quæſtione concludit euictionem locum habere in datione in ſolutum, ob eam, quam potiſsimam tradit antea rationem, quia datio in ſolutum uẽditio dicitur, quod latè ipſe Caba. & iuribus & authoritatibus comprobat, quibus & adde D. meum Cæph. conſ. 474. nu. 18. vnde cum ipſa in ſolutum datio uenditioni æquipararetur, bene ꝓcedunt ea, quę infra dicam, nu. 4. quod ſaltem verum eſt, cum pro pecunia ſpecies datur, ut infra dicam. In contrarium videtur eſſe tex. in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut & in d. l. libera. C. de ſent. Glo. ibi, & in d. l. eleganter, vno modo ſoluit, quòd ſcilicet in contrariis actum fuit, vt à priſtina obligatione non recederetur, niſi res perfecte accipientis efficeretur, quã quidem ſolutionem dicit eſſe veram in ſe Bar. in d. l. eleganter, nu. 4. in d. l. ſi quis aliam, nume. 1. & in d. l. libera, ſub nume. 2. ibique Salyc. in prima oppoſit. Quibus in locis huius ſolutionis intuitu Bar. pro creditore conſilium tradit,

2 † vt cum rem aliam pro alia in ſolutũ accipit, in contractu dationis in ſolutum clauſulam apponi faciat. quod ſi contingeret rem euinci, actio in priſtino remaneat ſtatu. Cuius clauſulæ utilitatem explanat in d. l. ſi quis aliã, ſub d. nu. 1. videlicet propter fideiuſſores, qui in prima ſunt obligatione, qui forte in ſecunda non ſunt, ac pariter propter hypothecam tempore antiquiorem, & propter multa alia, prout continget, & pro prædicto conſilio vide Cæpo. d. cau. 123. & iſtud quoque tradit cautela 147. incip. eſt magna. Sed pro vero intellectu d. l. eleganter, & d. l. ſi prædium, ſenſus alius illis textibus per Bart. ſecundum gl. alium intellectum, applicatur, † quòd videlicet pro 3
cedant, cum ſpecies pro pecunia datur, (vt & per Cæph. d. conſ. 474. nu. 19) † Tunc nanque cum emptio con 4
trahatur, venditor rem tradendo liberatur, licet non faciat emptorem dominum. l. ex empto, in prin. ff. de act. emp. Cum igitur emptionis contractus perficiatur, receditur a primo. Verum † quãdo ſpecies pro ſpecie da- 5
tur (vt loqui intelliguntur à gl. Bar. & Doctoribus ll. contrariæ) non eſt emptio, ſed permutatio, vel do vt des, vbi requiritur, quòd res accipientis perfectè fiat. l. fin. ff. de condict. ob cau. & l. 1. ff. de rerum permu. Vnde nimirum illud eſt, ſi primo caſu non ad priſtinã actionem redeatur, ſed beneficio euictionis locus ſit, ſecundo autem caſu re euicta priſtina integra remaneat obligatio.

## Caut. XXXVIII.

### De duobus vel pluribus inſimul iudicare debentibus, ut eorum conſenſus ſententiæ iudicantis vnius præſtitus tutè procedat.

*SVMMARIVM.*

*Delegatione pluribus ſub ea clauſula facta, vt vnus ſine altero, vel aliȷs iudicare valeat, vnus etiam irrequiſitis aliȷs, iudicare poterit. & tunc uno inchoante aliȷ abſque cauſa legitima ſe intromittere non poterunt. Limita nu. 3. & circa limitationem hãc vide quæ dicuntur nu. 5. 6. 8. & 10.* 1

I 4 *Legatum*

2 *Legatum pluribus relictũ ſub hac clauſula adictione, vel vni ex eis, intelligitur omnibus ita factum, vt niſi vnus tãtum, cæteris defunctis, ſupererit, omnes ad legatum venire debeant.*

4 *Comitis vnius pluribus exiſtentibus hæredibus, ad quos mulctarum, & pœnarum commodum ſpectat, vnus ſolus in maleficijs ſe intromittere non poterit, niſi alios nolle, vel non poſſe conſtet: & neceſſe eſt, vt omnes loquantur, cũ ſe intromittunt, nu. 5.*

*Et etiam expreſsè pronuntiare debent, & pro tribunali ſuadere, nu. 5. Sufficit autem, quòd vnus dicat ſententiam, alij autem expreſsè conſentiant, & qualiter debeant conſenſum exprimere, nume. 8. & de cautela ad hoc, nu. 10.*

7 *Mutus iudex eſſe non poteſt.*

9 *Conſentire perſonæ actum facienti, & conſentire actui idem eſt.*

11 *Arbitri, & iudices delegati, cum eorum conſenſus in ſententijs exigitur, ante latam ſententiam per temporis interuallum præſtare nequeunt, ſecus in delegatis à Principe, nu. 12. Idemquè eſt in iudicibus ordinarijs, nu. 13.*

14 *Tutor collegæ ſuo tutelam gerendam cõmittere poteſt.*

15 *Iudex collegæ ſui ſententiam ratam habere ex poſt facto non poteſt, qui ſententiæ non interfuit.*

1 Delegatione † duobus, vel pluribus ſub ea clauſula facta, vt vnus ſine altero, vel alijs iudicare poſsit, vnus, etiam irrequiſitis alijs, iudicare poterit, vnde vno inchoate alius, vel alij, niſi ſubſit legitima cauſa, ſe intromittere non poterunt, tex. eſt in c. cum plures, de offi. deleg. in 6. Maran. de ord. iud. par. 4. diſt. 16. nu. 6. & licet in contrarium videatur facere tex. in l. ſi fundum ſub condit. § his verbis, ff. de leg. 1. & in l. hæredes mei. §. fi. ff. ad Treb. vbi habetur † quòd legatum pluribus relictum, hac adiecta clauſula, vel vni ex eis, intelligitur omnibus ita factum, vt niſi vnus tantum, cæteris defunctis, ſupererit, omnes ad legatum venire debeant, ſoluens tamen Bar. in l. ſi vni ex pluribus, aliàs Pompo. ſub nu. 9. ff. de re iud. inquit, quòd ibi ſumus in diuerſis terminis, quia in legato eo verſatur omnium legatariorum commodũ, hic autem onus, per quas contrarias leges ipſe Bar. tenet, † quòd ſi cũ dicta clauſula plures ſint delegati, vel ordinarij (in quibus ineſt tacitè dicta clauſula vt poſt Bar. d. loco, tradit Bal. in l. 1. ff. de offi. proconſ. & Abb. in c. prudentiam, ſuper gl. in ver. teneatur, de offic. deleg. quos refert Io Bernar. Diaz. reg. 516.) & in illius iuriſdictionis exercitio ad eos aliquid commodum ſpectet vnus ſolus procedere non poterit, niſi conſtet alios nolle vel non poſſe, quam ſanè opin. & limitationem ad dictũ c. cum plures, videtur etiam ſentire ipſe Bar. in d. §. his verbis, dum ibidẽ ſe remittit ad ea, quæ eſt dicturus in d. l. hæredes mei. d. §. fi. vbi idẽ apertè tradit: verũ eſt, ꝙ contra Bar. in d. l. ſi uni; tenuerunt Ang. & Alex. ſub nu. 15. cum aliis, quos ipſe Alex. allegat: tamẽ cum Bar. in d. l. ſi vni; tenet Imo. ad Angeli fundamentum reſpondens, dum ipſe Ang. dicebat, quòd delegatis ſemper ſportularum commodum prouenit. §. ne autẽ, in auth. de iud. & not. in auth. offeratur, in verbo, præbetis ſportulas, C. de lit. cont. & ideo nunquàm haberet locum d. c. cum plures, reſp. inquã Imo. quòd commodum, de quo Bar. loquitur, non conſideratur ſuper ſportulis, quia non venit intrinſecè, & principaliter ad id, ſuper quo iudicatur, ſed incidenter, & extrinſecè, vnde Bar. cõmodũ tantum iſtud intrinſecum cõſiderauit, quod principaliter ex ſñia uenit, ut ex multis, non uero illud extrinſecum, & ita quoque ſenſit Alex. ſibi con-

contrarius in d. l.hæredes mei,d.§.fin.
in fine,nam in negocijs non inſpicitur
quod incidenter, ſed quod principali-
ter agitur.l. ſi quis nec cauſam,& l.ro-
gaſti,ff.ſi cert.pet.Pariter in d.l. ſi vni,
tenet Raph.Cum.. aliter ad Angeli fun
damentum reſpondens,quòd.ſ.ſportu
larum non attẽdatur commodum, cũ
illud ſit potius laboris remuneratio. d.
§.ne autem,ideo non dicitur commo-
dũ.l.Aquilius regulus . ff. de donat.ſed
à Bar. habita fuerunt in cõſideratione
lucra ex pœnis, & mulctis procedẽtia,
hanc quoque cum Bar. opinionem vi-
detur tenere Iaſ.in d.l. ſi vni, ſiue in l.
tunc autem, vbi nu.4. in fine hanc di-
cit eſſe pro amico qõnem, ſed tandem
concludit nu.6.in fi. Bartoli opin.ma-
gis eſſe cõmunem, quam reuera intelli
gę (vt dicunt Doct. ) procedere in cõ
modo pœnarũ,& mulctarum. Propte-
reaq; Bar.in d.l.ſi uni, (cuius op.ex an
4 tedictis communior eſt ) ſubiungit, †
quòd ſi plures eſſent vnius Comitis hę
redes, ad quos mulctarum, & pœnarũ
commodum pertineret, vnus ſolus ſe
in maleficiis intromittere non poſſet,
niſi alios nolle,vel non poſſe cõſtaret.
ad quod ẽt optimè facere dicit l.ſi quis
hac lege.§.quoties.ff.qui, & a quibus.
ergo, inquit, & alij iudices adeſſe de-
bent, & in d.l.ſi vni,ſub nu.10.Bar.ſen
5 tit,† quòd neceſſe ſit,vt omnes loquã-
tur, per l.ſicuti. ff.de arb.& l.cum ma-
giſtratibus.C.quãdo prouo.non eſt nę
6 ceſſe. † oportet ergo ( inquit Bar. ) ꝙ
expreſſè pronuntient, & pro tribunali
ſedeant.Nam & ſi taciturnitas in iudi-
7 ce ſufficeret: Mutus † etiam iudex da-
ri poſſet,contra l.cum prętor.§.nõ au-
tem,ff.de iudic.& cũ iſta Bar. opinio-
ne alios tranſire inquit Iaſ. in d. l.tunc
8 autem, nume.1. Sufficit † autem quòd
vnus ſententiam dicat,alii uero expreſ
ſim tali ſententiæ conſentiant, ſiue di-
cant, nos conſentimus tali iudici iudi-
canti:ſiue dicant, conſentimus tali ſen
tentiæ,vt per Bar.eũdem d.l.ſi uni,nu.
11.qui id not. dicit, quoniam † idem 9
eſt conſentire perſonę facienti actum,
quod eſt conſentire actui. tamen ſub-
dit Bar. Quòd† cautius erit,ſi utrumq; 10
aliquis apponi faciat, videlicet,talis cõ
ſenſit tali iudicanti, & eius ſententiæ,
& ita cum Bartolo pertranſeunt com-
muniter Scrib. Aduertendum † autem 11
eſt,ſecundum Bar.ibidem, ſub nu.12.
Quòd arbitri,& delegati iudices,quo-
rum ſpectatur conſenſus,talem cõſen
ſum ante latam ſententiam per tempo
ris interuallum præſtare nequeunt, vt
quia vnus alteri animi motum ſuum
cõmiſit, † ſecus dicit eſſe in delegatis 12
a Principe, quia ſicut ſubdelegare que
unt.l.à iudice.C.dę iud.Ita collegę ani
mi motum ſuum committere poſſunt.
Idemque in ordinariis iudicibus cen- 13
ſet,& ita alios quoque tranſire cũ Bar.
ait Iaſ.in d.l.tunc autem, nu. 7. ad fin.
ad quod etiam refert Bal.in d.l. cũ ma-
giſtratus,in 1.q. C.quan. prouo.nõ eſt
nec.& facit in ſimili: nam etiam†unus 14
tutor alteri tutelam gerẽdam commit-
tere poteſt.l.ita autem.§.geſsiſſe, & l.
tres tutores ff.de admin. tut. Denique
eſt ſciendum,†quòd ex poſt facto ille, 15
qui non interfuit, ratum habere non
poteſt,ut per Bar.& per eos,quos alle-
gat, in d.l. ſi vni , in fi. Quod tamen
declara, vt per Imo.poſt Ang.ibi,pro-
ut & refert Alex. ibid. ſub nu.13.

## Caut. XXXIX.

### De pluribus iudicare debentibus, vt vnus abſque aliis, etiam irrequiſitis, procedere poſſit.

*S V M M A R I V M.*

*Delegatione pluribus facta cum clauſu-* 1
*la ea,quòd ſi non omnes ſimul intereſ-*
*ſe*

*ſe poſſint, alij iudicent, an & quando vnus abſque alijs procedere poterit.*

2 *Iudices delegati quando ſeparatim irrequiſitis collegis procedere poſſint, & cautela ad hoc nu. 3.*

1 DElegatione † pluribus de vna cauſa facta (inhærendo prox. præcedenti caut.) cum clauſula, quòd ſi nō omnes ſimul intereſſe poterunt, alij iudicent, ſi aliquis, vel aliqui ex delegatis, antequam conſtet de impedimento collegarum procedant, iudicium nullum reddetur. Ideo ne proceſſus reddatur nullus debet prius præcedere notificatio de collegarum impedimento, ita per illum tex. tenet Abb. in c. prudētiam, in 2. not. & in fine illius prin. de offi. deleg. Gemin. & Doct. in cap. cum plures, de offic. deleg. lib. 6. vbi de hoc plenè, & alii relati per Maran. in tract. de ord. iud. par. 4. diſt. 16. nu. 5. vbi in verſ. vide tamē. tenet, quòd licet cuiuſdam additionis ad deciſ. Dominorum de Rota, 166. in nouis, quæ incipit, ſi duo ex tribus, opinio fuerit, quòd valeret proceſſus ante impedimenti notificationē factus, dūmodo in rei veritate impedimentum ſit verum. Attamen communiter opinio Doctorum ſit illa, quam ſupra dixi, vt tenere inquit Abb. in d. cap prudentiam, in fine
2 prin. Secus † modo eſſet, ſi in delegatione fuiſſet appoſita alia clauſula, videlicet, vt omnes, vel duo, vel vnus procedant, & iudicent, & ſic nō conditionaliter, quia tunc cenſetur data iuriſdictio ſingulis in ſolidū, quo caſu unus, etiam ante notificationem impedimēti collegæ, & abſque eius requiſitione procedere poterit, tex. eſt, & ibi gl. in verbo, libere, in d. c. cum plures, de off. deleg. in 6. & Abb. in d. c. prudentiam. d. 2. not. Maran. d. diſt. 16. ſub d. nu. 5. & nu. 6. Ideo † bona erit cautela, ad 2
hoc, vt collegis irrequiſitis vnus ex delegatis procedere valeat, quòd delegatio ſub hac clauſula procuretur: circa quam tamen clauſulam attende ad ea, quæ in præcedenti prox. caut. dixi.

## Caut. XL.

### De reuocāda ſubdelegatione per delegatum à Principe facta, etiam poſtquàm ſubdelegatus vſus fuerit.

*SVMMARIVM.*

*Delegatus Principis alium ſubdelegare poteſt, quod amplia, & limita, vt ſub d. nu. 1. remiſſiuè, & ipſam commiſſionem poteſt reuocare, etiam ſi ſubdelegatus eam ſuſceperit, dummodo non vſus ſit, nu. 2.* 1

*Delegatus Principis quando poterit ſub delegationē factā, etiam ſi vſus fuerit ſubdelegatus, reuocare.* 3

*Procurator poſtquàm alium ſubſtituit, & mādatum ſuſceptum eſt, licet eo ſubſtitutus non vtatur, reuocare non poteſt* 4

DElegatus † Papæ, vel Principis alium ſubdelegare poteſt, c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. de off. iud. deleg. c. cum cauſam, extra de appell. & not. in c. cū Bertoldus, extra de re iud. & eſt in iure Cæſareo caſus l. à iudice, C. de iud. vbi Iaſ. à nu. 11. vſque ad fin. quinque modis ampliat, & 14. modis limitat. tu autem uno alio modo amplia, ut etiam meri, & mixti imperij cauſas ſubdelegare valeat, prout ego dicebam ſupra caut. 16. nu. 9. Quin & † ipſam commiſsionem reuocare pōt, etiā ſi ſubdelegatus eam ſuſceperit, nō tamen vſus ſit, 1
2

ſit, vt eſt text. in c. quamuis, de off. deleg. & in c. is, qui. extra. de procur. in 6. ſed vt etiam poſtquam ſubdelegatus vſus fuerit, ipſe delegans reuocare poſſit, nec officio ſuo functus videatur,
3 Conſilium eſt, † vt ſibi in delegatione reſeruet etiam officium ſuum, nec in totum cauſam committat, ut apparet ex tex. dicti ca. quamuis, per ea verba, In totum, quæ ad hoc ponderat ibi gl.

Sed quatenus dictũ eſt, quod etiã ſuſcepta cõmisſione delegans reuocare poteſt, contra de eo, quod dicitur de
4 procuratore: Qui † poſtquam ſubſtituit, & mandatum ſuſceptum eſt, licet eo ſubſtitutus non vtatur, reuocare nõ poteſt, vt eſt tex. in d. c. is qui, in princ. Solue ut per gloſ. ibi in verbo, Aliud, & pro hac ſolut. vide quæ dicam infra in litera P, caut. 209.

## Caut. XLI.

### De formanda inquiſitione contra ciuem extra territorium delinquenté, ſtante ſtatuto volente, poſſe inquiri de omni crimine, & alio imponente pęnam certam pro tali delicto, pro quo in loco domicilij, ſeu originis contra aliquem, qui extra territorium delinquit, proceditur.

*SVMMARIVM.*

1 *Delictum in alieno territorio factum de iure communi in loco domicilij, vel originis puniri poteſt, non modo ad partis inſtantiam, ſed etiã ex officio.*

2 *Statuto ſi dicatur quòd de quolibet delicto inquiri poſſit, & alio ſi determinetur pœna delicti, pro quo ſit inquiſitio aduerſus delinquẽtem in alieno territorio. Nunquid contra talem ſit ſolũmodo ſtatutario iure & procedendum, & ad condemnationem veniendum.*

3 *Statuta, quæ proceſſum ſeu litis reſpiciunt ordinationem ad omnem litem, quæ in loco ſtatuti agitur, porriguntur, licet inquiratur ſuper delicto extra facto.*

4 *Statuta, quę litis deciſionem reſpiciunt ad ea, quæ extra territorium ſunt cõmiſſa, non porriguntur, ſed debet inſpici locus, vbi illud factum eſt.*

5 *Inquiſitio quomodo ſit formanda quando proceditur contra incolam ob delictum extra territorium factum, ſtante in loco incolæ ſtatuto generaliter dicente, Quòd pro omni crimine inquiri poſſit, & alio imponente pœnam pro delicto, de quo agitur.*

1 DElinquens † in alieno territorio de iure cõmuni in loco domicilii, vel originis puniri poteſt, l. relegatorum. §. ſed etiam eos, & §. ſi quis, ff. de interd. & releg. & l. 1. C. ubi de crim. agi opor. ad idem eſt tex. in c. cum contingat, & ibi Ioan. And. & Panor. & not. in c. fin. de foro compet. Bar. in l. ſi cui, §. fin. ſub nu. 6. ff. de accuſat. idemque Bart. in l. 1. ſub num. 47. C. de ſum. trinit. & fide cat. communem ait Alc. in c. perniciosam, num. 47. de offic. ord. & non modo ad partis inſtantiam, querelamve, ſed etiam ex officio iudex loci originis, ſeu domicilij inquirere poteſt, vt communem tradit eſſe opin. Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo, Hæc eſt quædam inquiſitio, poſt nu. 83. ad fin. quem refert Alc. in d. c. perniciosam, num. 47. Franc. Mar. deciſ. 989. num. 7. par. 1. vbi inquit, quòd Cyn. Bart. Bal. & communiter omnes ita tenent in d. l. 1. C. de ſumma trinit. communem pariter ſentit Boſſ. in tit. de foro comp. nu. 182. Vbi ſubiungit id vſum approbaſſe, tùm ob iudicum auiditatem, qui ad lucrum properant, tum etiam

etiam ne delicta remaneant impunita, ad quod ẽt alia bona poteſt all egari ratio;quia congruit prouinciam malis expurgare hominibus,ut eſt text.in l.congruit, ff. de offi. præſ. nam ſic puniendo eos, etiam extra territorium delinquentes,& habendo poteſtatem ex officio inquirere, facilè fiet, ut mox & tales delinquentes à delictis in territorio fiendis arceantur,& alij modũ bene uiuendi,ſi non uirtutis amore,tamẽ pœnę formidine accipiant.ſupradictã quoq; eſſe communem concluſionem cum nõnullis alijs tradit Clar.in pract. crim. §. fin. q. 39. verſic. ſed quæro, ibi, contrariam autem, ubi ipſe Clar. concludit, quod licet ſint in contrariũ magnæ authoritates, quarum & ipſe in eo uerſiculo mentionem facit,tamẽ cum affirmatiuam hanc opi. generalis uideatur approbaſſe conſuetudo,ab ea non ſit in praxi recedendum,& reuera maximi ponderis adſunt in contrariũ authoritates, & numeroſæ, quarum & ante Clar. mentionem fecit Viuius inter com. opin.diuerſorum, tomo 1. litera. I, uerſic.incip. Iudex domicilij, cum quibus etiam ipſe pertranſit.uerũ quia magni practici, & maxime. Boſſ. & Cla.uſu receptam eſſe affirmatiuam ſententiam teſtatur, & quia pars hæc non poteſt non eſſe Reipublicę ſanior
2 ideo & ego illi acquieſco . † Extat mo
do ſtatutum in originis, uel domicilij loco,quòd de delicto quouis posſit inquiri,uel per accuſationem procedi,& aliud extat ſtatutum quod determinatam pœnam pro tali imponit delicto, ob quod in loco domicilij, ſeu originis contra aliquem , qui extra territorium deliquit,proceditur. Nunquid contra iſtum iure duntaxat municipali ſit & procedendum, & ad condemnationem ueniendũ?Bar.in d.l.1.C. de ſum. trini. à d. nume.40. uſque ad num. 50. quæſt. hanc examinat, & tãdem concludit, uerbis ſtatutorum decidendam eſſe quæſtionem. Nam ſi ſtatutum expreſsè diſponit, ut etiam ita puniatur ille, qui extra territorium tale delictum fecerit, tunc contra eum & inquiri, & condemnatio fieri ſecundum ius municipale poterit, l. 2. C.de eunuch. & hanc opin. communiter approbari ait Socyn. in conſ. 302. num. 4. in fine,lib.2. Aut limitatiuè de delicto, quod intra territorium fit, loquitur,& tunc clare patet,quòd ad ea non extenditur,quæ extra fiunt,l.ſi uero §. de uiro, ff. ſol.matr.cum ſim. Aut ſtatutum ipſum ſimpliciter loquitur, & tunc bene ſecundum ſtatutum origi-
nis, & loci procedi pòſſet: † ſtatuta 3
enim quæ proceſſum, ſeu litis reſpiciunt ordinationem, ad omnem litem, quæ in ipſo loco agitatur, porriguntur, licet inquiratur ſuper delicto extra facto, l. 3. §. fin. ff. de teſtib. & l. cum clericus, in fi. Cod. de epiſcop. & cler. ſed reus non poſſet puniri,niſi vel de iure communi,uel ſecũdum ſta-
tutum, in quo deliquiſſet: † Quia ſta- 4
tuta , quæ litis deciſionem reſpiciunt, ad ea , quæ extra territorium ſunt cõmiſſa,non porrigũtur, ſed debet inſpici locus , vbi illud factum eſt per l. an in totum.C. de ædif. priu. quam l. alleg. Bart. in d.l. 1.nu.27. & ita etiam tenet ſub num. 48. pro quo allegat ibi c. ut animarum. §. 1. de conſtit. in 6. & l. cum unus, §. 1. ff.de bon.aut.iud. poſſid. & opin. iſtam dicit eſſe communem Alex. conſ.91. poſt nume. 1. colum.2.uerſic. & cum ſit,lib.2.quem refert Pariſ. conſ. 159. nu.6. libro 4. & Ruin. conſil. 84. in fine,lib.4. Boſſ. in tit. de pœn.n. 19. cum alijs,de quibus Clar.in modò citando loco.Ideoque Bart. num. 49. Iudice in tali caſu inquirente Conſilium tradit; Quod
† ſcilicet, quando inquiſitionem for- 5
mat, in eius concluſione dicat, ſuper quibus omnibus,& ſingulis procedere & inquirere intendo ſecundum formã ſtatu-

ſtatutorum huius loci, & eum culpabilem punire, & condemnare, ſecundum formam iuris, ſicque procedendo ſe ad ſtatuta refert, in condemnando, ad ius commune. Et circa ſupradictam Bartoli diſtinctionem vide quæ latè congerit Iul. Clar. in pract. §. fin. q. 85. uerſiculo, Tertius eſt caſus, vbi ad illius uerſiculi finem inquit, à tali diſtinctione non eſſe in iudicando recedendum, licet Marian. in c. poſtulaſti, nume. 16. de foro comp. generaliter dicat, communem eſſe concluſionem, quòd delinquens puniri debeat ſecundum pœnam impoſitam à ſtatuto loci, in quo punitur.

## Caut. XLII.

### De reſiſtentia per eum, qui vult aliquem fundum vendere, aduerſus denuntiantem facienda.

**SVMMARIVM.**

1 *Denuntians ius habere in aliqua re, quam quis vendere vult, emptorem in mala fide conſtituit, ſi hoc ante contractum facit, ſed & poſt contractum de iure cano. in mala fide conſtituitur.*

2 *Denuntians ex perſona ſua. & proprio nomine ius habere in aliqua re, denuntiato de iure ſuo fidem facere non tenetur.*

3 *Vendere volens aliquam rem, quo remedio aduerſus impedientem utatur.*

4 *Emere cupiens aliquam rem quomodo impedientem decipere queat.*

5 *L. diffamari. C. de ingen. man. quomodo intelligatur procedere, & nu. 4.*

1 Denuntiãs emere,† volenti ius in ea re habere, quam quis uendere uult, emptorem ipſum in mala fide conſtituit, l. quędam. §. nihil, uerſic. ſed ſi ei, ff. de edendo, l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in frau. cred. & l. ſi fundum. Cod. de rei uend. ac not. Specul. in tit. de re ſc. uend. §. 1. num. 24. & hoc uerum eſt, ſi denuntiat ante contractum, ſecus ſi poſt, ut not. in d. §. ſi quis particeps, & per Bar. in fi. & cæteros, in d. l. ſi fundum, & probat text. not. cum gloſ. in in l. pen. ff. pro empt. Bar. in l. naturaliter, ſub num. 9. uerſ. Ita circa hoc, ff. de uſucap. parte 3. num. 13. & communem huiuſce rei eſſe opin. ait ex Alex. Fely. Afflicto, & ipſo Balbo, quos refert, Eman. Soar. in Theſauro recep. ſent. litera D, nu. 49. Bene tamen inquit Balb. prædicto loco, quod de iure Canonico ſecus eſt; nam quamuis de iure ciuili ſufficiat bonam adeſſe in initio fidem, l. 1. §. hoc tantummodo. C. de vſuc. transfor. ibique not. tamen Pontificio iure bona fides omni tempore requiritur, & ſic continuè uſque ad præſcriptionem completam, c. fin. cum ibi plenè not. ext. de præſcrip. & not. gloſſa in d. §. hoc tantummodo, & ita tenuiſſe in d. c. fi. Imol. ait Balbus, limitantem dictam l. pe. ff. pro emp. procedere in ciuili, nõ in canonico. Quatenus autẽ ſuperius dicebã ex denuntiatione emere uolenti facta eũ in mala fide conſtitui, adeò vera hæc eſt concluſio, Quòd † denuntians, vel 2
quia rem ſuam ait, vel quia ius aliquod in ea ſe habere aſſerit, denuntiato emptori fidem facere de iure ſuo non tenetur. Quinimo denuntiatus ipſe tali denuntianti credere, & ſe informare, ac de ueritate inquirere tenetur, alioquin ſibi imputatur. Ita uolunt & gloſ. & Bald. in d. l. ſi fundum, & tradit Balb. in repet. d. l. Celſus, dicta parte 3. ſub dicto numero 13. ubi ipſe Balb. numero ſeq. uerſiculo, Cautela ergo, remedium pro eo tradit, qui vendere uult, aduerſus hunc de- 3
nuntiantem, & uenditionem impedientem

3 dientem,† Vt ſcilicet ipſe vendere volens contra denuntiantem agat, vt de iure ſuo edoceat, & petat denuntianti ad agendum terminum præfigi ſecundum formam l. diffamari. C. de ingenu.manum. cuius l. diffamari, materiam latè explicat mihi Iacob. Philip. Por. in 1. lib. concl. concluſ. 19. Quod ſanè conſilium longè prius,quã Balb.tradidit Specul.in tit. de reſcind. vend. §. 1. num. 27. motus vltra d. l. diffamari, ex nonnullis alijs iuribus, quę adducit,ad quod etiam vide Boer. deciſ. 255. num. 7. vbi num. 9. ponit formam fiendæ narrationis aduerſus diffamantem, & mox materiam proſequitur, vſque ad num. 12. quem omnino vide cũ caut. Cœpollæ 110. quando aliquis, quam poſt Ang. (cuius ex dictis Cępolla ſuam fecit cautelam) & poſt alios ipſe Boer. ſub num. 10. allegat, & hoc quidem remedium pulchtũ eſt. Quo etiam ille, qui emere vult, vti poterit, non per ſe quidem, ſed per interpoſitam ipſius venditoris perſonã, ſecundum modum prædictum. Vnde ex hoc etiam remedio remedium pro ipſo emere volente, & denuntiato, ſu-
4 me, † Vt ſcilicet procuret, quòd venditor vtatur, d. l. diffamari. quod in beneficium ipſius emere deſiderantis per obliquum conuerti poterit, licet (vt dixi) directo ex ſe denuntiantem cogere non poſſet, vt de iure ſuo ipſi fidem faceret; Nanque nullam aduerſus ſe ipſum factam iactationem, ſed aduerſus vendentem prætendere poſſet. Vnde non procederet diſpoſitio d. l. diffama-
5 ri, quæ † duntaxat eis ſuccurrit, contra quos iactatio facta dirigitur, vt ibi habes, & in eius materia. Ad idem vide Innoc. in c. Ab his, extra der verb. ſign. Fely. in c. olim, de reſcrip. & Caſtr. in l. ſi contendat, ff. de fideiuſſor. Nam & inquit Aret. conſ. 68. col. fin.
6 † quod tali agens remedio de iure ſuo, & intereſſe docere debet.

## Caut. XLIII.

### De fienda Denũtiatione per ceſſionarium, ad hoc ne debitoris debitor ſuo creditori ſoluat.

*SVMMARIVM.*

*Denuntiationi debitoris facta quando parendum ſit.* 1

*Debitoris debitori proteſtatio, ne ſoluat, quomodo ſit fienda.* 2

*Creditor cum eius debitori facta eſt proteſtatio, ne ſoluat, quomodo ſe regere debeat.* 3

Enũtiatio † ſi fiat ex cauſa iuſta, & uera, tunc, ſi illius cauſæ veritas debitori debitoris oſtenditur, proteſtationi illi parendũ eſt, l. nomen. ibi, certior de obligatione, &c. C. quæ res pig. obl. poſſ. Ideoq; Bar. in l. nõ ſolũ, §. morte eius, num. 35. ff. de op. noui nunc. Conſilium tradit, † Quod quando aliquis debitori debitoris, ne ſoluat, denuntiat, ei inſtrumentum debiti legat, vel copiam dimittat, ad quod allegat cap. cauſam, de electio. in clem. (quod uide in fine illius capi.) & d. l. nomen, idem ponitur per eundem Bartol. in l. 1. in princip. ſub num. 20. & ibi Iaſ. ſub nume. 10. verſic. tene concluſ. Bar. ff. de op. noui nunciat. Idem Bart. in l. grege. §. 1. num. 2. ff. de pignorib. faciunt tradita per eundem in l. quod te, ſub num. 20. ff. ſi cert. pet. in l. quidam decedens. §. ex quo, in fi. ff. de adm. tut. Spec. in tit. de appell. §. qualiter, nume. 9. & ſub nu. 10. verſ. nec tenetur credere, Bal. in l. ſi legatum, ff. de eden. & in l. ſi fundum, C. de rei uendicat. & Ang. in l. hæres cum debuerat, ff. ad Trebell. ad quod adde quod tradit Ioan. And. in cap. licet, in fine, de ſup. negl. prælat. ſcias tamen, quòd quando debitori meo

ri meo eſt facta denuntiatio, iuxta præ
dicta, ne ſoluat, ego potero meo ipſi
debitori offerre de indemnitate cau-
tionem, & compellere, ut mihi ſoluat,
per l. is à quo, cum l. ſeq. ff. de rei uend.
& l. pen. ad finem. C. depo. & ita tenẽt
Ang. Nic. de Neap. Raph. & recentio-
res communiter in d. l. hęres. ff. ad Tre
bell. Bar. in l. nam & ſi fur, ſub num. 4.
uerſ. ſi uero ff. ſi cer pet. Imo. in c. ſanè.
2. ad fin. de off. deleg. & Iaſ. in d. §.
morte, ſub nu. 28. uerſ. limita, niſi cre-
ditor. Quòd nota tu creditor, ut tali
in caſu procedere non ignores.

## Caut. XLIIII.

### De appellatione à dilationis denegatione, & de proteſtatione ad breuiorem dilationem.

*S V M M A R I V M.*

1 *Dilatio etiam ſecunda in cauſis ciuilibus datur, cum cauſæ cognitione.*

2 *Appellatio ab interlocutoria quandò detur.*

3 *Appellari an poſſit à breuitate dilationis.*

4 *Appellari an poſſit a denegatione ſecundæ dilationis iuſta de cauſa petitæ, cũ nu. 5. & 6.*

7 *Appellatio quando interponitur à denegatione facta ſecundæ dilationis iuſta de cauſa petita quomodo ſit introducenda.*

8 *Dilatio breuis nimis cum ſine cauſa datur, quid ſeruandum, & quare.*

1 Dilatio † etiam ſecũ
da in cauſis ciuili
bus datur, cũ co-
gnitione cauſæ. l.
oratiõe. ff. de fer.
& gl. ac Doct. in
l. fin. ff. eod. & ſi-
ne cauſę cognitio
ne etiam, cum dilatio breuior ſit, & ad
uerſus eam, cum datur, fit proteſtatio,
ut inferius habebis, ſub nume. 8. Modo
datur prima nimis breuis dilatio ad
probandum, abſque eo, quòd ab initio
tu fueris aduerſus eam proteſtatus, &
ſic iam es in caſu, quòd aliam petere
non potes, niſi cauſa cognita ut mox
tibi dicam, nunquid appellari poſsit?
Scis, † quòd appellatio ab interlocuto- 2
ria non datur, niſi & grauamen conti-
neat, & illud per appellationem a diffi
nitiua reparari non ualeat, ut per Bar.
in l. 2. ff. de app. recip. ( & de grauami-
ne eſt tex. & ibi Panor. in 1. not. in cap.
cum ceſſante, extra de appell. & addi-
tio ad Bar. in d. l. 2. ſub nu. 13. in litera
A, verſ. ſed a grauamine, niſi grauet )
& uide ad hoc Scrib. in l. arbitro. ff.
qui ſatiſd. cog. in d. l. 2. de app. recip.
& in l. poſt ſententiam. C. de ſent. & in
terloc. omn. iud. de qua re ego etiam
latius tractaui ſupra in litera A, Caut.
10. Propterea dico ſecundum Bar. in
d. l. 2. nume. 22. & gl. in l. à procedẽte.
C. de dilat. ac Bal. in addit. ad Spec. de
app. colum. 4. uerſ. ſed an à breuitate,
† quòd appellari non poterit, cum pars 3
non grauetur, nam ſi in prima probari
non poterit, ſecunda petetur, quæ cau-
ſa cognita dabitur, ut per tex. d. l. ora-
tione, & d. l. fin. ibique doct. de ferijs.
† Sed ſi iuſta de cauſa ſecundam quis 4
petit, & denegatur, an appellabit? Bar.
d. l. 2. nu. 23. concludit quòd non, ideo
quia damnum illatum per appellatio-
nem a diffinitiua reparari poteſt, unde
† infertur, quòd ſi damnum reparari 5
non poſſet per appellationẽ a diffiniti-
ua, appellatio permitteretur, † ideoq; 6
etiam appellatio daretur ſecundum ip
ſum Bartolum dicto loco, ſi fortè ex
hac denegatione facultas probationis
deperiret, vtputa cum teſtes eſſent ſe-
nes, uel valetudinarij, uel ſubitò abfu-
turi, ut l. in lege Aquilia ſi deletum. ff.
ad l. Aquil. Vel ſi aliquis inſtantis peri-
culi caſus immineret in teſtium perſo
nam,

nam,ex his, quæ habentur in l. 2. 3. & ſeq.ff.de don.cau.mor. Tamen Barto. ſub dictum.2 3.dum à tali denegatione dilationis,ex qua probationis deperi-
ret facultas, appellatio interponitur,
7 † conſilium tradit,vt talis cauſa expri-
matur coram iudice, vt ſic grauaminis
8 cauſa euidentius pateat † in quantum
autem breuis datur ſine cauſa dilatio, quia pro bonis facultas adeo non deperiret,vt ſaltem per appellationem à diffinitiua grauamen reparari poſſet; & proinde appellatio non eſt conceſſa, cauta ſit pars,quæ talem recipit dilationem,ut huic dilationi modicę contradicat, & aduerſus eam (quod & fieri ſemper nõ erit incongruum) proteſtetur: alioquin ſi ſponte breuiorem reciperet dilationem, iuri ſuo renuntiaſſe videretur,vt per Abb.in c. quod ad cõſultationem, per eum tex.in pen. not. extra de re iud. & ſic iudicem, abſque cauſæ oſtenſione,trahere ad nouam dilationem nõ poſſet, quodque factu utile inquit Maran. in tract. de ord. iud. par.2.6.partis principalis, verſ. Terti' actus,qui ſolet, nume. 17. præſertim, quia ſecundam poſtea dilationem ille, qui contradixit, & proteſtatus eſt,petere poteſt, quæ,etiam nulla præcedente cauſæ cognitione,quando prima integra non fuit, de iure dare debebit, quia iſta ſecunda nõ uidetur noua dilatio,ſed potius reintegratio;& ſuppletio primæ,ſecundum Innoc. in c.ultra tertiam,extra de teſtib.Bar.in l.1.in fi. C.de dilat.& Iaſ. in l.fi.ff. de fer. quos ad hoc Maran. allegat, tu adde Barto. conſ.97.incip. In quæſtione prædicta, nume.2.& Abb.in conſ. 64.incip.caſus in effectu talis eſt,in 1.colum.ad fi. volum. 2. quod dictum in ordinarijs attende,ſecus in iudiciis ſummariis,ſecundum Bartoli tradita in eius modo citato conſ.ſub d.nume.2. Quæ quidẽ cautela adhibita, ſi id, quod Maranta ait,operaretur,maximę eſſet utilitatis, quia alia etiam poſſet in locum ſecũdæ (ſi cauſa ſubſiſteret) peti dilatio, quæ cauſa ipſa cognita, danda eſſet, ſecundum d.l.oratione. cum enim ea,quę in reintegrationem primæ data eſſet, in primæ ipſius locum ſubrogaretur, nemini dubium eſt,quòd ipſa iam ſubrogata naturam primę dilationis ſaperet. c.eccleſia,primo.ex. ut lite pendente, & leg. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.

## Caut. XLV.

### De exceptione dominij in interdicto retinendæ opponenda, vel non.

*S V M M A R I V M.*

*Exceptio dominij in poſſeſſorio retinen-* 1
*dæ regulariter agenti non obſtat. Limita ut nu.2.3.6 & 7.*

*Exceptio dominij quando in interdicto* 4
*recuperandæ obſtet.*

*Inſtrumenta, per quæ dominium allega* 5
*tur, ſi oppoſitionem, & contradictionem paterentur, quia tunc res clara non eſſet, exceptio non admitteretur.*

*Confeſſio de dominio aduerſarij in beneficialibus non nocet. dicto nume.5. verſ. Hanc autem.*

*Exceptione dominii in retinenda oppoſi* 8
*ta in caſibus permiſſis, qualiter actori ſuccurratur, & nu.10.*

*Clandeſtinè quis non poteſt dici rem ſuã* 9
*poſſidere, quoniam conductio, & precarii rogatio in re ſua in ſeipſum non cadit, & quomodo id intelligatur.*

*Conductio, & precarii rogatio rei meæ in me non cadit. d. nu.9.*

*Verba ſimpliciter prolata in potentiori* 11
*ſignificatu intelligenda ſunt, & verba intelligguntur prolata ad caſum, ad quem poſſunt aptari, nu.12.*

*Con-*

13 *Contractus ſunt indiuidui, qui non valent quo ad vnum, nec quo ad aliud ſuſtinentur.*

14 *Oppoſitum idem operatur in opp. quod propoſitum in propoſito.*

1 DOminij † exceptio interd. retinendæ agenti regulariter non obſtat, ſiue ex interuallo, ſiue in continenti probãda offeratur, vt per Bart. in l. ſi de ui, ſub nu.4.ff. de iud. in l. naturaliter, §. nihil commune, num.2. in l. de eo. §. ſi ſeruum, & ibi Doct. ff. de acqu. poſſ. & in l. 1. C. ſi per uim, uel alio mo. nu. 11. & idem conſ. 81. Martinus Fornicонis, num.4. lib.1. Bal. in l ordinarij. C. de rei uend. & in l. ſi quis conductionis, in 3. opp. C. loc. Abb. in c. in literis, n.50. & ibid. Bal. & Bero. nu.54. de reſtit. ſpol. Bal. & Imo. in c.1. de reſtit. ſpol. ubi inquit ipſe Imo. quòd iſta cõcluſio ſibi uerior uidetur, & ipſam cõmunem appellat Aret. in d. §. ſi ſeruũ, ubi etiam uide Imo. & Iaſ. in dicto. §. nihil commune, ſub nu.41. inquit ſimpliciter alios ibi cum Bart. tranſire, licet mox ſecundum fundamentũ Pauli de Caſt. aliud ſentire uideatur, quamquе Bartoli opinionem communem ait eſſe Rip. in dicto §. nihil commune, ſub num. 98. ſequitur Menoch. in tract. de retinen. poſſ. rem. 3. ſub num. 672. cum numero 675. quibus in locis pro hac opin. ille & iſte plures referunt Doct. & maxime Menoch. quoſdam refert de magis communi teſtantes: concluſionem tamen iſtam vltra illas quatuor declarationes de quibus Menoch. d. rem. 3. à nume. 681. uſq; ad nu. 685. limita quatuor modis.

2 Primò † ut non procedat in exceptione dominij, de quo per ſentẽtiam in petitorio latã probari poteſt, ut per Dyn. in c. qui ad agendum, de reg. iur. in 6. Alex. in d. §. nihil commune, nu. 24. ibiq; Iaſ. ſub num. 49. hanc magis communem opin. tradit, quamuis poſtea nonnullis fundamentis in contrarium nitatur, quibus reſpõdet ibidem Ripa, qui de cõmuni teſtatur, ſub nu. 97. & Rub. nu. 170. Vbi nu. præcedenti communem pariter prędictam opinionem, & eandem ſententiam plures alij, tanquam communiter approbatã, ſecuti ſunt, quos refert Men. d. rem. 3, nu. 685. ubi de magis communi aſſerit. Quam quidem communem attẽde ſecundum caſus, de quibus Ripa d. nu. 97. & Menoch. eum defendens d. rem. 3. ſub num. 690. & 691.

Limita ſecundo, † ut locum non habeat, cum per agentis poſſeſſoris confeſſionem de dominio conſtaret. Pariterq; cum inſtrumenta, uel ſimilia, quę indubitabilem rem omnino facerent, dominiũ probari poſſet, quia except. obſtaret, vt per Horma. Detum in d. §. nihil commune, nu. 50. & Menoch. d. rem. 3. nu. 692. cum ſeq. ca ſcilicet ratione, † Nam & in his caſibus dominij exceptio recuperandæ interdicto agẽti obſtaret, ipſe Menoch. copioſiſsimè demonſtrat in ſuo famoſo tract. de recuper. rem. 1. q. 16. cum duabus ſequentibus quæſtionibus. Quod quidem recuperandę cum ſit remedio retinendæ fauorabilius, ut tradunt Alex. in d. §. nihil. d. nume. 34. & ibi Rip. ſub d. num. 97. & alij plures, quorum meminit Menoch. d. rem. 3. d. num. 685. ubi num. ſeq. idem ex illis ipſe tradit, quibus adde Alex. conſ. 200. in ſecũdo dubio, uol. 2. quẽ refert in quadã argumẽtatione ita dixiſſe Rubeus, d. §. nihil cõmune, nu. 72. & iſtud admittunt omnes regulariter procedere, multo magis exceptionẽ hanc eiſdẽ in caſibus in ipſo retinẽdę obijci poſſe dicendum eſt. Aduertendum tamẽ erit, † quod ſi inſtrumẽta, per quę dominiũ allegatur oppoſitionem & controuerſiã paterentur, quia tunc res clara non eſſet, exceptio non admitteretur, ut

probatur per Bart. doctr. in l. elegan-
ter,in princip. ſub num. 3.ff.de condic.
indeb. & per eundem in l. ſi cauſa co-
gnita,ſub nu. 2.& ibi Caſt. & Alex.C.
de tranſact. traditq; clarè in terminis
noſtris Menoch. in tract. de recuper.
rem. 1.num. 196. Hanc autem ſecun-
dam limitat. in profanis intellige,
non verò in beneficialibus, in quibus
confeſsio nõ nocet confitenti ad ſe ip-
ſum excludendum,vt à poſſeſsione re-
moueatur, & illa aduerſario adiudice-
tur ſi conſtat de non iure aduerſarij il
lius, vt in ſpecie declarat Felyn. in c.
olim,col. vlt. verſ. limita tertio,de re-
ſcrip. ex ſententia Rotæ deciſ. 4.de re
iud.in nouiſs. & Rotam, ac Felin. ſe-
cutus eſt Frãciſ.Marcus, deciſ. 1148.
nu. 6. cum ſequentibus, par. 1.faciunt
ad hoc quæ tradunt Io. Andr. & Ar-
chid. in c. 2.ext.de confeſsis, lib.6. &
Io. And. in c.1. de eo, qui mittitur in
poſſ. eodem lib. dicentes, quòd in be-
neficialibus à parte non dependet ti-
tulum aduerſario dare, ſecundũ quos
ita vt dictum eſt, in terminis noſtris
tenuit idem Marcus deciſ. 470. num.
6.par. 1. ad quod etiam in eadem par-
te vide eundem Marc.deciſ. 1149.ſub
num. 3.& tot. deciſ.ſeq. Limita tertio
ſupradictam communem cõcluſionẽ,
6 vt non procedat, † cum vel ante tur-
bationem, vel poſt per agentem do-
minij iuri renuntiatum eſſet. Adeo ta-
men, vt omnis timoris, vel metus pror-
ſus ſuſpicio ceſſet, atque vt manife-
ſte de ea renuntiatione conſtet, ad
quod Menoch. d. rem. 3. nume. 698.
vſque ad num. 702.incluſiuè.

Vltimò ſupradictam communem
7 concluſionem intellige, † vt procedat
ſiquidem quantùm ad finem excluden
di agentem ,ſed quantum ad effectum
colorandi poſſeſsionem reo licitum
eſt dominij proponere exceptionem,
quæ data probationum paritate, ſuper
poſſeſsione actorem ſuccumbere fa-
ciat, ita dicere videtur Bart. (ſi bene
attendatur)in dicto §.ſi ſeruum,num.
3.ff.de acqu.poſſeſſ.& alibi etiam,pro-
ut eum citat, & ſequitur Ripa in d. §.
nihil commune, num. 99. quiq; Ripa
ibid.dicit eſſe tex.in c.licet cauſam,ex-
tra de probat. Adde ad hoc videndos
Iac.de Are. Cyn.& Doct.in l.1.Cod.
vti poſsid.prout ad id refert Cęp.caut.
203 .In cauſa interdicti,in princip. Ex
quibus omnibus habetis qualiter do-
minij exceptio in interdicto retinẽdæ
admittatur, nec ne. Vnde ſuis loco, &
tẽpore ille, qui hoc interdicto conuẽ-
tus erit, conſiliũ capere poterit, quali-
ter hac dominij exceptione utatur. Ve
rũ remedium eſt pro actore in retinẽ-
da obtinere volẽte, contra quẽ fierent
ab aduerſario,pro colorãda poſſeſsio-
ne,articuli de dominio, ſi ipſum reũ de
proprietate probaturum ſuſpicabitur,
(ꝙ nec nocere poterit,cum alio aliquo
ex p̄dictis modis dominij exceptio ad
mitteretur.) † Quòd poſitiones,& arti 8
culos faciat, Aduerſariũ ipſum clam à
ſe poſſeſsionis reſpectu,poſsidere: ille
enim,qui clãdeſtinã habet poſſeſsionẽ
in hoc interdicto ſuccũbit.l. 1.in prin.
& §.ꝑpetuo,ac §.fin.ff.uti poſsid.atq;
in l.unica,C.ed. Nec ob.† ꝙ dominus 9
rẽ ſuã clandeſtine poſsidere nequeat,
qa nec ĩ re ſua cõductio, nec precarij
rogatio ĩ ſe ipſum cadit, vt eſt tex.ĩ d.
§.ſi ſeruũ.de acq. poſſ. Vnde,cũ domi
niũ probarit aduerſarius,clãdeſtinitas
penes eũ eſſe nõ videatur.Quia reſpõ-
deo,ꝙ tex.cõtrarius intelligitur proce
dere quò ad proprietatẽ,ſec⁹ autẽ quo
ad poſſeſsionẽ,vt ibid.gl.multũ notabi
liter tradit, faciũtq; notata per gloſ. &
ſcrib. per eũ text.& præſertim ibi vide
Rip.n.9.cũ ſeq.ĩ l.ſi aliquã rẽ,ff.eo.de
acqu.poſſ. ad quod etiã adduco textũ,
& quod ibi not.in l.in rebus.§.itẽ ſi rẽ
meam , iuncto tex.in l. certe.§.fin. &
in l.qui pignoris,ff. de acqu.poſſ. & in
l.2.& qđ ibi not.gl.fi.C.de diſtr. pign.

Aduertat

10 Aduertat autem actor,† vt in ſpecie dicat, clam poſsidere ab eo aduerſariũ reſpectu poſſeſsionis, nam ſi ſimpliciter diceret, ipſum aduerſarium clã poſſidere, in dubio de proprietate intelligendum videretur, argumento d.l.ſi aliquam rem, in fi. de acquir. poſſeſſ. ex illis legis eius verbis, ibi, & conductio ſpecialiter ſolius poſſeſsionis, &c. Quę & ibidem Bar. num. 11. conſiderauit, tuncque ipſe aduerſarius, cum legitimè dominium, & proprietatem habere probaſſent, actor forte ſuccumbere poſſet, vt & perpendit Bar. in d. §. ſi ſeruum. porrò licet iſtud ſine aliqua non pertranſeat difficultate, maxime quia, cum iam de poſſeſsione generalis mentio facta eſſet, dicendo, talem clam poſ-

11 ſidere, verba † ſimpliciter prolata, quę plures poſſunt habere ſignificationes, in potentiori ſignificatu intelligẽda ſũt. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphyt. pet. l. 1. §. biduũ, & qđ ibi no. in verbo, ſententiæ latæ. ff. quan. appell. ſit, & §. ſed ius quidem, in verſ. ſed quoties, Inſtit. de iure naturali gentium, & ciuili. Atqui poſſeſsionis intellectus potentior ſe ipſum offert, argum. l. 1. ff. de acquir. poſſeſsio. ergo ſimplicia illa verba quò ad clandeſtinã ipſam poſſeſsionem, non verò quo ad proprietatem intelligenda vidẽtur.

12 Accedat, quia verba† intelliguntur eſſe prolata ad caſum, ad quẽ aptari poſſunt, vt per Alex. in l. Centurio, num. 58. ff. de vulga. & pupilla. & multa ad rem tradit Fely. in c. nonnulli, verſiculo, vbi verba non conueniunt, de reſcrip. Sed verba ea, clam poſsidere, ad proprietatem referri non poſſunt, vt dicebam ſupra ſub nu. 9. ergo: propterea cum verborum eorum ſimpliciter prolatorum vnicus ſit intellectus, perinde dicendum videtur, ac ſi ſpecialiter actor ille dixiſſet, clam poſsidere reſpectu poſſeſsionis, argum. l. 3. ff. de liber. & poſth. & eorum, qua Soc. tradit in conſ. 1. ſub num. 1. ibi, quod eſt vnica ratio, vol. 1. Nec ob. tex. d. l. ſi aliquam rem, quia reſpondeo diuerſum eſſe caſum eum reſpectu fiendæ ſpecialis mentionis de poſſeſsione, a caſu noſtro. & diuerſitatis ea eſt ratio, quoniam niſi talis fieret expreſsio in rei ſuæ conductione, conductio ea, quæ ad proprietatem quoque aptari poteſt, pleno iure facta intelligeretur, ratione ſcilicet proprietatis, & poſſeſsionis. l. ſi in emptione, §. rei ſuę, & ibi no. Bar. ff. de contr. emp. traditque Ripa in d. l. ſi aliquam, ſub nu. 44. verſ. & quia dominus. vnde cum quo ad proprietatẽ conductio nulla eſſet ab initio, neque ẽt quo ad poſſeſsionẽ ſuſtineri poſſet: eſt † enim contractus indiuiduus, qui 13
ſi quo ad vnum non valet, nec quo ad alium ſuſtinetur. l. ſi rem aliam, ff. de ſolut. & l. 1. C. ſi aduer. tranſact. & facit tex. in l. quod ſi vno, ff. de in diem addi. deſumendo ibi arg. quòd † idem 14
operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, iux. c. hoſpitiolum, diſtin. 32. l. fin. §. fin. de legatis tertio, & §. plus, Inſt. de actio. Doct. in rub. de acqu. poſſ. & quòd ita argumentum deſumi poſsit ex eo tex. l. quod ſi vno, colligere eſt ex gloſ. 1. ibidem, & optimè facit textus, quem glo. illa allegat. ſed in caſu noſtro illa ceſſat ratio, qua ſimilis expreſsio fieri debeat, quoniam quando actor inquit aduerſariũ clam poſsidere, verba ea ſolum reſpicere poſſeſsionem apta ſunt, l. clã poſſidere, ff. de acquir. poſſeſſ. quem tex. ad hoc ſubtiliter intuetur gl. in l. Pomponius, §. cum quis, in ver. vitiis, ad fin. verſ. Item nec clãdeſtina, & in l. uitia, in uerſ. Item ſubtiliter, ff. & C. de acq. poſſ. ergo & rationis ipſius effectus ceſſare debet, iuribus vulg. Vnde dicendum videatur, ꝙ ſimilis expreſsio dicendi, reſpectu poſſeſsionis, de neceſsitate fienda non videatur.

Attamen non ab re erit, ſi ad abundantem

dantem cautelam, & vt tutius agatur, expreſsè dicat in articulis actor, quòd aduerſarius clã, reſpectu poſſeſsionis, poſsidet, ſic etiam omnino Bartoli mẽti ſatisfaciet, qui ita docet in d. §. ſi ſeruum, nu. 4. vbi prædictum dat conſiliũ per ſupradictam l. ſi aliquam, in fine, quam quidem Bar. doctr. ſequuntur in d. §. ſi ſeruum, Doct. & Ang. Aret. in §. quadrupli, col. pen. Inſtit. de actio. prout refert Cæpo. d. caut. 203. circa medium, quo loci & ipſe ſimilem tradit cautelam, quod in practica menti tenendum admonet, & ipſam Bartoli doctrinam ſummè commendant omnes, vt tradit Menoch. I trac. de recup. rem. 15. nu. 402. quæque in terminis huius noſtri interdicti retinendæ ſine dubio (prout Bar. loquitur) procedit, vt penes Menoch. ipſum, & quos allegat in prędicto rem. 15. nu. 405. habes. In hoc autem retinendæ remiſsio quo modo libellus concipiatur, & quid agendum ſit, cum quis nõ turbatur quidem, ſed futuram turbationem timet, dicam infra caut. 303.

## Caut. XLVI.

## Ne inquilinus de domo expelli quoquo modo poſsit.

*SVMMARIVM.*

1 *Inquilinus quatuor caſibus de domo cõducta expelli poteſt.*

2 *Locator, ſi vſum, & neceſſariã refectionem præuidere potuit, inquilinum de domo expellere nequit, & ideo datur inquilino conſilium, vt probet potuiſſe prouidere, nu. 3.*

*Læſus ultra dimidiã iuſti precij ſi iuſtũ rei valorẽ ſciuerit nõ utitur rem. l. 2. C. de reſc. vẽd. ſub d. nu. 3. ver. Nã &.*

4 *Penſio domus locatæ quo tempore ſit ſoluenda, remiſſiuè.*

*Inquilinus domo conducta male vtens, ſi de ea expellitur penſio reſidui temporis minuitur.* 5

*Locator aduerſus conductorem pro dãno dato & locati, & l. Aquiliæ actionem habet, & nu. 17.* 6

*Inquilinus vt neutiquàm de domo expelli poßit, quo cõſilio vtatur, & nu. 8. & 11. & 19. & 21.* 7

*Verba debent aliquid operari ſub n. 7.*

*Verba generalia excludunt ea, quę odioſa ſunt.* 9

*Legitimandi filios ſpurios generali poteſtate conceſſa, filij ſpurij ſacerdotum legitimari non poſſunt.* 10

*Conuentioni, & legi in contractu appoſitæ ſtandum eſt.* 12

*Verba expreſſa ad caſum odioſum aptãtur, licet non expreſſa, generalia tamen aptari nequeãt, dummodo iſtud odiũ in dolũ non cadat, vt per nu. 15.* 13

*Dolum non pręſtare expreſsè etiam caueri non poteſt.* 14

*Pecunia locationis actione ea locati condicitur.* 16

*Conducens rem, & eam deterioratam reddens, an eam dominus recipere teneatur, ita ut ſi conſignata fuerit, & non recepta, ac mox furata ipſe domĩnus ſibi imputare debeat, num. 17. in verſ. vnde hic.*

*Fauori ſuo quilibet renuntiare poteſt.* 18

*Oppoſitum idem operatur in opp. quod propoſitum in propoſ.* 20

*Verba ſpecialia plus operantur, quam generalia.* 22

DOmũ † conducẽs quatuor caſibus a domino expelli põt, propter neceſſarium usũ, pp neceſsariam refectionẽ, pp nõ ſolutã pẽſionẽ, & pp malã ipſius inqlini deportationẽ, tex. eſt in l. ædem quam. C. de loc. & cond. Speculat. in tit. de loc. §. poſtquã, uerſ. porrò, nu. 8. & verſ. ſi autem ſit neceſſaria, nu. 9. & de expulſione abſolutio- 1

nis

nis ceſſationem, & malam deportationem, ſeu deteriorationem, tradūt Bar. & doct. maximè Iaſ. in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. & de deterioratione tradunt Bald. & Doctor. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. matrimon. & de neceſſario vſu regulam tradit cum quatuor limitationibus, Iacob. Phil. Por. in 1. lib. com. conclu. reg. 33. Circa autem primum, & ſecundum caſum ex prædictis quatuor aduertendū
2 eſt, † quòd ſi contractus tempore caſus illos locator præuidere potuit, inquilinum expellere nequit, vt tenet gl. in dicta l. ædem, in verbo, neceſſariam, per text. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. actio. & in l. ſi is, à quo, ac in l. ſequen. ff. vt in poſſ. legat. Quapropter
3 † caueat inquilinus, cum locator ob duos hos caſus eum expellere vult, vt probet, ſi poteſt, ea contractus tempore præuideri potuiſſe. Nam & in ſimili uidemus, quòd rei valorem ſciens nō iuuatur beneficio legis ſecundę. C. de reſcinden. venditio. vt per Doctor. communiter in dicta lege ſecunda, & in lege, ſi quis cum aliter. ff. de verbor. obligation. & prout communem eſſe opinionem ait Soc. conſilio 48. nu. 4. volum. 4. Dec. conſil. 583. circa princ. Pariſ. conſilio 128. numero 36. lib. 1. Marc. Man. libro primo locor. cap. 6. Didac. à Couar. lib. 2. reſol. c. 4. nu. 2. & poſt alios Cagnol. in dicta l. 2. C. de reſcinden. venditio. ſub numero 124. Proinde ſi contractus tempore eadem imminebat vſus, vel refectionis neceſſitas, qua non obſtante dominus locauit, inquilinus ipſe expelli non poterit, vt per glo. in d. l. ædem. tradunt ibi Bal. Ang. & Raph. Fulg. ac Corn. conſilio 103. columna penultima, volumine ſecundo, quos refert Por. in prǫd. reg. 33. limit. 3. Circa tertium caſum, ſcilicet
4 † Quando penſio ſit ſoluenda, vide penes glo. fi. & doct. in dicta lege, ędem, Bart. in lege, ſi ſeruus communis Mæuij. §. cum ſeruus, numero 5. ff. de ſtip. ſer. Canoniſ. in c. propter ſterilitatem, extra loc. Iacob. Butr. Bald. & Angel. poſt glo. in l. ſi quis emptionis, in fi. C. de præſcript. 30. annor. gl. in d. l. diuortio, in princ. in verbo, tertia portio, & ibi Doct. max. Bal. & Alex. nu. 33. ff. ſolu to matr. Quoad vltimum caſum eſt animaduertendum, † Quòd ſi inquilinus expellitur, eo, quia domo malè vtitur, merces reſidui temporis minuitur. 5
† Nam pro damno dato dominus & locati, & legis Aqu. actione contra cōductorem agere poteſt, ut probat d. gl. fi. in prin. per text. in §. ſi uero quis aut, in Auth. de alien. & emphit. in l. 2. ff. quib. mod. pign. tac. con. & in lege, ſi uulneraueris. ff. loca. dicamque de hoc ego infra in caut. 153. ubi docebo, an pro damno in re locata dato ſit melius agere locati, uel legis Aquilię actione. Breuiter igitur ex ſupradictis habes quomodo ſit intelligenda dicta lex, ædem, circa conductoris expulſionem cōceſſam, uel ne. Quæro modò, an ſit remedium, quo neutiquam conductor expelli ualeat? Reperio in ſpecie Dec. in l. fin. ff. ſi cert. peta. num. 7. & eundem conſilio 293. numero 3. & conſi. 473. numero 4. ex Ange. in dicta l. ædem, in uer. dico etiam, dicentem, † quòd ſi dominus conductori promittit illum durante locationis tempore non expellere, ut contractus uerba aliquid operentur, iuxta tex. in l. ſi quando, in prin. ff. de leg. 1. cum ſim. uerba illa generaliter accipiuntur, ut ſonant: Ideoq; dato, ꝙ dominus domum pro ſuo uſu uoluerit, conductorem expellere non poterit, & tunc locum non habebit text. in d. l. ædem. Ad idem uide Doct. in c. quæ in eccleſiarum, extra de cōſt. Cor. in d. conſi. 103. d. col. pen. Grat. conſil. 1. uolum. 1. & faciunt tradita à Barto. in lege, ſed & ſi, §. quæſitum, ſub numero 3. uerſiculo, In ſtipulationibus conuentionalibus. ff. ſi quis cautionibus. 6 7

 quem

quem ſequitur Socin.conſ.70.ſub nu.
3.uolum. 3. ad idem quoque faciunt
tradita ab aliis Doct. de quibus Port.
8 in præcitata regula 33.limit. 1.† Quod
quidem remedium licet fortè in duo-
bus primis caſibus, ſcilicet vſus, & re-
fectionis, proficuum eſſe poſſet, in ca-
ſibus tamen non ſolutæ penſionis, &
abuſionis tam facile omnino non pro-
9 cederet: † verba etenim generalia ea
excludunt, quæ odioſa exiſtunt.l. Lu-
cius, 2.§.Lucius, 2.ff. de legat.2. & fa-
cit.c.odia, extra de reg.iur. in 6. & pro
hoc optime faciunt tradita a Bar. in d.
§.quæſitum, ſub d.num.3.dum ibi ha-
betur, quòd periculi ſimplex ſuſceptio
quid ſiquidem operari debet, ſed vbi
mox aliquam egit operationẽ, reſtrin-
gitur, vt ad vlteriores caſus non exten
datur: unde & dicendum uideretur, ꝙ
illa generalis promiſsio de non expel-
lẽdo, ſiquidem intelligi debeat, vt ope
retur quo ad aliquid, ſed non compre
hendat duos caſus, ſcilicet uſus, & re-
fectionis. verum quia iſti duo caſus in
ſe habent ſimilitudinem, exiſtimo ego
ambos comprehendi, propter vulga-
tam regulam, qua habetur, quòd in ha-
bentibus ſimbolum, &c.l. ſed cum pa-
trono.ff.de bon.poſſ.cum ſimil. de qui
bus Tiraqu.de legib. connub.lib.5.nu.
20.& Dominus meus Io.Cæph.conſi.
581.nu.15. Veruntamen, ut dixi ex ip
ſa clauſula generali non ſic interpreta-
retur in aliis duobus caſibus ob doli
excluſionem iuxta prædicta.& propte
10 rea Dec.conſ.38.nu.6.dicebat, † quod
per generalem poteſtatem filios ſpu-
rios legitimandi conceſſam, non uidẽ-
tur filij ſpurij ſacerdotum incluſi: ſed
ex generalibus ſupradictis uerbis odiũ
includeretur, quòd ſcilicet abſque eo,
quòd de domo Inquilinus expelli poſ
ſet, circa ſoluendam penſionem con-
tractus legi, legique ipſi fraudem face-
re, ſolutumque doloſè prorogare, &
dominum in iudicio uexare poſſet, ac
male in domo ipſa uerſari, ergo. &
pro hac mea opinione caſus eſt in ter-
minis in l. quæro. §. inter locatorem.
ff.loc. Qui tamen textus ſolutionis ceſ
ſationem quo poſsit quis in quinque
puta conducens, expelli ad biennium,
ob pactum de non expellendo, exten-
dit, ut ita intellexit eum tex. gl. in d.l.
ædem, in uerbo, ſoluiſti. Bar. in d. au-
then.qui rem, in prima op.& in d. §.in
inter.& in l.vectigalia.§.1. ff.de publ.
& uect. Bar. & Ang. in l. 2. C. de iure
emphyt.& ibid.Iaſ. ſub nume. 37.uer-
ſic.ego teneo, Ang.in §.ſcire autem, in
Auth. de nõ alie.Panor.in d.c.propter
ſterilitatem, in ult. not. & ibi Ant. &
Imo. extra de loc.& Bal.in cap. quere
lam, in 3.colum. de elect. & iſtum eſſe
ad dictum §.inter, cõmunem ſenſum
ait Iaſ.in d.auth.qui rem, ſub num.13.
verſ.Tenendo tamen. Vt igitur & iſti
duo caſus includantur, & inquilinus
indifferenter, omni remota controuer
ſia, expelli nequeat, conſulo, † quòd ex 11
preſſe caueatur, vt in quibuſcunque
caſibus, quiqui ſint, ipſe inquilinus ex
cludi non queat. hoc etenim caſu, &
ego ſentio nequaquàm expelli poſſe,
etiam ſi & ſolutio differatur, & malè
domo conducta cõductor utatur: quo
niam cum hæc ſint magis expreſſa uer
ba, quàm ſupradicta, & caſus omnes
ſpecificare uideantur; † dominus le- 12
gi, quam contra ſe parari paſſus eſt, ſta
re debebit, contractus quidã.ff.de reg.
iur. & facit, † quia cum non expreſſa 13
verba ad caſum odioſum leges aptari
nolint, & ſi generalia ſint (vt dictũ eſt)
expreſſa tamen nocent, per l.expreſſa.
ff.de reg.iur. Nec obſtat, ſi dicatur, † ꝙ 14
expreſsè caueri nõ poteſt, ut dolus nõ
præſtetur.l. ſi unus.§.illud nulla.ff. de
pactis, & d.l.contractus. ſed per verba
hæc cum inquilinus etiam ſolut. do-
loſè differendo, & male utendo expel-
li non poſſet, dolo aditus daretur, quia
arbitrio ſuo & in penſione ſoluenda
domi-

dominum uexare poſſet, ac ſe doloſè
15 in domo gerere, quia reſpondeo, † ꝙ
ille tex.d.§.illud nulla,& d.contractus.
dicunt,quòd caueri non poteſt, ut do-
lus non præſtetur,verum per id reme-
dium non tolleretur, quin dolus præ-
16 ſtādus eſſet;† Nā locati act.pro pec.cō
ſequēda agi poterit.§.1.Inſt.de loc.&
17 cōd.cū ſim. † Pariterq; & pro dānoda
to locati act. agi poterit,ac etiam ex.l.
Aqu. vt ſupra dixi,nu. 6. Vnde hic ad
vnum valde notabile infero, quod ex
quo duæ hæ actiones ſaparatim exer-
cendæ conceduntur; Si quis aliquam
conduxit rem,puta equum ad vecturā
& eum domino reddere velit deterio-
rem factum,quem ideo dominus reci
pere recuſet,niſi deteriorationis dam-
num reſarciatur, conductor autem in
præſentia teſtium equum domino cō-
ſignans ( puta illum ad ipſius domini
domum ligando,eūq; admonendo,vt
recipiat) receſſerit,& mox equus fue-
rit furto ſubtractus, conductor ipſe
non tenebitur;cum enim iure actionis
reddita etiam re, ad deteriorationem
agi poſsit, vt not. gloſ. & ibi Bart. &
Doct.in l.3.§.1.ff.commod.not.gloſ.
in l.eleganter, §. non ſolum.ff. de do-
lo, ſibi imputare debet dominus, qui
oblatam non receperit rem, vt poſtea
ad damni reſarctionem ageret, vt ita
contra Bart. tenuere Ang in l.qui ſibi,
§. qui Stichum, & ibid. Caſtr. in ter-
minis noſtris,n.3. ff.de ſolut.& Marſ.
ſing. 607. Reuertendo modo ad pro-
poſitum noſtrum,ſtante eo,quod pro
pecunia locati actione dominus agere
poteſt,& ꝓ damno locati pariter, aut
legis Aquiliæ actione. Dicendum eſt,
quod ſupradictū remedium hoc pro-
cedat; & maximè, quia abſque dubio
d.l.ædem,in beneficium locatoris ſta-
tuit vt illis de cauſis cōductor de do-
18 mo expelli valeat.† Sed quilibet fauo-
ri ſuo renuntiare poteſt. l. pen. C. de
19 pact. ergo & cæt. † Et conſilium ſu-
pradictum tāto magis procedet, ſi iu-
rauerit dominus,arg. c.cum cōtingat,
extra de iureiur. & c.quamuis, ext. de
pact. in 6. & facit quod trad. Alex.in
conſ.106. vol.3. dum d.§.inter loca-
torem, limitat non procedere in con-
ductore iurante,nam,eo etiam nō ob-
ſtante pacto expreſſo, ante biennium,
ſi non ſoluerit, uirtute iuramenti, ex-
pelli poterit, † Quandoquidem cum 20
idem operetur oppoſitum in oppoſi-
to,quod propoſitum in propoſito. l.fi.
§. ſi filius.ff. de leg.3. & Doct. in rub.
ff.de acq. poſſeſſ. & ibi maximè Ripa,
ſicut quando conductor iurat, nō ob-
ſtante pacto, ante bienniū expelli po-
teſt:ita etiam dicendum eſt quādo lo-
cator iurat, vt poſt illud bienniȷ etiam
tempus expellere, ob ſolutionis ceſſa-
tionem, nequeat: quod ſimiliter iura-
mentum in caſu etiam deterioratio-
nis ob eius virtutem ligatum ipſum do
minum habebit, cū & de pari ꝓcedāt
ſolutionis ceſſatio, & deterioratio, d.
§. inter,circa fin.& pro hac etiam pro
banda re deſumēdo arg. ab oppoſitis,
vt modò feci,faciunt quæ ego inferius
dicam, caut. 57. nu. 2. † Fortiſsimum 21
autem erit conſilium ſi cum facis cum
domino pactū prędictū,caueas, vt iu-
ret expreſsè te nō expellere,etiā inter-
uenientibus quatuor illis requiſitis. d.
l.ædem,renuntiando ipſi legi, & cęt.ſic
enim fiet,vt † generalia verba, quæ in 22
omnibus nō proſint, ſecundū ea,quæ
dixi, num.9. ſpecialiter emiſſa in om-
nibus caſibus tibi ſint profutura, ne in
tra præfinitum temp us expelli poſſis,
d.l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.ff. ſi quis
caut.cum concor.quæ ibi not. Aduer-
te tamen,vt dixi, quod per hoc nō ef-
fugies, quin ſolutionem differens, &
rem deteriorans poſsis conueniri act.
locati, & legis Aquiliæ,& ſic licet non
poteris expelli, tamen & ad ſoluen-
dum, & ad damnum reſarciendum ur-
geri poteris.

## Caut. XLVII.

### Ne in donatione ſummam lege ſtatutam excedente ſit opus inſinuatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio quando inſinuatione egeat, & vſque ad quam ſummã hodie abſque inſinuatione donari poſſit, & num.2. Amplia, nu.3.*

4 *Donatio ſupergrediens ſummam, abſque inſinuatione facta, vitiatur tantum quo ad exceſſum.*

5 *Inſinuatio quibus remedijs fugiatur, remiſſiuè, vnum tamen remedium exprimitur. nu.7.*

6 *Meritorũ aſſertio, an in caſu donationis factæ inter perſonas donare non prohibitas inſinuationem tollat.*

*Donatio ſi fiat, quæ inſinuationis ſummam excedat, & in inſtrumento clauſula apponatur, quòd donationes plures cenſeantur, quarum ſingula non excedant ſummam inſinuationẽ exigentem, non valet abſque inſinuatione, ſub nu.7. verſ. Dixi.*

8 *Donatio ſummam excedens, & abſque inſinuatione facta, quo remedio firmetur.*

9 *Reſcriptũ Principis ex certa ſcĩa donationem confirmãs ualet etiam in præiudicium filiorum, quibus ſpe probabili ius quæſitum erat.*

10 *Inſinuatio eſt ſolẽnitas quædam de mero iure poſitiuo introducta, ſuper quã ſuo arbitrio Princeps diſponere põt.*

1 DOnationes † omnes trecentorum ſolidorum ſummam excedentes inſinuandas eſſe cautum erat ex diſpoſitione l. ſancimus, in prin. C. de don. deinde ſumma ea aucta fuit per l. penul. §. fin. C. eod. uſque ad ſolidorum quingẽtorum ſummam. Regula igitur eſt, quòd in quacunque donatione ſummam eam excedente neceſſaria ſit inſinuatio, qui † tamen quingenti ſolidi 2
hodie faciunt ſeptingentorum noſtri temporis ſcutorum ſummã, Dec. conſi. 432. ſub nume. 15. quem etiam uide conſ. 239. nu. 3. & conſ. 536. ſub num. 14. & ita interpretari communem opinionem, inquit Bell. conſ. 74. num. 22. quem refert Iul. Clar. in §. Donatio. q. 15. in prin. & Eman. Soar. in ſuis com. op. litera D, nume. 171. Inquit etiam Socin. conſi. 48. nu. 8. uolum. 1. quòd priſca quingentorum aureorum ſumma extenditur hodie ultra octingẽtos ducatos Senen. & pro qua re uide Iacob. Phil. Por. in 1. lib. com. concluſ. concl. 40. vbi vide ad concluſ. prædictam, quòd inſinuatio requiratur, ubi ſummam aureorum quingẽtorum excedit, cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, & in ſpecie in limit. 12. iſtam ponit dicens, quòd hodie quingenti illi aurei faciunt maiorem ſummam, ſicque ait, quòd donatio fortè valeret uſque ad octingentos aureos, quod & multis comprobat authoritatibus. Imò Duen. regula 224. limit. 19. in fi. ſentit, quòd hodie donatio abſque inſinuatione ualeat, & ſupra mille aureos. † concluſio autẽ hæc procedit 3
in quacunque donatione, ſiue expreſſa, ſiue tacita, uel præſumpta, in qua mera liberalitatis cauſa duntaxat inſit, vt colligitur ex his, quæ tradit Barto. in l. 1. ſub num. 2. ff. de don. cuius opinio communiter eſſe receptam ait Curt. Iun. cõſi. 126. circa fin. & ut etiam colligitur ex traditis per Clar. d. §. Donatio. q. 16. per totum. Quò uerò ad hanc concluſ. vide etiam Duen. d. reg. 224. eam latè ampliantem, & limitantem, & nonnullas etiam ponit limitationes Viuius in primo libro commun. opinionum variorum, litera D, verſicu. Donatio inter uiuos. & ſcias, † quòd 4
dona-

donatio ſummam prædictam excedēs
abſque inſinuatione facta non uitia-
tur, niſi quantum ad eam ſummam,
quæ modum excedere reperitur, ut eſt
tex. in d. l. ſancimus, in prin. C. de don.
& ita Bald. & Ang. ibi, & per Dec. d.
conſ. 432. ſub d. nume. 15. idem Dec.
& alii in locis, de quibus Port. d. regu.
5 40. limit. 11. † Quæro modo, an repe-
riantur remedia, quæ huic inſinuatio-
ni obuiam eant? Thom. Ferr. Brixien-
ſis caut. 33. nonnulla tradit remedia,
quem ibi uide. Quatenus autem ipſe
Ferr. ultimo loco cautelam eam tradit
(validam, ut inquit, inter perſonas do-
nare non prohibitas) quod donator
eam ipſam donationem gratia ſerui-
tiorum, & meritorum à donatario ha-
bitorum ſe facere aſſerat, aduertēdum
eſt, quòd ipſa cautela ſic tuta non eſt,
ut ipſe putauit, nam Dec. in l. ſi dona-
6 tione. nume. 22. C. de coll. inquit, † ꝙ
etiam in caſu donationis factæ ab eo,
qui reſpectu perſonæ, cui donat, non
prohibetur, aſſertio meritorum gene-
raliter facta inſinuationi non obſtat,
cum benemeritorum effectus, ſicque
inſinuationis omiſsio à poteſtate do-
nantis non pendeat, & ideo circa hunc
inſinuationis caſum æquiparat dona-
tionem ſub meritorum aſſertione ini-
tam inter perſonas prohibitas, & inter
nō prohibitas, qa certè in effectu ēt il-
læ pſonæ, q̄ primo intuitu nō prohibi-
tæ uidētur, reſpectu īſinuationis omiſ-
ſę, donare sūt prohibitę: benè verū di-
xit ibi, ſub n. 20. ꝙ talis meritorū aſſer
tio procedit, quando agit̄ de meritorū
effectu, q a donātis uolūtate pēdet, ut ī
caſu, ſup quo cōſuluit ipſe Dec. conſ.
20. ubi tenet, ꝙ meritorū generalis aſ-
ſertio facit ualere donationē, ut per li-
berorū ſuperuenietiā nō reuocetur, nā
illa aſſertio effectū ſuū ad ea porrigit, q̄
in donātis uolūtate cōſiſtunt, qa. ſ. pōt
donās facere, vt nō obſtāte l. ſi unquā.
C. de reuoc. don. irreuocabiliter dona-
tio teneat, de qua re mētionē faciā in-
fra in hac eadē litera D. Caut. 50. Pro-
inde apparet, ꝙ illa cautela de renūtia-
tione cū iuramēto facta per ipsū Ferr.
antea tradita tutior eſt, quā ēt op. tene
ri tam per Legiſtas, q̄ per Canon. inqt
Corn. conſ. 69. litera O, lib. 2. quem re
fert Clar. d. §. donatio. q. 18. ver. Reten
ta igitur, & Eman. Soar. in com. op. li-
tera D, nu. 170. ubi ait Doctorum di-
ſcordes opiniones circa hāc iuramenti
in donatione pro ſupplēdo inſinuatio
nis defectu, præſtationē ex hac iurata
renuntiatione cōcordiā aſſumere poſ- 3
ſe, ut. ſ. eorum opinio tenentium, iur̃o
inſinuationis defectū nō ſuppleri, pro
cedat, cum ſimplex inſit iurm, contra-
riū uero tenētiū opinio vera ſit, cū re-
nuntiatio vna cum iur̃o uallata ſit, ad
quod ēt uide apoſtil. ad deciſ. Tholoſ.
381. Bertr. conſ. 167. uol. 1. conſ. 158.
uol. 2. & conſ. 14. uol. 3. Ruynum cōſi.
159. col. 2. & pen. uol. 4. Eſt & aliud re
mediū ad euitandā inſinuationē aptū,
pter illa, q̄ tradit Ferr. d. caut. † ꝙ. ſ. cū 7
quis tot bona, quæ ſummam inſinuatio
nis excedūt, donaturus eſt, plures fiant
diuerſis temporibus donationes, quæ
ſingulæ diuiſæ ſummam non tranſcen
dant. nam licet ſimul iunctæ eam ſum
mam excederent, tamen quia diuiſim
factæ ſunt, abſque inſinuatione, tenēt,
ut probat textus in d. l. ſancimus. §. ſi
quis autem per diuerſa tempora, & ibi
expreſsè Bald. & Docto. & ita tenet
expreſsè per illum textum Igne. in au-
then. ex cauſa, nu. 207. C. de lib. præt.
ſequitur Duen. d regu. 224. lim. 18. &
Iac. Phil. Port. d. reg. 40. lim. 4. Dixi di-
uerſis tp b⁹ plures debere fieri donatio
nes ſūmā nō excedētes, nā ſi eodē tpe,
ſeu eodē inſtr̃o unicā donationē quis
in plures diuidere vellet, dicēdo, ꝙ uo
luit cēſeri plures donationes non exce
dētes pro ſingula ſummā lege ob inſi-
nuationē ſtatutam, cautela illa nō pro-
deſſet, tanquam in fraudē legis inſinua
tionem

tionem requirentis facta, vt ita tenet Bart.in l.Modeſt.num. 10.ff.de donat. cuius op.communiter approbatam ait Alex.in l. ſi filioſ.§. ſi vir, poſt nume. 25.verſ.ſed certè Bald. ff. ſolu. matr. Rom. conſ. 26.poſt nu. 2.vbi dicit,ꝙ hæc eſt omnium opinio, Thom. Ferr. & alij,quos allegat i d.caut.33. ſub nu. 1.in verſ.ſed illa cautela,Clar. & quos inſuper ipſe refert,d.§. Donatio. q.17. verſic.ſed pone, Ant. Gomez de contract.cap.4. nume. 6. & plures alias ad hoc authoritates refert Port. in dicta
8 limit. 40. ampliat. 8. Cæterum † ſi quandoque contingeret, vt donatio ſummam prędictam excedens,abſque inſinuatione, nec vllo adhibito remedio fieret conſulo, ꝙ Princeps adeat, & ab eo de facto certiorato petatur, ꝙ talem confirmet donationē ſub clauſula,ex certa ſcientia. ipſe.n.Princeps donationem non inſinuatam ex certa ſcientia confirmare poteſt, vt tenuit Panor.conſ.83. nu.3. cum ſeq.uolum.
9 1.Vbi conſuluit, † reſcriptum Principis ex certa ſcientia donationē non in ſinuatam confirmans valere,ēt in præiudicium filiorum,quibus ſpe probabili ius quæſitum erat, Panormitanū ita refert,& ſequitur Duen.d.reg. 224.limit. 7. & huiuſce rei rationem reddit ipſe Duen.Quia† iſta inſinuatio eſt ſolennitas quædam de mero iure poſiti-
10 uo introducta, quamobrem Princeps arbitrio ſuo ſuper ea diſponere poteſt vt & ita authoritatib. cōprobat Duen.

## Caut. XLVIII.

### De donatione propter nuptias ſoluto matrimonio per vxorem lucranda, vel ne.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio propter nupt. ſoluto matrimonio ad uirū redit prout dos ad uxorē.*

*Dos & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant.* 2

*Pactum valet, quòd etiam extantibus liberis, per mortem mariti ſoluto matrimonio, vxor donationem propter nuptias lucretur, ſicut & eo modo pactum fieri poteſt, quod vir dotem acquirat.* 3

*Pactum valet,quod donationē propter nuptias, morte vxoris ſoluto matrimonio etiam viuēte marito, hæredes vxoris lucrentur.* 4

*Pacto fieri poteſt, vt mulier donationē propter nuptias lucretur.* 5

*Donationem propter nuptias quo pacto vxor ſibi promitti faciat,ne amplius ad donātem, vel eius hæredes reuertatur.* 6

*Donatio mera ante matrimonium inter ſponſos conſiſtere poteſt,& in ea omne ſeruabitur, quod de ſimplici donatione inter uiuos dicitur.* 7

Donatio † propter nuptias ſoluto matrimonio perinde ad uirum, ſiue eius hæredes reuertitur, ac dos ſol. matr.ad uxorem,ſeu eius hæredes redit,vt eſt gloſ.1. in auth. ſiue à me. C.ad Velle.gloſ.1.in auth.dos data.C. de don.ante nup. Bar.in §.1. in Auth. de æqual.dot.& donatio.propter nupt. in ſecūdo notab.Bal.in l.2. C.de bon. quæ lib.gloſ. Ang. Por. & Doct. in §. eſt & aliud, Inſt. de don. Pariſ. conſi. 59.columna finali, volum. 2. Gozad. conſi.47. nume. 16. Cæphalus dominus meus,conſi.613.nume.41.& Rolan.à Valle conſi.62. in prin.uolum.1. Idque verum eſt,niſi ex conſuetudine cōtrariū ſeruetur,c.fi.extra de don.inter vir.& ux. Cōcluſionis prædictæ rō in prōptu eſt : † Nam dos, & donatio 2 pp nup.pari ꝓcedūt paſſu,auth.æqualitas,C.de pact.cōuen. Hinc fit † ꝙ ſicut valet pactum inter uirum, & uxorē initum,ꝙ extantibus liberis maritus dotem 1
3

dotem ſoluto per mortem vxoris matrimonio lucretur, ut per text. & gloſ. in l. 2. in verbo, interuenit, ff. de pact. dot. gl. in l. ſi liberis, per eum text. ff. eod. Fulg. conſ. 203. col. 1. & per alios authores, de quibus Rol. d. conſ. 61. num. 6. Ita etiam pactum tenere debet, quod donationem prop. nup. etiã extantibus liberis, per mortem mariti ſol. matr. lucretur vxor, vt ita argumentatur Rol. d. num. 6. & inquit decidere in termionis Saly c. in auth. ſed & ſi quis C. de ſec. nup. Bene verum eſt, quod plus tribui ſolet mulieri aliquando in pacto cum marito facto de lucranda donatione propter nup. quã marito in lucranda dote, vt eſt caſus in eo, quod voluit gloſ. ualde ſing. in l. quod ſitis, in verbo, ex matre, iuncto tex. C. de bonis, quæ liber. & cum ea
4 ibi Cynus, & Bal. vbi inquit, † valere pactum, quod donationem prop. nuptias, morte uxoris ſoluto matrimonio etiam uiuente marito, heredes vxoris lucrentur, quamq; gloſ. ſequuntur Cum. Aret. Roman. Iaſ. & Rip. qui de communi teſtatur, ſub num. 18. ad fin. in l. 2. in prin. ff. ſol. matr. ſequitur d. conſ. Rol. nu. 6. & 7. Quod è conuerſo non procedit, ſi de lucranda tali in caſu dote maritus paciſceretur, ut eſt text. in d. l. 2. ff. de pact. dot. text. & gloſ. in l. 1. ff. de dote præleg huius autem diuerſitatis ratio, quæ hinc inde diuerſa conſideratur, cauſa eſt: nam cum mulier ita marito promittit, pactum illud contra publicam niteretur vtilitatem, quæ vult, vt mulieribus dotes conſeruentur. l. 1. ff. ſol. mat. & l. 2. de iure dot. quod & conſiderauit Accur. in d. l. 2. de pac. dot. in verbo, pactum. quæ quidem ratio non viget, ſi ita maritus promittit, nam licet ipſe non habeat don. propter nup. per hoc tamen non detinetur, quin vxorem accipere ualeat, vt ita ponderauit Ripa, d. l. 2. ſub d. num. 18. ſol. matr. Bene crederem quod iuramento interueniente ex parte mulieris tale pactũ ualeret, iuxta ea, quæ habentur in c. cum contingat, ext. de iur. quodq; ſe firmat Ripa in d. l. 1. ſub nu. 114. ff ſol. mat. & ratio eſt, ſecũdum ipſum Rip. quia vtilitas, quæ Reipub. competit, ſecundario conſideratur, & ideo iuram. tenet, ad quod inſuper allegat, c. ex reſcripto. ex. eod. de iur. Ceſſante autem iuramento ob diuerſitatis prædictam rationem in d. pacto nõ ita erit, ut prędixi: Vbicunque igitur, æqua hinc inde ratio conſiderabitur, correlatiuorũ horum eadem erit diſciplina, iuxta tradita à ſcrib. & Ripa in rub. ff. de acqu. poſſ. num. 4. & ſic nullo in contrarium pacto exiſtẽte donatio hæc prop. nup. ſol. matr. ad uirum, vel ad hæredes redibit, vt in principio dicebam: ueruntamen ad euitandum, ne ad donantem uel ad eius hæredes donatio prædicta reuertatur, fraus (abſq; eo, quod maritus id ſpecificè declarat) adhiberi ſolet. Nã †, quia ex pacto fieri poteſt, ut mulier donationẽ lucretur (prout ſu- 5
perius dictum eſt, & ut eſt text. in d. c. fin. de don. int. uir. & ux. & per gl. fin. ibi, & ut inquit Bald. in d. auth. ſiue à me. (Iccirco in inſtrumentis apponitur, † Quod maritus expreſsè promiſ-
ſit dotem, & augumentum dotis, & 6
donationem prop. nup. reſtituere, & uxori ſoluere, ſeu eius hæredibus, & ſucceſſoribus, in omnẽ caſum, & euentum dotis reſtituendæ, nam tunc erit uxori donatio prorſus acquiſita, maximè ſtante iuramento, ut per Gozad. d. conſ. 47. ſub d. num. 16. & per alios quos refert in præd. conſ. Rolan. ſub nume. 2. ubi nume. 3. admonet uiros volentes donat. prop. nup. acquiri, ne talem faciant promiſsionem, ſiue pactum. Hic autem aduerte: Quia hęc dixi quo ad donationẽ prop. nup. ſeu ob cauſam, † Nam & ante matrimo-
nium à ſponſo ſpõſæ fieri donatio po- 7
teſt,

teſt, quæ non ob cauſam, ſiue propter
nup. ſit, in qua illud omne ſeruabitur,
quod de ſimplici donatione dicitur. l.
ſi ſponſus, circa prin. & l. inter eos, ac
l. cum hic, §. ſi ſponſus, & §. ſi quis
ſponſam, ff. de don. & probatur in
l. quod ſponſæ, & quod ibi not. C. de
don.an.nup.tex. eſt, & gl. ibi in l. 1. C.
ſi aduer.don. tradit gloſ. in d.auth. ſi-
ue à me, in uerbo, in ſponſalitiam, &
Bar.in §. 1. in fi. in Auth. vt ſpōſ.larg.

## Caut. XLIX.

### De donatione inter virum, & vxorem fienda.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio inter virum, & vxorem non valet: amplia num. 2. limita num. 3*

4 *Donatio facta inter virum, & vxorem ſummam, inſinuationem exigentem excedēs in morte donantis prædecedentis ſpecialem requirit confirmationem.*

5 *Donatio inter virum, & vxorē ad hoc, vt morte confirmetur, traditionem veram, vel ſaltem fictam requirit.*

6 *Donatio inter virum, & vxorem, ad hoc, vt ſtatim teneat, quid ſeruandum ſit.*

7 *Iuramento nō firmatur donatio inter virum, & vx. quæ eſt ſimulata.*

8 *Donatio inter virum, & vx. iurata, an in donantem redeat, ſi donatarius ante donatorem decedat, & num. 10.*

9 *Iuramentum intelligitur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur.*

1 DOnatio † inter virū, & vxo
rem, ne mutuo inter eos
amore proprijs bonis ſe
ſpolient, non valet. l. 1. ff.
2 de donat.int.vir.& vxor. Quod † pro-
cedit etiam ſi traditio interueniat, l. 3.
§. ſciendum, ff. eod. Quæq; conclu-
ſio ampliatur, etiam ſi ante matrimo-
nium ſit facta donatio, effectum tamē
conſtante matrimonio ſit habitura, vt
per tex. in l. ſi ſponſus. ff. de don. int.
vir.& vxor. & eſt textus expreſſus in l.
cum hic. §. ſi ſponſus. ff. eod tit. ac in l.
quod ſponſæ. C. de don.an.nup. ſin au-
tem donatio ipſa prorſus ante contra-
ctum matrimonium inter ſponſum, &
ſponſam perficeretur, vtique valeret
irreuocabiliter, ut in fi. prox. præce-
dentis cautelæ tradidi. ratio poteſt eſ-
ſe, quare tunc valeat talis donatio, quia
nōdùm videtur interueniſſe inter eos
ea domeſticitas, qua ſubſit illa ratio
mutuæ ſpoliationis, propter mutuam
affectionem, quam rationem habes pe
nes Socin.conſ. 123. ſub nu. 2. † Con- 3
cluſionem autem, quam de donatione
inter virum, & vxorem feci, intellige
procedere, ſi donans mutare ſuam do-
nationis voluntatem voluerit, ſecùs ſi
prædecedens tacitè, vel expreſsè non
reuocauerit, quia morte confirmabi-
tur, l. cum hic ſtatus. §. 1. ff. de do.int.
vir.& vxor. & l. 1. & 3. ac. l. ſi maritus.
1. & l. donationes quas parētes. C. eod.
tradit Cępol. in conſ. ciu. 8. ſub nu. 1.
verſ. nam licet, Afflict. deciſ. 359. nu.
7. Socin. conſ. 74. nu. 3. lib. 3. & idem
in l. ſi inter virum, ſub num. 6. & in l.
ſed & in illo, ſub num. 6. ff. de reb.dub.
Dum † tamen ſummam quæ inſinua-
tionem exigit, non excedat; quia tunc 4
in morte ſpeciali opus eſſet confirma-
tione, d. l. donationes quas parentes.
Socin. in l. 1. ſub num. 97. ff. ſol.matr.
& in d. l. ſi inter virum, in 1. not. Ruyn.
conſ. 52. num. 8. & conſ. 125. num. 3.
lib. 1. ac conſ. 132. num. 18. lib. 4. ac
Cur.Iun. conſ. 95. num. 6. An autem
confirmatio impediatur tantum quò
ad maiorem ſummam, vel etiam infra
legitimam ſummam, vide Iac. Phil.
Port. in lib. 5. com. conc. reg. 24. ubi
hincinde Doct. allegat. Et † etiam ad 5
hoc, vt morte cōfirmetur, traditio do-
nationis,

nation is, vel aliquid traditionis loco præceſsiſſe debet, vt per gloſ. fin. in l. 2. C. de dote cau. non num. Bar. in l. Papinianus, ff. de don. int. vir. & vx. Dec. conſ. 202. ſub nu. 6. & conſ. 239. ſub num. 1. verſ. & licet in tali confirmatione, hancq; opinionem communem dicit Cęp. d. conſil. 8. num. 3. & ad hoc latiſsimè vide Pariſ. conſ. 128. col. 1. uol. 1. Sed ut ſtatim ualeat do-
6 natio prædicta remedium eſt, † ut iuramento uallетur. Gul. de Cug. in l. ſed & ſi poſſeſſori, §. item ſi iurauero, ff. de iureiur. quem ſequitur Bar. in l. Seius, & Augerius. nu. 7. ff. ad l. fal. & in l. ſiqs pro eo, ī ſi. prin. de fideiuſ. tenetq; Feder. de Senis cōſ. 135. Bal. conſ. 30. lib. 3. Abb. conſ. 95. lib. 2. Caſtrenſ. cōnſ. 98. Rober. Maran. de ord. iudic. par. 6. verſ. nonus actus, alias iuramentum, nu. 26. Cępol. caut. 112. ſub nu. 3. Boer. deciſ. 92. nu. 6. & licet opinio iſta multos habeat contradicentes, & Bar. ipſe ſibi eſt contrarius in d. l. 1. ff. de don. int. uir. & vx. quod & ſentire videtur in l. cum quis decedens. §. Titia, de leg. 3. ſupradicta tamen op. receptior eſt, vt ita omnes ferè Doct. utr. iuris tenere ait Abb. d. conſil. 95. ſub nu. 2. & vt communem dicit eſſe opinionem Rip. in l. ſi unquam, q. 15. ſub num. 35. verſic. verum cum communis. C. de reuo. donat. Io. Crot. in l. frater à fratre, nu. 72. & ſeq. ff. de cond. indeb. Crau. conſ. 81. num. 1. & conſ. 102. num. 2. latiſsimè Dominus meus Io. Cepha. conſ. 61. num. 15. & nu. 22. ad hoc abunde authoritates allegat Iacob. Phil. Port. in lib. 2. com. concluſ. concluſ. 1. vbi ad hoc etiam limitationes affert, ad idem vide Franc. Viu. in primo lib. com. opin. variorum, litera D, uerſic. Donatio inter virum, vbi ponit ſupradictam concl. non valere donationem inter virum, & vx. quam ſex modis limitat, & in ſpecie primo loco, nume. 2. iſtam de iuramento ponit, quam multis comprobat authoritatibus, ad hoc etiam vide Iulium Clar. in §. Donatio, quęſt. 9. verſ. ſed quid, vbi ad id plurimas alias congerit authoritates concludens ab hac op. tanquam apud Doct. noſtri temporis indubitabili, non eſſe in iudicando, aut conſulendo recedendum, & in qua quidem quæſtione, Verſic. Hęc tamen, † limitat non procedere in do- 7
natione ſimulata, & communem ait. Duo ad hoc alia remedia, præter hanc iuramenti, poſuit Cępol. in dicta caut. 112. ſed hæc iuriſiurandi mihi magis uidetur expediens, & pulchra. † Supra- 8
dictum autem conſilium non procedere intellexit Dec. conſ. 240. uerſ. ſed prædictis non obſt. uſq; ad fi. cōſ. 536. num. 7. & 8. & conſ. 659. in fi. & Pariſ. conſ. 86. nu. 48. vol. 3. ubicunque donatarius ante donantem decederet, nam tunc regulariter donatio ad donantem reuertitur, d. l. ſi inter uirum. ff. de reb. dub. & eſt caſus in l. à marito. C. de don. inter uir. & ux. Nec iuramenti uirtutem obſtare, quia † iura- 9
mentum, quod ſuper aliquo contractu interponitur, ſecundum tamen actus naturā operari intelligitur. l. fin. ff. qui ſatis. cogan. & l. fin. C. de nō num. pec. Sed certè † Decij & Pariſij opinionē 10
iure non ſubſiſtere probauit Crau. conſ. 102. num. 1. & 2. cuius meminit Ceph. d. conſ. 61. ſub num. 21. qui nu. 22. ueram eſſe, & communem concluſionem dixit, huiuſmodi donationem iuramento firmatam, etiam ab initio ualere, adeo ut mortis non requirat cō firmationem, neque donatarij mortem actum ab initio perfectum, & qui iam ſuū ſortitus eſt effectum, uitiare debere, l. ſancimus. C. de adminiſtrat. tut. cum alijs per Crau. adductis. d. conſil. 102. & circa hanc rem eleganter inſiſtit D. Ceph. à d. nu. 22. vſque ad num. 31. Decij fundamentis egregiè reſpondens.

Cautela

Caut. L.

## De donatione per liberorum ſuperuenientiam non reuocanda.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio per liberorum ſuperuenientiã reuocatur: Cõſilium tam.ẽ datur, quo pacto donatio fiat, ne per liberos ſuperuenientes vitietur, nu.2.3.& 5.*

4 *Iuramentum ſimpliciter in donatione appoſitum non tollit tacitam conditionem, l.ſi vnquam.C.de reu.don.*

1 Donatio, † ſcis, quòd per liberorum ſuperuenientiã reuocatur, l.ſi unquam.C. de reuoc. donat. Pro cuius legis plena intelligentia uide Rip. & Tiraqu. in eadem l. latiſsimè hanc materiam tractantes, ac Iacob. Phil. Port. in lib.1. com. concl. reg. 35.latè ponentem & ampliationes, & limitationes. Vnde ego circa id in longum me non extendam, ſed pro inſtituto meo tantum conſilium tradam, quo etiam per liberorum ſuperuenientiam donatio non uitietur, quod hoc eſt,
2 † Vt ſcilicet renũtiatio ſpecialis ad d.l. ſi unquam, per donatarium à donante procuretur, nam tunc donatio reuocari non poterit, ut per Bartol.in l.Titia. §. Imperator, num.7. ff.de leg.2.& eſſe communem opin.tradit Socin. cõſ. 147.num. 17.lib.1. Tiraq. in præf.ad ipſam l. ſi unquam, num. 174 & alij quã plures, quos refert Clar.in §.Donatio, quæſt.22.uer.tertio infertur, ubi magis communem hanc eſſe opinionem ſuſpicatur, ibi, ſuſpicor opi.Bar. (qui tamen eam opinionem eſſe uerã intelligit ibid.in illis uerbis, tamen pro concordia, ſi donator expreſſè renuntians fuerit maior 25.ann.) & iſtam quoque opin. ſentiunt alij, de quibus Port. in d. reg. 35. limit. 10. ubi & in uerſic. contrarium, doctores refert ſecus tenentes, tamen in uerſic. Tenendo, ſentit & ipſe poſſe renũtiari, ſi ſpecificè id fiat, & hoc † max. uerum puto, 3
quando iuramẽto hæc renuntiatio uallata eſt, cum id abſque ſalutis æternæ interitu ſeruari poſsit. c. ſi verò, extra de iureiur. cum ſim. ſed aduertendum eſt, † quod per ſimplex iuramentum 4
abſq; ea ſpeciali renuntiatione non tolleretur, d. l. ſi vnquam, beneficium, ut per Barto.in dicto §. Imperator, Bald. in l.1.C.de iu. do.q.ſi.quãq; opi.communem aſſerunt Corn. conſ.30. in fi. lib.4.Socin.conſ. 215.num.2.lib.2. & conſ.22 nu.7.lib.4.Bertran.cõnſ.175. ſub num.2.lib.1.par.2.Dec.in l.1.nu. 28. C. de pactis. Ruy. cõſ.70. nu.13. Clar. in d. §. Donatio, q. 23. in prin. late Port. in d. reg. 35. ampl.4. & ad hoc uide Rip. in rep.d.l.q.3. vbi & ipſe de communi opinione teſtatur cum alijs authoritatibus: & ratio traditur, quia iuram. regulatur ſecundum naturam contractus.l.fin.ff.qui ſatiſ.cog. & l. fin. C. de non num. pec. nec ultra conſenſum extenditur, Bar. in l.ſi quis pro eo, de fideiu. ſub nu.15.ver. præd. quæ dixi. Goz. conſ. 57. ſub num.19.
† Sed & (quod maius eſt) in d.q.3.Ripa concludit etiam legi huic per iuramentum non uideri renũtiatum, cum donans iuraſſet nõ reuocare aliqua ratione, vel cauſa, ſecundum Bal. in d. l. 1.q. vlt.C.de inoffic. teſt.& ſi pœna hoc quoque caſu eſſet promiſſa, natis filijs ſi donata repeterentur, ſtipulatio pœnalis non committeretur, ſecundũ Imolam in c.fin. colum.6. ext. de donat. Caue igitur, (vt dixi) Quod ſpecialiter legi huic renunciationem apponi facias, ad hoc, vt ſecurè tibi donetur. Quidam etiam adderent aliud remedium, videlicet quod ex quo ob donationem remuneratoriam nõ procedit dicta l.ſi unquam, vt latè autho- 5

ritatibus

ritatibus comprobat Port.d.reg.35.limit.6. ſufficeret donantem in donatione aſſerere, ſe meritorum gratia donationem facere, quo caſu, quia in eius donantis poteſtate eſt remittere diſpoſitionem d. l. ſi vnquam, videtur poſſe fieri, ut per illam meritorum aſſertionem in genere factam donatarius merita probare non teneretur, & ideo per ſolam aſſertionem meritorum remuneratoriam factam eſſe donationem, quæ liberis ſuperuenientibus non tolleretur, vt per Dec. in l. ſi don. nu. 20. C. de collat. & in cõſ. 20. per eundem: ſed remedium iſtud admodum tutum non credo, cum quia ipſemet Dec. ſibi ipſi contradicit in conſ. 366. num. 6. & 7. in reſolutione tertij dubij: tum etiam, quia extat non modici momenti authoritas Socini in contrarium, in conſ. 295. ſub nu. 8. uerſ. quartus caſus, vol. 2. Quid modo ſi in ſpecie de meritis mentio fiat? Socinus d. conſ. & ſub d. num. verſic. Tertius caſus, videtur tenere, quòd tunc meritorum probatio non requiratur; Decius autem in d. conſ. 366. ſub d. num. 6. & 12. contrarium ſentit. Propterea, cum tantorũ virorum ſint authoritates hinc inde, nos pedem figere non poſſumus, ſicque tutius eſt primum remedium, quod tibi dedi.

## Caut. LI.

### De omnium bonorum donatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum regulariter non valet. Ratio apponitur num. 2. Amplia, vt num. 3. 5. & 7. limita, vt nu. 8. 9. 10. & 11.*

4 *Hæreditas nomen iuris eſt, & augmentum recipere poteſt.*

*Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum cõtra bonos mores eſt.* 9

*Donans omnia bona ſua præſentia, & futura poſt eius mortem, non obſtante donatione ipſa, alium hæredem facere poterit, qui licet poſtea iuxta in donatione conuenta, hæreditatem reſtituere teneatur, tamen falcidiæ beneficio vti poterit.* 12

*Donatio omnium bonorum quibus remedijs teneat, & nu. 14. 22. 24. 25.* 13

*Donator ſi in donatione dicat, ſe omnia bona ſua donare, non addito, præſentibus, & futuris, donationem validam faciet, & alias ſimiles ampliationes ad 2. rem. vide nume. 16. 18. 20. & 21.* 15

*Bonorum mobilium, & immobilium appellatione iura, & actiones non veniunt. Ideo, ſi quis dixerit ſe donare omnia bona ſua mobilia, & immobilia etiam præſentia & futura, quia non veniunt iura, & actiones, donatio ualebit.* 17

*Iura, & actiones quia corpus non habent, in loco exiſtere non dicuntur, & ideo ſi in donatione dicatur; Dono tibi omnia bona mea præſentia & futura, vbicunque exiſtentia, donatio valebit, quia iura, & actiones non comprehendentur, pro quo iunge quæ in proxime præcedenti num. dicuntur.* 19

*Donator, ſi donet omnia bona ſua præſentia, & futura, ſed tamen ſibi de eis vſumfructum reſeruet, ad hoc, vt de eo tam inter viuos, quam in vltima voluntate diſponere queat, non videbitur omnia prorſus bona donaſſe, & ideo donatio valebit.* 23

*Donator ſibi aliquid reſeruans, ad hoc vt donatio valeat, debet ſibi ſaltem quid reſeruare, quod eius patrimonij partem viceſimam excedat.* 26

*Donator omnium, & quorumcunque ſuorum bonorum, etiam ſi precario dominium apud ſe retineat, tutè non donat,* 27

*donat, quo ad donatarium, qui ſecurus non eſt poſſe ita factam valere donationem.*

1 DOnatio † omnium bonorum præſentium, & futurorum regulariter nõ ualet, regulam hanc ponit Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, per eum textum, ad quem pro hac ipſa regula ſemper recurri ſolet, & hoc idem in eadem l. tradunt communiter ſcrib. ff. de verb. oblig. Quam etiã regulam idem Bar. tradit in l. fin. num. 12. & Scrib. communiter. C. de pact. Ac eandem concluſionem cum ſex' limit. tradit Soc. reg. 145. nec pro ipſa regula quicquam allegat, quaſi indubitabilem demonſtret, pro ut verè eſt. Hanc enim pariter communi Doctorum calculo receptã dixere Abb. cõſ. 48. vol. 2. Ioan. Dilect. de arte teſt. tit. 10. caut. 2. ſub nu. 2. Dec. conſ. 30. ſub num. 2. conſ. 203. poſt nu. 2. conſ. 151. num. 1. & conſ. 665. num. 7. Rip. lib. 3. reſp. c. 14. num. 1. Rol. à Val. conſ. 39. num. 1. vol. 1. Duen. in ſuis regulis, regula 219. Clar. in §. Donatio, q. 19. in princip. Viuius in lib. 1. communiũ opin. variorum, In verbo, Donatio omnium bonorum, nu. 1. Eman. Soar. in ſuis com. op. litera D, nu. 180. Laurentius Chircou. in ſuis com. concluſ. litera D, num. 31. concluſ. 90. cent. 1. & Mich. Graſſ. in com. opin. lib. t. c. 8. quęſt. 1. ac alij quamplures per prędictos DD. relati, quos longum admodum eſſet referre; Doctorum hanc afferentium concluſionem animi mo-
2 tus eſt, † Quia ſi ita fieri donatio poſſet, teſtandi auferretur donatori facul-
3 tas, quod ferendum non eſt; † Nec etiam propterea quis ualidam faciet donationem ſi hæreditatem donare dicat, quia dicere uidetur, dono omnia
4 bona mea præſentia, & futura, † nam hæreditas nomen iuris eſt, & augmentum recipit, l. item veniunt. §. fructus, ff. de pet. hæred. & ita ſentit Bart. in d. l. fin. num. 14. C. de pact. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, quæſt. 3. ſub num. 5. quo cum communem inquit eſſe opinionẽ Duen. d. reg. 219. ampl. 4. quod maximè procedit, ſi donator dicat: Dono tibi hæreditatem meam poſt meam mortem, vt tradit Soc. Iun. in d. l. ſtipulatio, ſub num. 76. verſic. ſed ſi de tali uoluntate & prędicta quidem communis opinio quod hæreditatis non ualeat donatio, procedit niſi modo ex alijs cõiecturis de donantis mente appareat, ut tantum de præſentibus bonis ſenſerit, vt ibid. Duen. uide etiam Clar. d. q. 19. uerſic. ſed quæro. Pro qua re uide Bart. in l. quæſitum. §. ſi mihi ſeruus. ff. de leg. 1. ubi tenet, quod donatio ualeat, quando quis dicit, Dono tibi hæreditatem meam, quo loci Bar. uidetur ſibi reſpectu locorum ſupradictorum contrarius, ſed eum ſaluando Doctor. in d. l. ſtipulatio, in d. §. ſi mihi ſeruus, intelligunt eam illius. §. concluſionem procedere, ubicunque appareat, quod donator ſe in donatione ad illud retulit tantum quod donationis tempore habebat, quodque etiam declarat additio ad Bart. in d. §. ſi mihi ſeruus & concluſio hęc, quod quis ſi omnia bona præſentia, & futura donauerit, donatio
non ualeat, adeo † uera eſt, ut etiam iu- 5
ramento nõ firmetur, quoniam † cum 6
ſit contra bonos mores, quia liberam auferret teſtandi facultatem, ideo non ualet, arg. c. non eſt obligatorium, ext. de reg. iur. in 6. l. ſi quis inquilinus. §. fi. de leg. 1. & ita tenet Bart. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 3. ſequitur Panorm. conſ. 48. num. 2. uol. 2. communem dicit Curt. Iun. in d. l. fi. nom. 57. C. de pact. & conſ. 25. nu. 6. Cagnol. in d. l. fin. nume. 220. & ibi Iac. de ſancto Georg. num. 57. Guido Papæ conſ. 214. num. 5. Grat. conſ. 19.

num.

nu.12.lib.1.Rip.lib.3.reſp.c. 14. nu.2. Soc.conſ.126.n.8.vol.3.atq; cōem magis eſſe concludit Duen.d. reg.219.in 2.ampl.quã ẽt opinionẽ tanq̃ cõiter receptã ſenſit Clar.d.§.donatio.q.20. in prin. Eman. Soar.in cõ. opJra, D. nu. 181.Rol.a Val.d.conſ.39.nu.1.vol. 1. Laur.Chirch.in ſuis com.opi.in d.cõcl.90.& Mich.Graſſ.in trac.com.op.d. c.8.q.2.qui Doctores latè author alias cumulãt.Tale.n.iurm dicunt Duen.et Mich. Graſſ. ſup donatione prædicta factũ in fraudẽ legis prohibẽtis talem donationẽ factum præſumitur, iõ ſer-
7 uandum non eſt,† & hęc qdẽ donatio neque ẽt ſuſtinetur in illa parte, q̃ ualere poſſet,licet dici ſoleat, ꝙ vtile ꝑ inutile nõ vitietur,ut euenit in donatione quingentorũ aureorũ ſummã excedente,abſque inſinuatione celebrata,q̃ niſi in exceſſu,non uitiatur, ut eſt tex. in l.ſancimus,iuncto tex.in l.pen.in fi. C. de don.& quod prædicta donatio in totum uitietur cõem eſſe opin. referunt Duen.d.reg.219.5.ampl. & Clar. d.q. 20.uerſ. itẽ quæro,a qua opinione non eſſe in iudicando recedendum ait,pariter Purpur.d.l.fi.C.de pact.nu.247.cõmunem hanc partem dicit, & ab ea in conſulendo non eſſe recedendum,quẽ refert Mich.Graſſ.d.c.8.q.3. Bene ve-
8 rum eſt,† ꝙ Eccleſiæ,piove loco ſimilis donatio facta valet, vt per Bald. in l. iubem⁹. C.de ſacr.eccl.Soc.d.reg.145. limi.4 quã ſnĩam cõem teſtanẽ Duen. d.reg.219 lim.1.Cagn.poſt alios,quos allegat,d.l.fi.C.de pact. nu. 238. Clar. d.q.20.& Soar.d.trac.cõium op. d.litera D,nu.182.Quamobrẽ Duenas ipſe
9 d.lim.1.ſentiebat, † ꝙ ad talis donatio ob dotis cauſam facta fauore matrimonij ualeat,cum & ipſa dos cauſa pia dicatur.c.1.§.donare,qual. olim feud. alien. poter.in uſibus feudorum. Pa-
10 riter † donatio talis ſuſtinetur, ſi duo fratres mutuam ſibi inuicem faciant donationem,nam fauore conſeruandę agnationis tenet, ut communiter receptũ ſenſit Boer.deciſ.355.num.3. quem refert,& ſequitur Clar.d.q. 20. verſic. vlt.quam rationem attende,quia a ceſſante ratione inter fratres ſacerdotes mutua donatio non valeret:cum enim illi caſtè viuere debeant ceſſat conſeruandæ agnationis ratio.†itidem iſthæc 11 donatio valebit, ſi poſt mortem conferatur, vt per gloſ. in d. l. fin. in verbo, accõmodauerit, quam communiter ſequuntur Doct.prout ait Dec.cõſi.578. nume. 7. in fi. & alij, quos refert Clar.d. q.19.verſi.ſed quid ſi quis, ea ſe mouens ratione, † quia donator 12 ipſa non obſtante donatione alium hæredem inſtituere poterit, qui licet poſtea, iuxta conuenta in facta donatione hereditatem reſtituere teneatur,tamẽ Falcidiam detrahere poterit, vt eſt tex. in l.in donationibus. C.ad l.Falc. & in l.1. §. ſi quis mortis. ff. quor. leg. Quam tamen limitationem attende, & declara ſecũdum Bartoli diſtinctionem d.l.fin.ſub num. 11. additis etiam his,quæ Bar.antea ſub nume. 10.dixerat, & pro qua re uide quæ plenius trado infra in litera H, in caut.quæ incip. Hæreditatem ſuam alicui relinquere promittens,quæ eſt cautela centeſima. a nume. 3.per totum. Quia autem omnis prohibitio, ne bonorum præſentium,& futurorum donatio ualeat, in eo conſiſtit, vt donanti non tollatur teſtandi facultas, perquiramus remedia, quibus hac ceſſante ratione quis ſimilem donationem firmiter faciat.

Et certè omitto illud remedium, quod poſſet ex Matthæſ. not. 135. introduci, & ex dictis Cagn. in tertia limitatione, ad hanc regula,nume. 253. quod mihi profecto non quadrat,nam ſit doctorum communis, & receptiſſima regula, non valere donationem omnium bonorum,præſentium & futurorum, mox limitatio datur quæ ea-

dem eſt cum ipſa regula, attẽto etiam, quòd illa ratio quòd in tali verborum conceptione non veniant ſupellectilia, & quæ quis veriſimiliter ſpecialiter non donaſſet, iure non ſubſiſtit, ex eo, quia l. illa, quæ incipit, obligatione generali. ff. de pign. ſuper qua ſe fundant Doct. ( dato quòd intelligatur etiam de obligatione omnium bonorum facta) caſum iſtum non probat, nam ibi neceſsitate quadam obligat, hic donatio iſta eſt actus voluntarius, & cum actus neceſsitatis fit, ſolet leuior fieri in eo interpretatio, quàm quando eſt voluntarius, vt probat tex. in lege, ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alien. ind. mut. cau. facta, & quod ibi not. & facit optimè textus l. quæ propter neceſsitatem, ff. de regulis iuris, cum ſimilibus, & ideo in actu merè voluntario videmus, quòd ſi omnium bonorũ expreſsè ſit coita ſocietas, nihil omnino excluditur. l. 3. §. 1. ff. pro ſoc. cum ſim. Erit igitur primum remedium ex Doctoribus ſumptum,
13 † ꝙ in donatione non fiat mentio niſi de omnibus bonis præſentibus, q̃a tũc donatio valebit, vt communiter Doct. concludunt, ſecundũ Ruin. conſ. 178. nu. 3. lib. 1. & conſ. 13. nu. 3. lib. 2. Quã concluſionem etiam communem ait Alex. d. l. fi. poſt num. 3. Claud. in l. pactum, nume. 4. C. de pactis, quos refert, & ſequitur Clar. d. q. 19. verſic. & ex hac ratione. ſubdens, quòd donator aliqua bona poſt donationem acquirere poterit, & de illis teſtari, & certè regula noſtra loquiť in donatione præſentium, & futurorum, vt penes omnes Doct. cernere eſt.

14 Secundum remedium eſt, † ſi ſimpliciter donator dixerit, ſe donare bona ſua, quia illa donatio valebit, vt omnes ita tenere teſtatur Corneus conſil. 152. litera D. lib. 3. hoc etenim caſu bona poſt quæſita non veniunt, ſecũdum Doctorum communem ſententiam, de qua Bello. conſ. 5. in prin. dicens hanc opinionem veram adeo, vt quaſi videretur temeritas velle contrariũ tenere, & hos refert, & ſequitur Clar. d. q. 19. verſ. Eademque ratione, ſubdẽs quòd donator teſtari poterit, & diſponere de his bonis poſtea quæſitis. Patet ergo non eſſe eidem teſtandi ſublatam facultatem.

Et ſupraſcriptum proximum remedium ampliatur procedere etiam † ſi 15
in donatione donator dicat, ſe omnia bona ſua donare, adhuc. n. in tali donatione bona futura nõ veniunt, vnde valebit donatio, vt ex prædictis liquet, ita ſentit Bar. in d. l. fin. ſub d. nu. 11. uerſ. ſi vero eſſet, quam opinionem ſequiť communiter Doct. ait Dec. conſ. 225. ſub num. 4. verſ. & quia etiam donatio omnium bonorum, & hanc quoq; cõmunẽ dicit Iaſ. in conſ. 5. uerſ. ſed præmiſsis. lib. 3. refert, & ſequitur Clarus d. q. 19. ver. idem dicẽdum. Ampliatur † itidem prædictum remedium, ſi etiã 16
in donatione donator dicat, ſe oĩa bona ſua mobilia, & immobilia donare, talis nanque donatio valebit, ut ꝑ Iaſ. d. conſ. 5. verſ. ſecundo pro iſta, lib. 4. vbi communem inquit, ac per Dec. cõmunemque pariter dicentẽ conſ. 414. nu. 10. refert, ſequiturque Clar. d. q. 19. verſ. Pariter etiam, rationem reddens, † quia nec in tali donatione bona futu 17
ra veniunt, nec iura, aut actiones comprehenduntur. quodque iura, & actiones appellatione bonorum mobiliũ, & immobilium, nõ ueniant, tradunt Canon. in c. nulli, de reb. eccl. non alien. Dyn. Bar. & alij in l. poteſt pupillus, ff. de aut. tut. & l. mouentium. ff. de uerbor. ſignific. Corn. conſ. 104. uol. 2. & conſ. 173. ad fi. uolum. 3. & Neguſ. in tract. de pign. in 2. memb. 2. par. nu. 9. cum ſeq. Cum igitur in tali donatione actiones, & iura non ueniant, non erit teſtandi facultas adempta, prout ẽt ſenſit Soc. d. reg. 145. lim. 1. ubi (quod ma

ius

ius eſt) hanc ipſam ampliationem ad illud quoque porrigit, ſi etiam dictum eſſet, omnia bona mea mobilia & immobilia, præſentia & futura, quodque communiter receptum vr̃ ex traditis a Cagn. in d.l.fi.ſub n.256. vbi vide poſt
1 eos, quos ibi ad hoc allegat, † quinimò donatarius donationis eius commodũ cõſequetur, ſi in donatione donãs dicat, ſe donare oĩa bona ſua pñtia & futura ubicũq; exiſtentia, nã tunc ꝑꝑ illud participiũ, exiſtentia, nec iura, ne c
19 actiones uenient, † quæ in loco eẽ non dñr, ex quo ſunt incorporalia, & iõ ſic cõcepta donatio valeret, vt tradit Soc. d.reg.145.limit.2.per l. Caius, in prin. ff.de leg.2.& per conſ.Baldi, quod allegat. Idque Soc. valde notandum admonet, quod & tu dic eſſe communiter receptum ex traditis a Cagn. d. l. fi. ſub nume. 255. cum duobus ſequ.
20 Simile erit, † ſi dicat donator, quicquid Oſtiani habeo, vel alium quemque locum deſignet, quia neque iura, neque actiones, quæ in loco (ut dixi) eſſe non poſſunt, venient, vt in d. regu. ac limit. prædicta Soc. tenet, & per talẽ
21 rationem teneo, † ꝙ ẽt valeret donatio ſi diceret donator, quicquid Oſtiani habeo, vel habiturus ſum, quia cum (vt dixi) in loco iura, & actiones non conſiſtant, proculdubio ipſæ actiones, & iura non includentur, ac proinde teſtandi non erit ablata facultas, & huiuſcemodi quidem ampliationes pulchræ admodum ſunt, & mihi ſummopere placent, quibus tu in donatione bonorum omnium tibi fienda caute uti poteris. Tertium modo põt eſſe
22 remedium, † ſi donatarius faciat, ut tam præſentia, quàm futura donans vſumfructum ſibi retineat: Videlicet quòd donet reſeruato ſibi uſufructu. Idque colligi videtur ex Soc. in ſæpe citata eius regula, limitatio. tertia. Sed ad hoc eſt aduertendum, quòd ſi reſeruaret tantum in vita non valeret donatio, vt conſuluit Bar. cõſ.76. lib.1. Soc.d.conſ.126. ſub nume.8. volum.3. Dec.conſ.251. ſub nu.3. Curt. iun.conſ.25. Ripa in rub. ſolu. matr. nume.17. Crau.conſ.222. num.10. Io. Dilect. de arte teſt. titul.10. cau.2. ſub num.2. Cæph. Dominus meus cõſ.43. n.15.& cum Didaco lib.3. reſol.c.12. nu.3. communem inquit Clar. d.q.19. verſic. ult. in prin.& Soar. d. litera D, ſub nume. 184. Sed ſi ſimpliciter ſibi reſeruaret uſumfructum donator frequentiori calculo receptum eſt, quòd donatio ualeat, licet Caſtr. in d.l.fi.nu. 10. cõtrarium ſenſerit, contra quem tamen eſt (ut dixi) cõis ſñia, de qua teſtat Didac. in lib.3. reſolut. d.c.12.n.4. quem adducit Clar. d.q.19.d.uerſ.ult. & cõem pariter dicũt de hac re ſñiam Eman. Soar. in com. opin. dicta litera D, d.nu.184. & Chircho. in d. concl. 90. Verũ non deſunt, qui contrarium cũ Caſt. tenent, ut Dec.d.conſ.30.& conſilio 261. Rip. dicto capitulo 14. in lib. 3. reſp.& Rolan. a Valle d.conſilio 39. libro primo. Sed abſque dubio concluſio prædicta procedet, † ſi 23
donans expreſsim uſumfructum ideo reſeruare dicat, ut de eo tam inter uiuos, quàm in ultima uoluntate facultatem diſponendi habeat, quia tunc omnis Doctorum dubitatio ceſſabit, nam clarè conſtabit donanti non eſſe ablatam teſtandi facultatem, & hoc tradit quoq; Clar. d.q. 19. in fi. Sed cõſiliũ iſtud paucis placebit, q auaritia tenti uſumfructum ẽt optabunt, iõ id conſilium raro in praxi futurũ minimè ignoro, id tamẽ poſui, ut ſaltem limitationem ad regulã faciat.

Quartum remediũ ẽt addi poſſe uidetur, † quòd ſcilicet donatarius faciat 24
donãtem nõ largiri expreſsè oĩa bona pñtia, & futura, ſed maximã talẽ sũmã q̃ pr̃imonij donãtis ualorem excedat. Nam licet ad talẽ ſummã pñtia, & quę ſuperuenient, non ſint ſufficientia futura,

futura, tamen donationem valere, quia tunc præſumitur in futurum lucrari, tenuit Fulgoſ.d.l. fin.C.de pact.& ita uide Soc. d. regula 145. limit. fin. uideantur tamen Dec.& Cagn. dicta lege finali, nam ibidem Dec. ſub nume. 34. hoc periculoſum vocat, quia hic militat ratio, in qua communis fundatur opinio, quòd donans veriſimiliter hæredem non ſit habiturus, & Cagn. nume. 260. dicit ſibi id non placere, & falſam ſibi videri Fulgoſ. & Socini opinio. cum ratio communis concluſionis in hoc militet, nam & ita veriſimile eſt, quòd donans hæredem non ſit habiturus: ridiculoſam enim inquit eſſe rem, præſumere donatorem acquiſiturum maiorem ſummã, & ideo eſse quandam falſitatis imaginem, quod & mihi duræ admodum digeſtionis videtur. Nam certè licet contra legis verba non fiat, tamen in legis fraudem fit, cum eius ſententiam tunc quis circunueniret.l.contra.ff. de legibus. Quintum remedium igitur
25 eſt, † quòd donator quicquam ſibi reſeruet, vt de eo teſtari queat, nam aliorum bonorum donatio valebit, ut per Bart. in dicta lege, ſtipulatio hoc modo concepta, nume.6.cuius opinionem communem dicunt Socin. iun. conſ. 142.nume.39.volum.1.& Soar. vbi ſupra, nume. 184. dicit.n.Clar. dicta quæſtione 19. verſic. ſecundo principaliter, quòd talis donatio non tollit in totum, ſed reſtringit teſtandi
26 facultatem, ita † tamen dicit hoc eſse intelligendum.d.l.fi.Cagn.nu. 242. ut illud, quod reſeruatur minimum quid non ſit, ſed tanta ſit pars ꝙ ueriſimile exiſtat talem donatorem hęredem habiturum, & ideo Clar.in d. verſ.ſecundo prin.dicit, ꝙ illud, quod reſeruatur ſaltem vigeſimam patrimonij donãtis partem excedat, atque ad hoc remediũ aduerte, quia donator reſeruãs ſibi aliquid, ut de eo teſtari queat, ſimpliciter reſeruare debet, vt ſcilicet mox in quamcunque perſonam eius diſpoſitionem abſolute conferre valeat, non vero adeo ſibi reſeruare debet, vt volũtatem reſtringat, verbi gratia, ſi reſeruet donator, vt particulari alicui perſonæ relinquat, nam tunc donatio nõ ualeret, quia pariter libera teſtandi facultas eſset adempta, Dec.d.cõſ. 203. ſub nu.2.in fi.& n.3.& alij, de quibus Cag. d.l.fi.nu.244.cum ſeq.

Nonnulli ẽt ſextum adderent remedium, ut.ſ.in donatione precarium interueniat, quo videatur talis facta donatio, ꝙ donans dominium non tranſferens, totaliter abs ſe patrimoniũ abdicare non uideatur, ideoq; teſtari ualeat, licet mox bona ſint reſtituẽda, ut eſt gl.in auth.ſi qua mulier, in uerbo, diuidere.C.de ſacroſ.eccl. quã opinionem tenent Ang. conſ.179. nu.3.quẽ ſequitur Alex.in d.l.ſtipulatio, nu. 16. & Andr. Tiraq. vbi plures alios refert authoritates, in tract.de iur.cõſt.par.1. n.74.ac ut cõem ſentit Eman. Soar.in ſuo Theſau.recep.ſent.d.litera D.nu.
186.Sed † iſtud remedium, præterquã 27
quod nõ plenè donatariis ſatisfaceret, nec etiam tutum eſt, ut declarat Petr. Duen.d.regu.219.limit. 2. uerſic.quæ limitatio.

## Caut. LII.

## De donatione per ingratitudinem non reuocanda.

### SVMMARIVM.

*Donator non obligatur ex pacto, de non reuocanda donatione ex quacunque ingratitudine. vt autem valeat pactum, quòd per ingratitudinem non reuocetur, vide remedium nu.2.* 1

*Quod tamen remedium quomodo ſubuertatur, habetur nu.3.*

*Obli-*

4 *Obligatio quando prouenit ex ſolo iura-
mento obtenta abſolutione ab eo, nul
la agenti obſtabit exceptio.*

1 DOnationem † faciens, & pro-
mittēs eā ex quacunque cā,
vel ingratitudine futura non
reuocaturum, non obſtāte pacto hoc,
ſi ingratitudo ſuperuenerit, vtiq; eā re
uocare poterit: pactum.n.de non reuo
canda donatione rōne cuiuſcunque cō
mittendæ ingratitudinis, non valet, ſe-
cundum Spec. in tit.de don. §. 1. verſ.
Quid ſi actū eſt, Ant.& Imo.in c.fi.ex.
de don.Bar.Bal.Caſt.Iaſ.nu.17.& Bo-
log.ſub nu 96.in l.fi. C. de pact.Bal.in
l.fi.C.de bon.quę lib. & eundem conſ.
119. Factum proponitur, ad fin.lib.2.
Sal.in l.pactum.C.de collat.Corn.cōſ.
102.num.7.cum aliis ſeq.uol.1.Rom.
conſ.26.incip.Pro deciſ.in pen.dubio.
col.fi.Alex.conſ.40.vol. 4. & eundem
poſt Lud.Rom.in l.ſtipulatio hoc mō
concepta, nu.23.ff.de verb. obl. & iſta
eſt cōis opinio, vt per Moder.ibi, Rub.
conſ.64.nu.1.ac Rip.in l.fi.num.181.
C.de reuoc. don. vbi plenius cum hac
in re diſtinguentem vide, & num.180.
Vt aūt ēt ingratitudine interueniente
donatio reuocari nequeat, remedium
2 † eſt, ꝙ cū prædicto pacto iurm̄ inter-
ueniat: ſic.n.ex ipſa ingratitudine reuo
cari non poterit, ſecundum Io. And.in
addit.ad Spec. in d.§.1. d.verſ. Quid ſi
actum eſt, in verbo, & §.pacta, in lite-
ra D.Io.de Imo.conſ.35.col.6.idem-
que tradit, ac Ant. Petr. de Anchar.&
Card.in d.c.fi.de don.Alex. in d.conſ.
40.col.fi. & idem in d.l. ſtipulatio, nu.
23.vbi ait opi.hanc ueriorem, & cōem
atque in practica ſeruari, Fel.in c.ſi di-
ligenti, col.7. uerſ. Quintum corolla-
rium, de foro comp.Iaſ.in d.l.fi.nu.17.
C.de pact.Soc.conſ.53.col.2.ſub n.2.
vol.1. vbi ad fin. numeri hanc opinio-
nem magis cōem eſſe, & ſeruari ait, eā-
dē opinionē ſequunt Aquens.in d.l.ſti
pulatio, col.4.Bauer.in trac.de uir.iur.
caſu 38.Rub. in d. conſ.64. nu.3.Bo-
logn.in d.l.fi. C.de pact.nu. 97.& ſeq.
Vide pro hac materia Rip.in d.l. fi. q.
54.ſub nu.182.uſq; ad q.ſequētē, quo
loci diſtinguendo concludit, ꝙ.ſ.ex iu
ramēto in pacto appoſito donator ob-
ligat, nō vero ex pacto iur̄o roborato,
& iō cōem opi.in vi ſola iur̄i fundamē
tum hr̄e poſſe, contrariā vero tenentiū
opi. (quos ipſe refert) in ipſo pacto, cui
lex ab initio reſiſtit, fundatā eſſe poſſe,
quare † obtenta a iur̄o abſolutione, qđ 3
pactū quodāmō ſuſtinebat, donationē
ipſā, remoto ipſo pacto, reuocari poſſe
ait: qm̄ † ubi ex ſolo iur̄o obligatio ori 4
tur, obtenta ab eo abſolutione, nulla a-
genti obſtabit exceptio, vt ꝑ Bar. in l.ſi
quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & Panor. in
c.cū contingat, col.5.verſ.venio ad ſe-
cundā, ex.de iureiur. Qđ ſi verū eſt, tu
pro donatore ꝑpetuo nota, ut ēt nō ob
ſtāte iur̄o, in caſu ſuperueniētis dona-
tarij ingratitudinis, ipſa poſsit deſtrui
donatio, & pro hac Ripæ firmāda opi-
nione pondera tex.c.quēadmodum, in
fi.ex.de iureiu. vn̄ fundamentum cōis
ſupradicta opinio habuit, ꝗ quidē tex.
in ſola iuriſiurādi religione fundat, ex
quo dici poſſe vr̄, nō quidē cōtractum
iur̄o fieri ualidū, ſed ſolū iurm̄ ſerua-
ri, cui Ripæ opinioni adde q̄ elegāter,
& notabiliter multū tradidit Iaſ.in au-
th.ſacr̄a puberū, n.38.cū nōnullis ſeq.
C.ſi aduerſ.vend.& an̄ cū Chriſt.Por.
ī §.extraneis, ſub nu.13.verſ. ego alias,
vſque ad fi.Inſt.de hær. qual. & differ.
cuius d.in loco Iaſ. ſub nu. 26. memi-
nit, eiusque veſtigia ſecutus eſt.

## Cautela LIII.

## De euictione rei donatæ.

### SVMMARIVM.

*Donator de euictione non tenetur, ſed 1
de dolo ī donatione adhibito. vt āt de*

*euictione teneatur, dantur remedia nu. 2. 3. & 4. & primum remedium tribus modis ampliatur ſub dicto nume. 2.*

*Donatio dicitur doni datio, ſub num. 3. verſ. Quia donatio.*

*Donatio remuneratoria nõ eſt propriè donatio, nec inſinuanda eſt, & propter ingratitudinem non reuocatur, ſub d. nume. 4. verſ. Hæc enim remuneratoria, verſ. & ideo uidemus, & verſ. Nec propter.*

5 *Donatori aſſerenti ſe ob benemerita donaſſe quando plena adhibeatur fides.*

*Dare ſignificat dominium transferre, ſub nu 3 verſ. & dare.*

*Euicta re aliter agitur in don. quæ cæpit à promiſſione, & aliter in venditione, & quid releuet iſtud ſcire, ſub nu. 3. verſ & ob id*

*Libellus pro euictione, quomodo in donatione, quæ a promiſsione cæpit, & quomodo in venditione ſit concipiendus ſub d. nu. 3. uer. Primo propter libellum.*

1 DOnator † de euictione non
teneatur, ſed de dolo in do
natione adhibito. l. Ariſt.
§. Labeo ait. ff. de dona. &
l. 2. C. de euict. facit tex. & ibi Cæp. in
l. ad res donatas. ff. de ædil. edic. & eſt
tex. ac quod ibi not. in l. Iulianus. §. qui
fundum. ff. de verb. oblig. tex. & ibidẽ
Doct. in l. 1. C. de iure dot. ad idem ui-
de Bar. in l. ſi domus §. de euictione,
ſub num. 3. ff. de legatis primo, Chriſt.
Por. in §. 1. ſub nu. 8. Inſt. de don. Iaſ.
conſ. 73. dub. 3. lib. 1. Curt. iun. conſil.
174. nu. 34. Ruin. conſ. 184. nu. 8. lib.
1. Alciat. conſ. 340. & Boer. deciſ. 67.
nume. 1. Sed ut qui donat, de euictio-
2 ne teneatur, tria dãtur remedia, & † pri
mum eſt, ꝙ donatarius faciat ſibi in do
natione de euictione caueri, quia tunc
donator tenebitur, d. l. 2. C. de euict. gl.
Bar. & Doc. in d. §. Labeo ait, & in d. l.
1. C. de iure dot. & in multis aliis locis
Doct. quod eſt indubitatũ, vt & iſtam
magis cõem opin. inquit Viu. in 1. lib.
com. opi. variorum, litera D. verſ. Do-
natio vbicunque, nu. 8. Plane cõis hu-
ius concluſionis aperta eſt ratio, quia
ex conuentione contractus legẽ acci-
piunt. l. 1. §. ſi conueniatur. ff. depoſ. &
l. contractus. ff. de reg. iur. Et in tãtum
vera hęc eſt opinio, vt procedat ſiue ꝑ
ſtipulationẽ, ſiue nudo pacto accedat
donationi de euictione promiſsio, vt
ꝑ gl. in d. l. 2. C. de euict. Bar. in d. §. La
beo ait, ad fin. & Goz. conſ. 60. nu. 21.
poſt alios, quos allegat Viuius in ꝑcita
to loco, vbi iſtã ſñiam cõiori calculo
approbatã tradit, qui & pariter proce-
dere ampliat, ſi verbis generalibus talis
de euictione promiſsio fiat, vt quia do
nans promittat rẽ donatã bonã facere,
ad quod allegat Corn. conſ. 141. n. 10.
uol. 2. cui adde Moder. Pariſ. conſ. 36.
nu. 15. Itidem & ampliat Viuius, ſi do
nans promittit pro ſuo dato, & facto,
iux. no. per gl. Bar. Bal. Sal. & Caſtr. in
l. ſi ſeruus, in prin. ff. de cond. fur. & te-
net Goz. d. conſ. 60. nu. 16.
Secundum † eſt remediũ, ꝙ donata- 3
rius caueat, vt donatio nõ a traditione
ſola, ſed a conuentione præcedẽte inci
piat, nã tũc ſemꝑ euictioni locus erit,
vt per gl. fi. in d. §. Labeo, & ibid. doct.
& in d. l. 2. C. de euict. gloſſaq; in d. §.
1. in verbo venditionis, in fi. cuius op.
cõem dicit ibi Ang. ſub nu. 3. Inſtit. de
don. & ꝑ Bar. in d. §. q fundũ, nu. 1. tra
dit ẽt Pet. Ferrar. in ſua pract. Papien.
in for. libelli, quo agitur pro don. in ver
bo, ad dimittendum, vel relaxãdũ, nu.
1. Goz. d. conſ. 60. nu. 4. & latè ad hoc
cõgerit authoritates Boer. d. deciſ. 67.
in prin. ac cõem dicit Viu. d. verſ. Do-
natio vbicunque, vbi & ob id limitatio
nes tradit. Huius aũt ſñiæ, quare. ſ. lo-
cum potius habeat euict. cum donatio
incipit à præced. promiſsione, quam

quando

quando incipit a traditione, in trac. de euict. §. 4. n. 3. inquit ſe a Bal. didiciſſe in d. l. 1. col. fi. verſ. Tertij dicunt. C. de iure dot. Nam ideo in donatione, quæ incipit a traditione, nõ tenetur quis de euictione, quia qui tradit magis diſtrahit, q̃ contrahit. §. 1. Inſt. quib. mod. re contr. oblig. ille vero, qui promittit, cõtrahit, ſicq; obligatur, vt donatario habere liceat, quia donatio dicit͛ doni datio, l. Senatus §. 1. ff. de don. cau. mor. Bar. in l. iuriſgen. in fi. prin. ff. de pact. & dare ſignificat dominium trãsferre. l. fi. ff. de cond. ob cau. l. ſi ita diſtrahatur, ff. de contr. emp. & ibi gl. ac. l. ubi autem. §. fi. ff. de verb. ob. & §. ſic itaq;. Inſt. de act. Ad idem adde ipſum Bar. in d. §. qui fundum, nu. 1. & in d. §. Labeo ait, ſub nu. 1. verſ. ſed in donatione, ac Ang. Aret. in d. §. 1. Inſt. de don. ſub n. 3. uer. ſecus in donatione, ac ibidem Port. nu. 8. Et ob id idem Bar. in d. §. Labeo ait, ſub nu. 1. uerſ. ſed aduerte (quod & tangit in l. ſi rem. ff. de ſolut.) quem ad vnguem ſequitur Aret. in d. §. 1. Inſt. de don. ſub d. nu. 3. uerſ. Sed aduerte ſecundum Bar. dicebat aliter agi de euictione in donatione, quæ a præcedenti cœpit pactione, & aliter in vẽditione, nam in donatione re euicta eadem eſt actio, quę & primo, quia ſi promiſit rem donare, promiſit dono dare, & ſic accipiẽtis facere, ut dictum eſt, vnde cum accipientis non faciat, vel facta accipientis res non durat, liberatus non fuit, & ſic actione prima agitur, quaſi non dederit, & ita ſentire inquit Bar. in meo codice, glo. in l. 1. C. de euict. Sed eſt gl. fi. in d. l. 1. C. de iu. dot. & allegat etiã Bar. ad hoc tex. quem ad id dicit expreſſum eſſe, in l. q concubinam, §. ſi hęres, de leg. 3. & facere inquit tex. in d. §. qui fundum, & in l. qui decem. §. 1. ff. de ſolut. Sed forte Bar. voluit allegare. §. qui hominem, eiuſdem. l. qui decẽ. Sed in uẽditione agitur re euicta nõ primæua actione, ſed noua, q̃a euictionis tp̃e orit͛, vt l. 3. C. de euict. & no. ĩ l. empti actio. C. eo. Prima. n. obligatio, qua tenebat͛ ad tradendũ quis, fuit ſolutione ſublata. l. ſi cũ fundũ, §. 1. & q̃d ibi no. ff. de contr. empt. & no. in auth. ſacr̃a puberum, in verbo, cuſtodiant͛, C. ſi aduer. vend. Ex hac aũt inueſtigatione magni reſultãt effectus, primo ꝑꝑ libelli formam, vt actionẽ tibi cópetentẽ intentes, & congruũ ponas concludendi mediũ. in donatione. n. petetur illa res, quaſi nondũ ſoluta, arg. d. l. ſi domus. d. §. de euict. ff. de leg. 1. & d. l. qui concubinam. d. §. ſi hæres. ff. de leg. 3. ſecus eſt q̃n agitur ex empto de euictione, q̃a tũc agit͛ ad intereſſe ex empto. l. venditor hoĩs. ff. de euict. q̃a res eſt euicta, nã actio prima, qua tenebat͛ ad tradẽdũ vẽditor, ẽ ſublata traditione, ut ſupra dicebã, & ita ĩ his tradit Bar. in d. §. de euict. in fi. & ĩ d. l. qui cõcubinã. d. §. ſi hęres. ff. de leg. 3. nu. 3. Secũdus eſt ꝑdictorũ effectus, q̃a in uenditione ꝑſcriptionis tp̃s a die euictionis currit, non añ, q̃a actio orta nõ erat. d. l. empti actio, & ibi no. C. de euict. In caſu verò donationis, q́ a promiſsione ꝑambula capit, a die celebrati cõtractus pręſcriptio currit, putat tñ Bar. in d. §. Labeo ait, & ſequitur Ang. Aret. in d. §. 1. Inſt. de don. ꝙ in iſto ſecundo caſu poſsit peti reſtõ ex clauſula gñali, ſi qua mihi iuſta cã, de qua ĩ l. 1. in fi. ff. ex q̃b. cau. maior. ꝑꝑ iuſtã. ſ. ignorãtiã, ſi nõ egit prima actione, q̃a eã ſolutione ſibi facta ſublatã putabat, ar. l. 1. poſt prin. & l. 2. ff. quan. act. de pecul. eſt anña. Sed dices tu Bar. hãc opi. nõ eẽ uerã, nec ꝑ eã l. 1. & 2. mõ allegatas, ꝓbari poſſe: in his. n. eſt facti ignorantia, q̃ excuſat, nos aũt, quatenus dicimus putare ſublatã eſſe actionẽ donatariũ, agimus de iuris ignorãtia, q̃ non excuſat. l. 1. & 2. & l. regula. ff. de iur. & fac. ign. l. 2. & l. q̃uis. C. eod. cũ ſimil. Suſtinẽdo tñ Bar. opi. quã uerã exiſtimo, dico in facto imo conſiſtere donatarij

ignorãtiã, q̃ a putãs ſolutione ſibi facta ſublatã actionẽ, ignorabat eã rẽ eẽ obligatã, puta, uel alienã, qđ in facto, nõ ĩ iure cõſiſtit: ex eo.n. ꝙ credebat ſublatã ſibi ob ſolutionẽ eſſe actionẽ, putabat donãtis eẽ liberã eã rẽ. vñ infertur, ꝙ ſi donatarius, poſtq̃ res eſſet euicta, putaret adhuc ſolutione ſibi fuiſſe ſublatã priſtinã actionẽ, & nouam de euictione cõpetere, nõ excuſaretur, quia amodo in facto nõ conſiſteret error, ſed in iure. Tertius mõ, & ultimus reſultat ex p̃dicta dr̃ia inter donationẽ, & vẽditionẽ, effectus, q̃ i in uẽditione agi nõ põt, niſi re euicta, ſed in donatione non habet neceſſe quis, ꝙ euincatur expectare, vt l. ſi hominem, & l. cũ quis. §. qui hominem. ff. de ſolut.

Cęterũ reuertẽdo ad propoſitũ materiæ nr̃æ, qñ. ſ. donatarius de euictione
4 agat, vltimũ † tibi trado remediũ, vt qñque procures, ꝙ donatio remuneratoria appareat, ſic.n. euictioni locus erit, arg. l. idemq́;. §. fi. l. ſeq. & l. ſi uero non remunerãdi, in prin. ff. mand. & tradũt Iac. de Are. Bar. d. §. qui fundũ, ſub nu. 5. & Rayn. ibid. Ale. Aret. Pet. de Beſu. & Iaſ. ac alij, quos allegat Boer. d. deciſ. 67. in prin. & Viuius d. verſ. Donatio ubicunque, n. 7. vbi de cõi teſtatur, & iſtã quoq; ſñĩam cõem tradit Crau. conſ. 64. nu. 12. & Eman. Soar. ĩ Theſ. recep. ſent. litera D, nu. 242. Hæc.n. remuneratoria propriè non eſt donatio, Bar. in l. iuriſgẽtiũ. § quinimò, nu. 20. ff. de pact. Ruyn. conſ. 52. nu. 7. cũ ſeq. lib. 1. D. meus Io. Cæph. conſ. 454. nu. 68. quod, ultra iura a Bar. adducta ĩ d. §. q̃nimo, & ſimilia a me pro hoc ultimo remedio allata, ꝓbari ẽt poteſt ex tex. l. Aquilius, ff. de don. & ita magis cõiter teneri dicit Soc. iun. conſ. 94. n. 12. lib. 2. quem refert Clar. in §. Donatio. q. 3. ubi ẽt refert Didac. cõem dicẽtẽ, in c. cũ in officiis, poſt nu. 10. extra de teſt. Et iõ uidemus, ꝙ talis donatio ſummã q̃ngentorũ aureorũ excedens inſinuationẽ nõ requirit, qđ meræ, & ſimplicis donationis propriũ eſt, gl. & Doct. in d. l. Aquilius, Bar. in l. ſi pr̃, §. 1. ff. de don. Ang. in d. §. 1. n. 6. & Port. ſub n. 10. Inſt. de don. & Cæph. d. cõſi. 454. nu. 67. Ferrat. caut. 33. ſub nu. 2. & cõem dicẽs latè authoritates cumulat Soar. in Theſ. recept. ſent. litera D, nu. 228. Nec ꝑ ingratitudinẽ iſta donatio remuneratoria reuocat̃. d. l. ſi pr̃. §. 1. ff. de don. Alex. cõſ. 40. li. 4. Guid. Pap. conſ. 214. & cõſ. ſeq. Rom. conſ. 298. in fi. Viu. in 1. lib. com. op. var. litera D, verſ. Donatio ex quinque cauſis, ſub nu. 6. Gaſp. Caball. de euict. d. §. 4. ſub nu. 5. & ita oẽs tenere in l. fi. C. de reuoc. don. inquit ibidẽ Ripa, nu. 150.
Et hæc † quidem donatio remuneratoria apparebit, ſi donãs aſſeruerit, ſe ob benemerita donaſſe, nam illi aſſertioni ſtãdũ erit, ubicunq; ſit perſona nõ donare prohibita, ſecũdũ Bar. & reliquos oẽs in l. ſi forte. ff. de caſtr. pecul. Paul. Caſtr. in d. l. Aquilius, ff. de don. Doct. cõiter in l. ſi donatione. C. de collat. & hanc uerã, cõemq́; opin. inquit Viuius inter cões op. uariorũ, lib. 2. lite. D. op. 95. ubi plures alios pro iſta opi. refert, hæcq́; opinio maximè in caſu nr̃o procedit, cũ meritorum aſſertio effectum ſuum circa illud porrigat, quod in donãtis uolũtate cõſiſtit, iux. ea, quæ tradit Dec. in d. l. ſi donatione, nu. 20. & in cõſ. 20. Nã (ut ſupra dictũ eſt) ille, q̃ donat, de euictione promittere põt. 5

## Caut. LIIII.

### De dotis quantitate ita uxori prælegãda, ne ſtatim hæredes illam præſtare teneantur.

*SVMMARIVM.*

*Dos in pecunia, ſiue in mobilibus, aut rebus incorporalibus conſiſtens, ſoluto matrimonio non ſtatim, ſed infra annum eſt reſtituenda.* 1

*Quod ampliatur procedere etiã in hæredibus viri diuitibus, nu. 2.* 2

*Limi-*

*Limitatur, vt citius debeatur, cũ a viro eſt uxori legata, nu. 7.*
3 *Facta non prꝗſumuntur, niſi probentur.*
4 *Actuum pluralitas non præſumitur.*
5 *Facultas probatione indecorè detegitur & quare.*
6 *Mulier intra tempus, quod hæredes ad ſoluendam dotem habent, quæ in immobilibus non conſiſtat, ab eiſdẽ hæredibus alenda eſt, ſi ipſa non habeat vnde ſe alat, & de hac materia plura vtilia ſubiunguntur.*
8 *Legatum creditori quando utiliter fiat.*
9 *Mariti quãdo vxoribus dotẽ legãt, quæ ĩ quãtitate cõſiſtit, aut ĩ aliĵs rebus, ꝓ quibus hęredes anni habẽt dilationẽ, ſi nolũt dilationis beneficium hæredibus auferre, quid ſeruare debeant.*

1 DOs qñcunque † in pecunia,
uel mobilibus, aut reb. in-
corporalibus cõſiſtit, ſolu
to matrimonio a viri hrẽdi
bus, nõ ſtatim, ſed infra annũ eſt reſti-
tuenda, l. 1. §. exactio, C. de rei ux. act.
2 Quod † ampliatur ẽt ſi uiri hęredes eſ
ſent diuites, & facultatẽ ſtatim eam re
ſtituendi haberent, ut per Bar. & alios
in l. diuortio. §. interdũ. ff. ſol. mat. Iaſ.
in §. fuerat, nu. 28. uerſ. Quod ſi marit[9]
eſſet diues, Inſt. de act. ubi Angeli opi.
reprobando, qui contrariũ in cãpſore
dicebat, vel alio pecunioſo, affirmat
hãc eſſe cõem ſnĩam, d. nu. 28. uerſ. &
ita tenent cõiter Doct. & iſtã cõem ex
Iaſ. referunt, & ſequũtur Rol. à Valle,
conſ. 10. n. 19. uol. 1. & Laur. Chircou.
in 1. cent. com. opi. concl. 92. Et certe
neq; mihi Angeli opinio placet, tũ qa
cãpſorũ, & mercatorũ, eorũq;, q uulgo
pecunioſi hñr, pleriq; in effectu nõ ſol
uẽdo exiſtere ſolent, vt ego qñq; in fa-
cto vidi, ſed iſtud trãſeat, tum etiã me
fortius mouet, quoniã ex ea Ang. opi.
ĩ laberinthũ illud incideremus, ut cũ al
legare quẽ eſſe pecunioſũ ĩ facto cõſi-
ſtat, ab ipſo id allegãte ꝓbãdũ eſſe, qa
facta † nõ p̃ſumunť. l. in bello. §. facti,
& Scrib. ibi, ff. de capt. & poſtl. reuerſ. 3
& l. deniq;. ff. ex qb. cauſ. maio. cũ ſim.
Propterea † ẽt fit, ne actuũ hoĩum, pu- 4
ta teſtõrũ, uel ſnĩarũ pluralitas p̃ſumať.
gl. ĩ l. omniũ, ĩ uer. cõprobať, C. de teſt.
Bald. & Sal. in l. 2. C. de erro. aduoc. &
gñaliter in hominũ actib. pluralitatem
nõ p̃ſumi ꝓbať ex tex. c. in pñtia, §. ue
rũ 2. & ibi Ant. de But. extra de ꝓb. ad
hęc uide q̃ tradit Iaſ. ĩ l. 2. n. 7. cũ duob.
ſeq. C. de bon. poſſ. ſec. tab. & num. 15.
Quinimo † indecorũ eẽt, ex facultatũ 5
ꝓbatione alicuius uel paupertatẽ dete
gere, uel in eũdẽ ob diuitias patefactas
inuidiã ſuſcitare, arg. l. ult. C. de alimẽ.
pup. p̃ſt. & l. 2. C. quã. & qb. quar. pars,
li. 10. & iõ ĩdiſtinctè regula ꝓcedet, ne
ſ. diuites ẽt tales ſtatim dotẽ, quę infra
annũ reſtituiť, reddere cogant. Bñ † ue 6
rũ eſt, ꝙ interim ab ipſis hrẽdibus alẽda
eſt mulier, ſi non hẽat unñ ſe alat, ſm re
ceptã doctorũ ſnĩam (penes quos ple-
ne de materia uide) in d. l. diuortio, in
prin. gl. ac Bar. in d. §. exactio. glo. in l.
pen. ff. ut in poſſ. leg. Ang. Aret. in d. §.
fuerat, n. 5. ubi iſtã eſſe cõem ait, & Iaſ.
ibid. n. 33. ver. Reſtat. & ĩ d. l. diuortio,
n. 18. ubi ab hac op. ĩ iudicãdo nõ eẽ re
cedẽdũ cõſuluit, licet ipſe ĩ pũcto iuris
uelit cõtrariã partẽ eẽ ueriorẽ: & dicit
Abb. cõſ. 39. n. 5. li. 2. ꝙ Cy. refert mul
tos tenere, ꝙ nõ debeat ali, & ꝙ ſibi ui-
deť ſubtilior, & uerior opin. qa mulie-
ri poteſt cõſuli uẽdẽdo ius ſibi cõpe-
tẽs de præſẽti. dicit tamẽ, ꝙ alia op. eſt
æquior, quã etiã tenet in c. ſalubriter,
n. 6. ext. de uſur. tenetq; Ant Capy. de-
ciſ. 24. ubi oẽs doct. ita tenere affir-
mat. Hęredes autem mariti oẽs dotis
iſtius primi anni, quo uxor aliť, lucra-
bunť fructus, ut p Bar. in d. l. diuortio,
in prin. n. 5. ibiq; Bal. Ang. Imo. Rom.
& Raph. Cum. & inquit ibid. Ale. ſub
nu. 18. ad fin. quòd licet in puncto iu-
ris contraria opin. quã Caſtr. tenet ue
rior uideať, tamẽ in practica aliud ſer-
uare-

uaretur, vt ſcilicet omnes eius dotis fructus hæredes lucrentur, etiam ſi ex cedant alimentorum onus;& hanc dicit ibid. communem eſſe opinio. Iaſ. num.25.a qua in conſulendo,& iudicando non ſit recedendum. Sciendũ tamen eſt,ꝙ intra eum annũ, quo alitur vxor, non tenetur ſtare in eadem domo cum mariti hæredibus; ſed poteſt ſeorſum habitare, & alimenta habere, ut hanc eſſe communem opinionem firmat Iaſon.in dicta l.diuortio, in principio, quam tenuit Bartol. in ead.l.nume.4.vbi tamen dixit,quòd ſi vxor iſta,quę ſeparatim vult habitare, non ſit quædam domina magna, quæ nihil operatur,ſed ſit talis mulier, quæ habeat exercitium, ex quo hæredibus viri lucrum afferri poſſet, tunc de alimentis debet deduci quantum hæredum intereſt, ipſam in domo operari. l.ſi conſtante.§.quoties.ff. eod.ſol.matrimo.ſupradictam quoque opi. quòd non teneatur mulier cum hæredibus morari,ſenſit idem Bar. in l.libertis.§. fina.ff.de alim.leg. Pau. de Caſt. in l.j. C.de legat.Ange.in l.cum hi.§.fi.ff.de tranſact.Ioan.de Ana.conſi.54.incip. viſis his,quæ in facto. ubi & habes ita ſemper obſeruari, etiam ſi mulier poſſet honeſte viuere cum hæredibus viri,vt refert,& ſequitur Capyc. d.deci. 24.nu.8.Elapſo verò anno viri, hæredes ampliùs vxorem alere non tenentur,vt uoluit contra Ric.Mal. & Cyn. Angelus in d.l.diuortio,qui dicit etiã, quòd imputãdum eſt mulieri,cur poſt annum dotem,ex qua ſe alere ualeat, non repetierit,quod probat per tex. l. Titia.ff. de ſolut.ubi mulier in poſſeſſ. bonorum mariti pro dote ſibi debita in pecunia,miſſa,fructus in dotem cõputat,quos omnes non computaret, ſi ſaltem quo ad alimenta fructus ſuos faceret, & quod dicitur in d. l. Titia. idem tradidit Abb. in d.c. ſalubriter, ſub num.4.ext.de uſur.ubi dicit id ita communiter teneri; unde admonet mulierem cautam eſſe, vt faciat ſibi dotem ſolui, uel poſſeſsionem inſolutũ dari:ſubdit tamen Angel. quòd ſi mulier dotem petierit, & hæredes in mora extiterint, ac mulier non habeat vn de ſeipſam alat,procedet opin. Ricar. Malumb.& Cyni. qui idem in effectu tenuit in dic.l. Titia. Et iſtud quidem æquitatem habet;quod etiam in terminis iſtis voluiſſe intelligere Affl.exiſtimo in deciſ. Neapol.284.num.4.Eandem quoque opinio. quòd poſt annũ ali non debeat mulier, tenuit Paul. de Caſt.in d.l.diuortio. quia cum mulier dotis recuperandæ facultatem habuerit,& non curauerit,non debebit poſſe aliquid petere,per l.1.cum ibi not. a glo.& docto.C. de ſent. quæ ſine cer. quant. vbi qui poterat ſortem exigere non poteſt in iudicium futuri temporis deducere vſuras, quas aliàs potuiſſet:idem tenuit Fanc. de Cor. in compen.rub.10.in 12. alle. quia cum poſt annum ceſſet dilationis beneficium viri hæredibus ad dotem reſtituendam conceſſum,meritò præſtandorum alimentorum onus quoque ceſſare debet quod in recuperatione dictæ dotis iura ipſi mulieri conceſſerunt: & cũ intra annum propter alimenta ſibi præſtita,hæredibus viri operari teneatur, ut dicunt communiter Scriben. in d.l. diuortio, certè non reperitur iure cautum,quòd poſt annum operari teneatur, imò totum oppoſitum eſt, ut per Bald.d.l.diuortio.ergo ſequitur,quòd poſt aunum alimenta conſequi nõ debet.Pro hoc etiam alleg. no. per Bart. in l.at qui natura.§. non tantum. ff. de nego.geſt.& in l.in inſulam.§. uſuras. ff.ſol.matrim.vbi uoluit,quòd mulier poſt annum non poteſt petere dotis uſuras,quod tantum eſt, quantum dicere alimenta; nam quicquid ſorti accedit vſura eſt,c.conſuluit, ext. de uſu.cap.quid dicam,14.quæſt.4.l. rogaſti.

ſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.pet. & uſuræ hodie ſunt prohibitæ, cap. quia in omnibus,ext.de uſuris, & de quo ego latè tractabo infra litera V. & quidem ſupradicta ſententia, quòd poſt annum mulier alimenta petere non poſſit,cōmunis eſt,ut inquit Raph. Cuma.in d. l.diuortio,& ibi Alexan.ſub num.23. & inter alia alleg. Innocen. Io. Andr. Anto.de Butr.& d.Flor.in d.cap. ſalubriter,ext.de uſu.Hoſtien.in ſum.eiuſdem titu.§.in aliquo,uerſicu.ſed quid ſi econuerſo,ac d. Laur. de Rodul. in ſua ſolenni repet.c.conſuluit. q.52.extra eod.Iſtam pariter ſententiam dicit eſſe communem ipſe Alexand.conſil. 27.viſo themate ſupraſcripto, volum. 4.& Iaſ.in d.l.diuortio,num.22.Rolan.à Valle conſi.55.num.1.uolu.2.& Laur.Chir.in v.cent.comm.opi. concluſ.23. Mulier igitur, & ſi poſt annū dotem non petierit, ab alimentis erit excluſa,& damnum quod ſentiet, ſuæ imputabit culpæ, & negligentiæ in nō petenda dote,c.damnum, ext.de reg. iu.in 6.& l.quod quis.ff.eo.intra annū verò,ſi non habebit aliud,unde ſe alat ab ipſis hæredibus alenda erit; nec.n. quicquam eius poterit negligentiæ imputari; cum intra eum annum petere nequeat, ut ſuperius traditum fuit.

7 †Hæc tamen regula, quòd ſcilicet anni tempus habeant in talibus reddēdis rebus mariti hæredes, fallit; quando a

8 viro vxori ea dos legata fuit; Quia† licet inutile ſit legatum creditori factū, cum purè, & ſine ulla intermisſione debetur; tamen ſi creditoris interſit illud legatum factum fuiſſe; puta cum quid legatur, quod uel modo, uel tempore, vel conditione, vel loco differri poſſit, utile erit legatum.l.ſi creditori, cum l.ſequen.ff.de lega.1. & §.ſi quis debitori,uerſicu.ex contrario,Inſt.de leg. Propterea hoc caſu legatum utile erit, cum per illud hæredi dilationis auferatur beneficium, de quo beneficio conſtat in d.§. exactio.ob enim repræſentationis commodum legatum vtile eſt,ut probant prædicti prox.textus;& vt eſt in terminis tex.in l.i.§. uerum eſt commodum.ff. de dote præl. ac ut declarat glo.in §.ſed ſi uxori, ubi etiam eſt caſus noſter, in uer. plenius,Inſti.de leg.ubi dicit Ange.Aret. ſub num.1.hoc bene menti tenendum in practica; quia vt plurimum viri relinquunt hodie dotem uxoribus;& de prædicto repræſentationis commodo tradit Bar.in l.ſi diuortio, ſub num.5. ff.de uerb.oblig.Pract. Papien.in forma libelli,quo agitur ad dot.& uſumfruct.in uer.dictæ Dominæ,nu.3.Rolan.a Valle poſt alios, quos alle.d.conſil. 10.ſub num.19.vol.1.& tāgit Laurent.Chircou.d.cent.1.d. concluſ.92. ideoque Ioan.Dilect. in tract. de arte teſt.titu.6.caut.17. conſilium tradit iuris hanc quantitatem uxoribus leganti bus, ſi nolunt dilationis commodum hæredibus ſuis auferri,†quòd ſint cau- 9
ti,ut dotis reſtitutioni diem præfigant allegat.l.omnia.ff.de leg.2.dicit tamē, quod annum dilatio excedere non debet,quod ex ſe manifeſte patet. Et remedium iſtud admodum utile aliquādo fiet; nam ob huiuſmodi ſolutiones ſtatim faciendas uxoribus, ſæpe hæreditatis deſtruuntur bona;quia coguntur hæredes bona pluris ualentia pro viliori precio diſtrahere.

## Cautela LV.

### De dotalium rerum dominio etiam ad hæredes quoſcunque mulieris abſq; traditione tranſferendo.

*SVMMARIVM.*

*Dotalium rerum dominium ſoluto matrimonio abſque traditione ipſo iure* 1
*in*

*in mulierē retransfertur; & quemadmodum id intelligitur: Hoc ſecus in hęredibus extraneis mulieris, n. 2. Poſſeſſio tamen non transfertur ſine traditione uera, vel ficta, n. 8. & 10.*

*Dominium dotalis rei vt & ad hæredes quoſcunq; transferatur, morte*
3 *mulieris ſoluto matrimonio, conſilium ponitur.*

*Maritus ſi nondum dotalem rem reddiderit, habebit beneficiū, ne conue-*
4 *niatur ultraquā facere poterit: Limita, & conſ. habe contra ipſum maritum, nume. 5.*

*Clauſula conſtituti, quas habeat vires, cum vir nomine vxoris dotales res conſtituit poſſidere, nume. 3. & 5. & eius virtus generaliter, nu. 6. 11. cum cęteris ſequ. vſque in fin.*

7 *Poßeſſio regulariter non transfertur ſine traditione.*

9 *Mulier in caſu l. in reb. C. de iu. dot. ſi propria authoritate igreditur poß. rerum dotalium incidit in pęnam l. ſi quis in tantam. Limita nu. 10.*

1 DOTALIVM rerū † dominium ſoluto matrimonio, abſq; traditione, ipſo iure in mulierem transfertur, l. in rebus. C. de iure dot. Ad quod aduertēdū eſt, ꝙ tex. ī d. l. in rebus, dat expreſsè rei uēdicationem uxori, tanquam naturaliter domina remanſerit, non tanquam retrò fuerit tranſlatum dominium ipſo iure, vtque Bar. ſenſit in d. l. in rebus, ſub num. 2. & ante eum gl. ibid. quę iſtud declarat in rebus inęſtimatis: in his verò, quæ ſunt æſtimatæ, inquit utilem competere rei vendicationem, & iſtam in eadem. l. inquit Bar. eſſe ueritatem, & ita quoq; intellige Rip. in l. j. nu. 36. ver. Tu aduerte. ff. ſol. mat. Ex quo etiā uerificatur quod ipſe Ripa ibid. ſubdit, ver. Secundo aduerte, qui contra Bal. tenet, quòd licet res mobiles quò ad poſſeſsionem intra annum nō transferantur ad mulierem. l. 1. § exactio, C. de rei ux. act. non tamen fit, quòd dominium interim non habeat mulier ipſa, nam tex. d. l. in rebus, expreſsè etiam in mobilibus loquitur: unde cum ex eo textu appareat, naturaliter dominam ipſam, cōſtante etiā matrimonio, ſaltem in non æſtimatis, manſiſſe, clarè patet, per eam anni dilationem hæredibus mariti indultam nō fieri, quo minùs & intra eum annum domina exiſtat: Quod tamen Alex. in l. ſi mora. ff. ſol. matr. ſub nu. 2. procedere declarat in his mobilibus, quæ in ſpicie conſiſtunt, non uerò in his, quæ in pondere, numero, menſurave conſtāt, qui quidem ſenſus eſt diuinatiuus ad literam tex. d. l. in rebus, quæ generaliter loquitur, & ideo generaliter intelligi debet. uulg. l. de precio. ff. de public. in rem act. accedente quoque dotis fauore, quo dicendum uideatur quęcunque mobilia comprehendi, c. odia, ex. de reg. iur. in 6. & facit optimè tex. in d. l. 1. ff. ſolut. matr. Ne autem iſthæc rerum mobilium inueſtigatio fruſtra à me facta uideatur, ſcias, quòd in praxi quandoque iuuabit: quia ſi uerū eſt, etiam intra annum prædictum dominam eſſe mulierem, non uiri hæredes, & accidat, quòd illæ res penes extraneam perſonam exiſtant, ac hæredes prædicti uelint eas uendicare, ideò ab eorum petitione per reum ſubmoueri poterunt, excipientem, quòd hæredes ipſi domini non ſint, mulier autem ipſa uēdicare ualebit, iuxta tex. l. officiū, & l. in rem, in prin. ff. de rei uendic. & not. in l. 1. in 1. glo. in uerſi. & nota. C. de alien. iud. mut. cau. facta. ac per ea, quę tradit Pract. Papien. in for. libel. ad rei uend. in uerbo, tenet, & poſſidet, nume. 1. & Robert. Maran. de ord. iud. par. 4. diſtinct. 3. ſub nume. 3. verſic. in iudicio uerò reali.

Prædictum † autem mulieris priuile- 2
gium, ut ad eam ipſam dotalium rerū do-

dominiũ ſtatim diſſoluto matrimonio pertineat, ad hæredes non ſpectat, ſecundum Bar. in l. Neſennius. §. fundũ, ff. de re iud. Iaſ. & Moder. in d. l. 1. ff. ſol. matr. & iſtud ſingulare reputat Imo. in d. l. Neſennius, communemq; dicit opin. Bal. nou. in tract. de dot. in 7. par priuil 6. quem refert Ripa in d. l. 1. nu. 37. quod tamen procedere tantum declarat in extraneis hæredibus, ſecus in liberorum perſonis, ad quod etiam adde Alex. in d. §. fundum, ſub nu. 3. ad fin. & in d. l. ſi mora, ſub nu. 2. ad fin. ff. ſol. matr. ita declarantem per tex. l. etiam, ff. eod. & l. 1. cum glo. & doct. C. de priu. dot. idemq; tradit Iaſ. in d. §. fundum, ſub nu. 7. ad fin. Verũ vt ſemper ad quoſcunque mulieris hæredes earum rerum dominium perinde transferatur, ac ſi ipſa mulier eſſet, Remedium tradit ipſe Ripa, d. l. 1. nu.
3 38. vt ſcilicet † facias, quòd in dotali inſtrumento maritus conſtituat ſe res dotales poſsidere, & tenere in caſum dotis reſtituendæ, nomine vxoris, hæredumùe, & ſucceſſorum quorumcunque, quia tunc conſtituti uirtute dominiũ, & poſſeſsio ad ipſos hæredes tranſibit, per tex. l. quod meo, ff. de acquir. poſſ. & ita quoq; uide Iaſ. in d. §. fundum, in fi. Et ex hac etiam clauſula
4 fiet, vt † licet maritus, cum nondũ dotalem reſtituerit rem habeat beneficiũ, ne conueniatur vltraquàm facere ualeat, ut per Dyn. Bar. Bald. Angel. & Caſtr. in l. ſi filio, 2. ff. ſol. matr. Bar. Imo. Raph. Cum. Alex. (qui dicit magis communiter ita teneri, & uerã eſſe opin.) & Iaſ. in d. §. fundum, ac Bal. in l. quod nomine. ff. de con. indeb. Ta-
5 men † ſi ea interuenerit clauſula, ita non erit, quia etiam poterit conueniri vltraquàm facere valeat, ut ꝑ Bal. Ang. & Rom. in d. l. ſi filio, & ſing. id reputat Alex. in d. §. fundum, nu. 3. & ſequitur ibi Iaſ. in fi. & mouentur ad hoc
6 Doct. Quia † per eam clauſulam nõ ſolum erit incontinenti tranſlatum dominium, ſed & poſſeſsio, l. interdum, cum uulg. ff. de acquir. poſſ. Alius itidẽ ex hac conſtituti clauſula pulcher reſultabit effectus: ſcis enim † quòd poſ 7
ſeſsio regulariter non transfertur ſine traditione, ut not. in l. cũ duobus, alias eſt l. ſi fratres, §. idem reſpondit. ff. pro ſoc. & in l. fin. in verbo, in rem, C. de ſacroſanct. eccleſ. & ibi Bart. nu. 23. &
Iaſ. n. 25. unde † licet ipſo iure in mu- 8
lierem rerũ dotalium dominium ſol. matr. transferatur, ut ſupra dictũ eſt, non tamen abſque traditione erit tranſlata poſſeſsio, vt in ſpecie firmat Bal. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthum. & in l. 1. C. de ſer. pig. da. ma. ubi dicit, quòd
† ſi mulier in caſu d. l. in rebus, propria 9
authoritate rei dotalis poſſeſsionem ingrediatur, cadit in pœnam. l. extat. ff. quod metus cauſa, vel l. ſi quis in tantam. C. vnde ui, ſequitur Alex. in d. l. ſi mora, ſub num. 3. ad quod etiam uide quæ tradit doctiſsimus, & mihi ſummopere colẽdus, D. Iacob. Menoch. in eius famoſo tract. de recuper. rem. 9. q. 1. num. 9. cum nonnullis ſeq. Cæ-
terum, quoniam † per fictam traditio- 10
nem mediante conſtituto interuenientem, poſſeſsio trãſlata dicitur, d. l. quod meo, mulier tunc propria ingrediens authoritate neminem ſua priuabit poſſeſsione, ſed ſuam ipſius accipiet, unde per conſequens neque tenebitur cõſtitutione dictæ l. ſi quis in tãtam, cum illa tunc locum ſibi uendicet quando aliquis poſſeſsione ſua priuatur, ut in illius legis materia facile cernere eſt, & pro hoc uide Bar. in rep. l. creditores, num. 11. ac ita in propoſito noſtro Bald. tradit in d. l. 1. C. de ſer. pig. da. ma. & refert, ac ſequitur Goz. cõſ. 42. nu. 12. vbi ſecundum Iac. Butr. & Bal. in l. fin. C. de acq. poſſeſſ. ac alios tenet, ꝙ etiam contra tertios poſſeſſores agi poteſt, nec ulla requiritur excuſsio, ſimiliter & poſſe mulierẽ in caſu præd.

pro-

propria authoritate ingredi, prȩſup-
ponit Alex. in d.l.ſi mora, ſub d. nu. 3.
11 Et profectò † non ciuilis modò, ſed
& naturalis quoque poſſeſsio per con-
ſtitutum transfertur, d. l. quod meo,
12 & ibi Bar. & cæteri. qđ † amplius pro-
cedit, etiam ſi fiat generale omnium
bonorum conſtitutum, non obſtante,
quòd videatur incertitudo, vt per Bar.
in l. qui pign. de acqu. poſ. & in l. Cel-
ſus, uerſ. ſed pono, quod debitor, nu.
15. ff. de vſuc. Iaſ. in l. poſsideri. §. in-
certam partem, nu. 16. de acq. poſſ. &
hãc magis communem opin. inquiunt
Iaſ. ipſe in conſ. 147. nu. 2. verſ. ego au
tem cõſidero, uol. 2. Rol. à Valle conſ.
79. nu. 43. uol. 1. quam ſanè deciſionẽ
13 fortius † extendere, quando fit genera
le omniũ bonorũ conſtitutũ, nõ præ-
ſentiũ duntaxat, ſed & futurorũ: Quia
tale cõſtitutũ valet, atq; operatur poſ-
ſeſsionis tranſlationẽ, nõ ſolum reſpe
ctu præſentiũ, ſed futurorum quoque
bonorũ, quando erunt acquiſita, ut ꝓ-
bat tex. in l. quamuis, ff. de precar. vbi
ſi conſtituo me tuo nomine ancillam
poſsidere, iſtud conſtitutũ extenditur
etiã ad partũ naſciturũ, & ſic ad futu-
ra, & ita tenẽt Iacob. Bu. & Salyc. in l.
fin. C. quæ res pign. oblig. poſſunt. Bar.
in conſ. 76. vol. 1. Ang. in q. per eũ di-
ſputata, incip. in reſulgenti palatio, &
idẽ in conſ. 178. uiſis inſtru. prædictis,
& in l. 1. in prin. ff. de pign. Bal. in l. ſi
quis argẽtũ. §. ſed & ſi quis, per illum
tex. C. de don. Imo. Lud. Rom. & Ale.
nu. 17. ff. de uerb. oblig. & latè idẽ Ale.
& Aret. in d. §. incertã, ubi Iaſ. ſub d.
nu. 16. hanc dicit eſſe magis cõmunẽ
ſentẽtiã, licet ſine ſcrupulo nõ pertrã-
ſeat, quã etiã magis cõmunẽ inquiunt
Afflic. deciſ. 335. ſub n. 8. & Neguſ. in
tract. de pign. in 2. memb. 2. par. prin.
14 nu. 3. Supradictã † autẽ cõcluſionẽ in
tellige ſecundũ Bar. in d. l. interdũ, in
prin. ff. de acq. poſſ. ubi differẽtiã facit,
an quis cõſtituat, ſe precario nomine
alicuius poſsidere, an uerò ſimpliciter
ſe poſsidere conſtituat nomine alicu-
ius, nam primo caſu inquit ciuilẽ tran
sferri, & naturalẽ retineri: ſecundo au
tem caſu ait & ciuilẽ, & naturalẽ tran-
sferri, idẽ quoq; uoluit ipſe Bar. in d. l.
Celſus, ſub d. nu. 15. de vſucap. & tra-
dit in repet. d. l. creditores, nu. 11. cum
ſeq. C. de pign. Bal. in l. quiſquis. C. de
don. Canon. in c. cum ueniſſent, de re-
ſtit. ſpoliat. Neguſ. in d. tract. de pign.
1. memb. 6. partis prin. n. 35. & cũ hac
Bartoli doctrina inquit tranſire om-
nes doct. in d. l. interdũ, Alex. ibi, ſub
nu. 7. Iſte † autẽ poſſeſsionis ſic tran- 15
ferẽdæ modus licet ſit fictus, poſſeſsio
tamen eſt uera, adeò, ut ſi quis conſti-
tuat ſe poſsidere nomine procurato-
ris mei, uera, & propria mihi quȩratur
poſſeſsio, nec duplex eſt fictio, ut pro
bat ſing. tex. in l. certe, §. 1. & ibi not.
Bar. ff. de precar. ac ut tradunt Bar. &
alij in l. ab emptione. ff. de pactis. Bar.
in l. ſi is, qui pro emptore, ſub nu. 70.
verſ. quid dicemus. ff. de uſuca. & Iaſ.
ibi, nu. 350. & nu. 395. cum ſeq. ac ſub
nu. 397. ubi nonnullis additis pro hoc
authoritatibus concludit iſtã eſſe ma-
gis cõmunẽ opin. & ſic tenẽdã, hancq;
opin. putat eſſe ueriorẽ Alex. in l. 1. §.
per procuratorẽ, ſub nu. 14. ff. de acq.
poſſ. idemque tradit ipſe Alex. nu. 4.
d. l. quod meo, Iaſ. cõſ. 6. num. 2. uol. 3.
Dec. in l. cõtractus, n. 16. ff. de reg. iur.
Balb. ĩ d. 2. p. rep. d. l. Celſus, ſub n. 16.
ac D. meus Io. Ceph. cõſ. 147. nu. 20.

## Cautela LVI.

## De renouãda actorum editione, Iudice renouato.

*SVMMARIVM.*

*Succeſſori iudici an actorum editio fieri debeat.* 1

*Pronuntiatio per iudicẽ facta, qui acta non habet, etiam ſi pronuntiatio iuſta eſſet, non tenet.* 2

*Produ-*

3 ***Productionis actorum renouandę ob nouum iudicem conſilium datur.***

4 ***Acta in alia inſtantia neceſſario produci debent.***

1 LDitio † actorum ſucceſſori iudici fieri debet, ſecundũ tertiam lect.C. de edẽ. de qua Bar.ibid. ſub n.4. quã lecturã notãdã inqt: q̃ tñ editio neceſſaria nõ eſt, niſi quaten⁹ ipſe ſucceſſor acta nõ haberet, vt ita ꝓbauit Rip.ſic Bar.doctrinã intelligẽs, ĩ d.l.2.ſub nu. 18.iſtud.n.ex ipſo Bar.colligit̃, dũ ſub
2 dit, quia † pronuntiatio per iudicem facta, q acta non hr̃et, ẽt ſi ipſa pronũtiatio iuſta eſſet, non ualeret, p l. ſed & ſi de ſua, in prin.ff.de acq.hær.& p l.hæc autẽ.§.1.ff.qb.ex cau.in poſſ.eat.Dec. aũt ab impugnãtib⁹ Bar.ſaluãdo in eadẽ l.2.ſub num.33. dicebat, ꝙ Bartoli mẽs nõ fuit, ꝙ ꝓductio corã ſucceſſore in eodẽ officio eſſet neceſſaria, ſed ipſũ Bar.de cõſilio locutũ eẽ, ut appareret iudicẽ acta vidiſſe, ne ſnĩa, non uiſis actis lata, nulla redderet̃: etenim in ſucceſſore ignorantia probabilis eſt.l. q in alterius, de reg.iur.cum ſim. Proindeq́; Bar.in d.l.2.nu.6.conſilium af-
3 fert, † ꝙ qñ iudex in tribunali renouatur, quædam fiat oĩum actorũ corã ꝓceſſore iudice celebratorũ productio.
4 bñ † verum eſt, ꝙ actorũ productio in alia inſtantia neceſſaria eſt, prout tradit, cautamq́; admonet partem Bar. in l.naturaliter. §. nihil cõe, nu.32.ff. de acq.poſſ. cuius dictum mirabile reputat Matth.no.161.incip. Nota mirabilem, & iſtud Bartoli dictum notat, & pro egregio habet Alex. conſ. 82. col. pen.in fi.vol.1. quod & ſequitur idem Alexan.ĩ d.l.2.ad fi. C. de eden.& ibi Iaſ.nu. 14.uerſ. No.tamen, & ſub nu. 22.in 1.limit.& Dec.in eadem l.2.ſub nu.33.uerſ.In alia uero inſtantia, Iaſ. in d.§.nihil commune, ſub nu.158. & Ripa, nu.185.

## Caut. LVII.

### De iureiurando in contractu emphyteutico apponendo.

*SVMMARIVM.*

*Emphyteuta priuati trienniȷ̃ ſpatium eccleſiæ autem bienniȷ̃ tempus ad ſoluendum canonem habet: alioquin ſi intra illud tempus non ſoluit, cadit a iure ſuo. Limita in eccleſia, ut ſub nu. 1.verſ. vbi iſtud. quodque tempus habet, niſi iuramentum in inueſtitura ſit appoſitum, quia tunc per anni ceſſationem a iure ſuo cadit, ut nume. 2.* 1

*Inquilinus, ſi in contractu iurauit, poteſt non ſoluens expelli non expectato biennio, etiam ſi locator promiſit non expellere, ſub nume. 2. verſ. Pro hac op.*

*Dominus directi quonam modo emphyteutam adſtringat, ut per anni ſolius ceſſationem a canonis ſolutione in cõmiſſum incidat.* 3

*Iuramentum ſecũdũ actus naturam attenditur, quod intellige nu. 5.* 4

*Statutum quod diſponat emphyteutã non cadere a iure ſuo per quãcunque ſolutionis negligentiã, nõ trahitur ad cõtractũ iuratũ, ſub n.2. ver. Iõq́; ẽt.*

*Interpellatio non requiritur quando obligatio eſt facta cum iuramẽto, ſub nu. 3.uerſ. Planè.*

EMphyteutã directi dño adſtrictũ eſſe ad ſoluẽdũ canonẽ, ſiue promiſſã pẽſionẽ explorati iuris eſt: alioqn ſi ĩ canonis ſolutione ceſſarit, cadere ab oĩ iure, quod in ipſa re ſibi in emphyteuſim cõceſſa habebat, ita ꝙ utile dñium cũ directo conſolidet̃, ſicq́; ipſi directi dño applicetur: id aũt ſcias ꝓcedere, nõ p ſimplicẽ anni unius ceſſationem, 1

ſationem: ſed requiritur, quòd p biennium integrum, ſi ſit eccleſiæ emphyteuta, ſi verò priuati quòd per trienniū integrum ceſſet, & de hoc ſunt text. aperti in cap. potuit, ext. de loca. & l. 2. C. de iure emph. quibus in locis materia hæc tractatur; ad idem de eccleſiæ emphyteuta eſt tex. in authen. qui rem C. de ſacroſ. eccl. & de utroque tradit ibi Barto. in prin. ac Iaſ. nume. 10. & Docto. in l. quæro. §. inter, ſub num. 2. ff. de pub. & vect. addo Soc. regu. 152. in prin. & fall. 2. ubi iſtud de eccleſia limitat, niſi ipſa eccleſia emphyteutam elapſo primo termino citare fecerit, & canonem ab eo petierit; quia tūc eo omnino nō recepto, poteſt ſolum per ſex menſes expectare, quibus elapſis poterit emphyteuta priuari non expectato biennio, ut eſt ſing. doctr. Ange. ad Barto. in l. locorum, nume. 5. C. de om. agro deſer. lib. xi. licet Soc. Bartolo eam doctr. attribuat. Sed & quod dictum eſt tam de emphyteuta eccleſię,
2 quàm priuati, abſque† cōtrouerſia procedit, niſi in contractu emphyteutico, vbi annuatim quid pro penſione promittitur, iuramentum appoſitum eſſet; nam interueniente iuramento, ſtatim atque per annum emphyteuta ceſſarit, periurus fit, & a iure ſuo cadit, ſecundum Bald. & Doct. in cap. querelam, extra de iureiur. ubi Fel. inquit hoc eſſe dictum aureum, Alexan. conſ. 85. & quod eſt errore duplicatum conſ. 126 volum. 1. & ibi Dec. ſub num. 11. adiſi. in 1. lect. ff. ſi cer. pet. Iaſ. in d. auth. qui rem, ſub num. 11. verſ. tertio limita, & in l. ſi quis maior, num. 12. C. de tranſ. vbi inquit ipſe Iaſ. ſe aliàs ſecus tenuiſſe in l. 2. q. 9. C. de iu. emph. a qua tamē opin. recedere inquit; & inuenio, quod ipſe Iaſ. in d. l. 2. d. quæſt. 9. licet imprimis contrariam opinionem impugnare uideatur, tamen in fine concludit tenendum cum Bal. & ſic cum ea opin. quod per vnius anni contumaciam, ob iuſiurandum, emphyteuta a iure ſuo cadat; quod & probat tex. dic. l. ſi quis maior, cuius l. materiam ego alias latè tractabo, infra litera L. cautela 145. eādem ſententiam ſequuntur Tho. Ferrat. Brix. caut. 20. Hippol. de Marſ. ſingu. 226. Gozad. conſi. 57. nume. 10. ubi ſub nume. 19. iſtam ait eſſe cōmunem op. omnium Scrib. & eādē ſequit opi. conſi. 69. num. 9. communemque appellat Viuius in ſecundo lib. comm. opin. uariorum, litera E. opin. 101. ex Marco Ant. Bauer. in tract. de uir. iuramen. concluſ. 10. & Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q. 8. verſi. & hoc quidē, ubi Clar. licet hanc eſſe communem opin. alleget ex Gul. de Bened. in rep. c. Raynutius, in verbo, teſtamentum, 3. num. 27. in aliam tamen partem ipſe tandē inclinat, quam equiorem appellat; & inquit, quòd Sen. Mediol. forte ſuam ipſius opin. ſequeretur: ſupradictam pariter opin. communem eſſe ex Goz. in d. conſ. 97. & Mar. Ant. Bauer. in præcitato loco, tradit Rolan. a Valle conſ. 77. num. 18. volum. 1. & conſ. 25. nu. 23. volum. 2. Pro hac opinione facit, quod tradit Alexand. conſi. 106. volu. 3. vbi vult, quòd ſi locator promiſit expreſſe non expellere inquilinum, quo caſu neceſſe eſt, quod per bienniū ſoluere ceſſet. d. l. quæro. §. inter locatorē. ff. loc. tamen ſi iurauit inquilinus, propter iuramentum, ex quo non ſoluit, ſtatim expelli poteſt: Ideoque etiam dicebat Iaſ. in d. l. ſi quis maior, ſub d. num. 12. quòd licet ſit ſtatutum in terris Sereniſsimi Ducalis Dominij Veneti, quòd emphyteuta iure ſuo nō priuetur per aliquam ſolutionis ceſſationem, quantocunque tempore factam, illius tamen ſtatuti diſpoſitio locum ſibi non vendicaret, quando emphyteuta iuraſſet in certo termino ſoluere, & in ſoluendo negligens eſſet; & certe ſi aliàs diceretur, eſſet aperire periurijs viam, quod non eſt dicendum eſſe de

mente

mẽte legiſlatoris,iux.l.1.C. ſi aduer.uẽd. & c.ſi vero,extra de iureiur. Quin etiam ſi in ipſo ſtatuto alia deprehẽderetur uoluntas (quod tamen neutiquam fiet, cũ Sereniſs. ea Reſp. Veneta ſit religionis, & Dei cultus zelans,& optima conſeruatrix) nihilominus etiam ſupradicta Iaſ. opi.procederet, nam iuramentũ eſt quid ſpirituale, c.2. extra de iureiur. Vnde cũ laicorum ſtatutis nihil de ſpiritualibus diſponi valeat.c.quam,cum ſim.extra de ord.iud. ſupradicta ſtatuta ipſa cõtra iuramentum, vel eius obſeruantiam diſponere non poſſent, prout ẽt tenuit Bar. in l.omnes populi,in 2.q.3.queſt.prin.ſub nu.22.ff.de iuſt.& iure.ad qd vide Doc. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ, & præſertim Fel.vbi diffuſè,extra de conſt.& tradunt Scrib.in c.cũ contingat,extra de iureiur. & circa confirmandam hanc Iaſonis de ſtat.præd.Venetorum opin.vide Thom. Ferr.dicta caut.20. vbi tribus fundamentis egregiè iſtud corroborat.

3 Cautus † igitur ſis, vt in cõtractu emphyteutico, cũ tibi promiſſio fiet de ſoluenda tanta penſione quolibet anno, iuramento emphyteutam arctes,quoniam facile eueniet, vt per anni vnius negligentiam emphyteuta ipſe in commiſſum incidat, ſicque vtile dominium cũ directo conſolidetur. Planè nec interpellatione opus erit, nam propter iuramentum non requiritur interpellatio, ut not.Specul.in tit.de aduo.§.1.ver.ſed nunquid is,qui iurauit,ſub nume.15.& per eum Ioan. Andr. quem ſequitur ibi Ioan.de Imo.in cap.breui,extra de iureiur.Alex.in l.2.§.voluntatem, ſub num. 16.ff.ſolu. matrim.vbi inquit ſe ob hoc multum confidere de authoritate Ioan. And.& Imolæ d.in loco,pro iudicando, & conſulendo,idemque tenet Ripa in l. ſi inſulam,ſub num 91.ff. de verborum obligationibus, ad quod alleg. capitulũ primũ de for.fidelit. Gozad,conſ. præd. 57.nume. 11.qui & communem iſtam appellat,conſ.27.num.10. quamquàm communẽ dicit Dec. in dicta lege,quodie, nume. 11. in prima lect. & in 2. lect. nume.43.Rolan.à Valle conſ. 57.num. 45.uolum.1.& d.conſ.25.num.22. uolum. 2. Bapt. à Villalob. in ſua collecta com.concl.litera I.nume. 90.& Lauren. Chircou. in 2. cent. comm. opin. concluſ. 85.

Supradicta quidem eſt magna deciſio,maximè temporibus noſtris, quibus Notarii ipſi in omnibus inſtrumentis iuramentum ex eorum capite inſeri curant,& ſæpè contrahentium animas,abſque eo, quòd ipſi contrahentes id intra ſe de iureiurando caueant, laqueo periculoſo ſubdunt, quod certè aliqua egeret prouiſione.& iſtud eſt, quod contra ſupradictam deciſionẽ exclamauit Iul. Clar.in d.§.emphyt.d.q. 8. verſ.& hoc, addens eam opin. ſibi nunquàm placuiſſe, cum † iuramentum ſemper debeat 4
intelligi ſecũdum actus naturam, ſuper quo interponitur.l.fin.ff.qui ſatiſd. cog. & l.fi.C.de non numerata pecunia, vbi Doc. omnes, verum quicquid exclamet Clar. tutius eſt pro anima communem tenere opin. Malè quidem agunt notarii abſque partium voluntate præcedente iuramentum deferre: quia tamen ille, qui iurat, ſua ſponte, & libero arbitrio id facit, peius eſſet dicere, quòd iuſiurandum ſeruare non teneretur, argum. cap.quamuis,extra de pactis in ſexto, & d.cap. cum contingat, extra de iureiur. cum ſimilib.Nec obſtat,quòd iuram.intelligatur ſecũdum actus naturam, quia reſpondeo ſecundum Gozad. d.cõſ.57. ſub nume.19.uerſ.Nec obſtat, quod iuram. quòd † illud procedit quò ad hoc, 5
ut iurans in plus non obligetur quam conſenſus fuerit, ut ita loquitur gloſſ. in d.l. finali. C. de non numerata pecunia.Ideoque ſi conſenſus ad aliquod nõ extendebatur,ita nec iuramentum. item & ſi cõſenſus eſt limitatus certo modo, vel certa conditione, eodem etiam modo iuramentum intelligatur, vt per Bar.

in l.ſi quis pro eo,in prin.ſub nume.15. verſic.Prædicta,quæ dixi . ff. de fideiuſ. & ita loquitur tex.in cap. veniens , extra de iureiur.& not.in c.1.extra quod met. cau. Siquidem iuramentum ad plus nō extenditur, quàm promiſſionis extenda tur virtus,vt dicit Ang.conſ.315.col. 1. & ibi dicit , ꝙ iuramentum tacitam eam habet conditionem , quam habet actus, ſuper quo interponitur , & idem tradit Old.conſ.238.& cōſ.278.in 3.q. Rom. conſ.249.in prin.& Aret.conſ.24. quos pro intellectu prædictæ regulæ refert Dec.in l.2.§.fi.nu.37.cum ſeq. in 2.lect. ff.ſi cert.pet. Verum in caſu noſtro cum emphyteuta iurauerit quolibet anno ſol uere tantam penſionem , eius apparebit cōſenſus,& proinde virtus promiſſionis erit, vt de anno in annū ſoluat, qui licet ex quodā legis beneficio habeat vel triē nij,aut biēnij (reſpectiuè,vt dictum eſt) dilationem , illud tamen beneficiū iure iurādo promittēs ſibi abſtulerit, vt ita ꝑ cisè ad ſeruandū quod promiſerit, tenea tur,iux.tradita a Bal.in c.quę in eccleſiarum,extra de cōſt.& ob id vide, quæ latius dicā infrà caut.68.nu.6.Sic igitur iu ramentū nō erit operatoriū contra iurātis cōſenſum, ſed bene ſecundum ipſius cōſenſū efficacius operabitur.d.l. ſi quis maior, & ibi not. Ad quod ēt vide Dec. in l.fi.ſub nu.10.ff.ſi cer.pet.

## Caut. LVIII.

### De eo,qui fundum,vel aliam rem emit,ſciens eam eſſe obligatam , vel alienam.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptor ſciens alienam,vel obligatā rē, euictionis non habet beneficium,niſi de ea expreſſè ſibi cauerit.Quæ tamē reſtrictio nō procedit in caſu , de quo ſub nu.7.verſ.Quod tamen.*

*Venditor,cum aduerſus eum de euictione agitur, quo conſilio emptorem excludere queat.* 2

*Sciens nō decipitur,ſed ſe ipſum decipit.* 3

*Legis 2.C.de reſcin. vēd. remedium locum non habet,cū ſciens quis rei qualitates , & onera,pro cariori precio emat.* 4

*Res tāti valet,quanti vendi pōt homini ſcienti qualitates,& rei conditiones.* 5

*Emptor etiam ſi rem alienam,vel obligatam ſciat , quo remedio euictionis beneficium ſibi reſeruet.* 6

*Sciēs vitium rei poteſt de euictione ſtipulari.* 7

*Et an ad precium agere poſſit,ſi nō ſit ſtipulatus,nu.8.*

*Intellectus ad l.emptorem.§.pen.& fi. ff.de contr.emp.*

*Donatio non præſumitur,cum alia coniectura capi poteſt.*

*Venditor rei valorem ſciens non utitur benef l.2.C.de reſc.vend.*

*Intellectus l fi.§.emptor.C.com. de leg. & conciliatio cum l.ſi fundum . C.de euict.& proſequere nu.ſeq.* 9

*Ex facto ius oritur.*

EMptor † ſcienter rem alienā, vel obligatā emens ſibi imputet , niſi expreſſè de euictione ſit ſtipulatus.l.ſi fundum ſciens . C.de euiction.& eſt tex. ad idem in l.ſi fratres, in fi. C.com.vtr.iud. 1

Conſilium † igitur venditori dabitur, vt cum aliquam vendit rem abſque expreſſa de euictione cautione, caſu quo cōtra eū de euictione agatur , articulet de emptoris ſcientia ſuper rei venditæ uitio : ſciens † enim nō decipitur, ſed ſe ipſum decipit,vt in ſuprad.ll.& in l.1.ff. de act. emp.ex quo fit,ꝙ † ſi rem aliquam quis emit,& ipſius rei onera ſciat , ac qualitates (quibus attentis precium minus poſſet, iux.tradita per Bar.ac cæteros in l.1. §.ſi hæres.ff.ad Trebel. facitque tex.in l. quoties.ff.de ædil.edic.) ac poſtmodum ex ipſis 2 3 4

ex ipſis oneroſis qualitatibus ſe vltra di-
4 midiam deceptum docere, & propterea
ad contractus reſciſſionem agere veller,
vel quod illud ſibi refunderetur, in quo
grauatus eſſet; iux. tex. l. 2. & quod ibi
not. C. de reſcin. vend. venditor conuen
tus obiicere poſſet: quod, quia non igno
rabat emptor conditiones, & rei qualita
tes, nullam inde læſionis prætendere pót
refectionem, vt habetur per gl. ac Bar. in
l. mortis cauſa capimus, in fi. ff. de don.
5 cau. mor. dum ſcilicet dicitur, q † res tã-
ti valet, quanti homini ſciẽti qualitates,
& rei conditiones vendi poteſt. De hac
materia latius tractabo infra in litera R.
caut. 2 6. Sed ad rem noſtram redeũdo,
qñ. ſ. quis ſciens rem alienam, vel obliga
tam emit, vt de euictione agere queat, re
6 mediũ † eſt q expreſsè de euictione ſti-
7 puletur, nam ẽt † ſi rei vitium ſciat, ſtipu
lari poteſt, vt colligitur ex d. l. ſi fundum
ſciens, & ibid. dicit glo. 1. per text. l. apud
Celſum, §. item Labeo ſcribit. ff. de doli
excep. & in d. l. ſi fratres, C. com. utr. iud.
ad idem Bar. in l. quemadmodum, poſt
gl. nu. 10. C. de agric. & cenſ. lib. 11. Cor.
conſ. 2. n. 13. lib. 3. Abb. in c. ſi quis alio,
in fi. de reb. eccl. alien. Aymo conſ. 64. n.
4. Tiraq. in retr. proxim. §. 12. gl. 1. num.
11. Quod tamen remedium non proce-
deret in eo, qui ſcienter rem à fiſco eme-
ret, caſu, quo fiſci procurator vendens in
mandatis non habuerit, vt de euictione
promitteret, Bal. in d. l. ſi fundũ, & Caſſa
neus conſ. 55. nu. 43. quos ad hôc refert
Gaſpar Caballinus in tract. de euict. §. 5.
ſub nu. 31. verſ. Non procedit.
8 Cæterum † ſciendum eſt, q qñ quis
alienam rem ſciens emit, nec de euictio-
ne ſtipulatur, ad precium agere poſſe vi-
detur voluiſſe Bar. in l. ſi familiæ, in prin.
C. de iud. fam. erciſ. per tex. l. emptorẽ,
§. pen. & fin. ff. de act. emp. per quẽ
tex. ita quoque tenet Aret. in §. fi. in prin.
Inſt. de empt. & vend. & idẽ tradit Aret.
in l. ſi rẽ aliquã. ff. de acq. poſſ. vbi Rip. n.
48. & Aret. refert ita tenere in d. l. ſi rem,

Borgninus Caualcan. de tut. & cur. ſub nu. 172. fol. 109. Nec deſunt, qui communi Doctorum ſententia receptũ id affirmarunt, vt refert Eman. Soar. in ſuo theſau. recep. ſent. litera E. nume. 140. & 245. quamque opin. ſequitur Gaſpar Cabal. in d. tract. de euict. d. §. 5. nu. 32. per tex. l. fi. §. emptor. C. com. de leg. vbi inquit, quòd non eſſet ponere os in cælum, dicere d. l. ſi fundum, corrigi per d. §. emptor, cum ea ſit vna ex quinquaginta Iuſtin. conſtitutionibus, Codici poſtmodum inſertis, in qua quidem conſtit. inquit decidi eundem caſum, qui habetur in d. l. ſi fundum, per ea illius conſtitutionis verba, cum ſufficiat ei ſaltem pro precio, quod ſciens dedit, pro aliena re ſibi ſatisfieri, & cætera. Iſtud tamen cogitandum relinquit, ſed quid opus eſt cogitatione? Habemus enim textum apertum in d. l. ſi fundum, de directo contrarium, qui cum non mutetur expreſsè, quare ſtare prohibemus? l. 2. C. de teſtam. tut. l. ſãcimus. C. de teſtam. l. præcipimus, in fine. C. de appell. & §. tribus, verſic. oportet, ibique glo. in uerbo, deſtruere, Authẽ. quibus modis nat. effic. ſui. Sic igitur dicendum eſt omnino procedere d. l. ſi fundum, ut ſcilicet ſciens rem eſſe alieno iuri ſubiectã, neq; etiam ad precium agere valeat, quam ſanè partem non ego ſolus, ſed alij quamplures tenuere, vt dici poſſit hãc eſſe magis communem concluſionem: eam nãque tenuere glo. (vt dixi) in dicta lege, ſi fundum, & ibi quoque Bartolus ſibi contrarius ita ſimpliciter pertranſit, glo. fin. & ibi Abb. in cap. ad audientiam, de rebus eccleſ. alien glo. Baldus, & Salyc. in l. iubemus, §. ſanè. 1. C. de ſacroſ. eccl. glo. Bal. & Salyc. in l. non dubitatur. C. de euict. Abb. conſ. 30. nu. 3. lib. 2. Paul. de Caſt. in d. l. emptorem. §. qui autem, nume. 3. ff. de act. emp. Cuman. conſ. 33. & conſ. 170. col. fi. Dec. conſ. 411. nume. 4. Gozad. conſ. 24. ſub nu. 7. verſ. Quarto eſt tex. ubi inquit omnes ita no. in di-

ćta lege,ſi fundum, Natta conſilio 181.
nume.8. Eman. Soar.in d. ſuo Theſ. re-
cep.ſen. litera E. ſub nu.140. Et reperio
quoque ipſum Cabal.ſibi eſſe contrariũ
in §.3.dicti ſui tractatus, nu.166. qui ꝓ
hac opin.allegat Bar.& Doct.communi
ter in d.l.fi.§.emptor . C. com. de leg.&
quidem Bar.in effectu,& cõiter Doct.id
ibi ſentiunt,licet ipſe Bar.in intellectu e-
ius.§. in vna ſit opin. diuerſa à gl.& aliis
communiter,vt ego in hac caut.in fi. di-
cam.Et ſic cum iſtis tenendo, ad tex.d.l.
9 emptorem,reſpondeo ego, ꝙ † quando
euictionis renuntiatur beneficio (prout
ibi fit) non propterea neceſſario dicẽdũ
eſt,quod renuntians donare voluerit,nã
& poteſt eſſe,ꝙ ignorauerit eſſe alienam
rem,imò ꝙ verè alienam non eſſe,vel al-
terius iuri ſuppoſitam crediderit rem,&
ideo facile talem fecerit renũtiationem.
10 proinde cum † alia poſſit admitti,quàm
donationis cõiectura, credẽdum non eſt
quòd quis ſuum gratis concedere velit.
l.cum de indebito.§.1.ff.de prob.Domi
nus meus Ceph.cõſ.495.nu. 11. Quod
ſecus eſt, cum emptor alienam ſciẽs rem
precium ſoluit, nam tunc nulla alia pro-
babilior cadit coniectura, quam ꝙ ille
ſuum iactare voluerit,iux.tradita a Bart.
& Doct.ac Cagn.nu.124.in d.l.2. C. de
11 reſcin. vend. dum dicunt, ꝙ † venditor
rei valorem ſciens, & minori precio uẽ-
dens,id,quod plus valet res,cenſetur do
nare velle, & ideo non vtitur benef. di-
ctæ leg.ſecundæ.Denique pro ſolutione
obiecti d. l. emptorem, prędictis inhę-
rendo,optimè facit tex. leg. primæ.ff.de
condic.indeb.& l.cuius per errorem. ff.
de regulis iuris. Et ita inuenio, quòd in
caſu ignorantię, textum dictæ leg. em-
ptorem, procedere intellexit glo. fin.in
fi. dictæ leg. ſi fundum (vbi etiam glo.
ad alia obiecta reſpondet, tuendo deci-
ſionem dictæ leg. ſi fundum) & ita etiã
voluit intelligere glo.1. in fi. l. fi. C. de
com.rer.alien.quod & tradit in dicta le-
ge, non dubitatur.C.de euict.Neque pa
riter ob.d.l.fin.§.emptor.C.com.de leg.
quia cõtra Caballinum dico, quod † cer- 12
tè eſſet ponere os in cœlum, ſeu parado-
xa quoddam introducere, vt ex Iuſtinia-
ni pectore trahatur, quod ipſe noluit ꝓ-
ferre, nec intelligere voluiſſe dicendum
eſt,ex quo, vt dictum eſt, in dubio legũ
correctio non eſt inducẽda,quod & tra-
dunt D.Ioan.Ceph.conſ.278.num.67.
& conſ. 535. nume. 15. Rolan. à Valle
conſ.80.nume.49.volum. 1.& conſ.31.
nume.5.volum.4. quodque eſt indubi-
tatum. Planè ſi Iuſtinianus illud ad ca-
ſum quoque d.l.ſi fundũ,extendere vo-
luiſſet, non in occulto erat id apertè con
ſtituere: quod cum non fecerit, nec nos
intelligere debemus,facere voluiſſe,iux.
tex.l.1.§.ſin autem ad deficientis. C. de
caduc. tollen. Quoniam † igitur ex 13
facto propoſito ius oritur. l.ſi ex plagis.
§.in cliuo.ff.ad legem Aquiliam, nos ſe-
cundum factum ibi propoſitum eam Iu
ſtiniani deciſ. intelligamus, & ſic dica-
mus vna cum glo. ibidem eſſe caſum
omnino diuerſum à caſu, & generali
reg. dictæ leg. ſi fundum, nec illius ſpe-
cialitatis deeſt ratio, quia in eo caſu me-
rito recedatur à regula communi: cum
enim quis emit rem ſub conditione re-
lictam, ſciens ipſius rei grauamen, opti-
mo iure in caſu euictionis ad precium
agit, quoniam pendente conditione ſcit
dominum eſſe venditorem, & quamuis
non ignoret ſub conditione eam rem
eſſe legatam, ea tamen conditio non eſt
potens ad parandam iniuſtam emendi
cauſam, cum ipſa nihil in eſſe ponat,
lege, ſi quis ſub conditione dandorum
x. ff. ſi quis om. cau. teſt. At in caſu di-
ctæ leg. ſi fundum, totum eſt contra-
rium, nam emptor ſcit dominium non
eſſe venditorem, vel obligatam rem de
præſenti, vnde nimirum ſi ibi non agit
ad precium, in d.auth.l. fi. §. emptor. C.
com.de leg. ſic & ſi dicas, quòd imò &
in d. §. emptor, loquitur Iuſtin. de re
quoque ſubiacente reſtõni de pręſenti,
nedum

nedum ſub cōditione, quia ſupra fit mētio de eo, quod ſubiacet reſtitutioni purè, vt in eadem l. §. ſed quia noſtra, prout & pependit Bar. in d. §. emptor. Reſpondeo, ꝙ communis eſt opi. cum gl. reprobata Bartoli opin. vt tradit Cum. d. conſ. 33. quod & ipſe tenet d. conſ. 170. in fi.

## Caut. LIX.

## De emptione, quæ communi nomine fit.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptio ab vno facta proprio, et alterius nomine, ſocietatem inducit. & quid iuris circa pecuniæ ſolutionē per vnū ex ſocijs factam ad rem emēdam, qđ intellige iunctis tribus limit. de quibus nu. 3. 5. & 6. & iuncto eo, quod dicitur nu. 9.*

2 *Emptio ſi a duobus cōmuniter fiat, quid ſeruandum circa mentionem exburſationis pecuniæ.*

4 *Mutuum accipiens, & mox aliquid acquirēs pro ſe, & alijs, an præſumatur illud quæſitum de mutua pecunia.*

7 *Intellectus ad l. ſi defunctus. C. arb. tut. & nu. 8.*

10 *Pauperem qui prætendit aliquem probare debet, ac quomodo Paupertas probetur, remiſſiuè, nu. 11.*

1 Emptio † ab vno facta proprio, alteriusque nomine, in ipſa re empta ſocietatem ſiquidem inducit: ſed ſi ab vno eſt ſoluta pecunia, nec habita mentio, quòd de propria ſolueretur, præſumitur facta ſolutio de propria exburſantis pecunia. ideoque ſocius, ſi rei emptæ voluerit partem, tenebitur ad reddendam alteri ſocio pecuniæ portionem, tex. eſt, & per eum not. Bar. vbi caſum ponit in duobus fratribus, quorū alter emat pro ſe fundum, & pro fratre ſuo, in l. 2. C. pro ſoc. quod dictum ſequitur, & ſingulare ait Rom. ſing. 291. Cum iſti fratres, & ſing. 436. Quid ſi emeram. idemque conſ. 3. circa medium, ac conſ. 270. Cuman. conſ. 87. poſt prin. Abb. conſil. 46. lib. 1. circa finem, idque ſequitur Cæpo. caut. 128. Si vnus ex fratribus, Dec. & alii, quos ipſe allegat, conſ. 238. ſub nu. 5. conſ. 348. nume. 4. conſ. 442. nume. 38. & conſ. 628. nume. 2. Franc. Bec. conſi. 113. nu. 28. Ideo Bar. in d. l. 2. nu. 3. conſilium tradit, quòd † quando duo communiter emunt, & vnus pecuniā ſoluit, alter caueat in inſtrumēto apponi, ꝙ precium de communi pecunia ſoluit, idq; perpetuo menti tenendū admonet, quia ad mille aureos valebit, inſuper cū Bar. vide Pau. conſ. 46. in 2. dub. vol. 1. Alex. conſ. 78. vol. 2. Barb. conſ. 33. vol. 1. & alias authoritates, quas refert Apoſtil. ad Bar. in d. l. 2. in uerbo, ideo ſitis. C. pro ſoc. Super hoc caſu in cauſa non modici momēti cōſultus ego alias reſpōdi, in dubio præſumi ſolutionē de propria exburſantis pecunia factā fuiſſe, & ideo ſociū volentem ſocietatis iure ſe ad emptæ rei portionē admitti, partis preciū perſoluere debere, & iuxta notum meum (ut audiui) Sabloneta ab Illuſtriſs. Cōſiliariis Ill. & Excell. Ducis Veſpaſiani Gōzagæ, Dñi mei colendiſs. quibus cauſa demandata fuerat, iudicatum eſt. 2

Iſta aūt egregia Bartoli doctr. limitatur non procedere tribus modis, & primo † quando res eſſet quæ ſita ab aliquo ita nomine ſuo, & fratris, ſeu coniuncti, ſicut pro extraneo, quia tunc res empta pſumitur de pecunia illius extranei, vt probat tex. in l. fin. C. de pign. per quem tex. dicebat Bar. notabiliter, in l. ſi ventri. §. ſi. ī fi. ff. de priu. cred. ꝙ † ſi quis mutuā accipiat pecuniā, & mox aliquam faciat expenſam in ſui, ſuorumve vtilitatē, præſumitur de mutua pecunia feciſſe, ſed ſi expenſam in extraneorū utilitatē faciat, tunc ſecus eſt, non enim præſumitur 3 4

accipere mutuo pecuniã pro extraneis,
& ita in terminis noſtris tenet Roman.
d.conſ. 3.

5 Secundo † limitatur quod dicit Bar.
non procedere in negociorum geſtore,
vel hæreditatis communis adminiſtrato
re, ſi conſtaret aliquam rem vẽditam eſ-
ſe, & non conſtaret in quo fuiſſet eroga-
ta talis pecunia, ad quod vide ſignanter
Rom.conſ.276.in 2.colum.ad fi. incip.
viſis dubitationibus.

6 Tertio, & vltimo limita † procedere,
niſi probetur, ꝙ ante ſocietatem ille, qui
ſocius emit, erat pauper, & non conſta-
ret, ꝙ poſt ſocietatem aliam negotiatio-
nem egerit, vltra hãc talem ſocietatem,
pro quo ſignantet vide Rom.conſ.346.
incip.in hac cauſa, colum.3.verſ.Quęro
ad tertium, licet in hoc de paupertate cõ
trarium velit Cum.d. cõſ. 87. poſt prin.
quod probari videtur per tex. in l. ſi de-
functus. C.arb.tutelæ (quem tamen te-
xtum inferius declarabo, oſtendens ad
caſum noſtrum non aptari) pro quo ẽt
facit tex.l.ſi creditores, in fi. ff. de ſepar.
bon. & facit etiam quod tradunt Doct.
de eo, qui omnia bona ſua pręſentia (nõ
futura) donat, nam licet non ualeat om-
nium bonorum præſentium, & futuro-
rum donatio, p tex.l. ſtipulatio hoc mo-
do concepta, & ibi Bar. & omnes, ff.de
verb.oblig.& vt ego de hoc latè tractaui
ſupra caut. 51. tamen futura ſi non do-
nentur, ſed bene præſentia omnia, dona
tio valebit, nam tũc ratio prohibitionis,
quæ eſt, vt non auferatur teſtandi facul-
tas, ceſſabit, quia præſumetur donãtem,
licet per eam donationem pauper fiat,
in futurũ lucrari, & ſic de eo teſtari poſ-
ſe, vt ita communem concludit eſſe op.
Ruyn.conſ.178.nu.3.lib.1. & conſ.13.
num.3.lib.2.quamquàm concluſ.com-
munem quoque ait Alex.in l.fi.poſt nu.
3.C.de pact.Claud.in l.pactum, num.4.
C.eod. quos refert, & ſequitur Clar. in
§.Donatio, q.19.verſ.& ex hac ratione.
Saluando tamen prædictam tertiam li-
mitationem dic primò.d.l.ſi creditores,
cum ea ſubſequenti ratione de don. præ
ſentium omnium bonorum, non facere
ad propoſitum noſtrum: in illis enim a-
gitur de pręſumptione eius, quod in fu-
turum euenire potis eſt, ex qua quidem
pręſumptione non datur intelligi, quòd
ita præcisè erit, ſed tantum quòd poteſt
eſſe. nos vero agimus de præſumptione
eius, quod in præteritum cõtigit, ex qua
quidem præſumptione daretur intelli-
gi, quòd ita præcisè euenerit, præſumen
do ſcilicet, non obſtante paupertate illũ
quæſiſſe ſibi pecuniam, ex qua emerit.
His modo ſic ſublatis poſterioribus fun
damentis, ad aliud tollendum de d.l. ſi
defunctus, duos hac in re diſtingue ca-
ſus. Primus eſt, quando conſtabat em-
ptorem eum ante fuiſſe pauperem, verũ
non in totum ſe exercuit circa ſocietatẽ,
vt videatur de ipſo ſocietatis exercitio
pecuniam redemiſſe, ſed aliquid aliud
fuit negotiatus, ex quo talem potuerit
acquirere pecuniam, & eo caſu præſumi
tur de propria pecunia emiſſe, & ita
fuit quaſi præcisè caſus, ſuper quo ego
cõſului, & obtinui, vt dixi. Alter autem
eſt caſus, quãdo probatum eſſet, empto-
rem antea pauperem eſſe, nec ex aduer-
ſo probaretur quid negocii egiſſe, quo
videretur inde lucrum proueniſſe, &
tunc præſumeretur de communi pecu-
nia emiſſe, prout † ita declarat Rom. & 7
intelligit d.l.ſi defunctus, quem pro iſta
conciliatione refert, ac ſequitur d.Pet.
Paul.Pariſ.ad Bar.in d.l.2. C.pro ſocio.
Et iſta quidem diſtinctio in caſu noſtro
applaudet Bartoli menti in l.cum opor-
tet, in prin.ſub nu.5.C.de bon. quæ lib.
licet ex eius dictis alius reſultet intelle-
ctus ad d.l.ſi defunctus, in quem etiam
ſenſum incidit ipſe Bar. pro intellectu
eius.l. ſi defunctus, in l. ſi patruus, verſ.
Aut dubitatur ex qua pecunia, qui eſt
ſub num.4.C.com.vtr.iud. Vult † enim 8
Bar.in caſu d.l.ſi defunctus, ideo nõ præ
ſumi de pecunia pupilli factam emptio-
nem,

nem,quia delictum præſumeretur,præſumendo factam ſibi emptionem a tutore de pecunia pupilli,quod ſanè delictum in dubio non præſumitur, vulg.l. merito.ff.pro ſoc.Et inquit ipſe Bar.hoc caſu non eſſe diſtinguendum, an fuerit ille artifex,ſeu induſtrioſus, nec ne. bene verum inquit ipſe Bar. in d.l.cũ oportet,ꝙ quando nullatenus de delicto ageretur,ſiue diceremus factam eſſe acquiſitionem de bonis alterius, ſiue de bonis propriis ementis,tunc recurrendum eſſet ad coniecturas, an ſcilicet artifex fuiſſet, vel induſtrioſus, nec ne, & prout ſecũdum iſtud membrum diſtinctio in caſu noſtro procedere videtur, licet non intellectus d.l.ſi defunctus,Reducitur inquam ſupradicta caſus noſtri diſtinctio ad terminos doctrinæ Bartoli, quoniam in ſiẽda hac præſumptiõne de ſocio, qui cõmuni nomine emeret, ſeu præſumeremus de communi pecunia emiſſe,ſeu etiam præſumeremus de propria comparaſſe pecunia, nullum inde reſultaret delictum, dicamus ergo bonã eſſe in ſe Romani, & Pariſii in propoſito noſtro diſtinctionem,non verò intel-
9 lectum ad d.l.ſi defunctus. Onus † autem probandi, quòd ante eſſet pauper iſte emptor incumbere ei,qui dicit quæſitum eſſe de pecunia communi, & hoc probato teneri ex aduerſo ipſum emptorem probare, ꝙ aliquid ſuo nomine negotiatus fuit, ex quo potuit eam lucrari pecuniam,tradit Pet.Pau.Par.in d.Apoſtil.ad Bar.d.l.2.C.pro ſoc.in fi.quod inquit colligi ex verbis Romani.d. conſil. 346.ad quæ etiam videndum dicit Bal. in l.in reſtituenda. C. de pet. hæred. Et iſtud quidem in terminis noſtris verum arbitror,& pro hoc eſt doctr.Bar. in l. ſi uero. ſub nu.6.ver. Alia gl.ff. qui ſatiſd.
10 cog.vbi dicit,quòd † qui negat aliquem idoneum,debet probare, iſtud intelligẽdo, (prout ait Bar.d.loco) ſecundum gl. ſing.in d.l.ſi vero, §.qui pro rei, videlicet,quando talis negatio eſt cauſa intentionis eius, qui negat. inquit enim ipſa gl.ꝙ ſi diuitiæ ſunt cauſa intentionis alicuius,ille debet probare ſe diuitem, idẽ & de paupertate dicit gl. quam ſequuntur poſt Bar.ibi,Caſt.Alex. & Iaſ.ac alii, de quibus ibid.Iaſ.Afflic.deciſ. 377.nu. 6.& Rol.à Valle cõſ.20.nu. 19. uolum. 2.Qua ſcilicet probata paupertate, quia nos ſumus extra caſum d.l.ſi defunctus, vbi non ſufficit paupertatem probare, præſumptio contra eum ementem inducetur, vt qui ſemel pauper conſtiterit, ſemper pauper fuiſſe videatur,arg.l.non eſt,iuncta ibi gl ff.de prob. ex quo poſtmodum ad eam elidendam præſumptionem ipſe negotiationem ſecutam poſtea probare teneatur, quæ cum in facto cõſiſtat,nõ præſumitur.l.in bello, §. factæ. ff.de capt.& poſtl.reuer.cũ uulg. Quali-
liter † autẽ paupertas probetur, vide pe- 11
nes Bar.in l.ſi conſtante, nu. 14. & ibid. Doct.ff.ſol.matr.& Card.conſ.87.& uide omnino gl.in l.cũ de lege.ff. de prob. Bar.in l.fi.§.licentia,num.1.& Iaſ.ibi.C. de iure deliber. Afflict.d. deciſ.387. ſub num.3.verſ. ſed in contrarium, & verſ. Et ideò ipſe Ant.

## Caut. LX.

### De indemnitate eius, cui fundus obligatus traditus eſt,& de repellenda eiuſdem malignitate.

*SUMMARIUM.*

*Euictionis fideiuſſorem vt det venditor pro fundo ſibi tradito cogi nequit: idem eſt in hærede grauato reſtituere hæreditatem retento fundo alteri hypothecato, aduerſus fideicommiſſum,nu.2.Conſilia tamen dantur pro ipſo emptore,nu.36.cum ſeq.* 1

*Nõnulli tamen ſunt caſus,quibus emptor venditorem cogit ad dandum fide-*

*fideiuſſorem, de quibus remiſsiuè nu. 3. & duo exprimuntur nu 4. 7. & 9.*

*Conſiliumque datur pro emptore ſecũ dũ vnũ ex caſibus memoratis, nu. 6.*

5 *Renuntiare fauori ſuo quilibet poteſt.*

8 *Euictio quando dicatur imminere in limine contractus, & eo in caſu venditor ſi precium vult cauere cogitur de euict. nu. 7. & 9. Amplia nu. 10. & declara vt nu. 11. & 12.*

13 *Emptores quandoque ſolent ſubijcere perſonas, quæ ſibi litem moueant de re empta, vt venditorẽ precium petentem eludant.*

*Contra quos tamen pro venditore dãtur ſex conſ. num. 14. 16. 18. 21. 23. & 24.*

15 *Sciens non decipitur, ſed ſeipsũ decipit.*

17 *Emptores ſubmittens aliquos, qui ſibi litem moueant de re empta, puniũtur extra ordinem. Item & qui litem mouent.*

19 *Iudex ſicut poteſt inquirere cõtra agentẽ, & eum repellere a limine iudicij, ita & poteſt contra excipientem.*

20 *Contrariorum eadem eſt diſciplina quãdo eadem viget ratio.*

22 *Hæredes viri habẽt anni dilationem ad reddẽdã dotẽ, quæ in pecunia, mobilibus, & rebus incorporalibus cõſiſtit, etiam ſi ſint diuites.*

25 *Legis, ſi quis maior, diſpoſitio procedit in quolibet contractu iurato.*

26 *Vendat ſi quis fundũ pro centũ, & emptor ſoluat dimidiũ, aliũ dimidium ſoluere promittat cum iuram. ac exigat cautionẽ de euict. ad duplum, ſi nõ ſoluit in termino quas pœnas patiatur.*

27 *Venditor ſi dolo ad iurandum emptorẽ inducat, iuram. viribus caret.*

*Dãnum, qđ quis ſua culpa ſentit ſibi imputet. ſub nu. 14. verſ. Damnum.*

28 *Dolo deceptus non conſentit. Iõ cum dolus in iuram. ineſt, iuram. non eſt obligatorium, n. 29. et nõ ualet ipſo iure, nu. 32. & 34. & an idem ſit, ubi uis, uel metus ineſt, nume. 33.*

*Datur tamẽ conſ. ut ẽt quando dolus ineſt, petatur abſolutio a iur. nu 35.*

*Iuram habet tacitam conditionem, niſi dolus inſit.* 30

*Verba ſimplicia trahuntur ad ea, quæ quis veriſimiliter comprehendiſſet.* 31

EMptor, † cui vẽditor hypo- 1
thecatũ, alienumve tradidit
fundũ, non põt ipsũ cogere
uẽditorẽ, vt ſibi de euictione
fideiuſſorem det, lege illud
quæritur, & ibi gloſſ. & lege emptori.
ff. de euict. & l. qui rem. C. eodem Angel.
Aret. in §. fin. ſub nume. 4. verſic.
nam licet venditor. Inſtit. de ſuſp. tut. &
ita infert Ang. in lege prima. §. ſi hæres.
ff. ad Trebellian. quem ibi refert, & ſequitur
Ripa num. 31. Ideo, quia in dicto
§. ſi hæres, notatur, quòd † hæres 2
grauatus hæreditatem reſtituere, retento
fundo alteri hypothecato, fideicommiſſarium
cogere nequit, vt ſibi de euictione
cautionem det, iſtam tamen † ſic 3
traditam concluſionem limitatam habes
pluribus modis per Gaſp. Caballinum
in tract. de euict. §. 2. num. 7. cum
nonnullis ſeq. poſt Bar. in l. 1. §. ſtipulationum,
ff. de præt. ſtipul. & Ang. Aret.
in §. fin. ſub nume. 4. Inſt. de ſuſp. tutor.
Ex quibus limitationibus duas tantum
hic, ordini noſtro congruas, inſeram, &
vna † hæc eſt, ſi expreſsè inter partes a- 4
ctum ſit, vt venditor pro euictione daret
fideiuſſorem, quem ſecundum autorem
vulgo appellant, d. l. illud quæritur,
& dicta lege, emptori. ff. de euict. d. l. 1. §.
ſtipulatio duplæ. ff. de præt. ſtipul. l. pacta
conuenta, & ibi glo. ff. de contrahen.
empt. l. fin. §. emptor. ff. de reſcinden.
vendit. & not. in dicta lege, qui rem, ac
etiam no. in l. non iccirco. C. de contrah.
èmpt. facit tex. in l. contractus, verſi. Sed
hoc ita. ff. de reg. iur. cum ſimilib. Planè
cum venditoris intuitu illud, ne fideiuſſores
præſtare cogatur, inductum appareat,
conſtat quoque † eũdem poſſe eius 5
renun-

renuntiare beneficio.lege, ſi quis in c ɔn
ſcribendo. C. de epiſcopis & clericis, &
lege penultima. C. de pactis. Emptor
6 ideo † conſilium ſibi aſſumat, quando
fideiuſſorem pro ſua indemnitate acce-
dere optauerit, vt iſtud nominatim in
7 contractu agi caueat. Altera † modo
eſt hic proferenda limitatio, quando
ſcilicet immineret euictio in limine con
8 tractus (id eſt † quando precium non-
dum eſt ſolutum, & lis ſuper re moue-
tur ab aliquo, vt probat tex. l. ſi poſt
perfectam. C. de euict. & per quem ita
declarat Aret. d. §. finali ſub dicto nume-
ro quarto. Inſtit. de ſuſp. tut. & ita etiam
dicit Cabal. d §. 2. ſub numero octauo
9 circa prin.) tunc † enim ad præſtan-
dam fideiuſſionem venditor vrgeri po-
teſt; ſi precium accipere vult. l. habita-
tionum. §. 1. & ibi glo. Bartolus, Baldus
& Salycetus. ff. de peric. & com. rei uẽd.
dicta lege, ſi poſt, & ibi not. glo. Cynus,
Bartolus, Baldu, Angelus, & Salycetus.
Azo in ſumma. C. de euict. ſub numero
octauo, verſic. Sed ſi in limine, notatur-
que in dicta lege, qui rem, C. de euict. Ia-
cob. de Are. Bar. nu. 2. in l. à Diuo Pio, &
Alex. num. 6. ff. de re iudic. Bal. Salyc. &
Paulus de Caſtro dicta lege, non iccirco.
Baldus in lege, ex prædiis. C. de euictio.
Bartolus in lege prima. §. ſtipulationum,
in quo expedit. d. §. ſtipulatio duplæ. ff.
de prætor. ſtipul. Aret. in d §. finali, ſub
dicto numero 4. Inſtit. de ſuſp. tut. Ang.
conſ. 121. Caſtr. conſ. 46. incip. ſuper eo
quod quæritur, libro primo. Rom. con-
ſilio octauo, quæſtione vltima. Soc. cõſ.
208. in fi. volumine ſecundo. Natta con-
ſilio 267. Alba conſ. 107. numero quin-
to, Bertran. conſ. 60. libro ſecundo, par.
2. Neguſ. in tractatu de pignor. primo
membro quintæ partis, ſub numero ui-
geſimooctauo, verſic. Sed quando im-
mineret. Practic. Papien. in for. libel. in
cauſa vend. in verbo, promittens, nume-
ro quinto. Ripa d. §. ſi hæres, ſub nume.
32. & alii quamplures, quos hic tædio-
ſum eſſet magis, quàm vtile referre, ſa-
tis ſit, quòd hæc patet receptiſſima om-
nium ſententia, quæ ampliatur † ut pro- 10
cedat non modo quo ad præſtandam fi-
deiuſſionem pro eo, ſuper quo ſpecia-
liter euictio imminet, ſed etiam genera-
liter pro omni euictione, quæ contin-
gere poteſt: lis enim, quæ mouetur in
ſpecie, cauſa eſt impulſiua, non finalis,
arg. l. 1. §. ſexum, iũcto. §. origo. ff. de po-
ſtul. & probant in terminis noſtris tex.
generaliter loquẽtes in dict. lege, ſi poſt.
& in d. l. habitationũ. d. §. 1. ff. de peric.
& com. rei vend. & iſtam mouet dubita
tionem gl. Sed non decidit, in d. l. ſi poſt
perfectam, quod tamẽ decidere uidetur
in d. §. emptor, tenens generaliter preſtã-
dam eſſe fideiuſſionem, ſequũtur Dyn.
in d. §. ſtipulatio duplę, & poſt eum Bar.
ibi, nu. 2. Bar. in d. §. emptor. in d. l. habi-
tationum. §. 1. Bar. & Doct. in d. l. ſi poſt
perfectam, Rom. conſ. 204. in 2. dubio.
Ang. Aret. d. §. fi. ſub d. nu. 4. verſ. & ad-
uertas. Inſtit. de ſuſp. tut. Neguſ. ubi ſ. ac
alii, quos refert, & ſequitur Caball. d. §.
2. nu. 12. quod & tradit in §. 5. ſub n 49.
verſ. Quæ fideiuſſio. Iſtud † autem, quod 11
dixi, imminente euictione in limine
contractus poſſe vrgeri venditorem ad
fideiuſſorem dandum, ſi precium conſe
qui vult, intelligas ſi lis aliqua in effectu
mota fuerit, vt probãt tex. prædicti in d.
l. habitationum, & in d. l. ſi poſt, & ita
ſentiunt omnes præcitati Doct. ac iſtud
declarat Natta d. conſ. 267. prout & re-
fert Caball. in d. §. 2. ſub nu. 8. ad quod
etiam uide Ang Aret. d. §. fin. ſub d. nu.
4. Item ſcias, quòd † emptor ad præſtan- 12
dos iſto in caſu fideiuſſores hoc nõ fuit
actionis iure, ſed ope exceptionis, id eſt
qñ ſibi de precio lis mouetur, vt probãt
dicta iura. l. habitationũ, & l. ſi poſt, per
quæ ita tenuit gl. & Bar. ſequitur in d. §.
ſtipulatio duplæ, Bal. ĩ d. l. ſi poſt, qui di-
cit, ꝙ uẽditor nõ cogitur pręciſè ad dan-
dum fideiuſſorem, ſed cauſatiuè ſi pre-
cium conſequi vult.

Et

Et ideo dicere Doc. ad materiam præ
13 nominati conſueuerunt, ꝙ † emptores,
ne ſoluant precium, aut ſaltem ſolutio-
nem differant, fraude vti ſolent, vt non-
nullos ſubmittant, qui contra ipſos em-
ptores litem moueant, & ſic vẽditoribus
precium petentibus exceptionem iſtam
opponant, videlicet eos non teneri, niſi
præſtita cautione de euictione, cui tamẽ
malitiæ multifariam obuiam iri poteſt.
14 Et † primum (eſto, ꝙ emptoris incitatio
habuerit inde fundamentum, quia verè
eſſet res vel aliena, aut obligata) ſi mani-
feſtum fiat, ſciuiſſe emptorem talem rẽ
eſſe alienam, aut obligatam: tunc enim
emptor nequaquàm ſe adiuuare vale-
bit, quia neque etiã re euicta de euictio-
ne agit, nec ad precium, quod dedit, re-
cuperandum. l. ſi fundum ſciens. C. de
euiction. & latè dixi ſupra caut. 58. Ac
iſtud in terminis noſtris tradit poſt eos,
quos refert, Caball. d. §. 2. ſub d. num. 8.
Damnũ enim, quod quis ſua culpa ſen-
tit, ſibi imputare debet. c. damnũ, extra
de reg. iur. lib. 6. & l. quod quis. ff. eod.
15 Ac dici ſolet, ſciens † non decipitur, ſed
ſe ipſum decipit. l. 1. ff. de act. emp. Sin
autem probari non poterit ſciuiſſe rem
eſſe obligatam, aut alienam emptorem,
quæ & uerè nullum in ſe vitium conti-
neat, ſed ceruicoſus emptor ita cõtra vẽ-
ditorem ſuum petentem malignare vo-
luerit, ſecundum erit pro ipſo venditore
16 remedium, vt † cum Iudice procuret, ꝙ
emptorem compellat ad iurandum, ſe
iſtud per calumniam non facere, nec ta-
lem perſonam ad litem mouendam in-
duxiſſe, & eodem modo illum iureiurã-
do adigat, qui litem mouit, Bar. in d. l. ſi
poſt, Aret. in d. §. fi. ſub d. num. 4. verſi.
17 Quærit Bar. qui plus dicit, ꝙ fraude † ad
uerſus iſtos comperta extraordinariè pu
niri poterunt & pro qua re adduco l. 3.
ff. de crim. ſtellion. Idem tradit remediũ
Salyc. d. l. non iccirco, Soc. d. conſ. 208.
ſub nu. 5. verſ. Secunda defenſio, vol. 2.
Cur. ſen. in l. vnica, in fine. C. de prohib.
ſeq. pecun. Quòd ſi calumnia detegere-
tur, emptor repelleretur, prout etiam re-
pelleretur venditor, qui offerre vellet fi-
deiuſſorem, vt precium conſequeretur,
ſi venditoris ipſius calumnia palam fie-
ret: emptor enim non teneretur tunc ad
precii ſolut. etiam ſi offerret venditor
euictionis fideiuſſorem, vt hæc tradit
Caball. d. §. 2. ſub nu. 9. & 12. ad fin. per
Neuiz. conſ. 37. Inquit tamen doctiſſi-
mus noſtra tempeſtate Iuriſc. d. Iacob.
Men. de arb. iud. lib. 2. caſu 224. ſub nu.
5. melius fore, ſi illi actori iuramentum
deferatur, vt iuret, an ab emptore fuerit
inductus, vt litem moueret, nam is faci-
lius rei veritatem patefaciet, cum tanti
eius non interſit: ſed & iſtud remedium
non omnino tutum eſt, ſunt enim homi
num nonnulli faciles ad iurãdum, l. quæ
ſub conditione. ff. de cond. inſt. prout &
tradit Bald. in d. l. ſi poſt perfectam, Me-
noch. d. caſu 224. ſub d. nu. 5. & excla-
mat Caball. d. §. 2. nu. 10. Ideo fortè uti-
lius continget Tertium hoc remedium:
vt † ſcilicet ipſe venditor allegãs, empto 18
rem per dolum, & fraudem actorẽ pro-
mouiſſe, vt eidem emptori litem infer-
ret, ne pecuniam numeraret, officium
Iudicis requirat, vt coniecturis arbitrio
ſuo pẽſatis fraudem ipſam excutiat, quo
poſtmodum emptorem ipſum ab exce-
ptione ſua malignè propoſita repellat, &
ita vide Cur. ſen. in d. l. 1. in fi. C. de pro-
hib. ſeq. pec. quod & per eundem tradit
Caball. d. §. 2. ſub nu. 11. verſ. Poterit. Ad
iudicem enim ſpectat prouidere, ne frau
des committantur, arg. l. hoc autem, in
prin. ff. ſi cui plus, quam per l. Falcid. Et
† ſicut Iudex inquirit cõtra agentem ſi- 19
ne actione, & cui non competit agendi
ius, & poteſt ipſum à limine iudicii re-
pellere, vt no. gl. Bar. & Doct. in l. vbi pa-
ctum, C. de tranſact. Soc. conſ. 255. ſub
nu. 5. ver. Secundo poſito, volum. 2. Ita
& poteſt inquirere contra excipientem,
& eum excipiendi ius non habẽtem ex-
pellere, quia † contrariorum, in quibus 20
eadem

eadem eſt ratio, eadem debet eſſe diſci-
plina, Doct.& max.Rip. in rub.ff.de ac-
quir.poſſeſſ. In hoc igitur apparet bonũ
eſſe, benignum, & fauorabilem habere
iudicem, prout & ait Cur.ſen. d.l.vnica,
in fi. quemadmodum & in cæteris om-
nibus dubiis, & arbitrariis caſibus ipſũ
habere benignum nobis iudicem bonũ
eſt, vt docuit Abb.in c.1.nu.15. extra de
conſtit. quem refert Men. in præcitato
caſu, in fine. Sed ſi neque videatur ali-
qua ex cauſa venditori, arbitrio iudicis
negotii huius committẽdam diffinitio-
nem, Quartum ei propono remedium,
21 vt † ſcilicet denuntiatus venditor (ſi for-
tè ſibi licuerit) autori ſuo pariter ſibi mo
tam litem denuntiet, quia vbi ſoluendo
erit, euictionis periculum imminere nõ
dicetur, ſecundum Afflic. deciſ. 171. &
Nattam, d.conſ.267. nu. 4. quos refert
Caball.d.§.2. nu.18. Quod & dicẽdum
eſſe, quando ipſemet vẽditor immedia-
tus ſoluendo eſſet, ait Menoch. de arb.
iud.d.caſu 224.nu.4.lib. 2. Quo fiet, vt
& poſſit iſte venditor allegare ſe ipſum
eſſe ſoluẽdo, & certè pro hoc facit quod
tradit Bal.in l.clericis, C.de epiſc.& cler.
quem allegat Afflict. in modo citata de-
ciſ. Quia vbi fideiuſſor dari debet, non
eſt dandus, ſi principalis eſt ſoluendo.
ego tamen omnino huic traditioni Af-
flicti, Nattæ, & Menochii nõ acquieſco,
primo per tex.l.minor.§.fi.iuncta.l.non
videtur.ff.de proc. vbi habetur, ꝙ qui te
netur ſatiſdare iudicatum ſolui, non re-
leuatur ex eo, quia locupletiſsimus ſit.
Secũdo me facit dubitare, quia videm',
22 ꝙ † anni, quam habent hæredes viri, di-
lationem ad reſtituendam dotem, quæ
in pecunia, vel mobilibus, aut rebus in-
corporalibus conſiſtit. l. 1. §.exactio. C.
de rei uxor. act. ſublata ideo nõ dicitur,
quia ipſi hæredes locupletes exiſtant, vt
per Bar.& alios in l.diuortio. §. interdũ.
ff.ſol.matr.Iaſ.in §.fuerat, qui hanc com
munem dicit, num.28.verſ. & ita tenent
communiter, Inſti.de action. quamque
communem aſſerunt Rolan.à Valle cõſ.
10.nu.19.vol.1.& Lauren. Chircou. in
1.cent.com.opin.concl.92. vnde patet,
ꝙ licet ob diuitias videatur quod eſt a
lege inductum ceſſare poſſe, tamen illis
non obſtantibus, legis ipſius diſpoſitio
ſimpliciter emanata ſimpliciter intelligi
tur, ex quo idem dicendum videatur in
caſu noſtro, ſicque tertio aduerſus iſtud
quartum remedium dubitari poteſt, nã
leges ſuperius allegatæ, quæ volunt, non
poſſe venditorem agere ad precium, ſi
mota lite excipiat emptor, niſi cautio ꝓ-
ſtetur, non diſtinguunt, an vẽditoris au-
tor, ſiue ipſe venditor ſoluendo ſit, nec
ne, ideo & nos non debere diſtinguere
dicendum videtur, vulg. l. de precio.ff.
de publ.in rem act. Iſtud ego non deci-
do, nam licet re vera valde per ſupradi-
cta dubitem, nihilominus & Sacri Cõſ.
Neapol.& Nattæ, ac celeberrimi D.Me-
nochii, cui multum tribuo, & debeo, au
thoritates maximi ſunt ponderis. Cæte-
rum Quintum affero pro vẽditore aliis
tutius remedium, vt † in contractu uen- 23
ditionis talia inſeri verba curam habeat,
quod ei ſoluatur precium, nec teneatur
dare fideiuſſorem, non obſtante, ꝙ ſibi
aliqua lis de euictione moueretur, arg.
d.l.illud quæritur, & d.l.emptori, ff. de
euict.d.l.1.§.ſtipulatio duplę.ff. de pręt.
ſtip.& d.l.contractus. ff.de reg.iur. cum
ſimil.Bal.in d.l.non iccirco. C.de contr.
emp.Caball. de euict.d.§. 5. ſub nu. 49.
ad fin. Præſtantiſsimum † erit hoc ſextũ, 24
& vltimum conſilium, quo fiet, vt facil-
limè tui exiſtas deſiderii compos, (nam
& fortè ita apertè, vt in quinto remedio
dictum eſt, aduerſarium tuum inducere
non poteris) ſi in inſtrumento emptor
ſoluere promiſerit cum iuramenti vincu
lo: ſi enim ſuo tempore non ſoluerit em-
ptor incidet in pœnas.l.ſi quis maior.C.
de tranſact. quæ † quidẽ diſpoſitio pro- 25
cedit non modo in tranſactione, ſed &
in alio quolibet iurato contractu, vt per
Bar.Bal.& alios communiter ibi, Imo.in
l.in-

l.inſulam, in 6. fall. primæ regulæ affir-
matiuæ, ff.de verb.oblig. Ex quo dice-
bat Matheſ.not.51.incip. No.magnum
26 periculum, quòd † ſi tibi pro centũ fun-
dum vendidi, & me de euictione ad
duplum obligaui, tu quinquaginta mi-
hi ſoluiſti, reſiduumq́ue in certo termi-
no ſoluere iuraſti, ſi non ſoluis, potes co
gi, & propter periurium precium perdis
et ego ab euictione liberor, de hoc latius
tractabo infra caut. 136. & materiam d.
l.ſi quis maior, latè explicabo, cau. 145.
ideo hic circa iſtud vlterius non inſiſto,
videas tamen pro confirmatione huius
ſexti remedii quæ attuli ſupra, caut. 57.
de emphyteuta iurante. hic enim, quæ
ibi dixi, congruè cadunt, ex quo emphy-
teuta per iuſiurandum aufert ſibi bien-
nii, aut triennii (reſpectiuè) dilationis
27 beneficium. Non † ignoret tamen em-
ptor hoc in caſu, q̃ ſi aduerſus vendito-
rem probare poterit, dolo ſe ad iurandũ
inductum, quia fortè venditor rei uitiũ
ſciens emptorem ipſum ignorantem ad
iurandum perſuaſerit: tunc enim iura-
mentum viribus ſuis carebit. c. quamuis.
extra de pact. in 6. & c. cum contingat,
28 extra de iureiur. dolo † enim deceptus
non conſentit, & ſic deficit vnum ex ſub
ſtantialibus, per gl. in auth. quod eis. C.
de nup. Iaſ. in auth. ſacramenta puberũ,
ſub nu. 29. C. ſi adu. vend. Pro hoc facit
tex. in l. ſi ex falſis. C. de tranſ. vbi habe-
tur, quòd trãſactiones, ſeu pactiones ex
falſis inſtrumentis initæ, falſo reuelato
retractantur, etiam ſi iuramentum inter
uenerit, & per quem tex. glo. ord. in l. 1.
in verbo periurii. C. ſi aduer. vẽd. tenuit,
29 quòd cum † aduerſarii dolus in iuramẽ-
to præſtando ineſt, iuramentum ipſum
non eſt obligatorium, ſequũtur eam gl.
ibi Bar. Bald. & Caſtr. Et ideo dicebat d.
Ant. de Butr. in d c. cum contingat, in 4.
30 membro, quòd ſi † aliquis facit contra-
ctum, deinde in contractu ſimpliciter iu
rat, certè ſemper tacita intelligitur condi
tio, niſi dolus interſit, quia nũquàm in-
telligitur dolus excluſus. l. creditor. §. pe
nul. ff. man. cum ſimil. & facit etiã, quia
† verba ſimpliciter prolata non trahun- 31
tur ad ea, quę quis veriſimiliter non uo-
luiſſet contineri, l. Lucius, 2. §. Lucius, 2.
ff. de leg. 2. Et ita quoque non ualere iu-
ramentum, cum quis ad iurandum ad-
uerſarii dolo fuit inductus, tradit Poma.
ad Bar. in d. auth. ſacramenta puberum,
in fi. in verbo, interpoſitum, C. ſi aduer.
uend. & in ead. auth. Iaſ. ſub nume. 29.
nu. 44. & nu. 60. Et licet † Iaſ. ſentiat ipſo 32
iure nullum eſſe iuramentum dolo exa-
ctum, prout & idem communiter Legi-
ſtæ tenent in eadem auth. ſi † per vim, 33
vel metum ſit extortum iuramentum,
vt ibi Cyn. Bar. Caſtr. & alii. Bal. in c. 1. §.
item ſacramẽta, de pace iur. fir. Secus au-
tem tenent Canon. Innoc. in c. ad aures,
extra quod met. cau. Io. And. in c. ſi uero
& c. verum, extra de iur. & in c. ad audiẽ-
tiam, extra quod met. cau. Abb. in d. c. ſi
uero, & in d. c. cum contingat, vbi dicit
ita communiter teneri, nu. 3. diſtinguen
do tamen, vt per eum ibi. & id alii tenẽt
Doct. Canon. quos refert & ſequitur Af-
flict. deciſ. 263. vbi tamen recenſet om-
nes dominos de conſilio Legiſtarum
opin. fuiſſe ſecutos, eaſdemq́ue comme
morat & Legiſtarum, & Canoniſtarum
opin. ipſe Afflict. deciſ. 322. nu. 6. & ip-
ſam affert Canon. opin. quam ſequitur,
idem deciſ. 393. nu. 11. ac † licet etiã in 34
caſu doli interuenientis diuerſum omni
no dici poſſit eſſe ab eo caſu, quãdo me-
tus, ſeu vis interuenit, quia vbi de dolo
agitur, conſenſus deficit, (non ſic in alio
caſu) & ideo ipſo iure in caſu noſtro abſ
que controuerſia dicendum ſit nullum
eſſe iuramentum, vt tradit Abb. d. c. cum
contingat, num. 3. vbi hoc ob conſenſus
defectum pro indubitato habet, ſi talis
fuit dolus, qui habuit auferre cõſenſum.
& allegat not. per Io. And. in c. uno, extra
de cõmo. Ad † abundantem tamen cau- 35
telam, & vt pro anima tutius agas, conſu
lo, vt abſolutionem à iuramento petas,
& pro

& pro qua abſolutione petenda vt omnino
1 inſtructus ſis, vide quæ latè tradit Viu.in 2. lib. com.op.variorũ, litera A. op.prima. Hactenus tradita ſunt pro venditore remedia, contra emptorem excipientem, ne precium ſoluat. Cõſentaneum modò erit, vt pariter & emptori conſilia præbeamus, non valenti petere de euictione cautionem; quia ſibi adhuc quæſtio mota non ſit; quamuis uerè in ſe vitium contineat res empta. Pri-
36 mum † igitur erit remedium ab Ang. de ſumptum in d.l.1.d.§.ſi hæres.ff.ad Trebellian. ſi fundus erit hypothecatus, vt faciat quòd ipſe fundus cum ſua obligatione æſtimetur, & ad id, quod minus æſtimatũ fuerit, dabitur emptori actio contra venditorem, & allegat etiam Angelus Bartolum in l. cum ſtipulatus ſim à Proculo.§.fin. (vbi etiam Iaſ.in fi.) ff. de verb.oblig. ad idem quoq; vide Bar. in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. §.fin. in fin. verbis. ff. eod. & iſtud etiam tradunt, Ang. ſecuti, Alex.d.§.ſi hæres, nu. 3.& Ripa ſub nu. 31. ac Neguſ. in d. 1. memb. quintæ par.ſub nu.34. vbi quod dicitur in uenditione extendit etiam in ceſſione iurium, quia ceſſio iurium ex precio inſtar habet venditionis, vt per tot.tit.ff.de hęred.vel act. vend.cũ aliis, de quib. ibi Neguſ. Quo ſanè remedio potuerit emptor, cum forte venditor minus ſoluendo eſſet: ſed ſi modum haberet, puto melius fore ſecundum iſtud
37 conſilium, videlicet † quòd agat contra venditorem, vt prædium ab hypothecã exoneret, quod facere poteſt, etiam ſi adhuc quæſtio mota non ſit, per tex l. ex prædiis. C. de euict. idq; fieri poſſe probat ille tex. ſiue agendo, ſiue excipiẽdo, videlicet, quando venditor precium peteret. Ad idem poſt glo. & doct. in d. l. ex prædiis, vide quoque glo. in d.l. qui rem. C. de euict. & in dicta l. cum ſtipulatus.§.cum venderet, in verbo, liberare. de verb.oblig. Alex. in d l.§.ſi hæres, ſub d.nu.3.& ibi Rip.ſub d.nu.31. Alexan. conſ. 67. volum. 3. Ang. Aret.in d.§.ſi. ſub d.nu.4.verſ. Quæro quid ſi reperitur, Inſt.de ſuſp.tut. Neguſ.de pign.d.1. mem.5.par.num.24.& Cab.de euict.d. §.5.ſub nu.48. Et iſtud etiam procedit ſiue nondum ſit tradita res, prout loquitur d.l. ex prædiis, ſiue etiam ſit tradita, quia & tunc poterit emptor contra venditorem agere, vt fundũ liberet. l.creditor.§.prædium.ff.de act.emp. per quem tex. ita tenet glo. in d.l. ex prædiis, & eũ tex inquit Caſtr. eſſe perpetuo notandũ, ſequuntur Ripa in d. §. ſi hæres, ſub d. nu.31. in fi. & Aret. d.§.fin.& d.verſic. Quæro quid ſi reperitur. Et quamuis Bal. in d.l. ex prædiis, dubitet, an illa lex procedat in obligatione conditionali, tamen Caballinus in modò citato loco refert Alex. tenere, quòd etiã in tali obligatione ipſa lex procedat: Neguſan. autem in præcitato loco, ſub d.nu.25.verſ. Tamen idem Alexan. alibi refert ipſum Alex. contrarium tamen, quamquam opin. ipſe Neguſ.nu.37. veriorem putat per fundamenta ipſius Alex.& ad contraria ibi reſpondet, & ſub nu.28.

## Caut. LXI.

### De differenda ſolutione rei emptæ.

*SVMMARIVM.*

*Emptor pauper quomodo ſolutionẽ differre valeat: Et quid venditor huic cautelæ obÿcere poſſit, nu.2.3.* 1

*Vſurę omni iure, diuino, & humano ſũt prohibitæ, qui tamen vſuras ſoluere iurauit, tenetur, licet creditor reddere cogatur, nume. 5.* 4

EMPTOR aduerſus venditorem actionem habet, ſiue re tradita, ſiue non, ut eũ ab hypotheca rei emptæ liberet, & prout in prox. pręcedenti caut. num. 37. 1

de

de hoc vſque in finẽ traditũ eſt, propterea Bal.in l.3.C.de euict.& poſt eũ Ripa in l.1.§.ſi hæres,nu.32. Remediũ † pro emptore paupere affert, vt non habens rem emptam ſoluendi modũ, ſi differre ſolutionem voluerit,apponat,non teneri ad precij ſolutionem, quia pro vxoris dote,aliave ratione res eſt obligata, quã rem intellige prout intelligit Neguſ. de pign.1.mem.5.par.ſub nu.28. ſcilicet ꝙ ſi creditor nollet rem liberare, ſatis eſſet facere emptorem ſecurum,quòd non ſit damnum paſſurus, vel per fideiuſ. aut p.
2 obligationem bonorum. Venditor † aũt ad hanc omnino excludẽdam cautelam probare conabitur,emptorẽ ipſum contractus tempore rem ſciuiſſe obligatam, quo caſu ſibi imputatur.l.ſi fundũ ſciẽs. C.de euict.ac per tex.in l.1. in fine. ff.de act. emp. & vendi. & de quo latè dixi caut.58.vbi oſtendi ſcientem rei vitium emptorem neque etiam ad precium agere poſſe,re euicta.

3 Alio † pariter remedio venditori prouiſum erit,ſi emptor in cõtractu iurauerit,ſe promiſſa attendere, & obſeruare, nam iuramenti virtute, nulla obſtante exceptione ſoluere tenebitur, iux. ea, quæ dixi in proxima cautela,nume. 24. cum duobus ſequ. Addendo pro ipſo emptore iuramento obligato, quod ibidem traditum eſt nume. 27.cum nonnullis ſeq. Et pro hoc ſecundo remedio pro venditore dato,vltra ea,quæ in præ-
4 cedenti cautela dixi,facit nanque † uidemus quòd licet vſuræ omni ſint iure prohibitæ, Canonico ſcilicet, & ciuili, glo. in cap.quia in omnibus,in verbo,multi. extra de vſur.Alexan.conſ.1.in prin.volum.2.& in eodem volum.conſ.107. in prin.& conſ.49.in prin.volum.4.Ruyn. conſ.149.nume.8.volum.4.Pariſ.conſ. 54.nume.6.volum.1.& iſtam habes cõmunem opinionem, ex Iaſ.in §.omnes, nume. 14. Inſtit.de act. Bero. in rubrica extra de vſur.nume.80.latè Didac.à Couarr. lib.3.reſolu.c.1.nu. 5. & ſeq. Marquard.de Iudę.par.1.c.11.nu.6.verſ.nõ obſtat, cum num. præcedentibus,& Iul. Clar.in §.vſura,verſ. ſciendum, cũ verſ. ſeq.& plura in odium vſurarum tradens idem affert Rolan. à Valle cõſ.55.n.11. vſque ad nu.17.vol.2.Attamen † ſi debi- 5
tores de ſoluendis ipſis vſuris iurauerint cogendi ſunt domino reddere iuramentum,licet mox, cũ vſuræ ſolutę fuerint, creditores ad ipſas reſtituẽdas vſuras eccleſiaſtica ſeueritate (quatenus opus ſit) compellantur, prout dę his eſt tex. in c. debitores, extra de vſur. Sic igitur & in caſu noſtro dicamus, vinculo iuramenti obſtrictum emptorem ad precij ſatisfactionem teneri,abſque eo,ꝙ valeat rei liberationẽ petere,qua mox facta ſolutione,venditor rem liberare tenebitur,iux. tex.l.ex prędiis.C.de euict.iũcta l.creditor.§.prædium.ff.de act.emp.& vend.

## Caut. LXII.

## De conueniendo authore authoris ſui in cauſa euictionis.

*SVMMARIVM.*

*Emptor donans rem emptam,ea a donatario euicta non poteſt aduerſus vẽditorem de euict.agere. Quam rem intellige vt nu.3.4.5.6.7.& 8.* 1

*Donator non tenetur donatario de euictione. Limita nu.4.5.& 6.* 2

*Author authoris quo remedio ſtatim atque res eſt euicta poſſit conueniri, & quem in caſum remedium locum habere poteſt,nu.11.* 9

*Et vt ipſe authoris author de euictione conueniri poſſit nonnulla alia habentur nu.13.16.18.& 20.quæ ſcilicet tunc demum locum habent, cum author non ſoluendo ſit factus.*

*Ceſſionarius volens authoris ſui authorem de euictione conuenire, debet exprimere, quòd hoc facit tanquam procu-* 10

*procurator in rem ſuam.*

12 *Actio ex ſtipulatu, quæ in caſu euictionis pro dupla paratur, quam cōditionem ſecum trahat.*

*Stipulatio regulatur ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur, ſub nu. 12. verſ. Licet enim. Limi ca tamen vt in verſ. Id tamen.*

14 *Bona veniunt in tacita obligatione, & ſic nomina, & tam præſentia, quam futura, & vide toto nu. ſeq.*

15 *Bonorum appellatione debitorum nomina veniunt.*

17 *Excuſſio in bonis debitoris an ſit fieda, cum perſonali actione agā aduerſus debitorem debitoris mei virtute obligationis bonorum per debitorem meum mihi factæ. Et qualiter fiat ex cuſſio, remiſsiuè nu. 19.*

*Denuntiatio litis motæ quomodo fieri debeat quando res tranſit ad manus plurium, & vltimus poſſeſſor conuenitur, ſub nu. 9. ver. Quia ſcilicet, & intellige vt in verſ. Verum.*

1 Emptor, † cui de euictione promiſſum eſt, ſi rem emptam donauit, & a donatario euicta eſt, aduerſus vēditorem de euictione agere nequit, vt colligitur ex tex l. Iulianus, §. qui fundum, in fi. ff. de verb. obl. per quem tex. etiam Iac. de Are. ſic tenuit, quod & in d. tex. approbant Bar. Ang. Caſt. Alex. num. 6. & 9. & ibi Laſ. nu. 11. dicens hoc eſſe planum, & expeditum, gl. fi. in l. ſi pro re, §. ſi ꝓ euictione, & ibi quoque Bar. Bald. & Salyc. ff. de euict. Caballin. in tract. de euict. §. 5. nu. 82. Ea enim huiuſce rei eſt ratio,
2 quia † cum donatario de euictione, emptor donans minimè teneatur. l. Ariſto. §. fin. ff. de don. & l. 2. C. de euict. cū ſim. & de qua re latè tractaui ſupra caut. 53. nullumque propterea emptori ipſi præiudicium afferatur, nec cōtra authorem ſuū, re a donatario euicta, agere pōt: un-
3 de infertur, ꝙ † qñcunque emptori rem in alium trāsferenti præiudicium parari pōt, vt puta, ſi ille, in quē rē emptā trāſtulit, cōtra ipſū trāsferētē emptorē regreſsū de euictione habet, authorē ſuū ipſe emptor trāsferēs conuenire pōt, ad qd ēt facit tex. in d. §. ſi pro euictione. ideo in d. §. qui fundum, Bar. ſub n. 5. refert, quòd † ſi remunerandi gratia donatio facta eſ- 4
ſet, & res a donatario euinceretur, eo, q a ipſe donatarius donātē de euictione cōuenire poſſet, arg. l. idemque. §. fi. cum l. ſeq. & l. ſi vero nō remunerandi, in prin. ff. mand. latiusq; habes in d. cau. 53. n. 4. ēt donās ipſe cōtra authorē ſuū regreſsū habebit, ad qd vide quoq; Doct. & Iaſ. in d. §. qui fundum, ſub nu. 11. Quamobrē & ego teneo, ꝙ ſi † de euictione do- 5
natario cautū eſſet, & ab ipſo donatario res euinceretur, quia ipſe donator tenetur. d. l. 2. C. de euict. & vt dixi d. cau. 53. n. 2. iccirco & donatoris author ab ipſo donatore cōueniri poſſet: pariter † dicē- 6
dum eſt, quādo donatio à præced. cœpit pactione, quia donatarius de euictione tenetur, vt per gloſſ. finalē in d. l. Ariſto. d. §. fi. 1. & in dic. l. 2. C. de euict ac vt refert Bar. d. §. qui fundum, nume. 1. & latius ego ſupradicta cautela 53. numero tertio. Si res euicta eſt, donator aduerſus authorem ſuum de indemnitate agit. ſed circa hoc, quod dixi, emptorem euicta re ab eo, cui eam conceſsit, authorem ſuum conuenire poſſe, aduertendum eſt, quòd † non ſtatim euicta re omnibus in caſibus ipſe authoris 7
author conueniri poteſt: nam ſi in re emptor, qui conceſſit, nullum ſibi reſeruauit ius, neceſſe eſt, quòd ei, cui conceſſit, prius de euictione condemnetur, & ſoluat, quam cōtra authorem ſuum de euictione actionem habeat: ante enim condemnationem, ac ſolutionem nihil ab ipſo emptore abeſſet, & dictum eſt, poſſe tunc authorem conuenire, cum ei præiudicatur: ſed † ſi aliquod ius emptor 8
in conceſſione, quam fecit, ſuper re ſibi reſeruauit, ſimulatque ab eo, cui

res

res conceſſa eſt, euincitur, authorem ſuũ conuenire poteſt, quia & ipſi præiudicium, propter ius, quod ſibi reſeruauit, paratur, & ita tenet Bar. in d. §. ſi pro euictione, ſub nu. 1. Vt autem authoris author indiſtinctè, & ſtatim de euictione teneatur, & ille, qui vltimo loco tranſtu-
9 lit exoneretur, remedium eſt, quòd † quãdo emptor, ſiue donationis, ſiue emptionis, ſeu alio transfert titulo, cedátur omnes actiones compe entes, & competituræ in re, vel eius rei occaſione, ei, in quem res transfertur, & procurator in rem ſuam conſtituatur: nam ſi quæſtio ſuper re moueatur, Bar. d. § ſi pro euictione, num. 2. & 3. & d. §. qui fundum, ſub nu. 6. (cum quo tranſeunt ſimpliciter Ang. & Caſtr. ac ſequuntur defendentes ab impugnantibus, Alex. & Iaſ.) vult, quòd ſtatim authori authoris ab eo, in quem nouiſſimè res fuit translata, denũtiari poſſit, & rei euictione ſecuta, contra eum agi, ad quod eſt caſus notabilis, in l. ſi res. ff. de euiction. & ita circuitus omnes euitabuntur, qui notantur in d. §. ſi pro euictione, & erit præcipuè egregiũ remedium iſtud ad eu tandos eos circuitus, de quibus ſing. ipſa glo. in d. §. ſi pro euict. in uerbo, agere, quia ſcilicet (vt ipſa inquit) quando res vendita per plures tranſit manus, & vltimo poſſeſſori quęſtio mouetur, iux. l. 1. cũ materia. C. ubi in rem actio, ad hoc vt primus author de euictione teneatur, non modo nouiſſimus poſſeſſor authori ſuo immediato denuntiare tenetur, ſed opus eſt, vt eius quoque author ſuo denuntiet authori, & ſic deinceps, quouſque ad primum deueniatur authorem: alias autem ille author, cui non eſſet denuntiatum, non teneretur, quamuis aliis fuiſſet denuntiatum, & ita cũ prędicta glo. ſequitur Ant. But. in c. fin. colum. 2. extra de emptio. & vend. idemque tradit Bal. in l. cum ſucceſſores. C. de euict. & Aret. in §. actionum, ſub n. 18. verſ. vnum tene, Inſt. de act. quod menti perpetuo tenẽdum admonet, & ſub eo. nu. verſ. & debet, docet, qualiter authori ſuo debeat fieri denuntiatio: verum ſi interuenerit prędictum remedium, opus non erit tot vti denuntiationibus, & longo circuitu: ſed ceſſionis virtute vltimus poſſeſſor poterit tranſire ad denuntiandum primo authori, iux. Bar. doctrinam, quem alij ſequuntur, de quibus ſupra in ipſo dando remedio mentionem habui, quibus adde Bal. in rub. extra de procur. olum. 2. in l. 1. colum. pen. C. de rerum permut. in l. 1. ad fin. C. de iure dot. & in l. 1. col. 2. C. com. de leg. Alex. conſ. 67. uolum. 2. Dec. conſ. 74. ſub nume. 2. verſ. Iſte tamen. Capyc. deciſ. 197. nume. 9. Maran. de ord. iud. par. 1. 6. par. prin. verſ. Quintum membrum, nume. 5. vbi etiã dicit, quòd cogitur author dictam facere ceſſionem, quia ſibi non nocet, l. in creditore. ff. de euiction. Quo ad ceſſionem hãc fiendam vide quę dixi ſupra litera C. in caut. 17. Sed circa remedium id ad duo eſt aduertendum, quia † primo ille, qui 10
ex hoc remedio authoris ſui authorem conuenire vult, vel ei denũtiare, exprimere debet, quòd hoc facit tãquàm procurator in rem ſuam, ſeu ex iure ſibi ceſſo. d. l. ſi res, Bar. & Doct. in d. §. qui fundum. Secundo & vltimo aduertendum eſt, quòd † ceſſio prędicta fieri pôt quã- 11
tum ad actionem ex empto, vel præſcriptis verbis pro euictione, ſecus in actione ex ſtipulatu pro dupla, nam † illa cõ- 12
ditionem eam habet, videlicet, ſi euincatur tibi, vel hęredi tuo, per quam trãslationem eius actionis ceſſio fieri nõ poſſet, nec ideo in dupla ſtipulatio commit ti. l. ſi cum venditor, §. ſi ſecundus. ff. de euict. Bar. d. §. qui fundum, ſub nume. 6. quem ſequuntur ibi Aret. Alex. & Iaſ. cũ à contrarium tenentibus defendens, ſub nume. 7. ſequitur etiam Alex. d. conſ. 67. volum. 2. Licet enim ſtipulatio ſuper cõtractu interpoſita regul etur ſecundum naturam ipſius cõtractus, ſuper quo interponitur, l. ſi ſtipulatus. ff. de vſur. l. 5.

§.côuẽtiones.ff.de verb. oblig. cum aliis
concor.de quibus Iaſ. in rub. ff.de verb.
obl.ſub n. 15. & vt cõem inquit eẽ opin.
Rip.in d.rub.nu.52. idemq; tradit Rip.
in l.2.in prin.num.4.ff.ſi cer.pet.& Dns
meus Carph.conſ.603.nu.39. Id tñ non
ꝓcedere limitatur, qñ ipſa ſtipulatio nõ
fuit interpoſita ſuper eo, quod in cõtra-
ctu principali deuenit, ſed ſuper alio, pu
ta pœna, vel vſuris, ſecũdum Imo.in l. 4.
§.Cato, quem ibi ſequiť Aret. ff.de verb.
obl.Rip.in d.rub.de verb.obl.nu.53. &
alleg.tex.in l.ſi pregnans, cũ l.ſeq.iuncta
13 l.venditor.ff.de euict.An † autem & ali-
quod ſit pro eo cõſilium, qui euictionis
cauſa authoris ſui bona habet obligata,
vt.ſ. cum author nõ ſoluendo fuerit fa-
ctus, cõtra authoris authorem regreſſus
habeatur, etiam ſupradicta nõ facta ceſ-
ſione? Aduerte, glo.in l.hæredem . C. de
hæred.actionib.recitat Azonis opin.qui
ſentire vr̃, ꝙ quando bona eſſent expreſ-
ſè generaliter obligata, ẽt nomina ueni-
rent, ſecus ſi tacitè. Cynus autem contra,
videlicet ꝙ etiam in tacita generali no-
mina ueniãt, quod quidẽ hoc compro-
14 bat fundamẽto, ĩ † tacita obligatione ve
niũt bona.l.hac edictali. §.omnibus . C.
15 de ſecũd. nupt. Sed † bonorum appella-
tione debitorum noĩa ueniũt. l. bonorũ
appellatione.ff.de verb.ſign. ergo &c. &
iſtam Cyni opin.cõiter approbãt Doct.
quia ꝙ nõ poſſit agi vtili aduerſus debi-
torem debitoris in tacita obligatione nõ
reperitur.l.cautum, & ita ob iſtam ratio-
nem inquit Bar.in d.l.hæredẽ, in 1.lect.
glo.Azoniſve opin. eam cõiter nõ teneri
& ad d.l.hæredem, quæ in contrariũ fa-
cere videbatur, ipſe Bar.reſpõdet, licet in
2.lect. afferat vnum fundamentum pro
ipſo Azo. Quin & in tacita iſta obliga-
tione veniũt nõ modo bona præſentia,
ſed & futura, ac ipſa debitorum nomi-
na tam præſentia, quàm futura, vt p Bal.
in l.1.col.pen.ff.ſol.matr. Cyn.& Bal. in
d.l.hac edictali. §.omnibus. C.de ſecun.
nup.Iac.de Ra.Cyn. & Bald. in l.ubi ad-
huc, C.de iure dot. & ita etiam tenet, &
corroborat Sal.in l.fi.C.quæ res pign.ob
lig.poſſ.ſequẽdo in hoc primam gl. opi.
ibi, & reprobando opi.Io.gloſſatoris, &
ita quoque tenet Rom. ſing. 146.& rela
tis ſupradictis ad hoc authoritatibus iſtã
veriorẽ, & magis cõem opin. de iure vi-
deri inquit Ant.Neguſ. in tract. de pign.
in 4.memb. ſecundę par.prin.ſub num.
165. Poſſet † igitur emptor habens au- 16
thoris ſui bona tacitè obligata pro eui-
ctione, vigore vtilis ſibi competẽtis pro
hypotheca, directo denuntiare authori
authoris ſui, prout inquit Bar.in d.§.qui
fundum, in fi.per tex. d.l. ſi res, in fi.de
euict.& ita cum Bar.trãſeũt ibi Doct.vbi
Iaſ.ſub nu.14. illud dictum refert, & ita
quoque pertranſit, dicens vna cum Bar.
iſtud bene procedere, quãdo proximus
author ſoluẽdo nõ eſſet, aliàs dubium eſ
ſet pp diſcuſſionem, quæ ſecundũ quoſ-
dam præcedere debet, antequam iſta via
intentari poſſet, vt not.Cy.in l.nomẽ. C.
quæ res pign.oblig.poſſ.qui circa articu
lum hũc ad partes arguit, & tãdem con-
cludit tutius eſſe, ſi excuſſio fiat. Propte-
rea † licet communis ſit Doctorum ſen- 17
tentia, ꝙ qñ agitur cõtra debitorem de-
bitoris, diſcuſſio præcedere non debeat
prout tenuerunt antiqui Doct.Iac. Bald.
Odoſ.Alb.Pap.& Nico. de Matta. quos
refert Bar.in l.ſi conuenerit, in fi. prin.ff.
de pign.act. vbi ipſe Bar.verius eſſe dicit
quòd opus nõ ſit, vt iſta præcedat diſcuſ
ſio, & ad auth.hoc ſi debitor, C.de pign.
quæ in cõtrarium obſtare vr̃, reſpondet,
vt ibi per eum vide, & ibi quoque ſequi
tur Raph.Fulg. Iac. de Are. Iacob. Butr.
Rayn.qui dicit, quòd ita tenet totus mũ-
dus, Bar.& Ang. in d.l. nomen, Bar.in l.
grege, §. cũ pignori, in fine, vbi dicit ita
communiter teneri.ff.de pign.Alex. cõſ.
15.col.fin.vol.2.Iaſ.in d.§.qui fundum,
ſub nu.14. verſ. Tamẽ in hoc vltimo. &
licet Bal.& Sal.in d.l. nomẽ, & Sal. in d.
§.cum pignori, in fi.Bal. in l.2. C. quan.
fiſ. vel priuatus, & in d.l.hæredem, con-

trarium ſenſerint, nihilominus prior opi
nio (ut dixi) communis eſt, prout &
communem inquit Aret. in §. item Ser-
uiana, ſub nu. 11. verſ. ſed à prima non
recedas, Inſt. de act. quam etiam com-
munem, & indubitanter tenendam tra-
dit Neguſ. de pignor. rem. 1. octauæ par.
18 ſub nu. 19. ad fin. Attamen † tutius erit,
ſi excuſſio fiat, prout & admonet Cyn. &
Bar. in d. l. nomen, & Bar. in d. l. ſi conue
nerit, referens Cyn. ita dicentem: excuſ-
19 ſionis † autem fiendæ formam vide per
te penes Iacob Butrig. & alios in auth.
hoc ſi debitor, Bar. in l. perſecutione, nu.
6. C. de pig. Angel. Aret. in §. item ſi quis
in fraudem, nu. 7. & ibid. Iaſ. de action.
Rol. à Valle conſ. 9. num. 35. vol. j.
20 Cautius † pariter factũ erit, ſi emptor
expreſſam omnium bonorum hypothe-
cam ab autore ſuo obtinuerit, nam &
ſic euitabuntur controuerſiæ, de quibus
ſuprà nu. 13. cum duobus ſeq. Ac pariter
erit ille ſublatus ſcrupulus, qui remanet
ex dictis Specul. in tit. de procurat. §. ſi.
nu. 8. verſ. Quid ſi mihi obligaſti, tenen-
tus, quòd in conueniendo nomine debi-
toris mei debitoris non ſit neceſſaria ex-
cuſſio, quando bona ſunt expreſsè obli-
gata, ſecus ſi tacitè. Cæterum cautiſſimè
actum erit, ſi facta fuerit ceſſio actionũ
prout ſuprà nu. 9. dixi, nam ſic excu. pro
culdubio opus non erit; & pro qua etiã
re vide Cæpo. caut. 31. Regulariter quis
non poteſt.

## Caut. LXIII.

## De euictione vnius patris rei alienatæ.

1 *Emptor tam pro parte euicta, quã pro toto de euictione agere poteſt: Illud autem cum non careat dubitatione, conſilium datur tutius, nu. 6.*

5 *Hominis parte euicta nõ videtur homo euictus, & ideo non agitur de euictione Quod tamen pro ſpeciali traditur, nu. 3. & aſſignatur ratio nu. 4.*

*Seruus etiam ſi pars ſit euicta, mihi inſolidum acquirit, cùm uel ex re mea, vel iuſſu meo, vel nominatim pro me contraxit.*

EVICTA † re, ſiue in totum 1
ſiue in partem contra vendi-
torem regreſſum habet em-
ptor, ſecundum modum le. 1. & le. ex
mille. ff. de euict. & per glo. Bart. Bal. &
Salyc. in d. l. 1. & de hoc eſt tex. & Bal. ibi
in l. fi. C. de com. rer. alienat. Bal. de hoc
in l. 1. C. eodem, Dec. conſ. 483. ſub nu.
15. et pro hac re vide plenè Pau. de Leaz.
& alios, maximè Imo. in c. ſi venditori,
ex. de emp. & vend. ad quod etiã videas
Azo. in ſum. C. de euict. ſub nu. 7. Rom.
conſ. 36. Cabal. in tract. de euict. §. 5. nu.
89. & in addit. ad d. §. 5. litera. L. Nec ob.
tex. in l. ſi dictum §. in ſtipulatione ff. de
euict. vbi habet, quod hominis † parte eui- 2
cta nõ videtur homo euictus, & ideo de
euictione tunc agi nõ põt, niſi nomina-
tim etiã de parte cautũ fuerit, Quia vt A-
zo tradit in d. ſum. C. de euict. ſub d. nu.
7. glo. Bar. & doct. in d. l. 1. de euict. Ca-
bal. in d. §. 5. d. nu. 84. ſpeciale † eſt in ho 3
mine propter eius excellentiam, ut eius
parte euicta homo euictus nequaquam
videatur. Diuerſitatis & eſt alia ratio,
quam Bart. in d. l. 1. aſſignat, Quoniam
licet † hominis pars euincatur, tamen 4
quò ad quædam eum inſolidum habere
videor, inſpecta parte, quam habeo,
quia † mihi, vel ex re mea, vel iuſſu meo, 5
vel nominatim mihi ſtipulando inſoli-
dum acquirit, ſicut ſi totus eſſet meus,
Ideoque quodammodo in totum penes
me, etiam poſt eius partem euictam,
eſſe videtur; & proinde euictionis be-
neficio locus non eſt. vt tamen dubieta-
tes omnes, quæ oriri poſſent, auferan-
tur, Conſilium † eſt, quòd in inſtru-
mento inſeri curam habeas, Quòd uen-
ditor de euictione promittit, ſiue euin-
catur.

catur tota res, ſiue pars, ſiue proprietas, ſiue poſſeſſio, prout & tradit Bart. in dicta ſe. prima, de euict. numero ſecundo.

## Caut. LXIIII.

### Ne quis de euictione teneatur, neque etiam ad precij relaxationem.

*SVMMARIVM.*

1 *Euicta re quando autor teneatur.*

2 *Euictione ſecuta teneor non ſolum ſi promiſerim, ſed etiam ſi de euictione nihil dictum ſit.*

3 *Venditor ignorans alienam, uel obligatam rem, etiam ſi paciſcatur, quòd de euictione nō teneatur, licet ab intereſſe liberetur, tamen precium receptū reſtituere debet: vt autem ad precij reſtitutionem non teneatur, quid agere debeat, conſilium traditur, nu. 4. & melius nu. 6.*

5 *Sciens fundum alienum, uel obligatum poteſt ſibi de euictione cauere.*

1 EVicta † re ab eo, cuius ego author ſum, regulariter de euictione teneor, ſi ex cauſa onerosa quis a me accepit, ſecus ſi ex cauſa lucratiua, l. Ariſto. §. finali, & ibi gl. & Doct. ff. de don. & lege ſecunda, & ibi quoque gl. & Scriben. C. de euict. cum ſimilibus, & prout latè de hac materia tractaui, & quæ ibi dixi, hic non repeto, ſupra caut. 53. & tetigi etiam in caut. 62. Quod autem dictum eſt teneri de euictione eum, qui ex cauſa onerosa alienauit, intellige, ſi eidem fuerit litis motæ facta denuntiatio, quæ fieri debet, etiam ſcienti litem eſſe motam, alias de euict. non tenetur, Bartolus in l. nō ſolum. §. morte, numero 52. Alex. nume. 44. ac reliqui ex ſcribentibus. ff. de operis noui nuncia. Bartolus, Angelus, Salycetus, & cæteri in l. emptor. C. de euict. Aret. in §. actionum, ſub nume. 19. Inſtit. de act. Panor. Imo. Card. Anchar. & alij in c. fin. ex. de emp. & vend. Ant. Gomez, qui iſtam rem accuratè tractat, de cōtract. cap. 2. nume. 39. & quamplures ad nauſeam ferè citat Doct. ad hoc Gaſpar Caballinus de euictio. §. 3. nume. 4. vbi de communi teſtatur, & in quo. §. non indiligenter hanc denuntiationis diſcutit materiam, vbi vide. ſed & alij plurimi ſunt caſus, quibus author de euictione nō tenetur, quos enumerat ipſe Caball. de euict. §. 5. a nu. 5. cum nonnullis ſeq. Sciendum
† autem eſt teneri quē de euictione, ſiue 2
expreſsè de ea ſit promiſſum, ſiue etiam
nulla interceſſerit promiſſio, vt eſt tex.
in l. non dubitatur, C. de euict. Dec. cōſ.
483. nume. 15. & Cur. Iun. conſ. 38. nu.
2. Quinimo † (quod eſt notatū dignū) 3
ſi ignorans alienam, vel obligatam rem,
quam vendidi, pactus ſim, q de euictione nō teneat, licet ex hoc ad intereſſe liberer, ſecuta euictione, adhuc tamen ad precij relaxationem obnoxius ero l. emptorem. §. penult. & fin. ff. de act. empti, & vend. & not. in dicta lege, non dubitatur. Baldus in l. 1. col. fin. & ibi Salyc. q. 5. C. de per. & com. rei vend. quam rē limita vt per Caball. d. trac. §. 2. num. 24. Verum ut etiam ad precij relaxationē ille, q alienauit, nō teneatur, remediū erit
ſi † probare poterit, eum, in quem alie- 4
natio facta fuerit, ſciuiſſe rem eſſe alienam, aut obligatam, uel quia venditor eum certiorem fecerit, aut quia aliunde ipſe emptor ſciuerit, le. 1. §. 1. de act. emptio. & l. ſi fundum ſciens. C. de euict. & iſta eſt communis doctorum opinio, quamuis quidam tenuerint, hoc etiam in caſu de pretio teneri venditorem, contra expreſſum text. d. l. ſi fundū, prout efficaciter docui ſuprà caut. 58. nu. 8. vſque ad fin.: Sed ut d. le. ſi fundum,

5 datur & ſciẽti emptori conſiliũ, φ † licet
ſciat, expreſsè tñ de euictione ſibi caueat
latius dixi in d. 58. caut.nu. 6. cum ſeq.
6 Tutius † aũt remediũ eſt pro eo, qui alie
nat, ſi ob euictionẽ, ẽt ad precij reſtõnẽ
teneri nõ vult (loquor qñ ignorat rei vi-
tium, quia ſi ſciret, teneretur facere em-
ptorẽ certum, l. hoc aũt ff. de hęr. vel act.
vend. d. l. 1. d. §. 1. de act. emp. l. tenetur.
§. fi. & l. quæro. ff. eod. l. quæritur. §. ſi uẽ-
ditor. ff. de ædil. edic. ac l. fi. C. cred. euic.
nõ debere.) vt. ſ. expreſsè de hoc in con-
tractu cõueniat, ad qđ eſt tex. in d. l. em-
ptorem, §. fi. ibiq́ue not. in verbo, ſi quis,
& ꝓbat tex. ibiq́ue hoc no. gl. in l. in em-
ptionibus. ff. de pact. idq́ue tradit Azo in
ſum. C. de euict. nu. 3.

## Caut. LXV.

### De officio iudicis, æquitate ſuadente in locum ſublatæ exceptionis, actionisve petendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Officium iudicis æquitate ſuadẽte poteſt implorari, vbicũque exceptio eſt ſublata, quodq; pariter procedit vbi actio deficit, nu. 6. Et an requiratur libellus nu. 10. remiſſiuè.*

*Et ſi ijs in caſibus quis actione, aut exceptione vteretur, non iudicis officio, ſuccumberet, vt nu. 8. & conſ propterea dum, nu. 9.*

2 *Officij ſuperioris non excluditur imploratio excluſo quocunque remedio.*

3 *Reſtõnis in integ. benef. non intelligi excluſum per generalem beneficiorum excluſionem.*

4 *Filia ab inteſt. ſuccedens cũ ſibi deficiat rem l fi. C. de ed. diui Adr. toll. mitti debet in poſſeſſ per iudicis officium.*

5 *Excipere, & iudicis implorare officium diuerſa ſunt.*

7 *Contrariorum eadem eſt diſciplina vbi eadem viget ratio.*

11 *Officium iudicis quando imploratur & ſi quibuſdam in caſibus libellus non requiratur, debet tamen interuenire qualiſqualis petitio.*

12 *Libellus a qualiquali petitione quomodo differat, remiſſiuè.*

*Appellatione prohibita non prohibetur recurſus ad ſuperiorem, ſub nu. 4. verſ ad idem.*

*Tutores, & curatores iure actionis ſalariũ petere nequeunt, ſed bene quãdoque iudicis officio, ſub num. 7. verſ. & ideo circa.*

EXceptio † licet aliqñ in alicui° 1
perſonã non cõpetat, bñ tñ iu
dicis põt implorare officium,
ſuggerente æquitate, vt eſt caſus in l. pla-
nè, vbi Bar. & alij, & in l. fi. vbi ẽt Bar. &
alij, ff. de pet. hær. Bar. in l. 1. nu. 11. ff. de
excep. & in l. 1. §. & parui, nu. 7. ff. qđ vi,
aut clã. Alex. in l. 1. ſub nu. 18. ff. de iuriſ.
om. iud. Soc. conſ. 27. nu. 31. vol. 4. Mar-
ſi. ſing. 277. Men. de arb. iud. lib. 1. q. 70.
ad fi. Rol. a Val. conſ. 1. quem vide a nu.
54. vſque ad nu. 59. incluſiuè. vol. 1. Ad-
do ẽt Iaſ. d. l. 1. nu. 9. de iuriſ. om. iud. vbi
latè ad nõnulla egregia infert, quibus ad
de quod dixit Rom. conſ. 325. φ † quã- 2
uis aliqua conſtitutio tollat, & excludat
quodcunque remedium, nũquam tñ in
telligitur excludere officij ſuperioris im
plorationẽ, qui conſiderata ęquitate eius
officiũ, & auxiliũ debet ĩpartiri, & Rom.
ſequitur Marſ. ſing. 82. & his conueniũt
q̃ tradit Iaſ. in l. poſtquam liti. C. de pact.
nu. 17. qui ex glo. not. quòd † in gene- 3
rali beneficiorum, vel iuriũ excluſione
nũquam excludi intelligitur reſtitutio-
nis in integrum minori competẽs bene-
ficiũ, quod & tradit ipſe Iaſ. in d. l. 1. de
iur. omn. iud. ſub nu. 10. ad quod etiam
vide Dec. in d. l. poſtquam, nume. 30. &
ſub nu. ſeq. Ad hoc etiam facit quod di-
xit Bal. in c. 1. de controu. inter maſc. &
fœmin. de ben. concludens † quod filia 4
ab

ab inteſtato ſuccedens, cum ſibi deficiat
remedium.l fin. C.de edic.diui Adriani
toll.mitti debet in poſſeſſionem per iu-
dicis officium, quod dicit eſſe notandũ,
& ipſum ſequitur ibi Præpoſ.ad idem fa
cit, quoniam licet appellatio ſit in qui-
buſdam caſibus denegata, in iis tamen
omnibus admittitur recurſus ad ſupe-
riorem, Iaſ.conſ.6. in fi.lib.3.& commu
nem ait Dec.conſ.533.nu.2.ꝙ ſi ſtatutũ
appellationẽ reiiciat, nõ erit reiectus re-
curſus ad ſuperiorem, id & placuit alijs
Doctoribus, quos refert Men.d.q.70.n.
24.cum duob.ſeq. & pro prædictis om-
nib⁹ facit tex.cum auth. ſeq. in l. ſi quis
aduerſus.C.de precib.imp.off. Ad hęc ẽt
vide Camp. conſ.2. col.3. & generaliter
5 ꝓ prędicta cõcluſione facit, quia † diuer
ſum longè eſt excipere, & iudicis implo
rare officiũ, vt, præter leges ſupradictas,
habes tex.in l.3.§.fi.ff.nautæ caup. & ſta
6 bul. Et † quæ de exceptione dicta ſunt,
eadem pariter & in actione procedũt, vt
ſcilicet vbicunque deficit ipſa actio, iudi
cis poſſit implorari officiũ, ſi ęquitas ſua
deat.l.hæreditas, in fi.ff.de pet. hæred. l.
ſi me, & Titiũ, ff.ſi cer.pet. & l.Quintus.
ff.de annu.leg.Curt.ſen.cõſ.72.col. 2.in
fi.& Dec.in d.l.1.n.27.de iuriſ. om.iud.
7 & facit vulgata illa rõ, quia † contrario-
rũ eadẽ eſt diſciplina, vbi eadẽ viget rõ,
Doct.& Rip.in rub. ff.de acq. poſſ.Et iõ
circa actionem videmus, ꝙ licet tutores,
& curatores regulariter ad ſalarium age-
re nequeãt, tamen iudex ex cauſa poteſt
illis ſtatuere, vt probat tex.in l. a tutori-
bus, in fi.ff.de adm.tut.iuncta glo.in l.1.
§.1.in verbo mandatum, ff.mand. & ibi
tradit Bar. in fi. idem Bar.in l.in eos, nu.
3.ff.de tutel.Iaſ.in l.litem, nume.2. C.de
procur.Aretin.in §. ſed & propter, num.
4.Inſt.de excuſat. tut. & in §.actionum,
iſtud clarius explicat, nume.36.Inſtit.de
act.Borgn. Caualc. de tut. & cur. nume.
316.fo. 271. vbi & alias refert authori-
8 tates. Si quis † autem cui denegaretur ex
ceptio, aut actio, & iudicis competeret
officium, ipſam proponeret exceptionẽ,
vel actionem, ſuccumberet, quia iudicis
officio, nõ exceptione, vel actione vti de-
beret, vt no. Cyn. in l.domum. C.de rei
vend.Bar.in d.l.planè, ſub nu.1. & in d.
l.1.nu.11.ff.de excep. Propterea cõſ.prę
oculis habes, vt † ijſdem in caſibus non 9
exceptionem proponas, aut actionem,
quia ſuccumberes, ſed iudicis officio ni-
taris, qđ & colligere potes ex dictis Bar.
in d.l.planè, de pet.hęr.& in d.l.1.n.11.
de excep. Similem tibi tradam cautelam
in caſu ſtatuti prohibẽtis vllam opponi
aduerſus inſtrumentum exceptionem, j̃
litera S.caut.257. An † autem in implo- 10
rando iudicis hoc officio, tam qñ deficiẽ
tis actionis vice, q̃ vbi exceptionis loco
petitur, neceſſari⁹ ſit libellus, vide penes
Bar.in l.nec quicquam. § vbi decretum,
nu.3.ff.de offi.procõſ. quẽ ẽt ad id uide
in rubr.ff.de inter.action.& aliis plurib⁹
in locis tradũt Bar.& alij, de quib. Iaſ.in
d.l.nec quicquã, ſub n.73.qui n.ſeq.no-
tãdũ inquit circa Bar.doct.ꝙ † in oĩb⁹ ca 11
ſibus, in quibus cõcludit, in imploratio-
ne iudicis officij nõ requiri libellũ, ſẽper
tñ qualisqualis petitio ineſſe debet, nã-
que iudex ſuũ nõ poſſet impartiri officiũ
niſi peteretur.l.4.§.hoc aũt.ff.de dam.in
fecto, & inquit Iaſ.ita notabiliter tradere
Alber.in d.l.necquicquam, & allegare.l.
de ſubmerſis.C.de nau.lib.10. & cle.ſę-
pè, de verb. ſign. Quid † autem differat
qualisqualis petitio a libello, tradit Pra-
ctic. Pap.in for. lib. in act. rea. in verbo.
Qualisqualis.

## Caut. LXVI.

### De exceptione declinatoria fori, ſeu iudicis incompetentiæ.

*SVMMARIVM.*

*Exceptio iudicis incõpetentiæ primo lo* 1
*co ſẽper oppoſita cenſetur, ẽt ſi ante*

*eam aliæ oppoſitæ in eadem compari*
*tione reperiantur. Quæ quidem exce*
*ptio tutius primo opponitur. nu. 2.*

3 *Exceptio declinatoria ab initio proponi*
*debet. Limita vt nu 8.*

4 *Reus ſi coram Iudice aliquam exceptio*
*nem, vel contra libellum, vel contra*
*agentis opponeret perſonam, in Iudi*
*cem conſentire videretur, nec iudicẽ*
*poſtea declinare poſſet.*

*Intellige tamen vt nu. 5.*

*Ignorantia in dubio præſumitur in ſi-*
*mili caſu, de quo ſub nu. 5. ver. Igno-*
*rantia.*

6 *Reus quando eum actor errore ductus*
*coram incompetenti Iudice conue*
*nit, nunquam fori debet allegare pręſ*
*criptionem, & quare: actori tamen*
*conſ. datur, quomodo ab hac rei cau-*
*tela ſe reparare valeat. nu. 7.*

*Appellatio conceditur a pronuntiatio*
*ne ſuper competentia, vel incompe-*
*tentia Iudicis, ſub d. nu. 7.*

8 *Iuriſdictio per contumaciam non proro*
*gatur.*

9 *Reus conſilium ſumere poteſt, vt quan-*
*do coram iudice non ſuo conuenitur,*
*patiatur acta fieri, quia mox proceſ-*
*ſum infringere poterit, ratione de*
*qua ſupra d nu. 8.*

*Actori autem conſilium datur, vt ca-*
*ueat, ne iudex ad vlteriora antea*
*procedat, quàm ſe eſſe competentem*
*pronuntiet, nu. 10.*

1 EXceptio † iudicis incompe-
tentiæ primo loco ſemper
oppoſita cenſetur, etiam ſi
ante eam aliæ oppoſitæ in
eadem comparitione inueniantur, vnde
fit, quòd ſi reus, ſimul, & ſemel, dum ad
petita in libello reſpondet, plures oppo-
nit exceptiones, ſcilicet contra actoris p-
ſonam, contra libellum, & contra iudi-
cem, ſemper intelligitur primo oppoſita
contra iudicem exceptio, vt per Bar. in l.
quidam conſulebat, nu. 11. & ibi Alexã.
nume. 23. de re iud. Bal. in proœm. Cod.
colum. fin. & idem in l. fin. C. de iu. & in
l. exceptionem. C. de prob. Ang. ĩ Auth.
de exhib. reis. §. 1. Imo. in l. ſi ita ſcriptũ.
de leg. 1. & Ripa in c. cum M. Ferrarien.
num. 99. extra de conſtit. Dici' tamẽ tu-
tius eſſe Bar. in loco præalleg. † Si primo 2
fori opponatur pręſcriptio, alię mox ſub
conditione ponãtur, videlicet, caſu, quo
iudex ſit competens, &c. Hoc pariter cõ
ſilium tradit Bar. in l. ſi conuenerit, ſub
nu. 3. ff. de iur. om. iud. & in l. non vide-
tur, 2. in fi. ff. de iud. Rip. poſt alios, quos
alleg. in d. c. cum M. Ferrar. ſub d. nume.
99. Et quidẽ Bart. eo mouetur, quia † de 3
clinatoria exceptio ab initio proponi de
bet, tex. eſt in l. fi. C. de excep. ad idem eſt
tex. in l. ſed & ſi ſuſceperit, in prin. ff. de
iud. & in d. l. exceptionem. C. de prob.
gl. Abb. & Doc. in c. inter monaſterium.
extra de re iud. & Rober. Maran. de ord.
iud. par. 4. diſt. 12. nu. 6. & in prima par.
ſextæ, & vltimæ partis prin. verſ. Nonũ,
aliàs, exceptio, num. 1. ac in 3. & vlt. par.
eiuſdem vltimæ par. verſ. ſecũdus actus,
alias, Appellatio, nume. 25. Quod intelli
ge, ideſt antequàm per aliquem actũ in
iudicem conſentire videatur, vt declarat
Bar. in d. l. non videtur, nume. 1. Propte-
rea Bar. inquit, ꝙ ſi † coram iudice reus 4
aliquam exceptionem, vel contra libel-
lum, aut contra agentis perſonam oppo-
neret, in iudicem conſentire videretur,
nec iudicem amodo declinare poſſet, al-
legat tex. in d. cap. inter monaſterium, &
in d. l. ſed & ſi ſuſceperit, idẽ tradit Bart.
in d l. ſi conuenerit, ſub num. 2. & num.
3. vbi & poſt alios vide Dec. num. 24. &
ſeq. Bar. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. nu.
4. ff. de cond. ind. & in d. l, quidam, ſub
nume. 9. & ibi Alex. nume. 20. Idemq́ue
tradit Bar. in d. l. fi. C. de excep. & ita quo
que cenſuit Spec. in tit. de recuſ. §. ſit au-
tem, num. 3. in tit. de excep. §. viſo, verſ.
porro, num. 14. aliasq́ue alleg. authorita
tes Iaſ. in d. l. ſi conuenerit, ſub num. 33.
Adde Bal. in §. quibus, in 1. conſtit. Cod.

Pract.

Pract. Pap. in for. declin. iuriſd. in uer. Nec fuiſſe iudicem comp. nu. 1. & communem ait Lanfr. in c. quoniam contra falſam, in verbo, recuſationes, extra de prob. vt refert Apoſtil. ad Bar. in d. l quidam, ſub d. nume. 9. in verbo, ab initio, vbi vide quę ipſa inſuper ponit ad huius rei declarationem Iſtud autem verum intellige, quando vterque, ſcilicet actor, & reus non ignorarent, incompetentem eſſe iudicem, ſecus ſi eorũ alter erraret, vt videtur tex. in l. ſi per ęrrorem, & ibi declarant glo. Bar. & alij. ff. de iuriſ. om. iud. Spec. in d. tit. de exc. d. §. viſo, ſub d. nume. 14. & in tit. de comp. iud. adit. §. 1. verſ. quid ſi duo. nume. 7. Alex. in d. l. ſi conuenerit, num. 19. Thom. Gram. voto 18. ſub nume. 19. Iaſ. poſt Bar. & alios in l. ex quacunque, ſub nume. 39. uerſ. Secundo limita. ff. ſi quis in ius vocan. non ier. & inter alios vide etiam Iaſ. in d. l. ſi per errorem, ſub num. 9. verſ. Quarto notabiliter, vbi ipſe Iaſ. materiam hanc declarat cum ſuis ampl. & limit. quem vide cum Dec. ibid. nonnullas ponente fallẽtias: & horum ego hic nõnulla inſeram ad propoſitum noſtrum cõſentanea. vnde ſcias, ꝙ ideo Doctores volunt iuriſdictionem non prorogari altero ex litigantibus errante, quia in ipſa prorogatione vtriuſque partis conſenſus requiritur. l. 1. & 2. ff. de iud. Proinde inquit Ang. in d. l. ſi per errorem, quòd proceſſus altero ignorante factus, ſentẽtiave non valebit etiam in præiudicium ſcientis, & hoc ne iudicium claudicet, quia eſſet contra l. fi. C. de fruct. & lit. expẽſ. & vide per Spec. in d. tit. de comp. iud. adit. d. nume. 7. & ibi Ioan. And. ad eum, pariter & ſi de iuriſdictione dubium eſſet, prorogatio nõ fieret, vt tradit Bar. in 1. lect. dictæ l. ex quacunque, nume. 7. & in 2. nume. 5. ff. ſi quis in ius voc. non ier. ad quod allegatur tex. in l. fi. C. de cond. indeb. & quod not. in rub. ff. de iur. & fac. ignor. & facit tex. in l. 2. in prin. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru. in l. 3. §. is, qui neſcit. ff. de lib. hom. exhiben. & in l. manifeſtiſſimi. §. ſin autem neſcius. C. de fur. quod & tradit ex ipſo Bar. Alex. in d. l. ſi per errorẽ, ſub nume. 5. Iaſ. ſub nume. 9. faciunt etiã quæ tradit Iaſ. in l. 1. in prin. num. 14. ff. de iuſt. & iure. vbi inquit, quòd teſtis dubitantis dictum non ualet, ſicut ignorantis, ad idem vide D. meum Io. Caph. cõſi. 512. nume. 15. Verum inter dubitationem, & errorem hæc eſt iſto in caſu differentia, nam quando vna ex partibus errat ſuper iudicis iuriſdictione, prorogatio impeditur, etiam ſi de facili certiorari poteſt, vt per eum tex. not. Iaſ. in d. l. ſi per errorem, nume. 14. Secus autem eſt quando dubitat, quia ſi facile certiorari potuit, prorogatio non impeditur, ad quod eſſe glo. in l. locus, ff. de acq. poſſ. per quam ita limitat Bal. in l. fi. §. 1. in 3. colum. C. de fur. & facere l. regula. §. ſed & facti, in ver. diligenter inquirendo. ff. de iur. & fac. ignor. tradit Iaſ. in d. l. ſi per errorem, nume. 16. qui & diuerſitatis rationem aſſignat inter errantem, & dubitantem, quia dubitanti magis imputatur, cum haberet animũ dubium, quare ſe diligentius nõ informauerit, quàm in errante, quia ita credit eſſe. Ignorantia autem in dubio præſumitur, per reg. l. verius, & ibi glo. not. ff. de prob. Spec. in d. tit. de comp. iud. ad §. 1. verſ. ſed nunquid præſumitur, ſub nume. 7. Canon. in cap. P. & G. de offic. deleg. Bal. Ang. Rom. & Dec. nume. 10. in d. l. ſi per errorem, Ang. in d. l. ex quacunque, & iſtam communem ait opin. Iaſ. in d. l. ſi per errorem, nume. 10. Et ideo Bal. & Caſtr. in eadẽ l. ſi per errorẽ, quos refert Thom. Gram. d. voto 18. ſub nume. 18. & 19. ꝓ reo cautelam ponebant, quando † actor errore ductus coram incompetenti iudice conuenit reum, reus ipſe nunquàm fori alleget præſcriptionem, ne actorem inſtruat, vt coram competẽti iudice partem ipſam fugientem conueniat, ſed patiatur, quòd proceſſus fiat, & ſic quandocunque proceſſus obiicere poterit nullitatem,

tatem; quia coram incompetenti Iudice factus ſit: Quæ quidē exceptio, quia iudicium reddit retro nullum, omni tēpore opponi poterit, etiā poſt ſententiā ſecūdum communem Doct. opin. in c. in noſtra, extra de proc. Gram. d. voto 26. n. 5. & in ſpecie noſtra tradit Pap. d. for. decl. iuriſ. d. verſ. Nec fuiſſe, ſub num. 4. Et pro prædicta cautela ſimile adducitur quod dicunt Doct. quando actor libellum producit obſcurum, vel incertum, aut alternatiuum, nō debet reus petere, vt libellus declaretur; ſed debet ſimpliciter opponere, qnòd libellus non procedit, quia malè conceptus eſt, vt ita magiſtraliter per Specul. in tit. de libelli concept. §. fin. verſic. cautus etiam ſis, num. 10. ſequitur d. Anton. in cap. fin. de lib. oblat. & alij, de quibus Iaſ. in d. l. ſi per errorem, ſub nu. 19. verſic. Addo. quod & tradit ipſe Iaſ. poſt eos, quos alleg. in l. edita, ſub num. 6. verſic. Item aduerte in practica. C. de eden. ſupradicta autem cautela, quam (vt dixi) tradunt Bal. & Paul. licet ſit honorabilis, aiunt tamen ab ea in foro conſcientiæ eſſe abſtinendum. Ita & dixit Cyn. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. ſi per errorem, ſub nu. 19. & Thom. Gram. d. voto 18. circa fin. Verum pro
7 † Actore aduerſus reum ita callidè declinatoriam differentem exceptionem, cōtraria datur cautela: vt ſcilicet Actor ipſe cum plenè certus de iudicis competentia non eſt, aduertat, quòd Iudex ad actū aliquem prius non procedat, quam ſe competētem pronuntiet, nam ſi ſe competētem protulerit, proceſſus nullus nō fiet, vt tradit Bart. in d. l. ex quancunq;, ſub d. num. 7. & in ipſius l. repet. ſub d. num. 5. & ibi vide Alex. num. 15. docentem; quòd procedit illud, ſi pars ad hoc fuerit citata, nec ab ea pronuntiationē appellauerit; (prout appellari poteſt, vt tradit Bartol. in d. l. ex quacunque, & alij de quib. Iaſ. in ipſa l. ex quacunque, num. 38. licet regulariter de iure ciu. ab interlocut. appellari non poſſit, vt ego late dicebam ſupra caute. 10.) & idem tradit Alexand. in d. l. ſi per errorem, num. 5. & ibi Iaſ. ſub nume. 9. verſic. Tertio limita, & Dec. num. 6. vbi ſecundum Abb. in c. ſi duobus, ext. de appell. inquit hoc procedere etiam quando Iudex non haberet ipſo iure iuriſdictionem, ad quod etiam allegat ipſum Abb. in c. ex parte decani, in 4. not. de reſc. & Domi. in c. ſi à delegato, in fine, de offic. deleg. in 6. & ideo inquit ipſe Dec. vtile eſſe, quod ſemper Iudex competentem ſe pronunciet, vt & dixit Imo. in d. c. ſi ex duobus, colum. penult. Iſtud autem procedit in iuriſdictione, quæ prorogari poſſit, alias ſecus, prout eſſet in Iudice ſeculari contra clericum; eo enim caſu pronuntiatio non valeret, vt ſecundū Abb. & Card. tradit Dec. in præcitato loco. Requiri tamen ait ipſe Dec. quòd iudex expreſsè competentem ſe pronuntiet; & tali caſu non ſufficere, quod ad vlteriora procedatur; quia propter hoc non videtur ſe competētem pronūntiare, vt not. Innoc. in capit. præterea, & ibi Abb. colum. penult. ext. de dilat. Abb. in capit. paſtoralis, colum. 3. ext. de except. & in notabili quæſt. tradit Anton. de But. in capit. ſuper literis, in repetitione, colum. 3. verſic. ſed aduerte, de reſcript. & ſequitur Alexand. conſil. 83. conſideratis his, circa fi. volum. 4. ſubſequitur Dec. iſtam concluſionem procedere parte abſente, quæ de incompetentia non oppoſuit, ſecus videri, ſi pars ſit præſens & iuriſdictionis opponat defectum; tūc enim iudex, ſi de tali exceptione cognouit, procedēdo ad vlteriora videtur pronuntiare ſe competentem, ad quod allegat Abb. in d. c. præterea, col. pen. Ang. in d. l. ex quacunq;. col. 4. verſicu. Item an eſt neceſſe, cum ſim. vt dixit in d. c. ſi duobus, poſt Peru. colum. pen. Ad hoc etiam plures allegat authoritates Iaſ. in d. l. ex quacunque, qui tandem ſub nu. 46. cum Caſtr. ibi, & d. Anton. in d. ca.

ſuper

ſuper literis, de reſcript. latè hoc examinante, contrarium tenet, quòd videlicet etiam hoc in caſu ante omnia requiratur, quòd iudex ſe proferat competentem; & hæc quidem via in practica tutior eſt, vt & Caſtr. in d l. ex quacunque, Dixi ſuprà initio litis declinatoriam opponendum exceptionem, niſi alterius partis error exiſtat; declarando, & cautelas congruè ponendo, prout viſum eſt.

8 Nunc † pariter pro alio conſilio inferiùs ponendo ſcias velim; In principio non opus eſſe declinatoriam obijci exceptionem, ſi reus ſemper contumax extiterit; nanq; per contumaciam iuriſdictio non prorogatur. l. 3. iuncta ibi gloſ. Bar. Caſt. & alijs. ff. de iudic. ad idem eſt tex. not. in l. ſi qui ex conſenſu, in verſicu. affuiſſe, & ibi in eo verſiculo not. gl. & Bald. Cod. de epiſc. aud. tradit idem Innoc. in d. capit. præterea, ext. de dilat. quem ad hoc refert, & ſequitur Bartol. in d. l. ex quacunque. in 1. lect. num. 8. & in 2. num. 6. & ibid. Ang. Fulg. Alex. num. 12. vbi alleg. concord. & Iaſ. ſub num. 39. Limit. 1. Rom. conſi. 48. quem refert Apoſtil. ad Bart. in d. l. 3. in verſ. poterit mulctari, in fi. & Maran. de ord. iudic. par. 4. diſtinct. 12. nume. 10. & quo loci eum vide iſtam prorogationis materiam tractantem à num. 3. vſq; ad

9 fin. diſtinct. Et † ideò reus pati poteſt aduerſus ſe ipſum in contumaciā pronunciari, & mox proceſſum incompetentiæ iudicis prætextu infringere: Quod tamen intellige ſecundum materiam text. d. leg. ex quacunque, de qua Doctor. ibi, & Bartol. in d. l. 3. ff. de iudic. Sed

10 † actor ex aduerſo caueat, ne iudex ad ulteriora procedat, niſi primum ſe competentem proferat; nam tunc nulla fori obſtabit præſcriptio, vt per Bartol. in d. lege, ex quacunque, d. nume. 8. & in 2. lectu. d. numero 6. Alexand. d. numero 15.

## Caut. LXVII.

### De exemplo, quod plenam faciat probationem, conſequendo.

*SVMMARIVM.*

*Exemplum non probat. Limita nu. 3. & ideo cautela datur num 4.* 1

*Fiſcus quid ſeruare debeat, cum actorum ſuorum exempla edit.* 2

1 Exemplum † nō probat, vt eſt tex. in c. 2. ex. de fide inſtr. qui text. fortius probat, quòd etiā Papa facere nequit, ut exēplo credatur, ad quod eum tex. pro ſing. alleg. Ro. ſing. 754. An Papa. & quòd exēplum non probet, not. in l. procurator. C. de eden. & habetur in auth. ſi quis in in aliquo. C. eod. & ibi vide Bart. in 1. lect. circa princip. & poſt alios Iaſ. num. 2. Dec. num. 6. & Cur. Iun. num. 7. & in ſumma omnes ibidem hanc deducunt regulam; Spec. in tit. de inſtr. edit. §. poſt quam, circa prin. & §. nunc dicedum, pariter circa princ. & pro hoc vide Bart. in l. admonendi, nu. 31. & poſt eum Doct. ibid. max. Iaſ. nu. 84. in 1. lect. & in 2. lect. nu. 155. & Ripam nu. 151. ff. de iureiur. eandem ponit regulam Soc. cum duabus limitationibus, reg. 179. & Duē. reg. 280. vbi alios hanc tradentes regulam, & limitantes indicāt. Nec huic reg. obſtat tex. in l. in fraudem. §. neq; inſtrumēta. ff. de iu. fiſci, vbi dicitur, Quod † fiſcus, cum actorum ſuorū exempla edit, 2 cautionē recipere debet, ne is, cui deſcribēdi ſit poteſtas, aduerſus ſe ipſum actis iſtis vtatur, de qua re cauere compellitur ille, qui exemplum recipit; vt ſi actis his, contra id quod cauit, vſus ſit, à cauſa cadat, ex quo tex. apparet, quo illa non exigeretur cautio, niſi fiſco prodeſſet; vnde videtur, quod etiam exemplum probet; Nanque reſpondeo ſecundum Bartol. in d. §. neque, ſub numero 2. & eundem Bart.

Bar.in d.auth ſi quis in aliquo,in 1.lect.
3 num. 1.Quòd † exemplum contra eum,
qui edit,probat,non contra alium,& ita
ibidem ſequũtur communiter Doct.vt
Dec.tradit nume.14. & Curt.iun.num.
8.qui inquit, quòd omnes Doct.ſimpli-
citer pro hac limitatione cum Bar. tran-
ſeunt. Propterea cautelam in eadem au-
then.tradit Bar. in 1.lect.num. 2. Quòd
4 † ille,cui exemplum datur in iudicio ca-
ueat, vt notarius dicat, hoc eſt exemplũ
inſtrumenti cuiuſdam, per talem produ
cti,cuius copia de voluntate dictę partis,
& de iudicis mãdato datur,quia eo mo-
do illa copia ſemper contra eum fidem
faciet,qui eam dedit,idem Bar. tangit in
2.lect.d.auth.ſi quis in aliquo,in prin.

## Caut. LXVIII.

### De his, qui facta ſtipulantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Facta cum in ſtipulationem deducũtur, promiſſor pręſtando intereſſe liberatur. Limita, vt nu 6.*

2 *Intereſſe, quod ex facti ſtipulatione ſoluendum eſt, per ſtipulatorem probari debet. Quod & teſtibus probatur, nume. 3.*

*Idque & iuramento quandoque probatur, vt nu.4.*

*Iuramentum veritatis in litem quando præſtetur, ſub nu.4.verſ.Etenim. vſque ad ver.Cæterum.*

5 *Stipulationis quantitas ne in incerto ſit, atque vt ſtipulator ab omni probationis intereſſe onere releuetur, quid agendum.*

6 *Iuramentum operatur, vt obligatus ad faciendum præciſè ad factum teneatur.*

7 *Emphyteuta priuati, & eccleſiæ, quando cadat a iure ſuo ceſſans in ſolutione, & nu.8.*

FActa † ſi in ſtipulationẽ de- 1
ducantur, promiſſor ſtipu-
latori non, niſi ad intereſſe
tenebitur, vt eſt tex. in l.ſi
quis ab alio.§.fi. ff.de re iud. in l.ſtipula-
tiones non diuiduntur, poſt prin. & ibi
Bar.num.12. & de hac materia eundem
plenè videas,nume.36.cum ſeq. & cum
aliis Doct.ibi,ff.de verb. oblig. ad idem
eſt tex.in l.ſi pœna,iuncta gl.& in l.cum
ſtipulatus ſim mihi a Proculo.§.fin.cum
l.ſeq.ff.eodem,de verb.obl. Quod † qui 2
dem intereſſe ab actore probãdum erit.
l.fi.ff.de prætor.ſtip.& §.fi.Inſt. de verb.
oblig.Quod † & teſtibus probatur,vt eſt 3
tex.& ibi no.glo.in verbo, ſubtilitatem,
& materiam plenè tractant Doct.ibi in l.
vnica,C.de ſent.quæ pro eo,quod inter.
Et iuramento † quoque, tunc ſcilicet, cũ 4
aduerſarij interuenerit dolus, vt eſt tex.
in l.ſemper.§.in hoc interdicto,& §.ſeq.
& ibi glo.in verbo,iurauerit, & ſequun-
tur Bar. & alij. ff.quod vi, aut clam, l ſi
quando.C.vnde vi,& per glo.in d.§.fin.
Inſt.de verb.oblig.in verbo probare,ibi
que Io.Fab.Ang.Aret.& alij. Etenim cõ-
munis eſt concluſio,ꝙ in omni actu, in
quo dolus,vel fraus, aut malitia rei con-
uenti interuenit, in litem iurari poteſt,
vt,præter ſupradictas authoritates, ha-
bes ex gl.in l.nummis. ff.de in lit. iur.ex
glo.in c.fi.in verbo per teſtes, & ibidem
Doct.& maximè Imo. qui dicit commu
nem de hoc eſſe opin. extra quod metus
cauſa.gl.in cap.dilecti, in ver cum iuſtis,
vbi Canon.omnes, de foro competen.
glo.in cap.fin.ver.iurauerit.3.q.3.Alex.
conſ.103.colum.4. verſ. & non ſolum,
volum.1.& alij id tradũt, de quibus Io.
Bap.Plot.in ſua ſolemni rep.d.l.ſi quan-
do,ſiue in tract.de in lit.iur. §. 4. nu.19.
vbi nu.20. latè docet communem iſtam
eſſe intelligendam concluſionem, vbi
cum dolo etiam concurrat probationis
difficultas,vt per glo.& Bar.in l.in actio-
nibus,num.22.ff.de in lit.iur. & ibidem
communiter Doct. prout & communẽ
ait

ait ibi opin. Dec. nume. 13. & Pom, ad
Bar.d.loco,in ver. omnes. tradit & Soc.
reg.237.idemque conſ.46.nume.5.vo-
lum.1.& conſ.213, ſub nume. 4. verſ.
prӕterea,volum. 2. quibus in cõſilijs de
communi teſtatur, tradit etiam Marc.
Ant.Bauer.in tract.de virt.iur.ver.Quin
quageſimo,per tot.max.nume.73. & a-
lij quamplures,de quibus Plot. in prӕci
tato loco, & de hoc etiam Menoch. de
arb.iud.lib.2. caſu 208. nume.1.Et prӕ-
dicta intellige non de iuramẽto affectio-
nis,ſed veritatis, vt per glo. in d.l. num-
mis,& in d.l.in actionibus,& ibi Bar. &
alij omnes, & in hac cõcluſione ita ſen-
tiunt prӕmemorati Doct. & alij, qui de
hoc differunt, vt etiam declarat Plot. in
prӕcitato loco,ſub nume.20.verſ.Et cõ-
clude. Et materiam hanc explicãtem vi-
de Menoch.in prӕcitato caſu. Cӕterum
vt ſtipulationis huius quantitas in incer
to minimè cõſiſtat, ac creditor ab omni
circa intereſſe iſtud,& teſtium,& iuriſiu
randi probatione ſubleuetur,cum & ple
runque difficilis ſe ſe offerat, quanti ali-
cuius interſit, probatio, & ad exiguam
ſummam quandoque reducatur, ideo
5 † conſultius erit, ſi ſtipulationi pœna a-
diiciatur, prout traditur in l. cum quid,
& in l. continuus. §. ſi vt aliquid. ff.de
verborum oblig.in d.l.fin.ff. de prӕtor.
ſtip.& vt habemus in d.§.fi.Inſt. de ver-
bor.oblig.

6 Sed † & ſi iuramentum fuerit in con-
tractu appoſitum quis prӕciſè ad factũ
tenebitur, vt eſt tex. & ibi not. in cap.ad
noſtram.j.extra de iureiur. tradit gl. cõ-
muniter recepta,in l.ſi pecuniã, in prin.
in verbo,neceſſe habeas.ff.de cond.cau.
data,& ibi not.Bal.& Iaſ. ſub nume. 23.
dicens iſtam communem eſſe opin. vbi
vide cum plurimis concord. ab eo tradi-
tis,idemque tradunt Alex.in d.l. ſtipula
tiones non diuiduntur,ſub num.27.Iaſ.
nu.33.Iaſ. in l.plerique,limit. 9.ſub nu.
25.ad fi. ff. de in ius vocã.idem Iaſ. in §.
Item ſi quis poſtulante,num. 12.Inſt.de
act.in conſ.9.nume.10.lib.1. & in conſ.
41.nume.3.lib.3. Soc. conſ. 16.in fi. &
conſ.90.ſub nume.10. vbi communem
ait,& nume.15. volum.4. Dec.in l. fi.in
prin.ſub nume.10.ff. ſi cert. pet. Afflict.
deciſ.143.num.2.& 3.& deciſ.381. nu.
2.vbi communem iſtam profert ſenten
tiam. Cagn.in l.ſi quis maior, num.98.
C. de tranſ. Goz. conſ.24. ſub nume. 9.
conſ.32.num.11.12.& 15.& conſ.100.
nume.25.Menoch.lib.2.de arb. iud.ca-
ſu 336.nu.31.& in tract. de recup. poſſ.
remed. 9. nume. 368. communemque
iſtam habes eſſe ſententiam, prӕter Iaſ.
Soc.& Afflict.in locis, de quibus ſupra,
ex D.meo Ioan. Cӕphalo, ac alijs ab eo
citatis,conſ.41.nume.10. conſ. 118.nu.
23.conſ.480.nu.7. & conſ. 528. nume.
22.Rolan.a Valle conſ.6.nume. 30. vbi
vſque ad nume.36.incluſiuè,iſtud non-
nullis egregiis ſimilibus cõprobat, conſ.
53.nume.47.volum.1.& conſ. 69. uol.
4. (vbi pariter egregiis exemplis corro-
borat) nume.32.uſque ad nume. 35. E-
man.Soar.in ſuo Theſau. recep. ſent. li-
tera I.nume.271.& in ſpecie num. 335.
Conferũt etiam hic quӕ dixi ſupra cau.
57.num.2. Quòd † licet regulariter em- 7
phyteuta certam penſionem annuatim
ſoluere promittens, ſi eſt priuati emphy-
teuta, non cadat a iure ſuo ceſſans in ſo-
lutione per annum, ſed poſt triennium,
& Eccleſiӕ emphyteuta poſt biennium,
cap.potuit,extra de loc.& l. 2. C.de iure
emph.& vt latius proſequebar in d. cau.
57. ſub nume. 1. Si † tamen promiſ- 8
ſioni iuramentum acceſſerit, prӕciſè,
& omnimodo annuatim ſoluendum e-
rit, alioquin ſtatim atque per annum
ſoluere deſierit emphyteuta, periurus
fiet, & a iure ſuo cadet, ſecundum
Bal.& Doct. in capitulo, querelam, ex-
tra de iureiurando, & vt latè de hoc in
prӕdicta cautela diſſerui, quӕ hic non
repeto.

## Caut. LXIX.

De falſa demonſtratione, tam in ſupremis voluntatibus, quam in iudiciis contingente, & de procuranda bannitorum identitate, antequam eos captos iudices ſupplicio dedant.

### SVMMARIVM.

1 *Demonſtratio falſa in ſupremis voluntatibus regulariter diſpoſitionem nõ vitiat, dummodo de corpore conſtet: Limitationes infra apparẽt, & quid ſeruetur in contractibus, ac in reſcriptis, remiſſiuè nu. 25. Quid in iudicijs nu. 26.*

*Rei ſatis demonſtratæ fruſtra fit demõſtratio, ſub nu. 1.*

2 *Demonſtratio quid ſit.*

*Et quot modis inducatur, nu. 3. & 4. 9. & 13.*

*Et demonſtratio, quæ inducitur per adiectionem conſanguinitatem ſignificantem, cum falſa eſt, quando diſpoſitionem vitiet, nec ne, nu. 5.*

6 *Ceſſante cauſa finali, ceßat diſpoſitio.*

7 *Conſanguineum cum aliquem vocat teſtator, præſumitur talem eum credere, niſi coutrarium doceatur.*

8 *Dicere quis non præſumitur, quod mẽte non cogitat.*

10 *Demonſtratio facta per genitiuum ſignificantem patrem, vel per nomina alia patriam denotantia, ſi falſa eſt, diſpoſitionem nullam tunc reddit, cũ vel patris, aut patriæ dilectione talis prodijt demonſtratio.*

11 *Demonſtratione falſa quando diſpoſitio vitietur, generalis datur regula, & ex ea hæredi congruum conſilium, quo ex quacunque falſa demonſtratione legata reddere inania valeat, nume. 12.*

*Veriſimilis teſtatoris mens eſt attendenda, ſub d. nume. 11. verſic. Porro etiam.*

*Demonſtratio falſa per nomina propria inducta non vitiat, ſecus ſi per nomina appellatiua, & quæ ſit diuerſitatis ratio, nu. ſeq.* 14

*Nomen proprium ponitur ad denotandum hominẽ, quod & ſæpe mutatur, ſed appellatiuum non ita.* 15

*Argumentum ab etymolog in quibus nominibus valeat, ſub d. nu. 15. ver. & ideo.*

*Demonſtratio falſa per pronomen, & agnomen inducta, non vitiat, æquè ac ſi per proprium nomen eßet inducta.* 16

*Demonſtratio falſa cognomine inducta quando reddat legatum vitioſum.* 17

*Corporum demonſtratorum alia in genere, alia in ſpecie ſumuntur, & quãdo horum defectu diſpoſitio teneat, nec ne, & nu. 20. 21.* 18

*Non entis nullæ ſunt qualitates, & ad nonnulla ſubinfertur.* 19

*Accidens ſine ſubiecto nõ eſt, ſub d. nu. 19. verſ. Vnde Ang.*

*Legatum alicui factum ſub certæ quantitatis demonſtratione, quam ipſi teſtatori legatarius debet, ſi falſa ſit demonſtratio, legatum penitus euaneſcit, & quare. Idem eſt, ſi falſa demõſtratione legeutur alicui, quæ Titius debet, & quare nu. 23.* 22

*Legatũ certę quantitatis factum, quam teſtator legatario debere dicit, falſa demonſtratione non perimitur, & quare.* 24

*Iudices cum bannitum capiunt, & executionem contra eum facere uolunt, quid ſeruare debeant, ne male verſati videantur.* 27

FAlſa † demonſtratio in vltimis voluntatibus, ſi de corpore cõſtat, diſpoſitionem non vitiat l. demonſtratio. 1
l. falſa

l.falſa demonſtratio,cum l. ſeq.ff.de cō-
dit.& dem. & §. huic, Inſtit. de leg. Rei
enim ſatis demonſtratæ fruſtrà fit de-
monſtratio, l.1. in fine. ff. de dote præl.
Doct. in d.l.demonſtratio, & ibi Soc. in
2 2. not. Quamque regulam,qualiter pro
cedat,infra declarabo. Demōſtratio † au
tem,ſecundum Bart. in d. l. demonſtra-
tio,ſub num. 1. verſic. Credo ergo diffi-
niendum ( cuius meminit Ripa in l. Sti-
chum, qui meus erit, ſub num. 4. ff. de
leg. 1.) eſt quædam ex inſtantibus, vel
præteritis accidentibus notitia, quo ma-
gis diſpoſitio ſit liquida, adhibita rei,
3 quæ in facto eſt. Inducitur † autem de-
monſtratio aut per relatiuum verbo præ
teriti, vel præſentis temporis iniunctum;
hoc videlicet modo: Stichū, qui Romę
eſt; vel quem à Titio emi, Caio do,lego;
idque probatur per text.& ibid.hoc not.
gloſ. Bart. & omnes in d.l.Stichum, qui
meus erit.ff.de leg. 1. in l. Quintus. §. ſi
verò,ff. de auro,& arg.leg. in d.l.demō-
ſtratio,ac in d §. huic. Non vero induci-
tur, ſi futuri temporis verbo relatiuum
adijciatur; quia potius eſſet cōditio,quā
demōſtratio,d.l.Stichum,qui meus erit,
& ibid. hoc not. Doct. Vnde cum tunc
eſſet cōditio, deficiēte ea,diſpoſitio quo-
que deficeret,d.l. Stichū. conditio enim
actui oppoſita præſumitur eſſe cauſa fi-
nalis,vt probat text.l.qui hæredi, in fi. de
cond.& dem.& l. à Titio.ff.de verb.obl.
cum ſimil. Quia cauſa ceſſante ceſſaret
& actus, vt infra dicam. & vt per tex. d.
l.qui hæredi, in fi. & pro hac re hic con-
ferunt quæ tradit Rol. à Valle conſ. 82.
num.5. & conſ.97.num. 60. volum.1.
D. meus Io. Ceph. conſ. 557. num.1. &
conſil. 598. num. 27.cum iuribus,& au
thoritatibus ab eis allegatis, quibus ad-
de Bart. in l. 2. §. Titio, ſub num. 2.ver.
aut ergo,ff.de don.Aut demonſtratio in
4 ducitur † per adiectionem officium ſi-
gnificantem vel artificium,conſanguini
tatemuè, aut quid aliud, propter quod
certe magis res demonſtretur; exempli
gratia; Stichum coquum,vel ſutorem le
go; aut ſi dicatur, Seio fratri lego,vel ſi-
militer, vt per dictas leges, demōſtratio;
falſa demonſtratio,cum d.l.ſeq. de cōd.
& dem.& per d.§. huic.& de artificio eſt
caſus in l.q habebat,ff.de reb.dub.† Sed 5
circa demonſtrationem iſtam, quæ per
ſupradictas fit adiectiones, aduertēdum
eſt; quia circa conſanguinitatis,ſeu affin i
tatis adiectionem,ſi demōſtratio in per-
ſonam honorati ſit falſa eſt, legatum,ac
alia diſpoſitio vitiatur tunc, cum credēs
teſtator talem eſſe ſibi coniunctum erra-
uit;ſecus ſi non eſſe conſanguineum mi-
nimè ignoraret, eo tamen conſanguini-
tatis nomine propter affectionem vocaſ-
ſet, vt not. in l.quoties,in princip.& in l.
nemo.§. qui frater.ff.de hæred.inſt.in d.
l.falſa, in princ. eſtque text.ac ibi not.gl.
Bart.& Doct. in l. neque profeſſio, C.de
teſtam. in l. ſi pater, & in l.nec apud. &
tradit etiam Ang. Aret. in d.§. huic, nu.
1. Inſtit.de leg.& Fran.Marc.deciſ.885.
num.1.par. 1. poſt Bart. in d. l. demon-
ſtratio,nu. 7.qui rationem reddit,quare
diſpoſitio ceſſet, cum in conſanguinita-
te errauerit teſtator; quia adiectio hęc
quandam induit cauſam finalem; nam
affinitatis,ſeu cōſanguinitatis ratione re-
lictum,diſpoſitumq; cenſetur; Qua † fi- 6
nali cauſa ceſſante ceſſat & diſpoſitio,
quod & tradunt vltra Bart. Aret. in d. §.
huic,& Chriſt. Por. in §. ſi quis in nomi
ne,ſub nume. 8. Inſtit. de leg. & Franc.
Mar.d.deciſ.885.ſub nu.1.ad fin. quod
& probat tex.in c.cum ceſſante,ex.de ap
pell.in l.adigere. §.quāuis. ff.de iure pa-
tr. cum ſim. Et ideo ſi quis aliquem ut fi
lium adoptiuum,vel ſimiliter hęredem
inſtitueret, qui re vera eſſet adoptatus,
ſed nulliter, nō valeret inſtitutio,vt per
Iaſon.in l.eam,quam,nu.13. C.de fidei
com.& per eum P.Pau. Pariſ.ad Bart. in
d.l. ſi pater. C. de hęr. inſt. Franc.Marc.
in prænominata deciſ. Præſumitur † au- 7
tem quem credere talem perſonam ho-
noratam ſibi eſſe ſanguine coniunctam,
niſi

niſi contrarium probetur, vt tradit glo.
in d. §. qui frater, & ibi ſequitur Bar. idē
Bar. in d. l. neque profeſſio, nu. 3. Franc.
8 Mar. d. deciſ. 85. ſub nu. 1. Non † enim
præſumitur quis dicere quod mente nō
cogitauit. l. Labeo. ff. de ſupel. leg. & arg.
eſt text. in l. non aliter, in prin. ff. de leg.
3. ſed ſi ſunt alia, quam conſanguinatus
adiectiua, ſecus dicendum eſt, quo-
niam non præſumitur teſtatorem non
reliquiſſe, ſi talem honoratum talis non
fuiſſe qualitatis ſciuiſſet, vt per tex. d. l.
demonſtratio, tradit ibi Bart. ſub nume
ro 7. & eſt text. in d. §. huic, & ibi Aret.
9 Inſt. de leg. Aut † demonſtratio induci-
tur per genitiuum patrem ſignificātem;
vt Antonio, Ioannis filio, lego; Aut per
alia nomina patriam denotantia, vel hu-
iuſmodi, vt Io. Baptiſtę Oſtianenſi, vt eſt
caſus in l. his verbis, in fine, ff. de hær. in-
10 ſtit. Circa † quē caſum, licet dicatur ſim-
pliciter in d. l. his verbis, Quòd falſa de-
monſtratio non vitiat, credo tamen, ꝙ
ſi demonſtratio falſa eſſet, & præſumere
tur legatū tali perſonę ideo factum, quia
ei⁹. putatiuū patrē diligebat teſtator, vel
quia talis locus eius etiā erat patria, aut
ad locū ipſum affectionē habebat, tunc
propter falſam demonſtrationē legatum
ac diſpoſitio vitiaretur, fretus rōne Bar-
toli in d. l. demonſtratio, nu. 8. quē ſeqhi
tur Aret. in d. §. huic. quo loci breuiter
11 concludit Bar. ꝙ † ſi apparet, teſtatorem
nō legaſſe, ſi falſam ſciuiſſet demonſtra-
tionē, tunc vitiatur diſpoſitio ex falſa de
monſtratione, ad qđ alleg. tex. l. ſi ita ſti-
pulatus fuero hanc ſummā, cū glō. ff. de
verb. oblig. Porrò ēt veriſimilis teſtantis
mens vbi cōiecturari poteſt, ea attēditur.
l. cum auus. ff. de cond. & demon. l. gene-
raliter. §. cū autē. C. de inſtit. & ſubſt. & l.
cum acutiſſimi. C. de fideicom. & uolun
tas teſtatoris totū facit, nā qđ ipſe ſenſe-
rit ſpectādū eſt, vt ait Iuriſ. in l. ex facto,
2. verſ. & facit quidem. ff. de hær. inſtit,
Qua ſtante Bartoli cōcluſione prædicta,
ſi quis ſub falſa demonſtratione graua-
tur, conſilium † ſumere poteſt, quod ei 12
perpetuum erit, vt ſcilicet probationi-
bus ſuis Iudici notum faciat, ex aliqui-
bus, quæ ſecundum caſus emergentes
contingere poſſunt talem factam nō fuiſ
ſe diſpoſitionem, quando diſponens fal
ſam non ignoraſſet demonſtrationē: Pu-
ta, ſi quis legales libros Franciſco Iuriſpe
r to legaſſet, & appareret, quòd iuris nō
eſſet peritus, ſed artem aliam profitere-
tur; Crederem ego, quòd legatum non
deberetur; Ideo, quia cauſa proxima in-
eſſe tali legato videretur, Quoniam lega
tarius legum crederetur peritus, qua ceſ-
ſante, & diſpoſitio ceſſare deberet, iuri-
bus vulgaribus. Planè ex verbis prolatis,
quæ Iuriſperito legales applicant libros,
& ex quibus teſtatoris mentem conijci
mus, d. l. non aliter, in prin. de leg. 3. cla-
rè colligitur, nullam aliam cauſam inue-
niri poſſe efficaciorem, quàm quòd tales
libros tali perſonæ teſtator legare volue-
rit, quia Iiuriſperitus eſſet ille, cum be-
nè Iuriſperito conueniret, Ideo cauſa ef-
ficacior tacita ea vnica, tanquam expreſ-
ſa, attendi debet, arg. leg. ſecundæ, ff. de
lib. & poſth. & faciunt optimè tradita à
Soc. conſilio primo, ſub numero primo
volumine primo facitque quod traditur
de ratione vnica, quæ ex lege correcto-
ria colligitur, nam licet non ſit in lege
expreſſa, ob eam tamen ex rationis iden
titate ad caſum ſimilem extenſio perin-
dè fit, ac ob expreſſam rationem fieri
ſolet, vt tradunt Paulus Caſtr. & Raph.
Cum. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matri.
ac alij, de quib. Iaſ. ī auth. quas actiones,
ſub num vigeſimoſecūdo. C. de ſacroſ.
eccleſ. & & apoſtil. ad Bartolum in le. ſi
conſtante, ſub num. 38. litera. B. in uer
bo, quas actiones, ff. ſolu. matrimonio.
Quæ quidem cauſa, cum ſit proxima,
& immediata, vt ſuprà probaui, valde
in conſideratione habenda eſt, le. ſo-
cium, qui in eo. §. primo. ff. pro ſocio,
Bar. in le. ſed ſi plures. §. in arrogato, ſub
numero tertio, ff. de vulg. & pupill.

Dec. in le. certi condictio. §. quoniam, ſub nu. 7. ff. ſi cert. pet. & in l. in eo, quod plus eſt, numero quinto, in fi. ff. de regulis iuris. Soc. in l. g. prima in prin. numero vndecimo ff. de verborum obligationib. qué ad id refert D. meus Ceph. conſilio 493. numer. quinto. & pro hoc vide latè, & egregiè penes And. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, qui eſt poſitus inter fallentias regularum D. Bart. Soc. & aliorum, in litera. C. limit. 20. Sic igitur cauti hæredes, ſiuè eorum Aduocati procedere ſciant, quia tam in ſupradictis caſibus aliquando legatum ſubuertent, quam etiam in alijs caſibus, quibus de-
13 monſtratio induci poteſt: Nam † & quandoque ipſa demonſtratio depromitur per nomina, prænomina, agnomina, & cognomina, vt Fanciſco, Marco Tullio, Petro Pio, Tiberio Rodulpho, do, lego, quod probatur per leg. ſi in nomine, C. de teſt. & per dict. §. ſi quis in nomine, alias incipit, ſiquidem in nomine, Inſtit. de leg. Circa autem hanc rem, quatenus dixi per nomina demonſtrationem induci, de proprijs
14 nominibus intellexi, falſa † quorum demonſtratione legatum non uitiatur, dicta le. ſi in nomine, & in dicto §. ſiquidem, & in le. ſi quis in fundi uocabulo, cum concor. de quibus gloſ. ibidem, in uerbo, ſed ſi in corpore. ff. de leg. primo. Nam licet etiam per nomina appellatiua inducatur demonſtratio, Vt putà ſi dicatur, equum iſtum lego, tamen cum ille non ſit equus, ſed alia ſpecies, per falſam demonſtrationem diſpoſitio vitiatur, dicta le. ſi quis in fundi uocabulo. Ratio differentiæ inter proprium, appellatiuumque no-
15 men una hæc eſt, Quia † proprium nomen eſt gratia ſignificandorum hominum comparatum, vnde ſuperfluum reperitur, ubi aliter homo ſatis demonſtratur, arg. leg. certum, ff. ſi cert. pet. & dicta le. prima, in fi. ff. de dote præl. & eſt text. in le. ad recognoſcendos. C. de ing. man. & in dicto. §. ſiquidem in nomine, Inſtitu. de leg. non ita in appellatiuis. vel altera eſt ratio, quia ſæpe mutari nomen proprium ſolet, appellatiuum autem nunquam, vt in dicta le. ſi quis in fundi uocabulo. & ibi per gloſſ. & doct. quos pro horum intelligentia, de proprio, & appellatiuo nomine uideas, & max. pro limitationibus ad hæc ibi vide poſt alios Rip. egregiè materiam & ampliantem, & limitantem, & de hoc hoc etiam vide Aretinum & Porr. nume. decimo, in dicto §. ſi quidem in nomine, Inſt. de leg. & ideo ſtante hac diuerſitatis receptiſſima ratione, Quòd nomen proprium ſæpè mutatur, non ita appellatiuum, infertur, quòd propterea in nominibus proprijs non valet argu. ab ethymologia ipſorum nominum, ſecundum Bar. in rubrica ff. ſolut. matrimonio. ſequuntur Abb. & Felyn. in proœ. Gregor. & omnes in dicta rubrica, ſoluto matrimonio, vt ait ibid. Ripa, numero nono. quod tradit ipſe Ripa in dicta le. ſi quis in fundi, ſub numero decimoſexto. ex aduerſo autem valet arg. ab ethym. in nominibus appellatiuis, Bart. & alij in lege ſecunda, §. appellata, ff. ſi certum petatur. declarat Ripa in dicta rubrica ſoluto matrimonio, dicto numero nono. & idem in dicta le. ſi quis in fundi, ſub dicto numero decimoſeptimo.
Et † quod de proprio nomine dictum 16
eſt, poteſt etiam aptari ad prænomen & agnomen, nam cum illa etiam ſæpè mutari ſoleant, errore illorum diſpoſitio non vitiatur, argum. leg. illud. ff. ad leg. Aquil. & dicta lege, à Titio ff. de uerb. oblig. cum ſimil. Cir-
ca † cognomẽ uerò teneo, quod ſi apparebit illud adiecisse teſtatorem, quia affe- 17
ctionem ad eam familiam habebat, & errauit, diſpoſitio uitiabitur, per eãdẽ Bar. rõnem in d. l. demõſtratio, n. 8. quã ſuperius adduxi: Qd fortè etiã in agnomine eueniet; cũ tale ſit ꝓpter qd uideri poſſit teſta-

teſtatorem ex ſolo agnomine legaſſe, vt
in caſu hic poſito; quia ſcilicet Pius eſſet
ille; & ſic de ſingulis quoque dicas, vt &
ſuperius admonui.

Quatenus autem ſupra dictũ eſt, Per
falſam demõſtrationem diſpoſitionem
non vitiari, cum de corpore conſtat, ſciẽ
18 dum eſt, Corporum † quæ legãtur, alia
in ſpecie, alia ſumi in gñe, ſi in ſpecie ſu-
mũtur; vt qa cẽtũ aliquis, q̃ tali ĩ loco re
poſuit, leget; vel certam lancem; aut ſi-
militer, ſtatim vbi de corpore non appa-
ret, diſpoſitio vitiatur, per tex. in l. ſi ſer-
uus legatus. §. qui quinque. ff. de leg. 1.
& in d.l. 1. §. ſed & ſi. ff. de dote prę leg.
ad idem facit tex. in l. talis. §. item ſi le-
getur, in l. plane. 1. §. ſed hoc ita, iuncta
l. ſed & ſi certos, de leg. 1. Idq́ue optima
19 ſuadet rõne; quia † ex nõ ente nihil fit, l.
nec ullã. §. ſi qs abſentis, ff. de peti. hęre.
aliàs eſt l. ẽt ſi putauit. d. §. ſi quis abſen-
tis, & vt per Scrib. in l. eius, qui in pro-
uincia. §. quod ſi ſtipulatus, & ibi Dec.
hoc not. num. 5. ff. ſi cert. pet. Vnde Ang.
in d. §. ſi quis abſentis, ſummabat eũ tex.
ꝙ accidens abſque ſubiecto conſiſtere
nequit, in ſimili facit quod tradit Afflic.
deciſ. 331. num. 2. dicens, ꝙ ſi non pro-
batur poſſeſſio, nec etiam ſpolium pro-
batur, & in deciſ. 395. num. 2. pariter di-
cit, ꝙ non poteſt cõtingere ſpoliatio, vel
turbatio, vbi non exiſtit poſſeſſio, ad qđ
etiam vide D. Menoch. in ſuo famoſo
20 tract. de recuper. poſſeſſ. rem. 1. ſub nu. 1.
& nume. 2. Si † vero in genere corpora
ſumantur, vt quia quis mentionem facit
de pecunia (non tanquàm certum cor-
pus, ſed vt quantitas, quæ in genere con-
ſiſtit, nam alia aurea, alia argentea, & ſi-
militer) dicendum eſt, ꝙ ſi generis illius
quid in diſpoſitione determinatum, ſeu
quantitas in genere limitata legatur, vt
lego vxori x. quæ mihi in dotem dedit,
21 tunc falſa demonſtratio nõ vitiat: ſi † ve
ro illud genus, vel quantitas in genere
limitata non fuerit, tũc quatenus demõ-
ſtratio falſa eſt, eatenus diſpoſitionem
deſtruit, tex. eſt in l. 3. & fin. C. de falſa
cau. adiecta leg. cum ſim. & ita dicit Bar.
in d.l. demonſtratio, ſub nume. 4. & 9.
Are. in d. §. huic, verſ. primo caſu aut idẽ
genus, & Iaſ. ad Port. in d. §. ſiquidem, in
vlt. apoſt. & ſub quo nu. 4. reſpondet ad
obiectum Bartolus, quod per l. ſi ſic. §.
1. ibi, quod ſi addidit, ff. de leg. 1. & per
l. legaui. ff. de liber. leg. fieri poteſt; vbi
habetur, Quòd † ſi alicui legentur 10. 22
quæ ipſi teſtatori debet, & demonſtra-
tio falſa ſit, legatum euaneſcit, reſpondet
inquam Bar. (cuius dicta, & intellectum
communiter approbari inquit Iaſ. in d.
l. ſi ſic, §. 1. num. 6. exploſis gloſſæ, Dy-
ni, & Oldr. traditionibus, & intellectu
ibi) Quòd licet attento verborum ſono
ad certam quantitatem in genere referã-
tur, inſpecto tamen intellectu teſtator
uidetur liberationẽ ab illis 10. reliquiſ-
ſe, quæ ſibi legatarius debet. unde cum
impoſſibile ſit liberationem eius, quod
non debetur, introduci (priuatio enim
habitum ſupponit. c. ad diſſoluendum,
de deſponſ. imp. l. manumiſſiones. ff. de
iuſt. & iu. text. præclarus in l. Titio vſuſ-
fructùs. ff. de condit. & demonſtr. ibi,
deſiiſſe non videtur, quod non incœpit.
l. 3. §. deſinere, vbi etiam glo. ff. vſufruct.
quemad. cau. l. decem. ff. de verb. oblig.
l. non videtur rem amittere, & l. non
poteſt videri. ff. de reg. iur. §. ſeruus. Inſt.
de cap. dim. & facit l. 3. §. conditio, & l.
legatum. ff. de adim. leg. & quod tradit
Soc. in l. legatum, ſub num. 4. ff. de leg. 1.
& ſunt ad hoc plurima alia iura, & au-
thoritates) dicendum quoque videtur,
reliquiſſe rem, quæ cum non ſit, nihil
operari poteſt; & id quoq; tradit Chriſt.
Port. in d. §. ſiquidẽ in nomine, ſub nu.
11. verſ. ſi autem teſtator, quod & ſequi
videtur Iaſ. ad eum in litera F. Idem quo
que eſſe ait Bar. in ſuprad. loco & Port.
in d. §. ſiquidem, ſub d. num. 11. verſ. vel
lego Sempronio, q̃ mihi debet Caius,
cum † lego alicui quod mihi debet Ti- 23
tius, nam ſi Titius nihil debet legatum

non

non valet, cum enim actionem legare vi detu , quam aduerſus Titiū habeo, nec mihi ſit actio illa contra Titium falſa demonſtratio rei adijcitur, quæ non eſt in rerum natura, vt in d.l. ſi ſic. & in d.l.le-
24 gaui. Secus autē † eſſet ( vt in eiſdem iuribus ) ſi quis certam legaret quantitatē, quam ipſe debet, uel debere dicit, hoc uidelicet modo: Centum, quæ tibi debeo, lego, quia tunc falſa cauſa non vitiaret, nam ſolum ad dandum hoc caſu videtur teſtator hæredem obligaſſe, quæ quidem datio etiam ſi non debeatur, conſiſtere poteſt, vt colligere eſt ex tex. d.l.legaui, quem caſum etiā traditum habes in tex.l. 2. ibique not. & in dd.ll. 3. & fin. C.de fal.cau. ibi enim propter legatum certæ quantitatis dotis, quam recepiſſe refert teſtator, ipſe ſe debitorem præſupponit, unde legando idem uxori, videtur perindè legare ac ſi diceret, Centum, quæ dotis nomine vxori meæ debeo, eidem lego.

Hactenus igitur habes, quando falſa demonſtratio in vltimis uoluntatibus diſpoſitionem corrumpat, nec ne: Quæ
25 etiam † falſæ demonſtrationis quæſtio in contractibus inter uiuos, ac in reſcriptis contingere ſolet, quibus in caſibus dic, vt per Bar. in d. l. demonſtratio, nu. 10. & 11. & vide Franc. Mar. cum his, quos ipſe alleg. in deciſ. 546. par. 1. Et hæc etiam quæſtio in iudicijs accidit, de qua re hic aliqua attingere placet, cum Bartolus ad hoc congruam afferat cautelam, quam ego inferius ponā. Si † quis
26 igitur citatus tanquam Petrus Ioannis, ſit Martini filius, dicit Bar. in d. l. demonſtratio, ſub n. 12. Quod ſi ille citatus ſub ea demonſtratione in iudicio cōparuit, & ſub eo nomine litigauit, tunc falſa ea demonſtratio iudicium non vitiat, quia de corpore conſtat, & quia tam Iudex, quàm partes talem habebant pro Petro Ioannis, ad quod alleg. l. ſi quis in nomine, alias incipit, ſi in iudicis. ff. de iudic. Aut verò talis non comparuit, ſed contumax fuit, & contra eum tanquam contumacem, proceſſus eſt factus, eſtque in banno poſitus, ſub demonſtratione nominis, quæ uera non ſit, & tunc ſi conſtat, quòd ille homo eſt, qui de tali maleficio inculpabatur, & diffamabatur, ualet proceſſus, licet in nomine error fuerit, Quia Iudicis animus ad eundem hominem referebatur, arg. l. congruit. ff. de offic. præſ. debuit enim ille ſaltem comparere, & oſtendere ſe falſa citati demonſtratione, nec propterea eū eſſe, qui ſic citabatur, arg. leg. ſi quis ex aliena. ff. de iud. Secus autem eſſet, ſi uel uerè Iudex ſciret falſa demonſtratione eum in iudicio citare, ut inquit Bar. in d.l. demonſtratio, ſub nu. 13. uerſic. ſed pone, per l. 1. ff. de req. reis, & ita quoque tradit cū Bart. Ang. de malefic. in uerbo, Caium Sempronij, nu. 6. ad quod etiā vide quæ ibi tradit in hoc propoſito Auguſti ad eundem Angel. poſt d. nu. 6. vel ex uerisimili aliquo non conſtaret, de quo ſenſerit Iudex, nam etiam tunc incertitudinis ratione citatio non proficeret, ut ſub d. nu. 13. uerſi. Sed ſi, tradit Bar. intelligendo vt ibi declarat Soci. nu. 12. conciliando Bal. & Ang. opiniones. Ideoque Bart. d. nu. 13. ( quem ab Angeli morſibus Soc. ibid. poſt Imo. ac Alex. in l. 2. nu. 7. ff. de lib. & poſt. & alibi ipſe Alex. ut modò dicam, defendit ) conſilium aſſeſſoribus tradit. Quod † cum aliquem bannitum 27
capiunt, antequam ad executionem contra eum procedant, captum ipſum bannitum conſiteri faciant, Quòd idem homo eſt, qui ſic vocabatur, & hoc nomine citatus fuit, condemnatus, atque bannitus, hoc idem conſilium Bar. ipſe tradit in l. diuus, num. 5. ff. de cuſt. & exhib. reor. & in l. inter ſtipulantē. §. ſi Stichū. nu. 13. ibique pariter Alex. ſub num. 16. Bar. à contrarium tenentibus ſaluat ff. de verb. oblig. ubi amplius dicit Bart. quòd ſi aſſeſſores ab hoc bannito capto confeſſionem ex torquere nō poſſent habeant probationes, quòd talis captus ille eſt

O homo,

homo,qui de maleficio inculpabat̃, vel qui illud fecit maleficiũ, vel veriſimilia de eo inquirãt,ita ꝙ ſimile vero ſit, iudicẽ,qui iudicauit,de eodẽ ſenſiſſe,& iſtud quoq; cõſilium hr̃ penes Ang.de mal. in d.ver.Caium Sempr.in prin.nu.3. vbi ẽt inquit, ꝙ hoc in caſu talis cautela ſit neceſſaria,an autem vltra recognitionẽ opꝰ ſit, reum fateri ſe tale delictum, de quo in banno,& cõdemnatione, commiſiſſe loco,& tempore,modo,& forma in ipſo proceſſu cõtenta, vide apud ipſum Ang. in modo dicto loco, vbi hr̃, ꝙ fortè iſta cõfeſſio ſit neceſſaria. Aug.tamen ibi ad eum contra,cũ quo videtur ſentire Boſſ. in tit.Bãniti quid amit.ſub num. 18. vbi dicit Angeli opi.eſſe periculo plenam,& cõtra cõem Doct.opin.licet mox ſubdat, ꝙ eam Senatus quandoque ſeruat,& circa hoc,ac circa traditum Bartoli cõſ.vide Iul.Clar.& quos refert in prac.§.fi.q.96. verſ.Quęro nunquid,quibus habes Bartoli cõſ. eſſe communiter in practica receptum. Cętera in hac materia de errore quo ad perſonam, contra quam procedi tur, vide poſt Bar. in d.l.demonſtratio, Ang.& etiam Aug.ad eum in d.verbo, a nu.4.vſque ad nu.12.

## Caut. LXX.

### De falſi crimine vitando in productione,& vſu inſtrumenti,& atteſtationum, & de interrogatorio aduerſus producẽtem faciendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſi crimine tenetur qui falſum fabricauit,etiãſi ab vſu abſtineat,& de hoc quoque nu.36.*
*Limita nu.2.*
*Vſus aũt reſpectu cũ falsũ imminet,nõ vtendo periculum vitatur,nu.4.*
*Quando verò eſt vſus tenetur vtens ſi concurrant ea,de quibus nu.7.*
*Et conſilium pro hoc datur nu. 24. & nu.25.Declarando vt nu. 26. & 29. vbi aliud apparet rem.ſecundum practicam introductũ. Item & aliud affertur remedium nu. 33. & cõtra illud datur cõtraria cautela,nu.34.Generaliterque hæc oĩa conſilia declarãtur quando procedant,nu.36.*
*Et quæ dicuntur de inſtrum. eadem et declarantur procedere circa atteſtationes,nu.28.*
*Circa quas atteſtationes epilogãdo traditur illi conſ.cõtra quem fuerint productæ,quid faciat,quando eas falſas credit,nu.31.*
*Facti alieni iuſta eſt excuſatio.* 3
*Falſi pœna alia eſt contra eum, qui ob* 5 *fabricationẽ in falſum incidit,& alia cõtra eũ,qui ob vsũ ſolum,& nu.6.*
*Statutũ Brix.in crim.c.103.declaratur* 8 *ſecũdum Menoch.eius aũt declaratio reprobatur,nu.9.vſque ad nume.24.*
*Dictio,tanquam,quandoque denotat im* 10 *proprietatem,quandoque ſimilitudinem,& quãdoque veritatem,& nu. 11.cum ſeq.*
*Paria ſunt aliquem in dolo ab initio eſſe* 14 *& non eſſe, ſed ex poſt facto partis monitione fieri.*
*Teſtes falſos ſi quis ignorãter producit,* 15 *& mox pars denunciet,facta publicatione,ipſos teſtes eſſe falſos,& producens nihilominus velit vti,tenetur de falſo,ratio traditur nu.16.& 17.*
*Certioratus dolo non caret.* 16
*Statuti verba propriè ſunt capiẽda,mẽs* 19 *autem magis, quam verba attendenda eſt.nu.20.*
*Statuti mens ipſi ſtatuto dat eſſentiam.* 21
*Ratio eſt legis anima, verba ſunt cor-* 22 *pus.*
*Statuti ratio, & mens prima eſt in intẽ* 23 *tione diſponentis.*
*Interrogatus ſi quis reſpõdeat velle vti* 27 *in paſſibus,& punctis pro eo facientibus, dicitur nihil reſpondere.*

Ex-

30 ***Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.***

32 ***Iudex inquirens an poßit interrogare partem, an velit vti atteſtationibus.***

33 ***Mandatum quale requiratur pro procuratore, ad hoc, vt in criminalibus domino prçiudicare valeat.***

1 Falſi † inſtrũ fabricatione qs irreparabiliter de falſo tenetur, ēt ſi non vtatur, l.ſi falſos.C.de falſ.& ibi Bar.Bal. Ang.& Sal. per quem etiam tex. ita not. Gand.in tit.de falſ.nu. 4. ad qd facit tex. in l.quis ſit fugitiuus, in prin. ff.de ædil. edic.& in l.qui ea mente.ff.de fur. tradit quoq; Ang.de maleſ.in ver.falſario, nu. 42.Io.Andr.ad Spec.in tit. de inſtr.edit. §.inſtrumentum, ſub num. 18. in verbo, vſurum, in fi.Ruyn.conſ.86.nu.5. lib.4. Boſſ.in tit.de falſ.nu.116.& hoc pariter dicere voluit Iul.Clar. in §.falſum, verſ. fabricãs, quodque ait D. Menoch.lib.2. de arb.iud.caſu 315.nu.31.vbi limitatio
2 nem vnam ad hoc refert, quãdo † pro eo, qui falſum feciſſe diceretur, probabilis eſſet ignorãtia, vt quia in facto alieno er-
3 raſſet, quod † dignam affert excuſationis cauſam.l.1.2.& 3.l.error, l.regula. ff. de iuris,& facti ignor.l.cum quis. C.eod.l. fi.in fi. ff. pro ſuo. cũ ſimilib. & quod in facto alieno errans a falſo excuſetur, tradit Boſſ.in d.tit. de falſ.nu. 154. Capyc. deciſ.67.num.7.Foller.in pract. crim.in ver.Item ꝙ commiſit falſitatem, nu.24. quos refert Menoch. in præcitato loco.
4 Verum ſi † non fabricatione, ſed vſu falſi immineat periculum, tunc vtendo falſo inſtrumẽto quis falſum committere dr. l.falſi.§.ordine. ff.de falſ.l. maiorem. & d.l.ſi falſos.verſ.nam illis, in fine.C.eod. Gan.in d.tit. de falſ.ſub nu.2.Ang. in d. verbo, falſario, d.n.42.Io.And. ad Spec. vbi ſupra, Bar.in l.diuus, 2.ſub n.2.ff.de falſ.Barb.conſ.54.num.16.& ſeq. lib.3. Fran.Mar.deciſ.737.nume.1.par. 1.Iul. Clar.ĩ d.§.falſũ, verſ.vtẽs falſo.Men.d.caſu 315. vbi ſubdit † drĩã eē quo ad pęnã 5
imponẽdã inter eũ, qui ob fabricationẽ, & eũ, qui pp vſũ ĩ falſũ incidit, priore.n. caſu pęna falſi ordinaria eſt, ſcdo aũt caſu mitius quis punit, vt pter authoritates quas alleg.Menoch.tradũt quoq; Accur. in d.§.ordine, in gl.fi.& in d.l. ſi falſos, ĩ verbo, aſtrinxerit, in l.ſi vteris, in verbo, & diſcrimen.C.de fide inſtr. Gãd.ĩ d.tit. de falſ.nu.6.& hæc eſt cõis opi.vt ait Sal. in d.l.ſi vteris, nu.4.quẽ refert Boſſ.in d. tit.de falſ.ſub n.115.& Clar.d.§.falſũ, d. verſ.vtẽs falſo, in fi.Et pœnã † hãc intelli- 6
gũt Doct.oẽs relegationis tpalis eſſe, ſeu exilij ad tps, ex tex.d.§. ordine, qd ſanè exilii tps, cum diffinitum non ſit, inquit Menoch.d.caſu 315.ſub nu.5.ad fi. efficere pœnam eſſe iudici arbitrariam.

Sciẽdũ † aũt eſt, ꝙ ad hoc, vt qui falſa 7
vtitur ſcriptura de falſo teneatur, ſciẽter illud feciſſe requirit, vt eſt tex. & ibi glo. & Doct.in d.l.maiorem. C. de falſ. facit tex.in l.1.in prin.& in l.lege Corn.§.pęna.ff.de falſ.& in l.nec exẽplum. C.eod. cũ his, q̃ dicã in prox.ſeq. caut.& ad hoc eſt gl.not.in l.2. & ibi Bal.C. ſi minor ſe maiorem dix.ac in ſpecie tradit Iul.Clar. in d.§.falſum, d.verſ.vtẽs falſo, ac D. Iac. Menoch.d.caſu 315. nu. 6. Dicit tñ ipſe Menoch.nu.7.extare † ſtatutum Brix.in 8
crim.cap.103. De pœna producẽtis cartam, vel cõdemnationẽ falsã in iud. verſ. & ſi ignoranter, quo diſponitur, ignorãter producentem inſtrũ falſum ad eius poſtulationẽ factã, puniri tanquam falſariũ, ſi interrogatus reſponderit eo vti ſe velle, quam tamen pęnam intelligit ipſe d.Menoch. nu. 8. eſſe in iudicis arbitrio poſitam, pp eam dictionem, tanquam, prout ita in ſpecie pulchrè ſcribere alleg. Bal.in c.nonnulli gratia, n. 3.de reſcrip. qui dixit hoc eſſe pro ſtatutorũ interpretatione notandum, & Bald. ſequi refert Felyn.in c.ſolitæ, nu.3.de maio.& obed. ſubdit etiam Menoch. ineſſe in caſu ſtatuti illius quãdam rationem excuſatoriã

O 2 vide-

videri, cum ignorãter ille producens ab initio dolo uerſatus nõ ſit, quò omnino abſoluendus uidebatur: At poſtquam ſe uelle vti reſpondit, pœnæ reus fit, non autem in totum, quia initium dolo caruit.

9 Verum quicquid † doctiſſimus D. Menoch. teneat, cui ob eius ſummam doctrinam, ex qua temporibus noſtris nõ aliorum iniuria facilè Iuriſconſultorum Princeps dici poteſt, multum in alijs tribuere ſoleo: Tamen in hoc ipſius intellectus ad illud ſtatutum mihi non placet, parcat tantus vir, Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas.

10 Nanque licet † dictio, tanquam, quandoque ſit impropriètatis nota, ut per text. leg. ſi paterfamil. §. qui duos. ff. de adopt. cum ſim. traditque Bar. in d. l. pa-

11 ter, nu. 1. ff. de teſtam. tut. Tamen † etiã aliquando eſt ſimilitudinis oſtenſio. d. c. ſolitæ, iunc. ibi gl. in uerbo, tanquam. & vt probatur apud Euang. Matth. c. 26. num. mihi 55. & Marc. cap. 14. num. 48. in illis verbis; Tanquam ad latronẽ exiſtis, &c. quibus verbis non ambigitur D. noſtrum intellexiſſe, Iudæorum miniſtros aduerſus eum exiſſe, ac ſi latro, ſeu ſimilis latroni eſſet; quod & habe-

12 tur Lucæ c. 22. num. 52. Ac † quandoq; etiam ipſa dictio, tanquam, eſt ueritatis, iuxta ſubiectam materiam, expreſſiua, vt eſt de hoc caſus in cap. ex parte, ex. de

13 ſponſ. Verùm in † caſu illius ſtatuti Brixien. ſubiecta patitur materia, vt illa dictio, tanquam, veritatem oſtendat; vnde dicendum venit non in arbitrio Iudicis pœnam eam eſſe poſitam; ſed ordinariã ſtatutam infligendam fore. l. ſi vno. ff. loca. l. ſi ſeruus plurium. §. ſi. ff. de leg. 1. & l. quoties idem ſermo. ff. de reg. iur. per quæ iura idem tradit Bar. in caſu ſtatuti, in l. omnes populi, ſub num. 58. ff. de iuſti. & iure. Quòd autem iux. ſubiectam materiam in eo ſtat. prædicta dictio veritatem denotet, hoc pacto oſtendo. Inquit ſtatutum, quòd ſi ignoranter fuerit productum inſtrumentum; & mox qui produxerit fuerit interrogatus ab eo, qui dixerit uelle inſtrumentum arguere de falſo; nec ab uſu abſtinuerit, ſed dixerit uelle vti; tunc (ſi dictum inſtrumentum fuerit ad ſui poſtulationem, vel ſui miſſi factum, &c.) puniatur tanquam falſarius inſtrumenti; Ecce ibi manifeſtè apparet, quòd licet ab initio producens falſum inſtrumentum dolo verſatus nõ ſit; ex quo tamen interrogatus, & monitus de falſo ab eo, qui dixerit inſtrumentum de falſo arguere velle; & non deſtiterit ab vſu, quinimmò velle vti dixerit, dolus ex poſtfacto deprehẽditur, & falſi vſus introducitur, quem ſolum vſum dolo producentis factum, totum illud capitulum vnica determinatione reſpicere videtur, præterquam eo in caſu, cum inſtrumentum ad ſui poſtulationẽ, vel miſſi ſui, aut procuratoris non fuerit factum; quo caſu, ſi interrogatus reſponderit, vt ſuprà, condemnabitur in libris centum mez: tantùm, prout habetur in verſ. ſi verò non fuerit. quem quidem verſi. inferiùs quoque ponderabo ad ipſam ſtatuentium mentem, quam fuiſſe opinor, coniecturandam: Cùm igitur ille, qui ab initio in productione dolo nõ fecerit; ſed mox in proceſſu cauſæ interrogatus, & monitus dolo verſatus fuerit, nimirum illud eſt, ſi perindè ſit puniendus, ac etiam puniretur, cum ſcienter, & doloſè produxiſſet: Paria † enim 14
ſunt, Aliquem in dolo ab initio eſſe, & non eſſe; ſed partis monitione ex poſt facto fieri. l. vitilis. §. ſi adierit. ff. de leg. præſt. l. ait prætor §. ſi quis particeps. ff. quæ in frau. cred. cum concord. de quib. glo. ibi. Et hoc eſt, quod ſecundum Gui. de Suza. dicebat Gand. in d. tit. de falſar. nume. 12. cuius deciſio omninò in caſu prædicti ſtatuti aduerſus D. Menoch. falcem ad radicem imponere videtur; vide licet † quòd ſi quis falſos teſtes ignoran 15
ter produxerit, & publicatis atteſtationibus eidem pars aduerſa denunciet ipſos teſtes falſos eſſe; volens autem nihilominus

lominus illis teſtibus vti, de falſo punie-
16 tur; quia † certioratus dolo nõ caret. l. 3.
17 §. is qui. ff. de lib. hom. exhib. & † quia at
teſtationibus vtendo poſt denuntiatio-
nem dolum committit, licet a principio
ignorans extiterit, arg. l. iuriſgentium. §.
ſiue, & l. 2. §. circa. ff. de do. excep. Quod-
que apertiſſime ex ſtat. ipſius ciuitatis, in
crim. pariter habes, c. 108. verſ. & ſi igno
ranter. dum illud ſtat. punit ignoranter
falſos producentem teſtes, perinde, ac ſi
ſcienter produxerit, ſi, poſtquam interro
gat⁹ fuerit ab eo, qui dixerit velle dictos
teſtes de falſo arguere, reſponderit, vti
velle: Quod ſane ſtatutum abſque vlla
cunctatione declarat, & docet, quomo-
do ſit intelligendum prædictum ſtatu-
tum 103. vt ibid. cernere facilè eſt: cũ &
in illis verſiculis hincinde eadem fere ha
beantur verba, & ſimiles omninò caſus;
vnde miror, quòd oculatiſſimus, & dili-
gentiſſimus, D. Menoc. ſequens illud ſta-
tutum non viderit, & totam eam mate-
riam de falſis in eo ſtat. non perquiſierit.
18 Quin † & ſtatuti ipſius verbis, ca. præd.
102. etiam ſi ſupradictum ſequens, illud
declarans, nõ extaret, clarè colligitur, vo-
luiſſe ipſum talem interrogatum, & mo-
nitum, non obſtante monitione, vtentẽ,
verè de falſo, ad inſtar ſuperioris caſus
puniri; quod ſubſequentia indicant ver-
ba, quæ habẽtur in d. verſi. ſi verò nõ fue
rit, vbi ſtatutũ exprimit puniendum eũ
in 100. lib. mez. qui interrogatus reſpon
derit velle eo vti inſtrumẽto quod ad ſui
poſtulationem, &c. nõ fuerit factum; ex
quo. n. eo in caſu pœnam minuendã ex-
preſſit; non autem in præced. caſu d. ver.
& ſi ignoranter. nec vlla erat difficultas
exprimere, dicendum venit, voluiſſe ve-
rè de falſo, & ordinarie puniri eum, qui
in caſu ipſius ver. & ſi ignoranter, contra
fecerit, arg. l. j. §. ſinautem ad deficientis.
C. de cad. tol. Attenta ergo ſtatuti mente;
attento quoq; ꝙ ea dictio, tanquam, ſe-
cundum ſubiectam materiam veritati a-
ptatur, vt ſupra dictum eſt, dicendum ve
nit, eam d. Men. opi. in prædicto interpre
tando ſtatuto omnino tutam nõ eſſe. Pla-
nè etiã vbi ex ſui propria ſignificatione
ipſa dictio, tanquam, improprietatis eſ-
ſet ſignificatio; vnde prima fronte dicen
dum videretur in prędicto ſtatuti Brixię
caſu impropriè eum accipiendum falſa-
rium, qui in principio ignoranter inſtru
mẽtum, ad ſui poſtulationem, &c. factũ,
produxerit, mox ad aduerſarij interroga
tionem reſponderit, vti ſe velle; & ſic ar-
bitraria pœna puniendum, ideo, quia ſta
tutorum † verba propriè accipi debẽt, vt 19
communiter dicunt doct. per text. l. 3. §.
hæc verba, 2. & ibi gl. in ver. cum is mo-
ritur, & Bar. ff. de neg. geſt. Attamen † in 20
rei veritate quando ipſius ſtatuti mẽs ſer
monis proprietati refragatur, à proprie-
tate ſermonis recedimus, & ſolam atten
dimus mentem, vt probat tex. in d. l. ſi v-
no, in prin. uer. ſed & ſi verb. donationis
ff. loc. & ibi hoc no. gl. in ver. ſed tranſa-
ctio, quæ alleg. ad idem text. in l. in lege
legationis. ff. eod. Ad idem quoque facit
tex. in d. l. ſi ſeruus plurium. d. §. fin. ff. de
leg. 1. cum l. cum pater. §. dulciſſimis, &.
ibi gl. & Bar. ff. de leg. 2. l. Põponius. §. ſi is
qui. ff. de acq. poſ. iun. l. & hẽt. §. eũ. ff. de
prec. l. nõ aliter, in prin. ff. de leg. 3. p quẽ
tex. ita in propoſito noſtro declarat Bar.
2 remedium, ꝙ † ille, cui relictum eſt; eū, qui præſtare rogatus fuerit, conueniat & ſi relictum neget, actor, prius præſtito de calumnia iureiurando, ſacramēti religione conuentum arctet, ad reſpōdendum legatum ſit, necne: & ſi reus ipſe non relictum iurauerit, tutus erit; ſin autem iurare noluerit; verum ad iuris ſolennitates recurrat, dicens legatum ſiquidē, ſed minus ſolenniter; tunc propter pręcedēs mendacium, ad legati ſolutionem cōdēnari debebit, iux. tex. ſing. in l. fi. C. de fideic. vnde proceſſit ſimilis tex. in § fi. Inſti. de fideic. hęr. idem quoq; no. in d. l. ſi veritas. C. de fideic. & ſuper hac cau. vide late Iac. de Bel. Bar. & cæteros in d. l. fina. practicandi modum aſſignantes. Et iſtā materiam ego plenius declarabō, ſecundum duos intellectus, quos communiter receptos ad ipſam materiam d. l. fi. & d. §. fi. interius afferam. Sed quia forte aliqui Deum præ oculis non habentes, ēt non relictum iurarent, iux. tradita à Cæpo. cau. 134. verſ. iſta tamen cau. Quādo quidem homines quidam ſunt ad iurandum faciles, iuxt. l. quæ ſub conditione. ff. de cond. inſt. in Dei contemptū, Bald. in l. ſi poſt perfectam. C. de euict. qui tamen pſeudochriſtiani Deum ſaltem vltorem ſceleris habebunt. l. 2. C. de iureiur.
Ideo † cautus ſit ille, cui relictum erit, 3
viam inueſtigare, qua reum illaqueare, poſt factam negationem, valeat; videlicet ei viam aperiendo, unde relictū ſiquidem fateatur, ſed in non ſolenni uoluntate: quod hoc pacto facile forſan eueniet: ſi delato iuramento, antequā iuret reus, actor dicat; Non potes certe non relictum iurare; ſed bene illud forte allegare, non ſolenniter factum legatum: Vel
† fortaſſis procedet & hæc cautela, pro- 4
ut mihi ipſi in facto contigit, & ita vſus obtinui; (quod tamē fuit in caſu, in quo certum erat, ꝙ defunctus ſolenniter mihi legare noluerat, ſed in ſola hæredis fide ponere; At & impræſentiarum tracto de eo caſu, in quo appareret, ꝙ quis ſolēniter legare vellet, vt mox ſubijciam) ut l. ſi legatum ſaltem coram teſtibus duōbus relictum ſit, & id negauerit hæres, vel qui præſtare rogatus eſt, quod ut neget procura contrarium per eos duos teſtes probare poteris, arg. l. ubi numerus. ff. de teſtib. & tunc credo conuincetur; cum in ſolam mendacij pœnam ea procedant, quæ circa hunc caſum dicuntur, ſecundum Io. cuius opi. tenet gl. in d. l. fi. in uer. ſubire, & gl. fi. in fi. in d. §. fi. Inſtit. de fideic. hær. & communiter Scrib. alij tam in d. l. fi. quàm in d. §. fi. ſequuntur, in hoc videlicet caſu, quando appareret, ꝙ quis ſolenniter diſponere uoluiſſet; licet

cet mox Ioannis opi. Bar. & alij in eo reprobare videantur, quia ipſius intellect⁹ vnum duntaxat complectitur caſũ, quo ſola mendacij ratione hæres teneatur; cũ alius etiam ſit caſus in d. §. fi. qui mendacium non reſpicit, ſeu non expectat, prout declarat Iaſ. in d. l. fi. ſub nu. 11. iũcto nu. ſeq. & de quo caſu ego inferius nu. 6. mentionem faciam: & pro hac re facit quod in ſimili de fideiuſſore dicitur; q

5 † cum diuiſionis habeat beneficium, ſi tamen conuentus non beneficio vtatur, ſed neget ſe fideiuſſiſſe, beneficium ſuũ, ob mendacium, amittit, vt eſt text. in l. ſi dubitet creditor. §. 1. ff. de fideiuſſor. ubi Bart. alia tradit ſimilia exempla, dicens, ꝙ mendacium circa illud, quod eſt beneficij cauſa, facit ipſum pdi beneficiũ, & ideo etiam videmus, præter exempla à Bar. ibi tradita, quod vaſallus feudũ negans, rem feudalem, ob mendacium, perdit, vt eſt tex. in ca. 1. §. vaſallus. ſi de feu. fue. cont. Abb. in c. cæterum, nu. 21. poſt Inn. ibi, ex. de iud. Ripa in l. qui cum ſe, nu. 1. ff. de re iu. vbi alia ponit ſimilia exempla; Arnold. Ferronius in conſuetu. Burdegal. in ti. de feu. §. 5. Iul. Clar. in §. feudum, q. 59. in fi. principij, Duen. reg. 325. vbi ad id plures alias alleg. authoritates; qui & plures caſus, in quibus negans punitur, remittit uidendos penes Bal. in auth. contra qui propriam. C. de non num. pecu. quemque referre ait Caſtellianum Cottam in memoralibus iuris in verbo, negans: ſimilia quoque exempla contra mendacio negantem ponit ipſe Duen. reg. 329. nonnulla ego ponam infra caut. 169. ſimilesq; ponit caſus de his, qui ob mendacium puniuntur, Rolan. à Val. conſi. 88. volum. 4. & ſimiles pariter tradit caſus, in quibus propter mendacium negans punitur, ad confirmationem materiæ noſtræ, Iaſ. in d. l. fi. à num. 4. vſque ad 11. incluſiue. C. de fideicomm. Confert etiam optime text. in l. cum de indebito, in 1. & 2. reſpon. ff. de probandum ibi dicitur, quòd ſi quis pecuniam ſolutam recepiſſe neget quam, qui ſoluit, repetere vult, tanquam indebitã, & legitimis conuictus probationibus ſolutam fuiſſe pecuniam, tenetur, propter mendacium, probare debitam fuiſſe ſolutam illam pecuniam; cum alias ſi fateatur ſolutam, dicat autem debite ſolutam ille, qui repetere vult, indebitam probare teneatur: nemo enim ſuum iactare pſumitur, vt ibi dicitur. Ex his igitur conſtat, quòd ſi falſo negaſſe hæredem, aliũve, qui grauatus eſt, probabitur, ille ſuũ amittet beneficium: Et ſupradicta quidem procedunt, quandocunque etiam appareret, quòd teſtator ſolenniter diſponere voluiſſet, & non perfeciſſet; ut per Scriben. communiter in dict. l. fina. & in dic. §. fina. Quod fieri dicunt propter negantis odium. Et circa modo tibi traditam cautelam, quod poſt negationem teſtibus hæredem conuincas, faciũt tradita à Port. in d. §. fi. in fi. verſi. Aut ab initio negat. dum dicit, quòd quando quis ab initio relictum negat, ſi fuerit iuramenti delatione, vel teſtium, aut inſtrumentorum probatione conuictus; mox fateatur, relictum quidem; ſed uelit ſe defendere, dicens, quòd uoluntas non fuit ſolennis; tunc nihilominus in eius mendacij odium tenetur; quandoquidem ſi Portius intellexiſſet, quòd teſtes, qui deponerent, vel inſtrumentum, fuiſſent ſecundum a iure requiſita ob pbandam ſolennitatem, quorſum poſtea dixiſſet, quòd mendacij ratione reus allegare non poſſet, illam voluntatem minus ſolenniter apparere? Si enim iam ſolenniter probata fuiſſet per teſtes, uel inſtrumentum ſolenne, non mendacij rõ ſubſidiarium eſſet refugium; ſed ipſa ſolennis probata uoluntas per ſeipſam niteretur, arg. d. l. ſi ueritas. C. de fideic. Cęterum † ſi defunctus minus ſolẽniter diſponere voluiſſet, tunc ſufficeret, ꝙ fidei commiſſarius ab initio, nulla præcedẽte negatione ab hęrede facta, hæredi ipſi iuramentum deferret, & ſiquidem hæres 6

res iuraret, ſecurus eſſet, ſed ſi recuſa-
ret, tunc contra ipſum agi poſſet con-
dictione d.leg. fin. & d. §. fin.& ita dicit
Bar.poſt doct.nõnullos antiquos, quos
refert,in d.l.fin.ſub nume.2. verſic. Alij
nõn exigunt, & uerſic. Secundum hanc
er go.quod & ſupra approbauit in prin.
verſic. Iſte text. & ſequuntur communi
ter doct. ibi, ut tradit ibidem Iaſ.ſub nu
me.12.verſ.Secunda lect.

7 Sed † præter ſupradicta, ut omnia
prorſus, quæ tibi in minus ſolenni uo-
lunt.relicta ſunt, conſequaris, Reme-
dium denique trado pulchrum, & no-
tabile. Quoniam explorati iuris eſt, ex
tali minus ſolenni uoluntate relicta de
conſcientia deberi,ut eſt tex. ſing.& pul
cher, qui.id expreſsè dicit, in l. 2. C. de
fideic.tradit Abb.in c.cum eſſes, nume.
10.& ſeq.ex.de teſt.& eſſe communem
opin.teſtatur ibi Didac.poſt num.5.qui
tamen argumenta in contrarium addu-
cit, unde ait Iul.Clar.in §.Teſtamentum
q.99.uerſi.ſecundo infertur, quòd ſi ca-
ſus contingeret, facilè poſſet ſuſtineri
contrarium. uerum prędictam commu
nem opin. optime etiam probat text. in
l.fideicommiſſum, & quod ibi not. ff.
de cond. indeb. & in l. in teſtamento.ff.
de fideic.Bar.in l.1.ſub.nume.10.& cæ-
teri cum eod.ff.de cond. indeb. & in le.
cum quis, ubi eadem eſt repet. ſub.nu.
10. cuius opin. magis communiter ſe-
quuntur doct. ut tradit ibi Iaſ. ſub num.
13.C.de iu & facti ignor. quod & tenẽt
Canoniſtæ omnes in c.ſi. ex. de ſolut. &
cõem multis docet autoritatibus Eman.
Soär.in ſuo Theſ.com.opin.litera.T.nu
8 me.83.Iccircò † cum minus ſolenniter
quid tibi relictum eſt, idque alia uia cõ
ſequi non potes, denuntiatione euange
lica in epiſcopali curia utaris in eum,
quem tibi tradam modum infra caut.
140.in fine, & caut. 141. Hocque iſto
in caſu te uti poſſe remedio ten uit Iaſ.in
d.l.cum quis,ſub nu.14.& Ripa in l.ne-
mo poteſt,nu.38.ff.de le.1.

Hæc autem ſcias † procedere quidẽ 9
in legatis,uel fideicom.non in hæredita-
te,quæ in minus ſolenni teſtamento re-
linqueretur, nam ipſa neque naturaliter
debetur,ut per l. ſi poſt diuiſionem, &
ibi Bar.nu.4.C.de iur. & fac.igno. idem
Bar.in trac.Minoric.lib.1.diſtinct. 1.ca.
3.nu. 10.Bal.& Ang.in l. in teſtamento.
ff.ſi quis omiſ.cau. teſtam. Bald.& Pau.
de Caſt.in l.ex parte.ff.de acq.hær.Imo.
& Alex.in d.l.nemo.ff.de leg.1. Alexan.
conſ.70.col.pen.uol.2. communem di-
cit Bertran.conſi.212.nu. 12.in fin. lib.
4.Ripa in d.l.nemo,ſub nu.102.Clar.in
§.Teſtamentum.d. q.90. uerſi.Cæterũ,
Eman. Soar.in d.Theſ.recep.ſent.d.lite-
ra.T.nu.85. Diuerſitatis rationem inter
legata,& hæreditatem uide penes prædi
ctos doct.hanc materiam tractantes.

## Caut. LXXV.

### De cogendo hęrede hæreditatem adire,cum inter fideicommiſſarium,& ipſum hæredẽ ſuper fideicommiſſo contentio oritur.

*SVMMARIVM.*

*Fideicommiſſarius cõmodo ſuo priuatur hęrede ante aditam decedente. Quod intellige ut nu. 5.6.7.* 1

*Compendioſa ſubſtitutio,quę ſemper fideicommiſſariam continet ſubſtitutionem, vulgarem non comprehendit.* 2

*Lite orta inter hęredem, & fideicommiſſarium,quę modici ſit momenti, antè aditam hęreditatẽ terminatur, ſecus ſi altiorem requireret indaginem.* 3

*Fideicõmiſſarius orta contentione inter ſe,& hęredẽ, quę diù ſit duratura,hęredẽ cogat adire,ne fortè decedẽte hęrede ante aditã,fideicõmiſſo priuatus remaneat, & iudicis arb.cõmittitur, quãdo quęſtio altiorẽ requirat indaginem ſub d.nu.4.uerſ. Quę autem*

*Hęrede iuſſo adire decedente fideicom-* 5

*miſſum non extinguitur.*
6 *Ius adeundi quando tranſmittatur ad*
*hæredes.*
7 *Hęredes ſuccedunt in omne ius actiuū,*
*& paſſiuum.*
*Exceptio litis ingreſſum impediens, ſi*
*altiorem requirat indaginem, litis con*
*teſtationem non impediret, ſed in cau*
*ſa proc. reſeruaretur, ut ſub nu. 3. verſi.*
*Propterea Bar. vbi etiam ad alia ſimi*
*lia infertur.*

1 Fideicōmiſſarij, † ſi hæ-
res ante aditam hære-
ditatē decedat, fideicō
miſſi cōmodo priuan-
tur, vt colligitř ex tex. l.
ille a quo. §. ſi de teſta
mento. ff. ad Treb. & ibi p doc. Io. Dilec.
de arte teſtan. in ti. de ſubſtit. caut. 26. in
prin. Ripa in l. Cēturio, ſub nu. 102. ver.
ſed adhuc contra. ff. de vulg. Iaſ. in l. eam
quam, nu. 21. C. de fideic. Ioā. Cephi. do-
minus meus, conſi. 524. num. 70. Quod
quomodo intelligendum ſit, inferius di
cam. Hinc eſt, quòd, quia ſtatim, atq; an
te aditam eſt de rebus humanis exēptus
hæres, fideicommiſſum expirat, vt dixi,
Bar. in d. l. Centurio, num. 32. ſenſit, ſub
2 † compendioſa, quæ obliquis fit verbis,
ſiue quæ vt obliqua ſemper eſt fideicō-
miſſaria, vulgarem non contineri ſubſti-
tutionem, cuius opi. communi doct. cal
culo receptam aſſerit Ripa in d. l. Cent.
ſub nu. 101. verſ. an autem.

Fingamus modo, quòd ante hæredi-
tatis aditionem de viribus fideicommiſ-
ſi orta ſit inter hæredem, & fideicommiſ
3 ſarium controuerſia; hæc quidem † quę
ſtio erit a iudice ante aditam terminā da;
niſi altiorem requireret indaginē; quia
tunc fideicommiſſarius hæredem prius
adire, quàm quæſtio ventilaretur, coge-
re poſſet, vt in d. §. ſi de teſtamento. ad
quod facit tex. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhi
ben. & in l. fi. C. de compenſ. cum ſimili.
Propterea Bar. in l. nam & poſtea, in prin
ci. per illum tex. ſecundum vnum gl. in-
tellectum, num. 2. 7. & 9. & ibi etiā Bal.
& communiter doct. ff. de iureiur. dice-
bat, Quòd exceptio litis impediens in-
greſſum, ſi altiorem requireret indagi-
nem, litis non impediret conteſtationē;
ſed in cauſæ proceſſu reſeruaretur, ad
quod Bar. d. nu. 2. alleg. d. §. ſi de teſtamē
to, & d. §. ibidem, idemque tradit Bar. in
l. ſi pupilli. §. videamus, ſub num. 7. ff. de
neg. geſt. in l. fi. ſub nu. 3. & nu. 4. ff. pro
ſuo. in l. cum quærebatur, ſub nu. 3. ff. iu
dic. in l. ſi quis. C. depoſ. Alexā. in d. §. ſi
de teſtamento, ſub num. 4. Canon. in ca.
cum contingat, de off. deleg. & in c. 1. de
lite conteſt. in 6. Affli. deci. 52. nume. 2.
Franc. Marc. deciſio. 429. num. 16. par. j.
Pract. Papien. in for. reſpon. rei. in verbo
quo ad impediendum, num. 4. Rob. Ma
ran. de ord. iu. par. 1. ſextæ, & vl. par. prin
ci. verſi. Nonum membrum, num. 13. ſi
cut etiam videmus in nullitatis exceptio
ne, quæ aduerſus ſentētiam proponitur;
nam ea, ſi incontinenti probari poteſt,
impedit executionem; ſin autem altiorē
requirit indaginem, non impedit, ut per
Bar. in l. 4. §. condemnatum, nume. 3. ff.
de re iud. vbi Alex. num. 5. in fin. Iaſ. ſub
num. 5. Ripa nume. 20. dicunt hanc eſſe
communem opin. idemque tradit Abb.
conſi. 5. nu. 2. vol. 2. Alex. conſi. 95. verſ.
hodie tamen, vol. 2. & conſil. 83. vol. 5.
Franc. Marc. deciſ. 457. num. 12. par. 1.
Papienſ. in for. execut. ſent. diffinitiuæ, in
verbo, ſapiens, & egregius, ſub num. 5.
Maran. de ord. iud. circa fin. eius operis,
in penult. nu. Io. Bernard. Diaz reg. 257.
& ex Iaſ. in prædicto. §. condemnatum.
d. nume. 5. communem refert Bapt. à
Villalobos in ſua collecta com. concluſ.
litera. E. nume. 115. Sic & per dictam
Bar. doctr. communiter receptam in d. §.
condemnatum, dicebat Fran. Marc. in
deciſ. 249. numero 2. par. 1. exceptio-
nem, quæ altiorem requirit indagi-
nem, inſtrumenti garentigiæ executio-
nem non impedire, ad quod etiam al-
leg. Anton. de Anchar. in tract. de exe-

cut.

cut.inſtrum. q.21.Et ait d.Iacob. Meno. in tract.de arbitr.iud. lib.2.caſu 12.nu. 1.& 2.miſſionem in poſſeſſionem, quæ hæredi ex edicto diui Adriani conceditur, non impediri per illas exceptiones, quæ altiorem requirant indaginem, vt omnes docere inquit in l.2.& vl.C.de edic.diui Adr.tol.

Deueniendo itaque ad propoſitũ no-
4 ſtrum, in † caſu longę quæſtionis fideicõmiſſarius ſeruare poterit, ut hæredẽ per iudicem cogat, q̃ hæreditatem adeat: talemque quæſtionem poſt aditam hæreditatem differendam curet; ne forte pri' ipſo hærede decedente, quàm hereditas adeatur, fideicommiſſarius ipſe decept' remaneat, iux.rationem.d. §. ſi de teſtamento. Quæ autem ſit longa quæſtio, vel altiorem requirens indaginem, in iudicis arbitrio reſidet, vt per Rom.in rubri.de arbit.num.30.& conſi.244.in ſi. ſequitur Crauet.conſi.116. numero 17. in fin.Socyn.conſi.59. numero ſecundo uolum.3.& Socyn.ſequuntur Tiraquel. in l.ſi unquam, in uerbo, omnia, uel partem, num.31.C.de reuocan.don.& Neuiz.conſi.56.nume.3.in fine, quos omnes refert, & ſequitur d. Menoch. de arbi.iud.libro 2.caſu 20.num 3. Scias autem non ſemper fideicommiſſum perire, hærede ante aditam decedente. Nam
5 que † ſi coactus, ſiue iuſſus fuiſſet hæres adire, & antequam eſſet adita hereditas, decederet, non extingueretur fideicommiſſum, ut tradunt glo.ſi. in d.§.ſi de teſtamento, ac Bart.ibid.per l.non iuſtam. C.eo.ad Trebel.ubi etiam Bar. qui dicit eam legem eſſe ad hoc ſing.idemque tradit ipſe Bar.in d.l.eam, quam. ſub num. 4.verſi.aut loquimur in alijs caſibus.C.
6 de fideicommiſ.itidem † ſi hæres ex deſcendentibus, ſiue delatam ſciens, ſiue ignorans decederet, ad eius liberos adeũdi ius perpetuò tranſmitteret. l. prima. C.de his, qui ante apert.tab. & ibi nota. tradunt Scrib.omnes in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. Quinimmo filius, qui parenti ſuus tempore mortis fuit, ad quoſcunque eius hæredes, etiã extraneos, tranſmittit.l. apud hoſtes, & ibidem communiter docto. C. de ſuis, & leg.Barto.in l.filius, qui patri, ſub nume.6.ff.de vulg.idem Barto.in l.uentre, num.3.ff.de acquiren.hære.in l.ex militari.§.fina.ff.de mili.teſtam.in l.liber homo.§.1.ff.de ſtipul.ſeruo.in l.Lucius.ff. de iure fiſci.in l.hæreditate.§.filiusfami. ff.de caſtr.pecu.in l.3. numero 2. & in l. ſi infanti, num.10.C.de iure delibe. ubi Bar.multa iura pro hoc allegat; & idem conſulendo tenuit Anto.de Butr.conſil. 67.circa med.Co.conſi.115.in princi. Ang.conſi.287.factum, ſuper quo conſilium, in prin.ubi dicit, quòd ſecũdum communem opinio. paterna hæreditas tranſmittitur ad quoſcunque hæredes & ibi plura iura allegat, & dicit, quòd Bar. partem iſtam legendo, & conſulendo tenebat: & quòd ipſe ita pluries conſuluit & iudicauit, reiectis doctorum uarietatibus: communem pariter dicit, & indubitatam hanc eſſe opinio.Corne.conſil. 146.videtur prima facie, colum.2.libro 1.idem conſil.101, circa præſentem, in prin.libro 2.& conſi.208.ad deciſionẽ, eo.lib.2. hanc quoque ſequitur opinio. cum multis iuribus, & authoritatib' ab eo allegatis, Dec.conſi.250. ubi de communi aſſerit, & conſi.381.ſub nume. 5. & hanc quoque tradit concluſionem Socy.reg.217.cum ſeptem limitationibus. Et licet Bal.in infante dubitare uideatur; tamen eius reprobatur opi. ut per Alex. & alios, quos refert, in d.l.ſi infanti, colum.penul.quia maior ratio uidetur eſſe in infante, ut tranſmittat, ut ipſe alibi latius inſiſtit, quod & communi docto.ũ opin.obtentum firmat Roma.conſi. 58. viſis narratis, in ſecundo dubio, quem refert Dec.d.conſi.250.numero ſecũdo, & d.conſi.381.nu.6.ad quod etiam vide Borg.caualc.de tut.& cur.nu.69.

Extraneus vero ſciens delatã, nõ ignorans, & ipſe intra annũ adeundi ius tranſ-

mitteret.l.quoniam , & d.l.cũ antiquio-
ribus,& quod ibi no.gl. in uerb.benefi-
cio,Bar.nu.2.& alij omnes.C.de iu. de-
li.Bar.in d.l.ventre,nu.30.de acq. hære.
in l.qui duos,in prin.num.7.& 12.ff.de
reb.dub.vbi plene tractat , & ibi ẽt circa
hoc vide Barth. Soc.nu.25.cũ ſeq.tradit
que Balb.in trac.de præſcr.in 4.par.4.p.
prin.q.20.nu.5.Ceph.D. meus,conſilio
481.nu.5.6. & 7. & uide omnino,quæ
ego circa iſtud tradam infra caut. 102.

7 Hæredes † aũt, quibus fuiſſet trãſmiſ
ſa hęreditas,quia in vniuerſum defuncti
ius tam actiuum,q̃ paſſiuum ſuccederẽt.
l.nihil aliud eſt hæreditas.ff.de ver.ſi.&
l.hæreditas.ff.de reg.iu.& cum cõſtet hę
redem eiuſdẽ eſſe poteſtatis, ac iuris,cu-
ius defunctus fuit.l.hæredem. ff. de reg.
iu.eſt.n.hæres,iuris fictione,eadẽ perſo-
na,quæ defunctus erat,ut in Auth.dę iu-
reiu.a mor.præſt.in prin. Iccircò ipſi hæ
redes cogi pariter poſſent, perinde ac eo
rum præceſſores, vt per tex.in l.poſtulã-
te.ff.ad Treb.in l.pe.§.fi.C.e gl.in d.l.eã,
quam,in uer.cogũtur.C.de fideic. & ibi
Bar.ſub n.4.Iaſ.n.22.Rip.in d.l.cẽturio,
ſub nu.101.Quatenus igitur tibi tradidi
cautelam prædictam,ea uti poteris,cum
lis inter ſe,& hęredẽ eum,qui poſt annũ
non tranſmittit, nata , ultra annum eſſet
extendenda: Ideo attentus eris , ne annũ
labi ſinas,quin hæredem cogas, quia eo
decedẽte poſt annum, hæredis hæres co
gi non poſſet,per d.l. cum antiquiorib⁹.

## Caut. LXXVI.

### De fideiuſſore promittente reum præſentare:& reus ipſe aufugerit.

*S V M M A R I V M.*

1 ***Fideiuſſor de iud. ſiſti per mortẽ ciuilẽ, & naturalem rei liberatur,cum mors ante moram ſequatur.***

***Et quomodo reo ipſo fugiente fideiuſſor liberetur,nu.2.3.& 4.***

FIdeiuſſor de iudicio † ſiſti libe
rat̃,ſi reus aut ciuiliter, aut na 1
ruraliter,ante morã , deceſſe-
rit,vt eſt tex. in l.ſi deceſſerit.
ff.qui ſatiſd.cogã.& in l.ſed & ſi quis,in
prin.ff.ſi quis cau.concor.tex.in l.ſed &
hi.§.ſiue aũt.ff.de pub.&ue.in l.ſãcim⁹,
uer.pe.& fi.C.de fideiuſſ.& facit etiam,
quia debitor ſpeciei, perempta ſpecie an
te moram,liberatur.l.quod te. ff.ſi cert.
pe.l.ſi ex legati cã.ff.de verb.obl.cum ſi.
Per quos tex.ad not. infertur cautelam:
Quidam † promiſit pro aliquo delicto p̃
ſentare Semproniũ toties, quoties , &c. 2
ut quotidię in foro euenit;Sempronius,
anteq̃ in iudicium pro illo maleficio uo
caretur , aufugit:Quid agit fideiuſſor, vt
liberet̃? Dic, quòd duobus poteſt vti re
medijs, quorum alterũ eſt , vt † aduer- 3
tat fideiuſſor,ſi quid aliud principalis cõ
miſiſſet,ex quo banniendus foret,& tũc
curæ ei ſit,vt ex illo delicto Sempronius
prius bãniatur,quã ex eo delicto,de quo
promiſerat fideiuſſor,vocetur; Nã cũ po
ſtea Iudex fideiuſſorẽ requireret,vt reũ ſi
bi exhiberet,dicere fideiuſſor poſſet, do
mine ſum liberatus, quia eũ,ob bãnũ in
eiuſdẽ rei perſonã ex alio delicto ſecutũ,
præſentare nequeo ; & proinde ex texti-
bus prędictis ſe defenderet,ad quod etiã
vide Gand. de malef. in tit. de aliquibus
quæſt.uar.in malefic.nu.19.Bonifac. Vi-
tal.in ſuo tract.malefic. tit. de comparit.
accuſ.cum for.confeſſionis,& cæt.num.
66.Bar.in l.capitis,nu.3. ff.de fideiuſ.&
ita communem eſſe opin.ut fideiuſſor li
beretur , tradunt Alber. in 4. par. ſtatut.
q.64.ubi etiã ſubdit ꝙ ità uidit cõmuni
ter ſeruari,Boſſ.in tit. de carc. fideiuſ.re-
laxan.nu.41.& pro qua re uide etiã Iul.
Clar.in pract.cri.§.fin.q.47.verſ.Quæro
pone,ubi Iudicẽ admonet , ut priuſquã
reũ cõdemnet ex ea cauſa , fideiuſſorẽ ex
alia cauſa citet,ad illũ reũ præſentãdũ ex
cauſa,propter quã fideiuſſit,& ubi nõ cõ
ſignet,

ſignet, eum condemnet in pœna conten ta in fideiuſſione, deinde contra principalem ex vno, atque altero delicto procedat: Quod quidem conſi. ante ipſam Clar. tradidit Iudici Gand. de malefic. in tit. de mul. quæſt. depen. a ſtat. ſub num. 33. verſi. vnde bonus, & cautus Iudex. Quin & iudex fideiuſſorem, qui pœnã promiſit, iſto in caſu condemnare poteſit ad pœnam fiſco applicandam, & ad intereſſe partis, vt tradit d. Ant. de Alex. in addit. ad Bart. in l. fin. ff. ſi quis in ius voc. non ier. vbi firmat id verũm, etiam ſi intereſſe partis pœnam excederet, & ipſum. d. Anto. de Alex. refert Gram. de Afflict. deciſ. 234. vbi & ipſe Afflict. inquit ita fuiſſe concluſum per totum con ſi. Neapo. deciſ. 234. & ita quoque ſe habere communem opinionem tradit Foller. in fragment. practicæ criminalis, in rubr. de fideiuſſ. nu. 260. quem cum Afflicto refert Viuius in 2. tomo com. opi. variorum, opin. 109. & Eman. Soar. in Theſ. recep. ſent. litera. F. nu. 147. Caſtr. tamen in l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſd. cog. ſecus voluit, & dicit Thomas Gram. ad ipſum Afflictum in præcitata deciſ. ꝙ de anno MDXXXI. ſecus fuit ſeruatum in magna curia Vicariæ, in cauſa cuiuſdam Franciſci Paragalli cũ quodam Frãciſco de Vighena Hiſpano, qui ſiſtere promiſerat Hieronymum ſuum nepotẽ, in cauſa criminali, qui aufugit, & ipſe fideiuſſor carceratus fiſco pœnã ſoluit, & liberatus fuit, & id quoque viſum eſt Cæpollæ, conſil. 25. nu. 2. in crimin. per tex. l. 2. in fi. cum l. ſeq. ff. qui ſatis. cog. & l. ſi quis reum, de cuſ. reo. idẽ tenet Menoch. de arb. iud. libro 2. caſu 304. num. 5. qui alleg. Ange. in l. 2. C. de exhib. reis. Ad hoc vide Abb. in rub. extra de fideiuſ. Iſtud autem ego hic non decido: Bene dico æquiorẽ videri hanc vltimam partem, ne afflictio addatur afflicto, quãdo ipſe fideiuſſor non fuit in dolo, vt reus fugam arriperet. Sin autẽ ſimpliciter fideiuſſor, nulla ꝓmiſſa pœna, pro eo promiſiſſet, qui pœna corporali damnandus eſſet, quia fideiuſſor eadem pœna, qua principalis, non poterit puniri, extraordinaria arbitrio iudicis puniť, ita ſenſit glo. in c. cũ homo. 23. q. 5. clarius Gem. in c. ius gẽtiũ, diſt. 1. quẽ ſecutus eſt Fel. in c. fi. n. 10. ext. de accu. quodq; placuit Ang. in d. l. 2. C. de exhi. reis, col. 1. verſ. eſt tñ, Sal. in l. ad cõmẽtarienſem, col. j. verſ. vlt. gl. C. de cuſt. reo. Suares in tract. de fideiuſ. in cauſa crim. nu. 22. & 28. quos refert, & ſequitur d. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. d. caſu 304.

Quatenus aũt ſuperius dixi liberari fideiuſſorẽ, ſi ex alia cã reus fuerit bannitus, aduertendum eſt, ne appareat fideiuſſoris opera, aut induſtria bannũ proceſſiſſe, vt per gl. 1. ac p Bart. in d. l. ſi deceſſerit, in 1. oppoſ. qui mouẽtur ex tex. l. ſi eum. §. homo. ff. ſi quis caut. ad qđ etiã eſt text. in d. l. ſed & hi. d. §. ſiue aũt. de pub. & vect. & vř tex. in l. 2. §. fi. & qđ ibi not. in verbo, affectauerit. ff. ſi quis caut. vbi habetuř, ꝙ ẽt ſi quis fuit a iudice iuſtè detentus, adeò, ꝙ non poterit coram alio iudice comparere, vt tenebať, non excuſatur, ſi talem affectauit detentionem, & tamen ibi quoque tractatur de conſeruanda exceptione à iure communi inducta, quam etiam opin. ſentit Bar. in l. ſi verò, in prin. n. 2. & ibid. Ale. & pulchrè Iaſ. à nu. 6. vſq; ad fi. ff. qui ſatiſda. cog. ſimiliter ſciendum eſt, quòd bannũ, per quod promiſſor excuſatur, ex alia cauſa debere ſequi dixi, quam ex ea, pro qua fideiuſſit, quia ſi ex eadem cauſa bannum contigerit, excuſationi locus non eſſet, vt tradit Specul. in titu. de accuſat. §. ſequitur, verſiculo, Item quæritur, numero 17. faciuntque tradita a Gand. in prædicto loco, dum quæſtionem ponit de eo, qui eſt poſitus in banno ex alio delicto, quam ex quo fideiuſſit ille, idque clarè idem Gand. explicat, in titulo de mult. quæſtionib. depẽden. a ſtat. quæ incidunt circa mal. verſiculo Pone quæſtionem, qui incipit, num. 33.

ad

ad id ſe explicans in illis verbis; vel ſecundum d. Odofr. & ita quoque tenere videtur Bar.in d.l.capitis,nume. 3. ff.de fideiuſſorib.ac etiam tenet Boſſ.in d. tit. de carc.fid.relax.d.num.41.& 42.Circa id tamen vide Iul. Clarum in d.q. 46.d. verſ. quæro pone. ibi, ſed contrarium, vbi ipſe in contrariam partem inclinat, cum Bald.poſt Dyn.in l.qui crimen,nu. 12.C.qui accuſ.non poſſ. Præcedentem autem opin.limitat Boſſ.in præd.tit. nu. 43.non procedere, quando, banno ex eadem cauſa,ante moram fideiuſſoris ſecuto, bona etiam eſſent publicata, allegat tex.in l.in fraudem. §. ſi principalis. ff.de iure fiſci.Bar.in d.l.ſi verò,in prin. circa fin.& ibi Alexã.Bar. in d.l. capitis, num.2.ff.de fideiuſſ.Bald.conſi.435.volum.5.Corn.conſi.32.volum.1.& vide pro hoc,Bonifac.d.tit.de compar.accuſ. nume.70. cuius dicta pro hac limita.faciunt.Circa hæc autem diligenter aduerte,ne Bar.te faciat vacillare,dùm in d.l.ſi verò, diſtinguendo an bona ſint publicata, vel non, differentiam non videtur facere inter bannum ex eadem cauſa ſecutum, & inter ſecutum ex alia cauſa, dũmodò non ſint bona confiſcata, ideo, quia quando nõ fuit confiſcatio adhuc facta,reus poteſt interim venire, ſuamque purgare contumaciam; & ſic facultas durat ſiſtẽdi ipſum reum in iudicio, iux.tex.l.1.ff.de requir.reis.Aduerte inquam,quia Bar.in d.l.capitis, ſecùs loq videtur; nam quando facit ibi diſtinct. an ſint bona publicata,vel ne, de qua habetur penes eum,num.2.ſuam declarat diſtinct.procedere in fideiuſſore de iudicato ſoluendo,non verò de iud.ſiſti, dicens nume.3. quia in vna cauſa damnatus in alia non tenetur ſiſtere; quaſi Bar. velit (prout ibi voluiſſe credo) tunc cum ex alia cauſa damnatur reus, non ita diſtinguendum eſſe: & certè doct. ad hoc præmemorati in hoc non diſtinguunt: Cæterum dato etiam præd. debere fieri diſtinct.ex iure communi,iux.d.l.1. de req. re. attamen hodie ex generali conſuetudine dictum ius commune nõ ſeruatur,vt per Gan.de mal.u. quid ſit agẽ. reo abſen.num.3.& ita ait ſeruari per totam Italiam; & Gan. quoq; refert Clar. in pract.crim.§.fi.q.44. verſ. ſed hodie. Alterum † modò eſt pro fideiuſſore remediũ, quod ſemper locũ habere põt; vt ſcilicet cum ipſo principali procuret, quòd clericus fiat; quia tunc cũ mundo mortuus eſſe dici poterit, fideiuſſor liberabitur, vt voluit Card.in clemẽ. 1. in 9. q.de cenſi. Bal. in l.ſi filius.ff.de tuto. & rat.diſtr.& pro hoc Doct.in d.l.ſed & ſi quis,in princi.quos ad hoc citat Boſſ. in d.titu.de carc.fid.com. nume.42.Et pro qua re faciunt tradita à Iulio Cla. in practi.§.fi.q.36.ab initio,vſq; ad verſ.quæro an clericus coniugatus.

## Caut. LXXVII.

### De renunciando beneficio.l. ſancimus.C.de fideiuſſ.

*SVMMARIVM.*

*Fideiuſsor de iud.ſiſti intra certum tempus, quantum habeat temporis poſt moram,ad præſentandum reum; & de remedio,& omni remota dilatione præſentet,nu.2.* 1

Fideiuſſor † autem de iudicio intra certum tempus ſiſti, poſtquam in mora fuerit, ad moram ipſam purgandum, iure communi, ſex menſium habet dilationem, ſcilicet ad præſentandum reum, vt eſt tex.ſing.in l.ſancimus. C.de fideiuſſ. Specul. in titu. de accuſat. §.fi.uerſ.ſed quid ſi fideiuſſor,num.16. quem refert Franc.Marc.deciſ.797. nu. 3.in ſecunda par.tenẽtem d.l.ſancimus, procedere etiam in crim. prout & eundem Specu. ita tenentem voluit allegare Apoſt. 1

Apoſt.ad Bar.in d.l.ſancimus , licèt ipſa
Apoſt.eum corruptè allegetmihi in tit.
de armis; eandem d.l.ſancimus,deciſ.af
fert Bar.in l.ſi in inſulam, num.11.ff.de
verb.oblig.in l.ſi quis reum,nume 5.ff.
de cuſto. & exhib.reor. idq́ue habes iu-
xta tradita à Bar.ipſo in l.pen.C. de fide-
iuſſ.& à Boſſio in titu.de carc.fideiu.cō.
ſub nume.66.verſi.non tamen . vbi etiā
in princ.d.num.iuncto verſ. & dicit Cv.
ſupradictam ponit de ſex menſium dila
tione concluſionem,eam ampliando, e-
tiam ſi fideiuſſor iuraſſet, vt ibi, vide per
eum.Hanc quoque ſex menſium dandā
dilationē tenet in caſu noſtro Menoch.
de arbi.iud.lib.2.caſu.40.nu. 3. Et ideo
conſilium datur à Bar.in d.l.ſi quis reū,
ſub d.num.5.de quo etiam Angel. ibid.
poſt num.6.& Boſſ.in præd.titu. ſub d.
1 num.66.Quòd Iudex faciat, vt † fideiuſ
ſor dictæ legis renunciet beneficio, pro-
ut ita practicari ipſe Ange. d. loco teſta-
tur , & vt communem ita eſſe curiarum
ſtilum dicit Rober. Maran. de ord.iud.
in 1.parte 6.partis,verſ.ſatisdatio , inci.
octauum memb.iud.ſub num.5.Sed in
criminalibus dictæ l. diſpoſitionem in
vſu eſſe deſijſſe, & conſequenter eiuſdē
legis renunciationem , ſtante eo , quòd
dùm fideiuſſores ſimilibus in caſibus ac
cipiuntur,expreſsè recipiuntur,de conſi
gnando reum ad omnem requiſitionē,
& toties,quoties,&c.tradit Clar. in pra-
cti.crim.§.fi.q.46.verſ.penul.Tu autem
aduerte; quia Clari dictum verum non
puto , ex quo poſt moram datur illa di-
latio ſex menſium ; vnde etiam ſi pro-
miſſum eſſet de præſentando toties,
quoties , non videretur propterea fide-
iuſſori ſuum ademptum beneficium.
Vnde etiam iſto in caſu proderit prædi-
cta renunciatio: quæ ſaltem (dato, quòd
Clari ſit uera opin. ) proficiet ad abun-
dantem cautelam.

## Caut. LXXVIII.

### De fideiuſſore etiam poſt ſententiam reum præſentare cogendo.

*SVMMARIVM.*

*Fideiuſſor de præſentando, poſt ſenten-* 1
*tiam non tenetur : Amplia, & limita*
*nu.2.& 4.*
*Vnde vt etiam poſt ſententiam fideiuſ*
*ſor teneatur, rem. datur nume. 3. &*
*6. ac 7.*
*Dictio, quandocunque, plura tempora* 5
*comprehendit in compend.ſubſtit.*

FIdeiuſſor † quoque, ſi ſim- 1
plicitet de repręſentando
reum promiſerit, poſt ſen
tentiam non tenebitur . l.
Græcè.§.& poſt litem, verſi. An ergo.ff.
de fideiuſſ. Ad quod videtur etiam text.
in l.1.in prin.iuncta gloſſella, in ver.iu-
dicium.ff.ſi ex nox.cau.agat. & per glo.
in l.2.§.in fideiuſſorem , in verbo , pro-
miſerit.ff. qui ſatiſd.cog. & ibid. Angel.
Alexan.& Iaſ.num.9. qui iſtud quatuor
modis ampliat, & duobus limitat : ex
quibus hic ego vnam eius tradam am-
pliationem, vnamq́ue limit quæ inſtitu
to noſtro congruunt: Et ſupradictam
quoque concluſ. non teneri talem fide-
iuſſorem poſt ſententiam, habes ex glo.
1.in l.ſi quis reum,& Bar.ibi,num.2. ff.
de cuſto.& exhib.reor.Bar.in l. 3.num.
2.ff.qui ſatiſd.cogan.in l.pen.C.de fide-
iuſſ.Mahęſil.in ſingu.178.Fran. Marc.
deciſ.520.nume.7.par. 1. & deciſ.797.
ſub num.5.par.2.Franc.Viu. in 2.tomo
comm.opin.variorum,opin.118.num.
2.Petr.Duen.regu.333.& alij quamplu
res : Iſtudq́ue † in rebus criminalibus 2
extendendum duxit Angel. de malef.in
verbo, Pro quibus,& quolibet, verſicu.
Debes

Debes etiam, nume. 4. & ibi Auguſt. ad eum; & iſtud quoque ſentit d.glo.1. & Bar.in d.l.ſi quis reum, tradunt expreſsè Alexan.in d. §. in fideiuſſorem, ſub nu. 4.& Iaſ.ſub d.num. 9. ampl. 2. qui propterea refert Bal.dixiſſe in c. dilectis, in 6.colum.ex.de appella. Quòd officiales
3 † cauere debent, ne carceratos fideiuſſoribus de iud.ſiſti relaxent, cum ea fideiuſſio lata ſententia euaneſcat. d. §. & poſt litem: ſed debent accipere fideiuſſores de iudicato ſoluendo: & dicentē quoque Bal. refert Iaſ. quendam iudicē prædictorum ignarum, fuiſſe in ſyndicatu ideo condemnatum, quia incarceratum pro crimine relaxauerat, dato fideiuſſore de iudicio ſiſti; & propterea ipſum iudicem deſolatum remanſiſſe; & pro hoc etiam iudicis conſilio, vide Ange.de malef.in præcitato loco, modum ponentem, qualis debeat eſſe hæc fideiuſſio; nec erit fruſtatoria, alia inſuper cautela addenda, de qua ipſe Ange.in d. verbo.13. Qui dicit eſſe per Italiam conſuetudinem, quòd ſemper iudex quando aliquem accipit fideiuſſorem, etiam vult vnū approbatorem, qui approbet idoneum eſſe fideiuſſorem; alioquin ſi ille approbator non reciperetur: & minùs idoneus eſſet fideiuſſor, Iudex in ſyndicatu teneretur, arg.l.1.§.ſciendum ff. de magiſ. conuen. & §. ſciendum eſt autem, Inſt.de ſatiſ. tuto. quod & tradit Catal.in tract.de ſynd.q.241.per l. quoties.ff.qui ſatiſda. cog. quem refert Auguſt.ad Angel.de maleſ.in præd. verbo, poſt num.5.

4 Eſt † autem ſciendum, ꝙ ſi fideiuſſor acceptus ſit de præſentando quandocunque placuerit, etiam poſt ſententiam ꝓ executione fideiuſſor reum ipſum præſentare tenebitur: iſto enim caſu nō eſt de iudicio ſiſti ſimplex fideiuſſor, vt ſentit Bar.in d.l.ſi quis reum, ſub num.2.& ibid.ſequitur Ange.Rom. in d.§.& poſt litem. Alex.in d.§.in fideiuſſorem, ſub num.4.verſic. Puto, ꝙ in terminis, & ibi Iaſ.ſub num.9.in 2.lim.Alex.in l.ſi finita, in prin.ſub num.3. ff. de d. m. infec. Cremen.not.11.Marſil.in rubr. de fideiuſſ.num.140.Rolan.à Valle conſil.21. num.6.uolum.2.Et hæc Bartoli, & aliorum ſententia confirmatur ex eo, quod de ſubſtitutione compendioſa dicitur;
Qua † ſi fiat per verba, quandocunque deceſſerit, & ætat. propter eam dictionē, quandocunque, plura tempora, pluresque cōprehendere ſubſtitutiones apta erit; & fiet, vt, ſi verbi ſubſtitutionē concludentis natura non refragabitur, ante aditam hæreditatem vulgaris, poſt aditā pupillaris, & poſt pubertatem fideicommiſſaria contineri poſſit, iux. opi.glo. in §.1.in verbo, ad exemplum, in fi.Inſt.de pupil.& ſecundùm Bar. ac doctorū commune dogma in l.Centurio.ff. de vulga. & pupill.& in l.precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. Conſilium igitur aſſeſſoribus trado, vt † caueant, cum tales pro repræſentandis reis recipiunt fideiuſſiones, in eis apponi; Quòd talis fideiuſſio nem præſtitit de præſentando talē reum, quandocunque ipſi iudici videbitur: Ipſi autem fideiuſſores præ oculis conſilium habent, nè talibus verbis ſeipſos illaqueari ſinant. Quia tamen Bartoli, & ſequacium opinionem ſupradictam, de temporis diſtributiua dictione, quando cunque, quæ faciat fideiuſſorem, etiam poſt ſententiam, teneri, & per cōſequens cōſilium ſuperiùs pro iudice traditum, Bal.impugnare conatur, in l.qui crimē. C.qui accu.non poſſ.per duas rationes, quibus reſpondet Alex.in d.§.in fideiuſſorem. & aliter etiam tenet Ang.in l.qđ ſi noluit.§.ſi quid ita.ff.de ædil.ædicto, argu.illius tex .qui parum facit, vt inquit Iaſ.in d.§.in fideiuſſorem, ſub num.9.in fi.qui malè ipſum Ang.tenere ait: Ideò ad omnes vitandas controuerſias, quāuis Barto.opin. ſit communiter recepta, quatenùs adhuc conijcere ego potui, nihilominus bonum erit, & tutiùs factū; ſi † Iudex, præter ſupradicta verba tempo- 7
rum

rum plurium vim continentia, exprimi.
quoque curauerit, quòd etiam poſt ſen-
tentiam de præſentando fideiuſſor te-
neatur. Et ſic omnes omninò vitabũtur
amaritudines.

## Caut. LXXIX.

### De abſentis fideiuſſore ante principalem non conueniendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor eius, qui abſens eſt, nõ habet*
*excuſſionis principalis beneficium: Vt*
*tamen habeat conſi. datur nu. 2.*

1 FIdeiuſſor † abſentis benefi-
cio excuſſionis rei princi-
palis non vtitur, vt eſt tex.
in auth. præſente. §. abſen
te. C. de fideiuſſ. latè alleg. Iacob. Philip.
Por. in 1. lib. conclu. reg 41. limit. 3. vbi
duob. modis iſtud ampliat: Pr mò ſi ſit
præſens debitor, & latitet, vt per Guid.
Papæ, q. 570. Secũdò ſi etiam reuertatur
ipſe principalis pendente iudicio inten-
tato contra fideiuſſ. vt per Apoſt. ad de-
2 ciſ. Tholo. 81. Ipſi † tamẽ fideiuſſori hu
iuſmodi beneficio vti volenti conſ. in d.
§. abſente, datur, vt à iudice tẽpus petat,
intra quod reum primò conueniendum
deducat: In ſubſidium ipſo reſeruando.
Quot aũt tpis hoc in caſu ſit ab ipſo iudi
ce ſtatuẽdũ egregiè explicat D. Iac. Men.
in 2. li. de arb. iud. caſu 40. vbi oĩno vide.

## Caut. LXXX.

### De fideiuſſore præſentis conueniendo ante principalis excuſsionem.

*SVMMARIVM.*

2 *Fideiuſſor regulariter ante principalem*
*conueniri non poteſt: Vt tamen conue*
*niatur, remedia dantur nu. 3. 4. 7. 10.*
*& 12. & ſub nu. 6.*
1 *Fideiuſſores acceſſoriè ſunt obligati; &*
*ideo appellantur acceſſores.*
*Mercatorũ curia ex bono, & æquo iudi* 5
*cat, non attentis iuris apicibus.*
*Excuſſio fienda de principali debitore* 6
*de iuris apicibus eſt.*
*Fauori ſuo quilibet renunciare poteſt.* 8
*Fideiuſſor indẽnitatis, licet o. b renũtiet* 9
*fideiuſſorũ beneficijs, tamen ante prin*
*cipalem conueniri non poterit.*
*Fideiuſſores in foro eccleſię abſq; princi* 11
*palis excuſſione an conueniri queant.*
*Mulier pro alio cum iuramento interce* 13
*dens priuatur Velleiano.*
*Iuramentum habet vim expreſſi.* 14
*Legitimę non cenſetur renũciatum per* 15
*generalem renunciationem; fallit ta-*
*men vbi adeſt iuramentum, nu. 16.*

FIdeiuſſor † aũt præſentis regu- 1
lariter ante principalẽ cõue-
niri neq̃t, vt eſt tex. in auth.
hoc ſi debitor. C de pignor.
& in authent. præſente. C. de fideiuſſ.
& in corp. vnde iſtæ ſumũtur authẽticæ:
Ob hãc regulã vide Soc. regu. 177. litera
E, Duen. reg. 335. Iacob. Phil. Por. lib. 1.
cõclu. concluſione 41. apud quos habes
plenè & ampliationes, & limitationes
huic materiæ congruas; ex quib. hic ego
illas inſerã, quę propoſito noſtro inſerui
re videbũtur. Supradictę aũt cõcluſionis
rõ in prõptu patet; quia † cũ fideiuſſores 2
acceſſoriè ſint obligati. §. fideiuſſores, In
ſti. de fideiuſſ. Appellẽturq; acceſſores. l.
ex pſona. ff. de fideiuſ. cõueniẽdi nõ sũt,
niſi in ſubſidiũ; qñ. ſ. creditor nihil, vel
non omne ſuum creditum à principali
debitore exigere põt. §. fi. in fi. Inſt. de re-
plic. iuncto §. 1. in Auth. de fideiuſs. cum
d. auth. præſente, inde ſumpta.

Verum vt non excuſſo ẽt principali
debitore fideiuſſor conueniri poſſit, nõ-
nulla trado remedia: Quorum primum
illud eſt, quòd † aliquo modo ipſum in 3
ducas fideiuſſorẽ ad negãdũ ſe fideiuſſiſ
ſe; nã ſi tibi euenerit, ꝙ neget, excuſſio-
nis perdet beneficiũ, argu. tex. not. in l. ſi

dubiter creditor, aliàs incipit, ſi dubite-
tur.§.1.& ibi Bal.& Angel.tradunt.ff.de
fideiuſſ.Iaſ.in l.fin.num.6.C.de fideicõ.
Port.poſt eos, quos alleg.in d.reg.41.li-
mita. 18.Rolan. à Valle,& quos abundè
allegat,conſi.88.num.2.volu.4.Ad hoc
quoque plures allegantur,& text. & au-
thoritates per Duen.reg.329.& d. regu.
335.& faciunt ad id quæ tradit Iaſ. in d.
l.fi.num.4.5.7.8.cum tribus ſeq. & ipſa
l.fi.cum ibi traditis à Docto. ex lo.opin.
ad id facit.C.de fideicomm.& §.fi.Inſti.
de fid.hære.de qua re ego tractaui ſupra
cautela 73.Faciunt quoque tradita à Por
tio in 1.lib.conclu.reg.30.Rolan.d.cõſ.
88.ab initio, vſque ad verſ.verum in ca-
ſu præſenti; quodque proſequere, vt ip
ſe Rolan.à d.verſ.verùm, vſque ad finẽ,
conſi.vbi pro negante fideiuſſore cõtra-
riam potes colligere cautelam, ad quam
ibi me remitto, & in ſpecie, ſub nu.16.
verſi.&pro confirmatione. Similiter &
vide pro hoc primo conſi.ea, quæ tradã
infrà caute. 169. vbi & cautelam trado
pro negante,& ibi vide. Secundum re-
4 medium eſt,& primo tutius, vt † credi-
tor cum pro debitore fideiuſſorem acci-
pit, caueat campſorem, vel mercatorem
recipere in fideiuſſorem; quia tunc, di-
miſſo principali debitore, ſimilis fideiuſ
ſor a creditore conueniri poterit; nec il-
le excuſſionis beneficio vti valebit, ca-
ſus iſte optimè deſumitur, atque proba-
tur per tex. & gl.ibi, in §.fi.in Auth.de fi
deiuſſ.quem tex.ac gloſ.notabilem, ſin-
gularemque ad hoc aiunt Bar.ibi nu.11.
ac cæteri ſcrib. quemque caſum ſequun
tur, & ſummè commendant Aret. in §.
item ſi quis in fraudem, num.10. verſic.
Quarto ſtatuto cauetur,& ibid.Iaſ.num.
78.Inſt.de actio.idque etiam ſecuti ſunt
Bal.& Salyc.in l.fruſtra.C. de non num.
pecu.Iaſ.in l.ſingularia, nu.39. ff. ſi cert.
pet.Dec.in l.vlt.num.23.ff.eod.Eman.à
Coſta in l.ſi ex cautione, limit. 18. C. de
non num.pecu.Cur.Sen.conſi.6.Guido
Papæ conſi.103.colum.1.verſi.ſecundo
quia licet,& conſi.164.col.4.verſi.vlte-
riùs etiam, quem ad hoc refert,& ſequi-
tur Boer.deciſio.221.ſub num.14. in fi.
cum ſeq. qui dicit ita in Delphinatu ſer-
uari de conſuetudine illius, & hãc quo-
que tradit conclu.Fran.Marc.deciſ.889.
num.17.par.1.Caſſan.in conſue.Burgũ.
rub.1.§.5.colum.3.Ant.Gomez de con-
tro.c.13.num.4.verſicu.Quarto limita,
Hippo. in rubr.de fideiuſſ.nu. 8. Duen.
d.reg.335.lim.3.Anto.Neguſ.in tracta.
de pignor.in 1.memb.8.par. nume. 29.
Port.d.regu.41.lim.27.Benen. Straccha
in tract.de mercatura, in titu. quom. in
cauſis merca.proceden.ſit, in verſ.de ex-
ceptionibus, num.5.& 6.quem ad id re-
fert Menoch.de arb.iud.lib.1.q.51. nu.
8.in fi.cum nume. ſeq. communemque
hanc firmauit opi. Eman. Soar. in Theſ.
comm. opi. litera F, num.142.Iſtius rei
ratio eſt, quia † in mercatorum curia ex 5
bona æquitate; non autem attentis iuris
apicibus, & ſolemnitatibus proceditur,
atque iudicatur, vt eſt de hoc in termi-
nis doctr.Bar.frequentiori calculo rece-
pta, in l.ſi fideiuſſor.§. quædam, & in l.
Quintus.ff.man.traditque Bal.in l.ſi pro.
ea.C.eo.idemque Bal.conſ.400.colum.
pen. & conſi. 466. colum.2.volu.5.Iaſ.
in l.iuriſgen.§.ſed cum nulla, nume.11.
ff.de pact.Soci.conſi.65.in fi.volu.4.Ne
guſ.vbi ſupra, ſub d. nume.29.Straccha
in d.tract.de merc.d.tit.quom. in cauſis
merc.num.1.cum ſequentibus, Maran.
de ord.iud.par.4. verſi. Nona diſtinctio
prin.num.48.& alij, de quib.Ema.Soa.
in ſuo Theſ.com.opi. litera M. nu.133.
vbi frequenter iſtud placitũ conſtituit;
& tradit etiam Menoch.d.q.51.num.9.
Atquì † hæc prior conuentio, & princi- 6
palis debitoris excuſſio de iuris apicib⁹
eſſe dicitur, vt ſignanter voluit Bal.in l.ſi
mancipium.§.1.ff.de euict.Rom. conſi.
430. Duæ rationes, Are. & Iaſ.in d.§.in
fraudem, loco ſupra citato, Boer.d.deciſ.
221.ſub num.14.Neguſ.in d. 1.memb.
8.par.num.28.Duen.d.reg.335.lim.3.

Qua-

Quapropter dicunt Doct. Quòd cũ iſta excuſſio ſit de apicibus iuris, tunc non requiritur, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta; ſeu ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij; Puta, quia ſtatutũ ſit in aliqua ciuitate, ex quo in aliquibus cauſis ita procedatur; aut obtentum ſit a Principe ita procedendi reſcriptum (quod tu perpetuò nota; quia hoc erit tibi tertium remedium, quo poſſis vti cũ fideiuſſorem abſque principalis excuſſione conuenire volueris) ita tenent Ange.Aret.& Iaſ.in d.§. item ſi quis in fraudem, ille num.10.iſte nume.78.Alexan. conſi.114.num.9.vol.6.Soc.Sen. conſi. 24.num.48.in 1.vol.And.Barba conſil. 12.num.11.vol.4.Hipp. in d.rub. de fideiuſſ.nume.13.Myſing. in ſuis obſeru. Imper.Cameræ, cent.2. obſeruat.15.ibi, vel cauſa eſſet decidenda ex bono, & æquo.Neguſ.in d.1.memb.8.par.nu. 28. Socin.d.regula 177.lim.fi.Port.d. regula 41.lim 12.Rolan.a Valle conſi.9.nu. 21.conſi.14.ſub nume.16. & conſi.79. num.25.volu.1. Menoch.d.q.51.nu.8. Laur.Chircon.in 2.centur.commu.opi. concl.26. Quartum tibi trado remediũ, quo fideiuſſorem valeas, non excuſſo

7 principali, conuenire; vt † cum fideiuſſores recipis, caueas, quòd ipſi beneficijs iſtis renuncient; tunc enim ab omni excuſſionis beneficio erunt excluſi, vt ita ſentit glo.in §.ſi quis igitur, in ver.accedat.in Auth.de fideiuſſ.quodque tenent Docto.in d.auth.præſente, & præſertim Bal.ibi, in fine, Spec.in titu. de renunt.§. 1.verſi.viſo de beneficio, num. 16. ad fi. Corn.conſi.111.num.8.vol.1. Barba.in c.peruenit, num.5.& 6.extra de fideiuſſ. Hippol. in d.rub.de fideiuſſ.nu.1. Port. d.reg.41 limit.26.& iſtam communem eſſe opin.aſſerunt ex nonnullis autoritatibus, quas recenſent, Duen. d.reg.325. lim.6.& Mich.Graſſ.in 1.lib.comm.op. c.11.fideiuſſio.q. quinta, Vaſquius lib. 1.illuſt.controu.contr.33.num.25.licet poſtea permultos alleget contrarium tenentes: & ita ipſum Vaſq.alleg.Io. Fich. ad Bap.a Villal.in ſua collecta com.op.litera R, poſt nume. 22. Planè communis huius concluſionis præcipuum fundamentum in eo reſidet; quia beneficium d.auth. præſente, abſque dubio in ipſorum fideiuſſorum fauorem inductũ eſt;

Tritiſſima † autem extat regula, Poſſe quemlibet fauori ſuo renuntiare.l. ſi qs in conſcribendo.C.de epiſ.& cler.l.pen. C.eod.cum ſim. Sic & videmus, vt dixi ſupra caute.77. quòd ex quo inductum eſt in fideiuſſoris de iudicio ad certum tempus ſiſti beneficium, poſſe eum intra ſex menſes moram purgare.l. ſancimus. C.de fideiuſſ.renuntians d.l. beneficio fideiuſſor ille eorum ſex menſium nõ habebit ad purgandam moram dilationẽ, vt per Bar.in l.ſi quis reum, ſub num.5. ff.de cuſto. & exhib. reor. & alios, quos in præcitata caut.ad hoc allegabam. Si ergo fideiuſſor excuſſionis ſuo renuntiarit beneficio, eo ampliùs vti nõ poterit: 8

Id autem † limitatur non procedere in fideiuſſore indemnitatis; qui licet omnibus de fideiuſſoribus beneficijs renunciaſſet; tamen ante principalem conueniri non poſſet, vt per Bar. in l.1. nu.2.C. de conuen.fiſci debit.quem ſequitur ibi Alexã.ad eũ, vbi ad hoc plures alios hoc tenentes allegat; ad idemq; vide Duen. multas alias allegantem authoritates, in d.reg.335.ampl.2.& Eman.Soar. communem ex multis, quos allegat, tenentẽ, in litera F.num.138. Et de hoc indemnitatis fideiuſſore in prox. ſeq. cautela tractabo, tradens aduerſus eum modum, quo primum & ipſe conueniatur. 9

Quintum † remedium erit, ſi fideiuſſores ipſi cauſam, ſuper qua fideiubebunt, ex æquitate terminandam conſentient: Nam cum (vt dixi) iſta principalis debitoris excuſſio ſit magis de iuris apicibus, quàm de æquitate, fideiuſſores poterunt, omni eorũ beneficio ad hoc ſublato, conueniri; idq; remedium probat ex his, quæ ego dicebam in ſecundo remedio, 10

medio,nume. 4. cum duobus ſeq. Cùm enim ſecundùm æquitatem cauſa deciditur,ea,quæ de apicibus iuris ſunt, minimè attenduntur,d.l.ſi fideiuſſor. §. quædam.ff.man.facit tex. in l.ita vulneratus, circa fi.verſ. multa autem, & verſ.unum interim.ff.ad l.Aquil. idque in terminis noſtris tradit Rom.d.cõſi.430.Pro quo etiam vide glo.in cap.dilecti, ex. de iud. Barb.in c.peruenit,num.7. verſi. quarto fallit,ex.de fideiuſſ.Dec.in d.l.fi.nu.22. ff.ſi cer.pet.Steph.Aufrer.in additionib. ad deciſ.Cap.Thol.196. traditq; Duen. d.reg.335.d.lim.9.

11 Proptereaq; † etiam fit, vt in foro eccleſiaſtico fideiuſſores iſti abſq; principalis excuſſione conueniantur; Quia in foro eo non iuris apices,& ſolẽnitates iſtę; ſed quæ ex bono,& æquo ſunt,attẽduntur,vt eſt gl.in d.c.cum dilecti,in verbo, ſubtiliter,ad fi.ex. de iud.Iaſ.in d.§. itẽ ſi quis,num.78. qui tamen pedes omnino non firmat,Port. & quos ipſe alleg.d.cõclu.41.limit.33.Duen.d.regu.335.lim. 4.vbi nec ipſe pedes figit, ſed inquit videri in contrarium tex. in d.c. peruenit,
12 & ibi gl.ex.de fideiuſſ. Eſt † & vltimum cæteris facilius remedium, quo abſque eo,ꝙ fideiuſſores aduertant, excuſſionis euaneſcet auxilium; videlicet ſi cautus erit creditor, vt cum intercedunt hi,iuramento adhibito fideiubeant: Tũc enim iuramentum ipſum operabitur, vt fideiuſſores opponere dictã excuſſionis exceptionem nequeant, vt ita ſingulariter probat tex.in c.ex reſcripto,ibiq; no.extra de iureiur.vbi etiã Bal.Anch.& Abb. Cynus in l.ſi ex cautione,nu.6.C. de nõ num.pec. Rom. in l.1.§.ſi quis ita.ff.de verb.obl.Alex.conſi.29.num.38.vol.7. Apoſt.ad Bar.in l.Marcellus, nu.7.litera C.ff. de fideiuſſ. Corſet. in tract.de iureiu.q.8.nu.36.Mar.Ant.Bau.in tracta. de iur.iur.in princ.nu.23.Apoſt.ad Abb.in d.c.peruenit,in addit. magna, & in alia parua,ad nu. 6. Soci.dicta reg.177.lim. 1.Goz.conſi.32.nu.14.Hier.Grat.conſ. 28.num.16.volu.1.Stephan.Aufrer. ad deciſ.Cap.Tholoſa.deciſ.139.dicens,ꝙ ſemper hanc vidit ſeruari opi.Andr. Tiraq.in rep.l.ſi vnquam,in præfat.nume. 137.& num.152.Rolan.conſi. 6. num. 45.communem tradit Io.Hannib.in repe.l.ſi inſulam,num. 162.ff. de verbor. oblig. Et licet nonnulli contrarium ſenſerint: tamen iſtam opinionem,tãquam magis veram (vt ait) tenet Duen.in ſæpe d.regu.335.lim.30. verſi. ſed nihilominus.Mich.Graſſ.in 1.lib.comm.opin.c. 11.q.9.vbi ſic.contrariam. & iſta quidẽ opinio vltra text. d.cap. ex reſcripto, vbi † mulier per iuramentum Velleiano re- 13
nunciaſſe cenſetur, probatur etiam generali,& ſolidiſſima ea ratione, qua dici ſolet, Iuramentum † vim habere expreſſi 14
exprimendi caſus. l. cum pater. §. filius matrem,ff.de leg. 2.Bal.q.2.& Salyc.colum.vlt.in l.1,C. commod. Alex. in l.1. §.ſi quis ita, num.13.ff.de verbo. oblig. conſi.27.lib.1.conſi.133.num.11. vol. 5.Iaſ.in l.in repudianda,ff. de acquiren. hær.in §.item ſi quis poſtulante, nu.14. Inſti.de action.Socin.conſi.70. num.1. vol.3.Dec.conſi.340.num. 4. & conſil. 404.num.10.Ripa in l.4 §. condemnatum, num.24.ff.de re iudic.Goza.conſi. 69.ſub num.19.& conſil.87.ſub nume. 13.Tiraquel.in legib.connubia.in gl. 5. num.148. Boer. deciſ.3.num. 4. Franc. Marc.deciſ. 217.in fi. par. 2. Dominus meus Io.Cephal.conſi.58.num.26. conſi.94.ſub num.8.conſi.147.num. 12.& conſi.557.num. 10.Duen.d.regu. 335. lim. 20. verſicu.ſed nihilominus. Mich. Graſſ.d.lib.1.comm.opi.d.c. 11. & d.q. 9.in fi.laco. Phil. Por. in 3.lib.commu. opi.concl.2.Et ideo videmus, quòd † licet per generalem renunciationem non cenſeatur legitimę renunciatum, vel iuri petendi ipſius legitimę ſupplementũ, niſi expreſsè, & generaliter ei fuerit renunciatum.l.ſi quando.§.generaliter.C. de inoff.teſtam.tamen † quando iura- 15
mentum accedit, perindè habetur, ac ſi

expreſsè,

expreſsè, & ſpecificè illi renunciatũ fuiſſet, Lud.Ro.in d.l.1.§.ſi quis ita, de ver. oblig.Alex.in l.ſi quis maior. C.de tranſac.Iaſ.in l.fi.C.de inoff.teſt. quos refert ad hoc Goza.d. conſil. 69. ſub d.nu.19. & cum ipſo Goza.Rolan.à Valle, conſil. 70.nu.40.vol.2.

## Caut. LXXXI.

### De indẽnitatis fideiuſſore, prius, quam principalis excutiatur, conueniendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſsor indemnitatis, etiam ſi fideiuſſorum beneficio renunciet: tamen habet excuſsionis beneficium. Vt autẽ hoc priuetur beneficio, datur remedium nu. 3.7.& 13.*

2 *Indemnitatẽ promittẽs videtur. promittere illud, quod à principali debitore creditor conſequi nequit.*

4 *Renuncians mulier tutrix omni legum auxilio, cenſetur Velleiani beneficio renunciaſſe, etiam ſi expreſsè non dicat.*

*Item beneficio, nè incarcerari valeat, nu.5.ſecundum nõnullos; ob honeſtatem tamen aliter dicendum videtur, vt ſub d.nu. 5.*

6 *Renũcians omni legum auxilio videtur renunciaſſe beneficio, ne cõueniatur vltra quam facere poſsit.*

8 *Iuramentum vim habet expreſſæ renũciationis. Et ſpecialis, ac expreſſi conſenſus, nu. 9.*

10 *Singula, quę nõ proſunt, multa iuuant.*

11 *Tranſigi non poteſt ſuper dependentib. ex vltima voluntate, niſi reperta veritate ex inſpectione, vel cognitione ipſius vltimæ voluntatis.*

12 *Iuramentum ſapit naturam actus, ſuper quo interponitur.*

FIdeiuſſor † indemnitatis, prout dixi in proxi.præc. caut. nu.9. & ſi fideiuſſorum renunciaſſet beneficio, non eſt ante principalẽ cõueniendus, ex doctr.Bar. in l.1.nu.2. C. de conu.fiſci debit.lib.10 & ibi Alex.ad ipſum Bart.Bald.in l.1.C.de his, quæ in frau.cre.Ang.Alexan.Iaſ.Dec. Alc.Cur. Iun.in l.fin.ff.ſi cert.pet.Salyce in l.1.C. quod cum eo, Rom.conſil.221.colum. 1.& conſi.241.colum.2.Fulg.in l. quæro, verſ.vlt.noto.ff.loc.Corn.conſi.109. num.7.volum.1.Alex.conſi.29.nu.22. vol.7.Roder.Soar.in tit.de los emplaſamentos, fo.174.colum.2. Hippol.in repet.rubr.ff.de fideiuſſo.num.23. Duen. reg.335.ampl.2. ex quibus patet, quod hæc eſt doctorum recepiſſima ſentẽtia, vt etiam communem profert Dec.d.l.fi. ff.ſi cert.pet. ſub num.9. & Eman.Soar. in Theſ. recept. ſenten. litera F.nu.138. Cuius ſanè concluſionis rationem colligo ex Barto. in d.l. quæro.ff. loc. Quia 1
† ſcilicet indemnitatem promittens illud promittere videtur, quod a principali creditor conſequi non poſſet, ideoque nimirum, ſi etiam renuncians fideiuſſorum fauoribus, numquam tenetur, niſi primum appareat, excuſſio principali, quantũ quis damni ſentiat, vt per ipſum Bart.etiam habemus in d.l. 1. ſub nu. 1. C. de conu. fiſci debit. & ita intelligunt omnes præmemorati doct. 2

Vt aũt & iſte indemnitatis fideiuſſor, priuſquã principalis diſcutiatur, cõueniri poſſit: Remediũ eſt, ꝙ † creditor eum recipiẽs obtineat ab ipſo nõ modo ſimplicem beneficij de fideiuſſor.renunciationẽ; ſed etiam omnis legis auxilij remiſſionem, vt ita ſingulariter determinat Alexand.dict. conſil. 29. nume. 34. de quo tamen non parum dubitat Iaſ. in d.l.fi.nu.3.& cõtrarium tenet ibid. Dec. nu.9.in fine, & ita quoq; ſentire videtur Eman.Soar. in præcitato loco. Sed certè 3

Alexandri deciſio rationem ſapere videtur: Namque illa de omni legum auxilio renunciatio plures ſolet notabiles
4 producere effectus: Vt videmus † in muliere, quæ, cum tutelæ munus ſubit ſi omni legum renunciat auxilio, cenſetur renunciaſſe Senatuſconſulti Vell. beneficio, etiam ſi ipſa mulier expreſsè non dicat, ſecundum Bar. in l. ſi quis ſub conditione. nume. 2 r. ff. de teſtamen. tuto. & in auth. matri, & auiæ, nume. 14. C. quan. mul. tut. offic. fung. Socin. conſilio 200. ſub nume. 4. volum. 2. Dec. conſil. 452. nume. 19. Rip. in repet. l. ſi vnquã, nume. 118. C. de reuocan. dona.
5 Itidem † ſi talis mulier ita renunciauerit, cenſebitur renunciaſſe beneficio, ne poſſit incarcerari, ſi credimus Bar. in d. l. ſi quis ſub condit. nume. 18. & in d. Auth. matri, & auiæ, nume. 13. & ibi Salyc. num 14. Ludo. Rom. Alexan. nume. 11. Iaſ. ſub num. 34. in l. plerique. ff. de in ius vocan. Rom. in l. ſi vero. §. de viro, in 2. princip. fallen. & in Laha. §. eleganter, num. 11. ff. ſolut. matrimo. & conſil. 118. Matheſil. not. 109. Alexand. ad Bar. in l. nemo carcerem, num. 4. C. de exact. tribut. lib. 10. Hoc idem habetur in tracta. de carc. inter tractatus Barto. inſerto, ſub num. 4. verſi. vnum tamen. Soc. conſil. 127. num. 3. volum. 1. & conſil. 180. num. 2. volum. 2. Boer. deciſio. 149. ſub nume. vndecimo, & in repetit. l. conſentaneum, num. 141. C. quomo. & quando iud. Rip. in præcitato loco; tradunt & alij nonnulli, qui etiam communem iſtam opin. aſſerunt, quos refert Franc. Viuius in ſecundo tomo commu. opin. diuerſorum, litera C. opin. 37. vbi & ipſe hanc ſequitur opin. tradunt, & alij, quos ante ipſum Viuium pro hac parte allegat Duen. regu. 312. limit. 2. Tamen ipſe Duen. in verſicu. Dico tamen, refert contrarium nonnullos tenere, quos ſequi videtur, ad quod alleg. tex. in l. ſunt, qui in fi. ff. de re iudi. vbi habetur, quòd parentes non poſſunt conueniri, niſi in quantum facere poſſunt: Et certè id huius legis fundamentum (licet ipſius l. cum ſequent. in alijs perſonis ibi enumeratis, quam in parentibus, ſublata videatur diſpoſitio, vbi ſupradicta interuenit renunciatio, vt ſtatim ex infra dicendis in ſequen. num. apparebit) maximi ponderi, eſt, quia etiam ſi renunciatum ſit, vt ſupradictum eſt; tamen ſi per ipſam renunciationem intelligeremus ratione tutelæ adminiſtratæ poſſe ita ab eorum filijs, aut nepotibus, matres, vel auias conueniri, vt etiam in carcerem truderentur, adhuc remaneret, & irreuerentiæ, & inhoneſtatis ſcrupulus, ac quoddã reſultaret abſurdum ab õmni æquitate diſſonum; quod potens eſt (vt puto) ad faciendum, ne etiam expreſſa de hoc renunciatio, quicquam prodeſſet, iux. l. veluti. ff. de iuſt. & iure. l. 4. §. parentes, & l. 6. ff. de in ius uoc. iuncta l. ius publicum, & quod ibi tradunt Docto. ff. de pact. & facit text. in l. ſtipulatio hoc modo, in ratione decidendi ff. de verborum oblig. & in cap. non eſt obligatorium. ex. de regu. iur. in 6. Prædictis accedat ſimplex honeſtatis ſeruandæ in mulieribus ratio, qua effectum eſt, ne ipſę mulieres ad inſtantiam quorumcunque creditorum carcerari in cau ſis ciuilibus valeant, l. 1. & in authen. ibi poſita. C. de offic. diuerſ. iud. & in auth. nouo iure. C. de cuſt. reorum. Ob quam honeſtatem tuendam dicendum videtur eam renunciationem, quò ad hoc, nihil operari poſſe, vt & ita per hanc rationem tenuere Barb. in cap. lator, num. 4. extra de pigno. Soc. in d. l. plerique, nume. 40. Pom. ad Barto. in d. Authen. matri, & auiæ. d. nume. 13. litera G. in verbo, vt l. 2. & alij, quos refert Duen. in d. regu. 312. d. lim. 2. verſ. Tamen Bartho. Soc. & Borgn. Caualca. iſtam opi. contra Bar. & alios ſequens, in tract. de tutor. & curato. fo. mihi 177. ſub nu. 322. verſic. quibus tamen non obſt. Dicendum ergo eſt in caſu iſto pro rei veritate (quicquid

quid alij cum Bart. currentes, dixerint; etiam quicquid ſit de communi opinione,cui certè ego acquieſcere nequeo) & ob reuerentiam, quam matri, & auiæ, omnibuſque parentibus filij debent: ac propter publicam verecundiam, & honeſtatem,quæ in mulieribus requiritur, ſupradictam clauſulam, de renunciatione omnis legum auxilij, nil operari, licet ex ſui virtute multos ſoleat parere ef
5 fectus; qui p o ſupradicta Alexandri ſententia faciunt,volentis, ex tali renunciatione fideiuſſorem indemnitatis, ante principalem poſſe conueniri. Quan-
6 doquidem † & pariter videmus, quòd qui renunciat, vt ſupra; videtur renunciaſſe beneficio: Ne conueniatur vltra quàm facere queat, vt per Corn. conſil. 128.volum.3. quem refert ad hoc Ripa in repet.d.l.ſi vnquam d.num.118.Gozad.conſil.69.nume.20. & quibus in locis Ripa,Goza.& Dec.pariter in d.conſi. 452.nume. 18. cum ſequen.alios huius renunciationis ponunt effectus;In ſumma iſta renunciatio tantæ eſt virtutis, vt per eam intelligatur renunciatum beneficio tàm iuris communis, quàm municipalis,Bald.Ange.& Raph.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.quos ad hoc retulit Gozad.d.conſil.69.d.nume. 20.& de hac omnis legum auilij renunciatione ego infra tractabo, in litera R. caute. 232. vbi generalem ob hanc renunciationis clauſulam, cautelam afferam.

Crediderunt tamen alioqui, quòd
7 † omnis prorſus tolleretur dubietas, quandocunque iuramentum vnà cum dicta renunciatione de omni legum auxilio, iungeretur; quia (vt dicebam in prox.præceden.caut.numer.13.& ſeq.)
8 iuramentum † vim habet expreſsè, & ſpecificè renunciationis, c. ex reſcripto, extra de iureiuran. Soc.conſil.147. propè fin.lib.1.Rip.in d.l.ſi vnquam, num, 120.Cephal.Dominus meus conſil.44.
9 num.7.& ipſum † iuramentum vim habet ſpecialis,& expreſſi conſenſus,ſecundum Bal.& Salyc.in l.1.C.commo. Ange.in l.ſenium. C.qui teſtamē.face.poſſ. & alios, quos in præceden. caute. abundè allegabam: Et pro hac opin. accedit in caſu noſtro; Quia ſi de per ſe renunciatio ſupradicta non ſufficeret: tamen cum iuramento iuncta proficere debere videretur,argumento eſt vulg.ea reg.

Multa † iuuant, quæ ſingula non pro 10
ſunt.l.ſi ſtipulatus ſis,in princ.& ibi glo. 1. ff. de vſur. cum ſim. Roland. à Valle conſi.43.num.14.volum.4.D.Ioan. Cephal.conſil.251.num.88.Sic & in ſimili propoſito dixit Alexan.ob prædictam iuramenti virtutem ductus, in conſi.11. colum.5.volum.2.quòd qui cum iuramento renunciat omni legum auxilio, cenſetur renunciaſſe beneficio. l. de his, ff.de tranſact. quæ vult, de his † contro- 11
uerſijs,quæ ex teſtam.proficiſcuntur,neque tranſigi, neque aliter exquiri poſſe veritatem,quam inſpectis, cognitiſq; teſtamenti verbis. Verum ſcias neq; remedium iſtud de iuramenti adiectione tutum eſſe: Namque in contrarium extat communis doctorum opinio; Alexand. enim,Iaſ.Dec.Alc.in d.l.ſi.ſi cer. pet.iuramenti talis fideiuſſoris ad eius tollendum priuilegium non operari ſenſere, Felyn.in d.c. ex reſcripto, Ripa in d.l.ſi vnquam,ſub num.120.& communem partem hanc aſſerit Emanu.Soar.in eius Theſau.d.litera F.num.139. Cuius ſanè concluſionis præcipua doctorum ea eſt ratio; quia † iuramentum ſapit actus na- 12
turam, ſuper quo interponitur. l. fin.ff. qui ſatiſd.cogan.& l.ſi.C. de non nume. pecu.Si ergo vera eſt eorum opinio, qui volunt non proficere generalem ipſam renunciationem; neque etiam dicēdum videtur, iuramentum illi adiectum creditori talem fideiuſſorem recipienti prodeſſe; & facit hic in terminis doctr.Bar. in d.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum, nume. 4. ff. ſi quis caut. dicentis, iuramentum ſuper generali renunciatione interpoſi-

Q 2 tum

tum referri ad caſus tantùm ad quos generalis refertur renunciatio; quod & tenent Alber. de Roſa. Bal. Ang. Fulgo. & communiter doct. in d. §. quæſitum, ac alij, quos refert Iaſ. communem dicens ibid. nu. 42. & hoc eſt, quod voluit dicere Ripa in d. l. ſi vnquam, ſub d. nu. 120.
13 ad fin. Tutior † igitur erit cautela, ſi expreſsè pactum fuerit, vt iſte fideiuſſor etiam ante principalem conueniri poſſit, cum quilibet valeat fauoribus pro ſe introductis renunciare, iuribus vulga. Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ hoc pacto in repugnantiam eam incideremus, ꝙ cum iſte fideiuſſor de indemnitate teneatur, i. in eo, in quo principalis deficere apparuerit (vt ſuprà declaraui) ſi mox pactũ fiat, vt ante principalem teneatur duo inuicem pugnabunt, videlicet ꝙ & teneatur ante principalem diſcuſſum, ſecundum pactum factum, & non teneatur, iuxta fideiuſſionis naturam; quæ ſtare non poſſunt, l. ius noſtrum, & l. vbi repugnãtia, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Nam reſpondeo, ꝙ per ſecũdi pacti vim, quo iuri ſuo fideiuſſor expreſsè renunciat, fideiuſſionis natura, & ſic primũ pactum tollitur, argu. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

## Caut. LXXXII.

### De fideiuſſore ob diutinam obligationem petente ſe a debitore principali liberari.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſor, qui longo tempore in fideiuſſione ſtetit, poteſt petere ſe ab ea liberari. Limita, vt nu. 3.*

*Longum autem id tempus ſtat in iudicis arbitrium, nu. 2.*

4 *Libellus fideiuſſoris volentis ſe, ob longum tempus, à fideiuſſione liberari, non concluderet, ſi ſimpliciter diceretur: Talis petit ſe à fideiuſſione liberari, quia diu in fideiuſſione ſtetit.*

*Ideo datur libellandi cautela, nu. 5.*

*Filij poſiti in conditione non cenſentur vocati, ſub num. 3. verſic. Proindè.*

Fideiuſſor; † qui diu in fideiuſſione ſtetit, ſe ab ea liberari petere poteſt. cap. vlti. ex. de fideiuſſ. l. Lucius. ff. mand. glo. in l. ſi pro ea, in verbo, feceris. C. eod. glo. & Doct. in §. ſi quid autem, Inſtit de fideiuſſ. innuit Bar. poſt Iacob. de Aret. in l. facere poſſe, num. 3. & ibi Bal. & Alexand. poſt alios, num. 1. ff. ſolu. matrim. Ioan. An. ad Specu. poſt ipſum Specu. in tit. de iud. §. ſpecialia, ſub num. 3. in verbo, in 10. tradit Afflict. deciſ. 241. ſub num. 3. Soci. reg. 191. vbi materiam iſtam declarat, & regu. 192. lim. 3. & communem hanc eſſe ſententiam oſtendunt Bapt. à Villalob. in ſua collecta commu. opin. in litera F. num. 36. Eman. Soarez. in ſuo Theſ recep. ſenten. litera F. num. 143. Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 41. nume. 1. Iſtudque † diuturnum tempus in 2 iudicis arbitrio æſtimandum conſiſtit, vt not. glo. fi. in d. l. Lucius, per l. 1. in fine. ff. de iure deliber. glo. in d. l. ſi pro ea, in d. verbo, feceris; pariter glo. in d. cap. fin. in fi. glo. 1. ext. de fideiuſſ. Bal. in d. l. ſi pro ea, verſic. 10. quæro, quem refert Soc. d. regu. 192. d. limit. 3. Bellon. in d. §. ſi quid autem, num. 4. Inſt. de fideiuſſ. Iaſ. in l. ſi pœnam, nume. 7. ff. de verbor. obligat. Ruyn. conſi. 187. in fine, lib. 1. Afflict. d. deciſ. 241. ſub d. num. 3. quos refert, & ſequitur Menoch. d. caſu 41. nu. 3. communem tradunt Villalob. in præcitato loco, ac in d. litera F. Emanue. Soar. num. 144. Et prędicta quidem cõcluſio; Quòd fideiuſſor diutinus liberationem

5 tionem petere valeat, non † procederet,
ſi ſub conditione eſſet obligatus; Quia
quod dictum eſt, locum ſibi vendicar
vbi purè ſe obligauit, pro quo adduco
tex.not.in d.l.facere poſſe, in fine. ff. ſo-
lu.matrim.& ibi Iacob.de Are. Bar. Bal.
Alexan. & alios omnes. Cyn. & Bald.in
d.l.Lucius, & in d.l.ſi pro ea, Ioan.And.
ad Specu.in d.titu.de iud.d.§. ſpecialia,
4 & d.verbo, in 10.Bal.in l.1.C.de fideiuſ
ſor.mino.Soc.d.regu.191.limita.1.pro
quo etiam facit text.in l.ſi quis ſub con-
ditione dandorum 10. ff. ſi quis omn.
cau.teſt.in l.cedere diem, verſic. vbi ſub
conditione.ff.de verbor.ſignificat.in l.is
damnum.§.1.vbi etiam Docto.ff. de re-
gul. iur. vnde etiam euictionis in caſum
fideiuſſor, antequam res euincatur, ſe li-
berari nunquam petere poteſt, quia ad
eam conditionem ſuam refert fideiuſſio
nem, ſi res euincatur, vt ita per tex.d.l.fa
cere poſſe, tradunt Iac.de Aret.Bart. Bal.
Caſtr.Alex.ibidem; Cyn.Bal. & Salyc.in
d.l.ſi pro ea, vbi ipſe Salyc.de communi
teſtatur; tenet etiam Io.And.ad Spec.de
iud.§.ſpecialia, ſub n.3.in verbo, in 10.
in additione, quæ incipit, Io.de Bla. ſen-
tit etiam hanc opi. Bar. in d.l. Lucius.ff.
man.dum ſe remittit ad Cy.in d.l. ſi pro
ea, hoc tenentem; eandem quoque opi.
tenent Bal.Paul.Alexã. Iaſ. & Dec.in l.ſi
pater.C.de collat.Bal.in l.1.C.de fid.mi-
no.Afflict. d.deciſ.241.ſub num.4.& 5.
ſequi etiam videtur Apoſt. magna ad
Bar. d.l.Lucius; idemque tradit Caballi.
de euict.§.2.nume. 19. Inter caſus enim
emergentes conditio, quæ interuenit, a-
deò friget, vt ipſa nihil generare videa-
tur: Proinde ſuceeſſit vulgaris ea con-
cluſio, filios in conditione poſitos non
cenſeri vocatos, vt eſt notiſſima glo. fin.
in l.Lucius.2.ff.de hæred.inſtit. quæ eſt
communi magis Doct. conſenſu appro-
bata, vt ex infra allegandis patebit: Ip-
ſam enim gloſs. ſecuti ſunt Iaco.de Are.
Cyn.Raynut.Barto.Franc. Tig.Nicol.de
Neapol.Bal.Ange.Raph.Cuma.& Imo.
in d.l.Lucius, Paul.de Caſt.Rom. qui di
cit ſe aliàs diſputando ita tenuiſſe, Imol.
qui communem teſtatur, Alexand. ſub
nume.3. vbi alias alleg. authoritates, in
l.ex facto.§. ex facto. ff. ad Trebell.Ale-
xand.in l.Gallus, in princip. nume.6. ff.
de liber. & poſthum. Alexand. pariter
conſil.185.verſicu. poſtremo probatur,
lib. ſecundo, vbi quamplures refert,
qui communem aſſerunt, quod conſil.
repetijt conſil. vigeſimoquarto, verſicul.
nec dicatur, volum. 3. vbi aſſerit ita eſ-
ſe & conſulendum, ac iudicandum, &
in alijs conſil. relatis per Riminal. Iun.
conſil.vigeſimoprimo, num.vndecimo.
Socin. conſi.116.nume.1.volum.3. vbi
communem iſtam eſſe opin. ait, à qua
non ſit in iudicando, aut conſulendo
recedendum, Pom.ad Bar.in d.l. Lucius
dicens iſtam eſſe communem opin. vbi
& latè Doctores alleg. latiſſimè tradit
Anton.Gabr. de fideicomm. concluſ. 4.
vbi magis communem iſtam ait ſenten-
tiam; latiſſimè pariter Iacob.Phil. Port.
in ſecundo lib. concluſ. regul. duodeci-
ma, vbi magis communem, & ipſe eſſe
hanc opin.concludit, in verſic. Tenen-
do primam opin. latè Dom.meus Ioan.
Cephal. conſil.decimoſeptimo, nume-
ro decimotertio, & latius conſil.517. nu
mero decimoſeptimo, quibus in locis
dicit prædictam glo. opin. eſſe commu-
niter receptam, & canonizatam: com-
munem dicit Eman.Soare. in ſuo Theſ.
recep.ſent. litera C, nume. 182. & lite-
ra F, nume.262. latiſſimè quoque alleg.
Iul. Clar. in §.Teſtamentum. q.77. vbi
hincindè adductis doctorũ plurimis au-
thoritatibus, tandem cũ hac reſidet opi.
cõcludens, ꝙ ẽt hodie opi. illius gl. in d.
l.Lucius, ſit magis cõis: aſſerens ſe crede
re, ꝙ pro ipſa gl. ſint plures Doct. qui at-
teſtantur illã eſſe cõem, quã illi, qui con-
tra glo.tenẽt: Et certè ſi ſoli inhæreamus
conditioni, in qua filij poſiti ſunt, non
eſt ambigendum, quin ipſa gl. ſit ab om
nib.omnino recipienda; cũ cõditio nihil

in eſſe ponat.d.l. ſi quis ſub condi. dandorum .10.cum ſimil.ſunt autem coniecturæ,quæ ab ipſa opi.quandoq; recedere faciunt, quas pulchre proſequutur ipſe Clar.in d.§.teſtamentum.d. quæſ.77. cum duabus ſeq. ſed hæc nos miſſa faciamus,cum pro nunc non ſit noſtra materia: ſat ſit ex hac receptiſſima doctorum concluſione comprobaſſe, ꝙ in propoſito noſtro dictum eſt, fideiuſſores conditionaliter obligatos petere non poſſe, ſe à fideiuſſionis nexu eximi. Ideo Soci.d. reg.191.lim.1. ex mente Baldi in d.l.facere poſſe,tradit in hac facti ſpecie libel-
4 landi,ac practicandi modum:Nam † refert, quòd ſi in libello ſimpliciter concluderetur,quem diù in fideiuſſione ſtetiſſe non procederet libellus: Quoniam eſſe poſſet, quòd fideiuſſio eſſet conditionalis, per d.l. facere poſſe,in fi. Secus eſſet, ſi libellus liberationem ab obligatione fideiuſſoria,& diutina, cõtineret:
5 Propterea † cautus redditur fideiuſſor, vt cum longo tempore in obligatione ſtetit, & liberari ab ea vult, in libello ita concipiat: Quòd diu in obligatione fideiuſſoria ſtetit,à qua ſe liberari petit:& iſtam etiam cautelam tradit Alex. in d.l. facere poſſe,ſub num.1.verſ.& in materia prædicta,poſt alios,quos ipſe Alexã. ibi allegat: Sequitur in ſeq.caut.alius caſus, in quo fideiuſſor liberationem ſibi parare poteſt.

## Caut. LXXXIII.

## De fideiuſſoribus ab obligatione liberandis.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſori nomine obligatus pro ſolutione ad tempus determinatum fienda, prorogato,abſque eius conſenſu, tempore, liberatur. Quòd latius proſequere,& intellige, vt in verſ. Quod tamen.*

2 *Obligatio ad certum tempus limitata, inuito obligato,prorogari non poteſt.*

3 *Fideiuſſores, vt liberentur conſilium habent, quòd procurent prorogari tempus obligationis principalis, abſque conſenſu eorum: In caſu tamen, de quo ſupra nu.1.verſ. quod tamen,facta eſt mentio.*

1 FIdeiuſſor,† qui pro ſolutione ad certum tempus fienda obligatus eſt, ſi contingat, quòd principalis debitor terminum per creditorem prorogari faciat,amplius, poſt termini primi lapſum,non tenetur,niſi prorogationi cõſenſerit,vt probatur in l. item quæritur. §.qui impleto.ff. loc. & in l.ſi cum Hermes.C.eo.& not.glo.in c.conſtitutus,in verbo,abſoluit, ex.de fideiuſ.facit,quod not.in l.pen.ff. de prætor. ſtipul. Quod tamen intellige verum, ſi fideiuſſor pro principali, vſq; ad certum illud tempus promiſerit; ſecùs ſi ſimpliciter fideiuſſerit, & cum debitor eſſet in mora fuerit ipſi debitori prorogata mora;nam tunc, etiam non conſentiente fideiuſsore, nõ liberatur, vt tradunt in d.c. conſtitutus, Hoſtien.Petr.de Anch.Io.de Imo: & Panor.Anch.in c.te quidem,11.q.1. Bald. Ang.& Alex.in l.ſi vnus.§. 1. ff. de pact. & ibi vide Iaſ.Iac.Phil.Por.in 3.lib.concluſ.regu.14.lim.4.& ita eſſe communẽ opi.habes ex Iaſ.in l.lecta,ſub nu.9. ff.ſi cer.pet.& in l.1.a num.18. vſque ad fin. C.de iud. vbi Iaſ. in fi. reſpondet ad potens fundamentum d.Ant.de Alex. licet in d.l.lecta, illud admiſerit circa caſum ſuum; ſcilicet quando prorogatio per ſtipulationem facta eſſet; quo caſu tenere videbatur indiſtinctè fideiuſsorem liberari: Et ex quibus Iaſonis dictis habes, quòd etiam ſi in ſpecie pro principali,vſque ad certum tempus non fideiuſserit: ſed obligatio de ſe, lapſo eo tẽpore,

pore, finiatur: vt cum aliquis domum conduceret, vſque ad tale tempus, vel quis promitteret Caſtrum, vſque ad annum cuſtodire; & pro eo ſic promittente fideiuſſor acceſſerit; prorogato conductionis,& cuſtodiæ tempore, abſque fideiuſſoris conſenſu, quia tunc erimus in caſu finiendæ fideiuſſoris obligationis, fideiuſſor ipſe liberabitur: Hæc nota, quia memoria digna ſunt. Per quæ
2 etiam notare habes, quòd † alicuius obligatio ad certum tempus limitata, non conſentiente ipſo ad illud limitatum tempus obligato, prorogari non poteſt; ad quod etiam facit l.fin.ff.de pact. Stante igitur præhabita concluſione, trado caut. pro fideiuſſoribus, ex Papien. in pract. in forma libelli contra plur. reos deben. in verbo, ſolutionem, numer. 3.

3 Quòd † ipſi cum debitore procurent, vt ſolutionis tempus creditor ei proroget; ſic enim ab eorum fideiuſſione ſoluti remanebunt: dùm tamen prorogationi minimè conſentiant; quodque menti tenendum dicit ipſe Papien. Quam ſanè Papien. caut. intellige tibi eſſe ſeruādam, eueniente caſu ſecundum ſuperius declarata ex mente Iaſonis, & communi doct. opinione.

## Caut. LXXXIIII.

### De fideiuſſorum beneficio diuiſionis, & cedendarum.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiuſſorum plurium inſolidum obligatorum quilibet inſolidum conueniri poteſt: ſed beneficium habent Epiſtolæ diui Adriani; & ideo datur ipſis cautela, ut tantum in viriles teneantur, nu. 2.*

3 *Fideiuſſores omiſſo diuiſionis beneficio habent cedendarum auxilium; & ex hoc datur eis conſi. nu. 4.*

*Fideiuſſores eorum beneficijs uti uolentes negare non debent ſe fideiuſſiſſe.* 5

*Fideiuſſorum beneficia quando ſint petenda, remiſſiuè.* 6

*Fideiuſſores non habent vtilis actionis ſubſidiarium auxilium, & quare.* 7

*Principaliter quæ ſiunt attenduntur, non quæ in conſequentiam veniunt.* 8

*Negantis per mendacium pœnæ nonnullis exemplis ponuntur, toto num. quinto.*

FIdeiuſſores † plures ſi pro vno inſolidum intercedant, 1 quotquot erunt numero, ſinguli inſolidum tenebuntur: ideo creditori liberum erit, à quo voluerit ſolidum petere: ſed ex Diui Adriani Epiſtola compelli poteſt creditor a ſingulis, qui modo ſoluendo ſunt litis conteſtatæ tempore, viriles petere, vt eſt tex. in l. inter fideiuſſores, & in l. ſequen. ff. de fideiuſſ. in l. fin. C. de conſti. pecun. & in §. ſi plures, Inſtitu. de fideiuſſ.

Cauti † igitur ſint fideiuſſores, vt vel 2 in viriles ſe tantum teneri paciſcantur: aut ex Diui Adriani Epiſtola, dum inquietantur, diuiſionis petant beneficium: Sed vidi ego practicari, cum plures fideiubent, quòd faciunt creditores Epiſtolæ huius beneficio per fideiuſſores renunciari: Ad quod ipſi fideiuſſores aduertant, ſi diuiſionis auxilio vti volent: Verum † quandocunque 3 fideiuſſores, vel diuiſionis renunciarint auxilio; vel totum aliquis, aut eorum aliqui ſoluere debuerint: Remedium eſt pro eis, vt cedendarum iuuentur auxilio; videlicet, quòd a creditore petant ſibi aduerſus confideiuſſores actiones cedi, vt ab eis viriles conſequantur, de qua re eſt tex. in l. fideiuſſoribus, & in l. vt fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. Quam quidem ceſſionem niſi petierint a credito-

ſe, portiones a confideiuſſoribus conſequi non poterunt, vt in dictis proxi. iuribus.

4 Ideò † priuſquam ſoluant, cauti ſint, vt à creditore ſibi cedantur actiones, prout id quoque tradit tex.in l.ſi fideiuſſores.§.1.ff.eodem, ad quod vide etiam glo.in authen. præſente.C.eod. Et † aduertant fideiuſſores, qui beneficijs iſtis vti volunt: ne ſe fideiuſſiſſe negent: quia omni deſtituerentur auxilio.l. ſi dubitet creditor, aliàs incipit, ſi dubitetur. §. 1.ff.eod. facit tex.in l.fin.ff.de rei vendica.& in l.qui ſeruum. §. in iure.ff. de interrog. act. vbi dicitur, quòd ſi quis ſe poſſidere negauerit, & poſſideat, aufertur ab eo poſſeſſio: Ad idem quoque facit tex.in l. fin. C. de fideicomm. & in §.fina. Inſtit.de fid.hæred. vbi habetur, quòd fideicommiſſum eſſe relictum negans, & de mendacio conuictus, non poterit poſtea ea ſe adiuuare exceptione, videlicet in minus ſolemni voluntate relictum, de qua re plenè tractaui ſupra caut.74.

Similiter videmus, quòd qui ſcripturam negat ſua manu factam, ſi de mendacio conuincatur, amittit non numeratæ pecuniæ exceptionem, vt eſt text. in auth.contra,qui propriam, vbi Bald.Salyc.& alij.C. de non numera. pecu. Iaſ. in l.quod te,nume.50.ff.ſi certum peta. Anto.Gabr.in ſuis comm.opin.in tit. de acquir.vel amit.poſſ.conclu.5.num.11. Sic & emphyteuta,qui rem eſſe emphyteuticam negat, ſi de mendacio conuincatur, iure emphyteutico priuatur, vt voluit Angel. in d.l.fin. colum. 1.de rei vendic.quodque etiam tenuit Marſil. in rubr.de fideiuſ.nume.125.& alij, quos refert Iaco.Phil. Port. in 1. lib. concluſ. regu, 30.Anto.Gabr. vbi ſupra,nume.3. Iacob. de Sancto Georg. in inueſtit. ſua feud.in verbo,dictique vas.promiſ. non com.felon.colum.10. in princ. Vnde & feudatarius feudalem eſſe rem negans, feudum ipſum perdit,vt voluit Bald. in cap.1.§.ſi vaſallus.1.ſi de feu. fuer. controuer.inter dominum,& agna.Abb. Felyn. & Dec. in cap.cæterum. ext.de iud. Marſi.in d.rubr.de fideiuſs.nume. 326. Port. vbi ſuprà,Gabr. in d.concluſ. 5. in princ.Ripa in l.qui cum ſe,num. 1.ff. de re iud. Arnol. Ferron. in conſuetu. Burdeg. in titu.de feud.§.5. Duen.reg.325. Iacob. de Sancto Georg. vbi ſupra, colum.9.in fine.Cur.Iun.in tracta.feud. in 4.par.in 19. cauſa priuationis, Oſaſc. in deciſio.Pedemon.29.colum.2. Iul.Cla. in §.feudum.q.59.in fine princ.Et generaliter dici poteſt,quod beneficio ſuo ille priuatur,qui in eo mentitur, quod eſt beneficij cauſa, vt, præter iura ſupradicta,eſt tex.& ibidem Bar.& Docto.cum tex.ita ſummãt,i l. ſed hoc ita. §.1.ff. de re iudic.Bar.in d.l. ſi dubitet creditor.§. 1.ff.de fideiuſ. quare nimirum illud eſt, ut ſuperius docui, ſi fideiuſſor negans ſuo priuaretur beneficio, & ita tradunt Iaſ.in d.l.fin.nume.6. C. de fideicomm. Io.Petr.Ferr. in pract. Papien. in for.lib. con.plur. reos deb. in uerbo, interceſſerunt,& fideiuſſerunt, ſub nume. 2. Rolan.a Valle conſil.88. num. 2. volum.4. In quo conſilio ſupradicta, & alia ſimilia contra mendacio negantem tradit exempla: Duen.regu.329.in prin.& regu.335.lim.4.Iac.Phil.Port.in d. 1. lib. concluſ.regu.41.limita.19. Et hoc eſt etiam,quod dixi ſupra caut.80. nume. 3. docens quomodo facias, ut fideiuſſor excuſſionis perdat beneficium: Caueant igitur fideiuſſores, ne ſibi ipſis damnũ propria eorum culpa afferant: Sic etenim confitentes factam fideiuſſionem ad ipſorum mox beneficia ſupradicta recurrere poterunt. Quando autem † iſta ſint petenda beneficia habes penes 6
Bar.in d.l.ſi dubitet creditor, in princip. iuncta & addit.ad eum, ſub num.3. litera B, tradunt Docto. in l. fideiuſſor. C. eod. & in d.§. ſi plures, Inſti. eod. Scias † autem, quòd licet tutoribus, & cura- 7
toribus, poſt ceſſionis beneficium, competat

petat utilis actionis remedium, ut tradi-
tur in l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. &
rat. diſtrahen. & per Scriben. in l. prima.
C. de tranſact. ac vt tradit Ange. Areti. in
§. ſed ſi ex teſtamento, in fine, Inſtitu. de
ſatiſd. tut. Illud tamen utilis actionis au-
xilium fideiuſſores non ſequitur d. l. ut
fideiuſſor. ff. de fideiuſſ. glo. magna, circa
finem. Barto. & alij in dic. l. prima. C. de
tranſactio. differentiæ autem plures aſſi-
gnantur rationes per Barto. in dict. l. pri-
ma. C. de tranſact. numero 11. & in repe
ti. numero 19. Sed vna vera ab ipſo Bar.
tradita, & approbata in d. §. nunc tracte-
mus, ſub numero ſecundo, & in d. l. pri-
ma repe. ſub d. numero 19. hæc eſt; quia
quando confideiuſſor ſoluit, principali-
ter ſoluit, ut reum principalem liberet;
mox per quandam conſequentiam ſuũ
liberet confideiuſſorem: ſed quando cõ
tutor ſoluit, principaliter ſoluit, ut ſe, cõ-
tutoresque ſuos liberet; eãdem quoque
differentiæ rationem, poſt alias, aſſignat
glo. in l. ex facto, in uerbo, quia actione.
ff. de neg. geſt. & ibi Bartol. pariter hanc
firmat, & ſequitur: quamque poſt ipsũ
Barto. doct. approbant in dic. l. prima. C.
de tranſact. ut ibi Iaſo. in fine. Et pro hac
8 differentiæ ratione facit; quia † illa, quæ
principaliter fiunt, attenduntur, non ha-
bita eorum, quæ in conſequentiam ue-
niunt, conſideratione. l. ſi quis nec cauſã
& l. rogaſti. ff. ſi cert. pet. l. prima. in prin.
ff. de autho. tut. & l. tertia. §. aqua. ff. de a-
qua quoti. & æſti. quas duas ultimas le-
ges allegat Barto. in d. §. nunc tractemus.
Vnde fit, quòd licet ex confideiuſſoris
ſolutione confideiuſſores commodum
ſentiant; quia tamen ſolutio ea non de
directo, ſed per obliquum in confide-
iuſſorum ipſorum fauorem tendit, uti-
les non dantur actiones, quod ſecus in
contutoribus, propter ſolutionem de di
recto in ipſorum contutorum utilitatem
tendentem.

## Caut. LXXXV.

## De bonorum paternorum renun tiatione per filiam fienda.

### SVMMARIVM.

*Filia ſi pactum cum patre facit, vt dote contenta ſit, renuntiatis bonis paternis, non valet; ſed dotem cum fratrib. conferet.* 1

*Quod dic de dote profectitia, non aduentitia, nu. 2.*

*Remedium autem traditur, ut talis teneat renuntiatio, nu. 3.*

*Amplia nu. 4. Quam ampliationem limita, & intellige, ut nu. 5.*

Filiæ pactum, quod pa-
tri facit, ut dote contẽ
ta, cum nuptui tradi-
tur, nullum ad bona
paterna regreſſum ha
bere ualeat, improbũ
eſt, nec tenet: ſane dotem, quam accepit,
fratribus conferre tenetur. l. pactum do-
tali. C. de collat. dotem inquam † profe- 2
ctitiam, non aduẽtitiam, etiam ſi fratres
in patris fuerint poteſtate, eſſe conferen-
dum; licet ſecus ſit in d. l. pactum, & in l.
ſeq. dictæ namque leges correctæ ſunt p
l. fi. C. eod. ut ſcilicet tantum profectitia
conferatur: ad quod eſt tex. etiam in l. cũ
oportet. C. de bo. quæ lib. & in §. 1. Inſti.
per quas perſo. nob. acqu. Verum ut filiæ
talis renuntiatio omnino valeat, remediũ
eſt, ꝙ † penes renuntiationem pater iura 3
mentum filiæ ipſius adeſſe caueat: ita tñ,
ne vi, vel dolo appoſitum appareat; ete-
nim cũ iuramentũ illud in ſalutis ęternę
diſpendiũ non uergat, nec in alterius de
trimentũ ſe extendat, contra iurantem fi
liam ſeruandum eſt, de hoc eſt caſus in
c. quamuis, ext. de pac. in 6. & idẽ per id
c. tenet contra glo. Bar. in d. l. pactum, &

in

in l.ſtipulatio hoc modo concepta, ſub
num.4.ff.de verb.ob.quo loci cum Bar.
tenere omnes teſtatur Soc.Iun.num.56.
& iſtud pro regula ponit cum multis fal
lén.Soc.reg.194.litera F.Et iſtud † quidẽ
4 conſi.procedit,etiam ſi nullam dotem fi
lia habeat,ut communem opi.innuit Bo
logn.in d.l.ſtipul.ſub num.83. ac ipſam
pariter communem late tradit Iac. Phil.
Por.in lib.4.concluſ.reg.32.lim.2.uerſ.
5 contrarium.Iſtud † tamen intellige uerũ
eſſe, quando extat ſtatutum diſponens,
ꝙ filia dotata non ſuccedat;& ſi non ha-
beat dotem, ꝙ poſſet petere ſe a fratribꝰ
dotari;nam tunc non obſtante renuncia
tione ius petendæ dotis à ſtatuto habe-
ret: nec ideo iuratum pactum eſſet con-
tra ius naturale,nec contra bonos mores
de quibus c.non eſt obligatorium,extra
de reg.iu.in 6.ſecus autem eſſe,ſi tale nõ
extaret ſtatutum:quia tunc iuramentum
contra bonos mores eſſet, & omni iure
reprobatum,ſecundum Bolog.in d.l. ſti
pul.num.84.vbi dicit,ꝙ doct.ſentiẽtes,
etiam cum nulla dos filiæ datur, tale pa-
ctum iuratum valere, caſum de ſtatuto
in corde habuerunt; quia per totam Ita-
liam tale viget ſtatutum: & hæc quo ad
filiæ iurantis excluſionem; quo modo
ad nepotum ex filia excluſionem faciã
particularem tractatum infra litera R.
caute.231.

## Caut. LXXXVI.

### De bonis cum vſufructu ijs, qui in parentum poteſtate ſunt, relinquendis.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona aduentitia patri,quo ad uſumfru-*
*ctum quæruntur: caſtrenſia autem,*
*vel quaſi nullo modo.Et ideo infertur*
*ad nonnulla circa facultatem filiorum*
*in his caſtr.vel quaſi.Sunt & caſus, in*
*quibus aduentitia omnino filijs quærũ*
*tur,remiſſiue nu.2.enumeratur vnus,*
*nu.3.alter nu.8.*
*Bona aduentitia,quo pacto omnino in fi* 5
*lios conferantur,& nu.6.*
*Patri quando non acquiritur in aduenti* 7
*tijs vſusfructus, an ſaltem cõmoditas*
*ſit permiſſa.*
*Bonorum aduentitiorum poteſt guber-*
*nator ab eo cõſtitui, qui ipſa relinquit*
*filio,dempto patri vſufructu.*
*Patri debitis grauato datur cõſi. quod* 9
*renuntiet vſufructui bonorum aduen*
*titiorum.*
*Bona aduent. non conferuntur cum fra*
*tribus,& ab int.filij habent proximio-*
*res hæredes;De his non poſſunt teſtari*
*etiam ſi uſusfru.non ſit patris niſi quo*
*ad pias cauſas; patre tamen conſentiẽ*
*te,ſub nu.1.*
*Fiſcus quomodo fraudetur per bannien* 10
*dum hæreditate delata.*
*Lucrum non quærere, & damnum pati* 11
*diuerſa ſunt.*

Filijſfa. † ſi aliquid nõ ex 1
patris ſubſtantia,uel e-
ius intuitu:ſed ex ipſo-
rum laboribus,aut pro
ſpera fortuna acquirũt
id illi,ſub cuius ſunt iu
go,quo ad uſumfructum duntaxat,quæ
runt.l.cum oportet.C.de bo, quæ lib. in
prin.& ibi glo.in uerbo, non ex ſubſtan
tia.l.cum non ſolum,in prin.C.eod.§.1,
Inſt.per quas perſo,nob,acqui. & ibi gl,
in verbo,ex re,ac etiam doct. & Portius
num.5.quod proſequere, vt per eundẽ
vſque ad num.8.& ibi.uide Iaſ,in addit.
ad ipſum Port, in litera C,D, F, qui tra-
dunt quid in dubio dicendum ſit, quan
do filio apparet relictum aliquid,ſed nõ
apparet an filij,an verò patris contempla
tione ſit relictum:& quid ſit dicendum
cum ex paterna pecunia viuente patre fi-
lius lucratur:demumque an dotis portio
quam ſtatutorum forma filius acquirit,
ſit

ſit aduentitium, vel profectitium peculium. Sin autem non aduentitia, ſed caſtrenſia ſint bona, vel quaſi caſtrenſia, (quæ qualia ſint vna cum aduentitijs, & profectitijs declarabimus inf. in prox. ſe quē. cautela) ea penitus apud ipſos filios remanent: nec pater inde quicquam ſibi arrogare poteſt. d. l cum oportet, in prin ci. uerſi. exceptis. l. 3. C. de caſt. pecu. lib. 12. d §. 1. Inſt. per quas perſo. nob. acqui rit. & ibi glo. in uerbo, caſtrenſibus peculijs. In his enim caſtrenſibus, uel quaſi, filiifam. habentur pro patribus fam. l. 2. ff. ad Mace. & propterea cum alijs fratribus peculium iſtud neutiquam cõfertur. l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bon. l. ſacroſanctæ. C. de ep. & cler. l. fori. C. de adu. diu. iudicior. l. filiæ, & l. fi. C. de colla. quod & habetur in Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt. in prin. idque pariter in ad uentitio iſto in caſu cum caſtrẽſe vel quaſi conueniente, procedit, cum (ut dixi) ſolum uſumfructum pater uiuens hẽat, d. l. cum oportet, in prin. l. fi. iuncta gl. C. de collat. d. §. 1. Inſt. per quas perſo. nob. acq. ſimiliter filiusfami. patre etiam non conſentiente, de caſtrenſi, uel quaſi caſt. peculio teſtari inſtar patrisfam. poteſt. d. l. ſacroſanctæ, & l. cum lege. C. de epiſ. & cler. l. fi. C. de inoff. te. §. fina. Inſt. de mil. teſt. & Inſt. quib. non eſt perm. face. teſt. in prin. in aduentitijs vero ſecus eſt, etiã ſi pater filium teſtari permittat. l. tam is. §. 1. ff. de don. cau. mor. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. l. pen. C. qui teſt. fa. poſſ. & Inſt. quib. non eſt perm. face. teſtamẽ. in prin. & hoc intantum in ipſis aduentitijs procedit, vt etiam locum habeat in aduent. illis, cuius vſusfructus patri non acquiritur d. l. pen. C. qui teſtam. fa. poſſ. & ibi tradunt Dy. & Cy. & ibid. Alex. cõ munem tradit; gl. Bar. & doct. in d. l. qui in poteſtate ff. de teſtam. glo. Bar. & communiter doct. in l. 1. §. in filij. ff. ad Treb. prout ibi communem aſſerit opi. Alexã. qui illum §. expedit in §. hoc autem, nu. 3. & communem pariter ait Syl. Aldob. ad glo. in d. §. fi. Inſt. de mil. teſt. in uerbo in huiuſmodi, & in alijs locis docto. de communi teſtantur, quos ad hoc commemorat Iul. Clar. in §. teſtamentum. q. 18. verſ. vera eſt igitur, & alios plures ad hoc citabo in ſeq. capitulo, ſub nume. 7. Ad pias tamen cauſas filiusfam. in aduẽtitiis teſtari poterit, per tex. in ca. licet. de ſepul. lib. 6. Bar. Bald. & Ange. in d. l. qui in poteſtate, Bar. & Bal. in l. 1. C. de ſacroſan. eccl. in repet. Bal. & alii in l. ſenium. C. qui teſtam. face. poſ. & hæc eſt magis cõmunis opi. ut teſtatur Alex. in d. §. hoc autem, num. 4. & Clar. qui alias alleg. au thoritates, in d. §. teſtamentum. q. 5. uerſi. ſed nunquid filiusfamil. ubi, & magis communem docet, quòd patris debeat hoc in caſu interuenire conſenſus, cuius rei fundamentum eſt d. c. licet. §. fi. iunc. glo. in uerbo, iudicare, de ſepul. ſic & poſſe filiumfam. ad pias cauſas de aduentitijs teſtari tradit cum alijs Eman. Soar. in Theſ. recep. ſent. litera F, nu. 200. & com munem pariter dicit eſſe concluſ. Apoſt. ad Bar. in d. l. qui in poteſtate, in uerb. cõ trario ſenſu, litera F, in aduentitijs autẽ licet regulariter filij teſtari non poſſint, ab inteſtato tamen eorum deſcendentes ipſis ſuccedunt, & alij ſecundum modũ Auth. de hær. ab inte. à princ. uſque ad §. reliquum, de quo etiam habes in auth. defuncto. C. ad Tert. itidem in caſtrenſi, vel quaſi filiusfa. dominus omnino con ſtitutus, illud ad libitum alienare poterit, argum. l. in re mandata. C. manda. cũ ſimi. & eſt tex. expreſſus in l. 2. C. de caſ. pecu. lib. 12. cum alijs ſim. ſuperius citatus. Quinimmo in tali peculio lis cum pa rentibus ipſis eſſe poteſt. l. ſi dubitet cre ditor, alias ſi dubitetur. §. fi. ff. de fideiuſ. l. ſi quis. §. ſed ſi filius, & §. an autem pater. ff. de fur. & eſt tex. expreſſus, ſecundũ emendatos codices, in l. lis nulla. ff. de iudi. & ibi no. glo. Bart. & alij. & inquit ibi Bar. & Pau. ꝙ idem eſt in aduen. cuius uſusfructus non queritur patri: & de quo quidem caſt. uel quaſi caſtr. peculio inter

ter patrem, & filium contractus emptionis, & venditionis eſſe poteſt.l. inter patrem.ff.de contrahen.emp.Bar.& cæteri in l.frater à fratre,num.50.ff.de cond.in deb.Quod intelligit Bar.& doc. ibi,procedere & in aduentitio, de quo non habet pater uſumfructum, ſic & Bart. in d. l.frater,num.47.& ſeq. ac communiter alij intelligunt mutuum,commodatum ac depoſitum poſſe conſiſtere inter patrem, & filium de rebus iſtis peculij caſ. vel quaſi, & de aduentitijs,quorũ vſuſfructus patri non acquiritur. Quibus
2 † aũt in caſibus non quæratur patri uſuſfructus in aduentitijs,habes in auth. excipitur,cum duabus ſeq.C.de bo.quę libe.per glo.in authen.idem eſt.C.eod.& in §.1.in uerbo, uſumfructum, & ibid. Port.Ang.& doct.alij,Inſt. per quas per
3 ſo.nob.acqui.Inter † quos caſus ille eſt, cum quis ea conditione filiofam.concedit,aut relinquit,ne pater uſumfructum habeat,quod ſcilicet cuicunque perſonę relinquẽti facere licet, ut in d.§.1. Auth.
4 vt lic.mat.& au. Facile † igitur remediũ erit,ſi qui in filiofam. ſuam ita exercere uoluerint liberalitatem, vt & proprietas & bonorum relictorum vſuſfructus penes eos remaneat, nec vllum pater in eis bonis participium habeat: quòd ſcilicet in eorum diſpoſitione id nominatim caueant:nam certe eorum erit ſeruãda uoluntas,iuribus nulg.& id quoque remedium tradit Io.Dilect.Guald.de arte teſ. tit.6. de leg.caut.16.poſt num.1. uerſic.
5 Remedium.Scias † autem ꝙ licet in caſibus exceptis patri non quæratur uſuſfructus: ipſius tamen iuris commoditatem habet: niſi etiam cõmoditas ipſa expreſſe fuerit excepta, ſecundum Ang.in d.§. 1.Inſt.per quas perſo.nob.acquir. quod dictum, tanquam ſingulare ſequitur Iaſon.in l.cum filiofa. ſub num.157.uerſ. tenendum.ff.de leg.1.quem refert, & ſequi uidetur Guald.in d cau.16.nume.3. de quo tamen dubitauit Ripa in d. l. cũ
6 filiofam.ſub num.71. Non erit † tamen incongruum,ſi expreſſe prohibitum fuerit,ne patri ex bonis,quæ filiofam.relinquuntur, vſuſfructus, ſeu aliqua cõmoditas acquiratur, vt ita quoque cõſuluit Guald.in d.caut.16.in fi. Notabis quoq;
quòd † vbi patri fuerit demptus aduentitiorum vſuſfructus, poterit etiam rerũ earum gubernator quiſpiam a teſtatore cõſtitui,ſi filiusfam. ille minor extiterit. §.ſi verò & minores,Auth.vt lice.matri, & au. Quod ſeruãdum cenſet Dilect. d. cau.16.num.2.quando pater luxui ſe dederit:ne ipſe patria poteſtate ad licẽtiam corrumpendi, filijque bona diſſipandi abutatur.l.fi.C.de ſent. paſſ. 7

Excipio poſtremo hic alterum ex caſibus demptis, quibus vſumfructũ pater non habet,exprimendum, & inde conſilium ſumendum trado: qui † quidem 8
caſus eſt,quando pater bonorum aduentitiorum filij vſufructui renuntiat, de quo eſt text.in d.l.cum oportet.§.ſi autẽ res,& quod no.glo.& Barto.in l.ſi pater omne.C.de inoff.don.tradit Port.in d.§. 1.num.8.Inſtitu.per quas perſo. nob.acqui.ubi † ſalubre eſſe conſi.ſubdit pro fi 9
lijs bona habentibus aduentitia,cum pater creditorum mole oneratus eſt, vt vſufructui renuntiet, ne inde creditores ſuum conſequi valeant: quod uerum dicit,niſi pater acceptaſſet:nam tunc in creditorum fraudem renuntiare, tanquam ſuum diminuens patrimonium,nõ poſſet;pro quo eſt tex.in l.qui autẽ,in prin. ff.quæ in frau.cred.cum concor. de quibus ibi in glo.faciunt,quæ tradit Boſſ.ſecundum dominum Nell. quem allegat in ti.de bon.pub.num.29.Quòd † ſcili- 10
cet ille,qui banniendus eſt,ſi vult,vt hæreditas ad ipſum delata, fiſco non deuoluatur, renuntiet iuri adeundi cum eius conſenſu,ad quem eo repudiante hæreditas defertur:& circa etiam iſtud conſi. de patre renuntiante poſt Boſſ.d.loco faciunt tradita per Rolan.à Val.conſil. 21. num.58.uol.2. dicentem † diuerſum eſ 11
ſe,lucrum non quærere,& damnum pa-

ti:

ti;faciliusque tolli ius quærendum, quã
ius quæſitum,& radicatũ, ut no.in l.nõ
amplius.§.ſi certum.ff.de legat. 1. & ibi
quoque uide Bar. Sed ad hoc melior eſt
tex.in d.l.qui autem,in prin.cum ſim.&
de his ego, quoad illam cautelam aduer
ſus fiſcum, plene tractabo infra in hac li
tera F,caut.92.nu.7.cum nonnullis ſe-
quen.

## Caut. LXXXVII.

## De donationibus filiorum-familias.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filiofam.etiam peculium cum libera ad miniſtratione habenti, regulariter eſt prohibita donatio:quod tamen intellige,& declara, ut nume. 2.5.6.7.8.9. & 15.*

3 *Peculium caſtrenſe quid ſit: quid quaſi caſtr.nu.4.quid aduentitium,num.10. quid profectitium,nu. 7.*

*Aduocati, & notarij quod acquirunt filijfa.exiſtentes, etiam ſi non de publico percipiant, quaſi caſtrenſe peculiũ eſt,ſub nu 4 ver.idemque,& uerſi.ubi ſubdit.*

*Codicillos facere prohibentur qui teſtari non poſſunt ſub nu.8 ver.veriſſima, vbi ad Cardinales infertur.*

11 *Filiusfam. vt per quamlibet voluntatẽ bona aduentitia alienare valeat,quid facere debeat.*

12 *Pater an poſſit conſenſum ſuum præſtare,vt filius ſibi ipſi donet, & pro hac conſilia dantur,nu.13 & 14.*

*Sermo plura ex ſe cõprehendere aptus, ſi vnum tantum reſpiciat, ad illud expreſſa, & ſpecialis diſpoſitio facta creditur.ſub nu.14 uerſ. nam ſermo.*

16 *Filiusfam vt peculium profectitium donare poſſit,quid ſeruandum.*

*Tutores,et curatores in caſu proprio ſibi authorari non poſſunt, niſi palã fiat, et bona fide:palam autem fieri dicitur & bona fide,iudice præſente,ſub num. 13.verſi idque ideo & verſi ſi tamen ac verſi palam autem.*

*Lex multum de iudice ſuo miniſtro confidit,ſub nu.13.uer.multum enim.*

FIliusf.† quamuis peculium, & 1
cũ libera habeat adminiſtra-
tione, regulariter tñ donare
nequit.l.cõtra iuris.§.ſi filiꝰ,
uer.quod & ipſum.ff.de pac.l.1.§. 1. ff.
quæ res pig.obl.poſ.l.ſicut.§. an paciſci.
ff.quib.mo.pig.uel hyp.ſol.l. filiusfa. ff.
de don.& facit tex.in l.ſi filiusfam. ff. ad
Maced.cum ſim.verum cum filiofa. plu
res peculij ſpecies obuenire ſoleãt, inter
quas non modica eſt differentia;iõ circa
huius regulæ intellectum,& declaratio-
nem,tres diſtinguam caſus, ac opportu-
ne ſuis locis de more cautelas addam.

Primus igitur caſus eſt,qñ† filiusfam. 2
caſtrenſe habet, vel quaſi caſtrenſe pecu
lium; & in hoc ipſius conditio perinde
eſt,ac ſi in poteſtate nõ eſſet.l.2.ff.ad Ma
ced.nam & donare,& teſtari de eo põt;
ac quomodolibet diſponere.d.l. filiusfa.
in fi.ff.de don.l.nemo,cum l.ſeq. C. qui
te.fa.poſ.l.ſacroſanctæ, & l.cum lege.C.
de ep.& cle.l.fi.C.de inoff.te.l.cũ opor-
tet,in prin.uer.exceptis,& l.fi.§.filijs au
tem fam.& ibi no.C.de bo.quæ libe.l.2.
& 3.C.de caſt.pecu.lib.12.§.1.Inſti.per
quas perſ.nob.acq.§.fi.Inſt. de mil.te.In
ſti.quib.non eſt perm.fac.te.in princ.Eſt
aũt† caſtrenſe peculium,quod filiusfa. a 3
quolibet in caſtris acquirit,alias non ac-
quiſiturus.l. ſi forte, & l.caſtrenſe. ff.de
caſtr.pecu.l.1.& 4.C.eo.li.12. Quaſi† ca 4
ſtrenſe eſt,quod liberaliũ artiũ magiſtri,
clerici,aduocati,medici,& ſimiles de pu
blico acquirũt.d.l.ſacroſanctæ, & d.l.cũ
lege.C.de ep.& cl.l.fori.C.de adu.diue.
iudiciorũ,iũ.d.l.fi.C.de inof.teſ.idẽq; ẽ
ſi ñ ex publico, ſed particulariter a priua
tis ſimiles pſonæ acqrũt,vt p gl.i d.l.fori
in

in uerbo,caſtrenſe,& ibi Bar.num. 2. &
tradit Chriſto.Port.Inſt.per quas perſo.
nob.acqui.in prin.num.4. vbi ſubdit, ꝙ
idem eſt in lucro a tabellione quæſito ꝑ
inſtrumentorum confectione, prout gl.
eſſe ſing.ait in d.l.fi.C.de inoff. teſtamē:
quæ glo.eſt in uerbo,memorabilibus:&
ꝙ ſalarium à priuatis per ſupradictas ꝑ-
ſonas acquiſitum in quaſi caſtr. peculio
connumeretur,tradit Iaſ.poſt eos, quos
alleg.in rub.C.de procur.nu. 7. & com-
munem ait opi.in d.l.fi.ſub nu.2. ad fin.
C.de inoff.teſt.

5 Secundus † eſt caſus,cum filiusfami-
lias peculium aduentitium habet; & tūc
ſubdiſtingue: Aut donatio īter viuos fit
aut verò in vltima voluntate.

Primo caſu, ſi patri debetur uſusfru-
ctus, (ut regulariter in aduentitijs debe-
ri ſtatutum eſt.d.l.cum oportet.§.ſi quis
itaque,& d.§.1 .Inſt.per quas perſ.) filiꝰ
donare non poteſt, niſi iuſta de cauſa,
uel patre permittente.d.l.filiusfam.item
6 quando † uſusfructus nō debetur, quia
pater ſibi deberi non vult,cum ſcilicet li
beram peculij adminiſtrationē filio con
cedat;nam eo quoque caſu idem ſeruan
dum eſt,quod & ſeruari dixi, cum uſuſ-
fructus debetur.; quia liberam pater ad-
miniſtrationem filio non conceſſit, ut a-
lienet,vel perdat,vt probaui ſup.in prin
ci.At ſi patri non deberetur uſusfructus
ob legis diſpoſitionem, non autem ob
patris conceſſionem,& uoluntatem,iux
ta ea,quæ habentur in auth.excipitur,in
auth.item hæreditas,& in auth.idem eſt
de his.C.de bon.quæ lib.& ut habemus
penes Doct.in l.plane.ff. de acqui. hær.
& in l.cum filio.ff.de lega.1.& eo quidē
caſu, etiam ſine patris conſenſu inter ui-
uos filiusfamil.donare poſſet, vt paucis
communem iſtam eſſe opin. abſoluo ex
Crauet.conſi.84.numero 9.& conſi.92
poſt nume.1 .verſicu. ſed poſito, quem
refert Iulius Clar.in §.donatio,uerſi. aut
quæris.

7 Secundo † modo caſu ſecundi caſus
principalis; uidelicet quando in ultima
voluntate conceſſio peculij aduentitij à
filio in aliquem fit; ſi ea in teſtamento
fiat,neque etiam ex patris cōſenſu tenet,
l.qui in poteſtate.ff.de teſtam.l.tam is.§.
filiusfam.ff.de don.cau.mort.l.3.§. 1.&
quod ibi not.C.qui teſtam. face. poſſ.&
Inſt.quib.non eſt permiſſ.fac.teſtamen.
in princ. id enim etiam in aduentitio pe
culio procedit d.l.nemo.C.qui teſtamē.
face.poſſ.l.fi.§.filijs autem.C.de bo.quę
lib.communemque eſſe opin. dicit Ale.
in l.ſicut certi,circa fin,C.de teſt.& alibi
plurimi tradunt docto. quos hic referre
non curo, cum iſtud omnes pro abſolu
to habeant: quod adeo procedit, ut etiā
ſi filius ipſum peculium aduentitiū ple-
no iure haberet,nihilomagis teſtari poſ-
ſet, etiam patris accedente conſenſu, ut
tradit glo.in d.l.qui in poteſtate, in uer-
bo,nihilomagis,& ibid.Bart.& doct. gl.
in l.1.§.in filij,ac ibid.Bar.& cæteri com
muniter.ff.ad Treb.glo.in authen. ut li.
matri,& au.in prin.in verbo,diſponere:
& iſtam communem eſſe ſent.ait Imo. ī
l.ſi cum filius.§.Titio decem,colum.fin.
ff.de donat.Alex.in l.ſenium,num.6.C.
qui teſtam.face.poſſ.& in d.l.nemo, nu
mero 2.quem refert Ruy.conſil.24. nu.
11.uolum.5.communem quoque dicit
Aret.in d.l.qui in poteſtate,uer. & priuſ
quam ueniam,Iaſ.in d.l.fi.nume. 13. C.
de inoffi.teſtam.& in d.l.nemo,numero
2.vbi dicit hanc communem eſſe,nemi-
ne diſcrepante Dec.d.l.nemo per totum.
Rub.conſi.93.num.3.Bauer.in §.ſcien-
dum,num. 2.Inſt.de teſtam.mil.& deni
que ita ſeruare communem opi.ait Por.
Inſt.quib.non eſt permiſſ.fac.teſtam.nu
me.12. Quod tamen hic dicitur nō poſ-
ſe de aduentitijs filium teſtari, limita ut
in præc.prox.caut.ſub nume. 1. uerſicu,
ad pias.

Sed † ſi in alia ultima uoluntate,quæ 8
minorem requirit ſolennitatem, relictū
contingeret; tunc quandocunque in co-
dicillis fieret,idem eſſet quod in teſtamē

to,ut per glo.in d.l.tam is,in uerb.patris quam Bar.approbat in l.2.ff.de leg.1.& eam communiter receptam idem Bar.dicit,in d.§.filiusfam.ſub nume.4.Veriſſima enim ea eſt regula,quam docto.omnes tradunt in d.l.2.de leg. 1.cum pariter codicillos facere prohiberi,qui teſtamentum condere nequit;ad quod ē tex. in l.diuus.§.pen.& in l.cōficiuntur.§.codicilli.ff.de iure codic. unde Ripa in d.l. 2.ſub num.2.inferebat, quod Cardinales,qui ſecundum Romanæ curiæ cōſuetudinem teſtari non poſſunt, nec etiā codicillos condere ualebunt: pariter ꝙ idē iudicetur de codicillis in caſu noſtro,qđ de teſtamento,tradit Soc.conſi.112.ſub num.1.uerſicu.nam ponderando,uolu.

9 1.Verum † ſi per mortis cauſa donationem filiusfamilias donet:tunc niſi patre conſentiente,donare nequit.d.§. filiusfami.Quod etiam locum habet in aduentitijs,quæ pleno iure filio ipſi quæruntur, vt de mente docto.communiter arbitratur Soc.d.conſi.112.num.1.uolum.1.& communem quoque tradit Rub.conſi. 46.num.2.& ſeq.ac magis communem dicit Clarus d.§.donatio.d.q.6.uerſi.aut uero quæris.

10 Eſt † autem peculium aduentitium, quod proſpera fortuna,uel laborib⁹ ſuis non ex liberalibus artibus, quis filiusfami.acquirit.d.l.cum oportet, poſt prin. & d.§.1.in fi.Inſtit. per quas perſo. nob.
11 acqui. verum circa † hæc aduentitia bona, ut ea indiſtincte per quamlibet volūtatem filius alienare queat,conſilium eſt quod clericus fiat: etiam in minorib⁹ ordinibus ſufficiet, ut probatur per authē. presbiteros.C.de epiſ.& cle.& hoc cōſi.ponit Ioan.Dilect.Dur.de arte teſt.tit. 1.caut.1.ſub num.5.in qua cautela alios tradit modos, quibus de bonis aduentitijs filiusfam.diſponere valeat,ubi uide; & illi quidem circa patris conſenſum,& voluntatem verſantur; hæc autem cautela,quam tibi trado, etiam patre nolente, nulloque eius interueniente facto, procedit;& eſt notabilis ſatis,& pulcra, quā menti trade.

Quatenus † autem dictum eſt, ꝙ pa- 12
tre permittente filijsfa. mortis cauſa donare conceſſum eſt, quæri poteſt, nunquid ipſe pater conſentire valeat, ut ſibi ipſi donetur: & certe multi tenuerunt,ꝙ ſic:uidelicet Ang.in d.l.1.§.fuit quęſitū, quem ibi Alexan.poſt alios,quos refert, ſequitur.ff.ad Treb.& idem Ange. conſil. 143. Tria videntur impugnare teſt. caſtr.in d.l.ſenium, ubi dicit, ꝙ ita pluries conſuluit,& conſultum uidit per antiquos Doct.Peruſinos,Alex.conſ. 106. quoad primum quæſitum,uolum.j.Fulgoſ.conſi.28.viſis ſuperius alleg.colum. pen.Rom.conſi.515.in quæſt.qua quæritur,Iaſ.in d.§.fuit quæſitum,nu.3. qui dicit ita magis communiter teneri,& ib. Ripa,num.2.Bertran.conſi.156.nu. 10. lib. 1.in 2.par.contra autem tenuit gl.& Bar.in l.1.in prin.in uerbo,rem acquirit. ff.de auth.tut.communem dicit Bal.conſi.62.num.3.lib.4. quem refert Socy.d. conſi.112.ſub num 4.verſi. unde in tanto,lib.1. quod eſt duplicatum in conſil. 172.lib.2.communemque tradit Soc.in d.§.fuit quæſitum,colum.4.uerſ. poſtremo.poſt Imo.ibi,colum.fi.verſi. ex glo. quem refert Soc.conſi.23.num.15. lib. 4.Dec.in d.l.ſenium,num.56. & conſil. 245.num.6.circa fin.ac conſi. 612.circa fi.Corn.conſi.294.circa prin.lib.1.quēque refert Ioan.Dilect.de arte teſt. tit. 1. cau.2.num.4. & Eman. Soar. cum alijs, in theſ.recep.ſent.litera F,num.194.Didac in rub.de teſtam.in 3.par.num.7.& dicit Pariſ.conſ.97.num.21.lib. 3.quod iſta opi.communis reputatur.Plane etiā Bar.in l.frater a fratre, ſub nu. 57. idem tradit,quem doct.ſequuntur. ff. de condit. indebi. vnde re vera dici poſſit hanc eſſe magis communem opin.quam & ego ſequor per tex.d.l.1.de auth.tut.pro- 6
ut & magis communem, ac ueriorē tradit Clar.in d.§.don.d.q.6.uerſic.quæro etiam,in fi.vbi inquit ab hac opi. in iudicando

cando

cando non eſſe recedendum: qui ſubdit
13 † pro hoc conſi. ſecundum ferè omnes Doct. in prælleg. locis, Quòd ſi parentes volent à filijs eorum ſibi huiuſmodi fieri donationes, poterũt iudicis adhibere authoritatem, & ſufficiet: idque ideo confirmatur; nam videmus, quòd licet tutores, aut curatores proprio in caſu minoribus authoritatem præſtare nequeant d.l.1. de Auth.tut.& l. pupillus, in prin.ff.eod. facit tex.in l.ſi in emptione, §.fin.ff.de contr.empt.ſi tamen tutores, vel curatores iſtud palàm, & bona fide peragant, contractus cum ipſo minore initus valebit, vt not.ĩ l.quoties.§. non tantum, in l.non exiſtimo, per eum text. & in l. tutor rerum.ff. de admin. tut. in d.l.pupillus.§. item ipſe tutor, de Auth.tut.in d.l.ſi in emp.§.fi. de contr. empt. & in l.cum ipſe tutor. C.eod.& ibi tradũt poſt gloſ. Cyn.Bart. Bald.& Salyc.qui cõmunem dicit hanc eſſe opin. Bart. in l. ſingularia, ſub nume.7. & ibi Dec. ſub nu.8. & communiter ibi Doct. vt per Curt. Iun. nu.10. ff. ſi cert. pet. Dec.conſ.441. ſub nu.6. Socin.conſ.87. ſub num.5. volum.1.& conſ.160. ſub num.15. vol.2. vbi communem dicit, etiam ſi contractus ſit vltro, citroq; obligatorius, à qua ait non eſſe in iudicando, aut conſulendo recedendum, quodque pariter communiter recẽptũ teſtatur Iaſ. in d.§. fuit quæſitum, ſub nu.19. Palàm autem, & bona fide cõtrahi dicitur, cum iudice præſente fit, per tex.in l.fin.in prin.ff. quod met.cau.Bal.conſ.201.incip.vobis ſpectabilibus lib.3. quem refert, & ſequitur Ripa in d.§. fuit quæſitum, ſub numẽ.9. ad fin. Multum enim lex confidit de iudice miniſtro ſuo, cap.bonæ.1.de elect. & c.in præſentia, de renunt.cum ſimil. & alijs quoque modis palàm, & bona fide cum minoribus tutores, vel curatores contrahere dicuntur, vt plenè proſequar, de hoc particulariter tractãs,
14 inf.litera P.caut.220. † Aliã tradere cautelã videtur Soc. d.conſ.112. ſub nu.4. vol.1.verſ.Sed quando pater; quòd generaliter pater concedat filio, vt mortis cauſa donet; & ipſi patri quoque donari poterit, de quo ẽt habes penes Dec. in d.l.Senium, & in d.conſ.145.ſub nume.3.verſic.concordando tamen opin. Hic autem aduertas, quia non debet eſſe indicium aliquod, per quod conijciatur, & conceſſio generalis ea reſtringatur, factã principaliter eſſe, vt mox ipſi patri in ſpecie donaretur; Nam ſermo, qui aliàs ex ſui natura ad plura referri, poteſt, ſi aliquo in caſu prolatus vnum duntaxat de neceſſitate comprehendere intelligatur, perinde habetur, ac ſi in ſpecie, & expreſsè ad illud reſtrictio facta fuerit, vt probat tex.notab. in l.2. ff. de lib. & poſthu.

Circa autem id, quod ſuperiùs dixi, valere in aduentitijs factam cõſenſu patris donationem, Quæſtio excitari poſſet; An ipſe pater cum donationi prædictæ conſentit, poſſit contra filij voluntatem conſenſum ſuum reuocare, vt donationem pariter reuocet: ſed iſtud reſſeruo dicendũ inferiùs in litera P. caut. 184. nu.3. Tertius demùm eſt principalis materiæ noſtræ caſus, quando filius familiàs peculium profectitium habet;
& † eo quidem in caſu, ſi donari illud 15
à filio pater conſentiat, teneo, quòd donatio valeat, vt & vult Bart.in l.2.§.ſi verò pater, nu.1.verſ.Aut rem profectitij. ff.de donat.per text.in l. in ædibus.§.qđ filius.ff. eod. Nec obſtat text.in l. donationes, quas parentes.C. de don.int.vir. & vxor. Quia reſpõdet dicto loco Bart. illud procedere, quando apud filiũ donatio remanet; ſecùs ſi ſtatim ad alium transferre debet; facit ad hoc text.in l.ſi mulier acceptam.ff. de don. int. vir. & vxo.pręter alia iura à Bar.in d.§.ſi verò, adducta; & ipſum Bart.ſequitur Socin. reg.140. incip. Donatio facta, limit.7.
facilis † igitur eſt cautela, vt ſcilicet in 16
iſtius peculij donatione patris adhubeatur

tur conſenſus. Eſt autem profectitiũ pe-
culium quod ex patris bonis, uel eiuſdẽ
patris intuitu proficiſcitur.l.profectitia.
ff.de iure dot.d.l.cum oportet, in princ.
& ibi glo.Bar.& alij.C. de bo. quæ libe.
d.§.1.& ibi glo.in uerbo ex re,ac Docto.
alij.Inſt.per quas perſ.nob.acquir. & pe
culium iſtud patris eſt,tã quo ad vſum-
fructum,quàm etiam quo ad proprieta
tem: & ideo mortuo ipſo patre cũ fratri
bus communicatur, ut præter allegata
iura,quæ id probant,eſt etiam tex.in l.fi
na.& ibi.glo.Doct.C.de coll.

## Caut. LXXXVIII.

## De filiofamilias iudice per imperitiam ſuam male iudicante.

### *SVMMARIVM.*

*Filiusfam. iudex per imperitiam male*
1 *indicans,non autem dolo,non tenetur*
*vltra peculium:ideo cõſi. filiofamilias*
*traditur, vt in tali caſu, cũ ſyndicatui*
*ſubijcitur,ſe filiumfa.doceat,nu.2.*
*Iudex imprudenter male iudicans,quo-*
3 *modo puniatur,cum duobus nu.ſeq.*

FIliusfam.iudex ſi per imperi
1 tiam male iudicarit, non te
nebitur in plus,quam in pe
culio habuit:ſecus autem ſi
dolo feciſſet,ut eſt tex.ſing. in l. ſi filiuſ-
fam.ff.de iud.& ibid.Bar.qui interpreta
tur in d.l.§.iudex,num.2.ac in ipſa l. ui-
de Pau.Caſt.facit tex.cum glo.in l. fi. ff.
de uar.& extr.cog.in l.fi. C. de pœna iu.
qui male iudic.& Inſt. de oblig. quæ ex
quaſi del.in prin.ubi Sylu.Aldob.ad gl.
hanc dicit eſſe communem Doctorum
reſolutionem in d. l. filiusfa. ad quod ẽt
vide Inn.in c.ſuper eo, ex. quod metus
cau.& Bar.in ſuis quæſt.qõ.9. iudex per
impecitiam,in illius ſolu.uerſi.ad aliud.
Ale.in l.4.§.in eum,ſub nu.8.ff. de dam
no inſe.ideoq́ue Bar.in d.§.iudex,nu.3.
filiofamilias iudici, qui per imperitiam
non bene iudicauerit,conſ.tradit,ut † in 2
ſyndicatu ſe patriæ ſuppoſitum poteſta-
ti doceat: nam ultra peculij uires in fa-
ctum actio non erit extendenda: quod
menti tenendum admonet: ad idem An
ge.in d.ti.Inſti.de obl. quæ ex quaſi del.
§.1. ſub num.3.idq́ue ſane notatu dignũ
eſt: quia ſi nihil in peculio fuerit, in ni-
hilum tenebitur, ut Ang.ait dicto loco:
Itidem ſi peculij quãtitas tempore, quo
iudicauit,minor, quàm ſyndicatus tem-
pore fuerit, forte in tantum ſolummo-
do teneri eum ſuſtineri poteſt, in quan-
tum peculiotenus ſententiæ tempore fa
cere potuit,vt expreſſe dicit Iuriſconſ.in
d.l.filiusfam.in prin.ſecundum illius le
gis purum,& ſimplicem ſenſum,ſecun-
dum quem etiam ita ſenſit Paris de Put.
in tract.de ſyndi.in uerbo,filiusfamilias
officialis,ſub num.3.uerſ.filiusfamilias.
Alia etiam ratione pulchrum id eſt cõſi
lium: nam forte ſyndicatus tempore ſui
iuris erit: unde ei vtilius ſit iuxta peculij
valorem ſententię tempore conſideratũ
quàm ſm facultatum tempore ſyndica
tus exiſtentium quantitatem, cõdẽnari.

Erit † autem in iudicis arbitrium quã- 3
ti per imperitiam perperam iudicantem
condemnet(dummodo in filiofamil. ut
dixi,peculij non excedat modum) d.l.ul
ti.ff.de var.& extr.cogn.& in d. titu. In-
ſtit.de oblig.quæ ex quaſi del. & ibi Fa-
ber,in princ.colum.1.uerſicu.quid ſi cõ
demnauit,& ibi ſequitur Aretin.Bal. in
cap.primo.§.iudices,numero 1.de pace
iur.fir.in vſibus ſeud.Boer.deciſ.153.nu
me.12.qui ſecũdum Fabrum d. in loco
cenſuit † iudicem extra ordinem pariter 4
iudicis arbitrio puniendum, cum ẽt per
imprudentiam iniuſte quem ad mortẽ
condemnaſſet: & idem quoque tradit
Boſſ.in titu.de offi.corr.nu.21.Iul. Cla.
in prac.crim.§.fi.quæſt.83.verſic.iudex
male,Menoch.de arb.iud.li.2.caſu 329.

num.3.quo in caſu ipſe Menoch.mate-
riam iſtá tractat de eo, qui imperitè in-
iuſtam tulit ſententiam, quicquam non
tangens de filiofamilias: quem tu pro
ipſa materia videas ſatis plenè declaran-
tem: ex quo hic ego hoc vnum trado,
5 arbitrariam † ſupradictam pœnam eſſe,
vt læſæ parti damna refi:iantur, non in-
ſolidum quidem, ſed inquantum face-
re poteſt ille, quia ſic imprudenter iudi-
cauit, vt per glo. in d.l.vlt.de var. & ex-
traord.cognit.Bart.in d.q.9 in ſolu.Bal.
in d.§.iudices, num.1.& ibi Aſſli.Alex.
in d.§.in eum, ſub d.nume.8.quem re-
fert, & ſequitur Boſſ. in tit. de official.
corrup.num.23.

## Caut. LXXXIX.

## De filiatione probanda.

*SVMMARIVM.*

1 *Filius interd quor bon.agens docere de-*
*bet, ſe eſſe filiũ, & ad bon.poſs.ad-*
*miſſum.*
*Filiatio autem præſumptiuè poteſt pro-*
*bari, vt nu.2.*
*Veluti per tractatum parentum; aut*
*per famam, vt nu.4.& 13.Amplia.*
*num.5.& 11.*
*Ampliatur etiam illud, quod de tracta-*
*tu dicitur, ſecundum nonnullos, etiã*
*ſi mox aduerſus eum, qui filius præ-*
*tenditur, contrarius fuerit tracta-*
*tus: Contra tamen ego ſentio non-*
*nullis rationibus; Primum vide nu.*
*6.ſecundum ſub d.num.6.num.7.8.*
*9.10.*
3 *Filiatio præſumitur cum filius eſt in*
*quaſi poſſ. filiationis.*
*Ob ipſam autem probandam quõ ſint*
*formandi articuli.nu.4.& 31.*
*Ac ipſa quaſi poſſ põt probari per vi-*
*cinos, vel conſanguineos.nu.12.*
7 *Amor nullus vincit paternum.*
8 *Præſumptio vna aliam tollit.*
*Famæ duę vbi ſunt contrarię, poſterior* 9
*attenditur.*
*Tempus vlt.inſpicitur, ſub nu.9. verſ.*
*Quoniam vlt.*
*Intellec.ad l.id quod noſtrum, de reg.*
*iur.ſub nu 9.v·rſ & ſic ex his.*
*Ceſſante cauſa ceſſat effectus* 10
*Fama plenè probat in obſcuris, ſub nu.*
*13.ver.ſed vbi.*
*Stat.Brix.in ciu.c.56.declaratur.*
*Legitimi probantur filij per communẽ* 14
*opi.de matr.parentum: Amplia nu.* 15
*ſeq.*
*Fama etiam per duos teſtes probatur.* 17
*Ad quam probandam quę requiran-*
*tur, habes nu.18.19.21.22.23.25.*
*26.27.28.29.*
*Teſtes debent deponere de his, quę per* 20
*ſenſum percipiunt.*
*Iudex ſolet habere in conſideratione,* 24
*quę eſſe poſſunt.*
*Notarius de Vell.interrogatus, ſi igno-* 30
*rat, clauſula non operatur.*

Filius interdicto quorũ † bono- 1
rum agens, licet bonorũ poſ-
ſeſſionem agnouerit: hoc ta-
men non aliter poſſeſſor con-
ſtitui poterit, quàm ſi defuncti ſe filiũ,
& ad hęreditatem, vel bonorũ poſſeſſio-
nem admiſſ·um eſſe probauerit, text. eſt
in l.1.C.quor.bo.Quæ † quidẽ filiatio- 2
nis probatio, quamuis impoſſibilis ſit,
quando verè probãda eſſet filiatio.l. Lu-
cius.ff.de cõd.& dem.& ibi no. omnes,
tradit Dec.cõſi.272.ſub nu.4.verſ. quia
filiatio, Goza.conſi.13.ſub nu.8.verſ.7.
Menoch.de arbitr.iud.li.2. caſu 89.nu.
1.& 11.vbi alios citat, & caſu 116.nu.
6.pręſumptiuè tamen probari poteſt, ſe-
cundum formam.l.filium, ff.de his, qui
ſunt ſui, vel alie.iu.vt tradit Gloſ. in d.l.
1.C.quor.bon.in verbo, filium, & ibid.
Bar.nu.2.vbi etiam vnum ponit caſum,
ſecundum Iac. quo verè filiatio probari
poſſit, Bal.in d.l.1.C.quo.bon.in fi. Sal.
ibid.verſi.oppono quinto, Bellon.conſ.
35.nu.

35.nu. 3. & vide omnino pro hoc Dec. d.conſi.272.a prin.vſq; ad verſ. Ad abũdantem tamen, Goza.d.conſi. 13. p tot. & doctiſſimum Menoch. d.caſu 89. Præ
3 dicta † autem ſecundum Barto.in d.l.1. ſub num.13.de probanda filiatione, ſaltem præſumptiuè, vera ſunt, vbicunque filius non eſſet in quaſi poſſeſſione filiationis; quia ſi eſſet in quaſi poſſeſſione eiuſdem filiationis, filius præſumeretur, vt l.non epiſtolis, & l.nõ nudis, & quod ibi no. C.de probat, Ideoq; ſub d.nu.3. & in repe.d.l.non epiſtolis, ac in d.l. nõ nudis, Bar.conſi.tradit, quo cauti vtun-
4 tur aduocati; Qui † ſ.duos faciunt articulos: In quorum altero ipſum eſſe filiũ dicunt; & in altero, eũdem eſſe in quaſi poſſeſſione filiationis, ꝙ ſic habebatur; ſic reputabatur, ſicq; tractabatur; ex hoc enim cõſtito, filiatio probabitur, vt poſt Bar. dictis in locis habes etiã penes Gozad.& eos, quos adducit, conſil. 12. nu. 17.& d.conſi.13.ſub nu. 52.verſ.quarto dico; & apud alios, quos ego ſtatim commemorabo; & communẽ eſſe opi. aſſerit Fer. Vaſquius, li. 2.illuſtr. contr.c. 85.nu.20.quem refert Io.Fich.ad Bapt. à Villal.in comm. opi. litera F. poſt nu. 153. Et ſupradictam practicam tangit Bar.in d.l.filium.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.traditq; Bar. idem in l.quod Senatus, aliàs eſt.l.1.§. idem per contrarium, in fi.ff.de libe. agno.& in l.1.§.ad quæſtionem.ff.de quæſt.Dec. conſi.54. per tot.& Doct.max.Fely.in c. per tuas, ex.de prob.Boſſ.in titu. de partu ſuppo. nu.9.iunctis his, quæ tradit ſub nu. 11. ſub nu.27.ac ſub nu.28. Men. dicto caſu 89.nu. 68. qui nu.70. aſſerit practicã
5 † iſtam tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio iudicio procedere poſſe; & iſtud communi affert opi. receptum Emanu. Soar.in ſuo Theſ.recep.ſent.litera F.nu, 189. Et adeo verum eſt, tractatũ ſupradictum ad probandam filiationẽ ſufficere,
6 vt † etiam ſi mox aliter tractari ceptũ eſſet, & ab eodem patre reſpueretur, nihilominus illa quaſi poſſeſſio tantum filio prodeſt, vt ſecundus ille tractatus ei non noceat, ſi vera eſt opinio Fely.d.c. per tuas, nu.17.Corn.conſi.1.li.2. Ruy. conſi.52.nu.9.li. 5. Guliel. de Bened.in c.Rayn.in verbo, quem filium, in 3.par. nu.15. ex. de teſtam. Palæot.in tract.de noth, & ſpur. c. 25. nu. 5.mouentur ij, quia ius filio quæſitũ, ſine eius facto ab eo auferri non poteſt.l. id quod noſtrũ. ff. de reg.iu, ſecutus eſt hanc opi. Meno. d.caſu 89.nu.73.Quod tamẽ mihi neutiquàm placere poteſt; nãq; omne filij beneficiũ, omniſq; præſumptio à patre deſcendit; qui fortè demum cognoſcẽs adulterinum illum eſſe filium, aliter tractare cœpit; nec eſt veriſimile, ꝙ ſi ſciret, vel crederet talem eſſe ſuum filium, eũ vellet mox reſpuere, & aliter tractare;
nullus † enim amor paternum vincit, l. 7
fi.in prin.C.de cur.fur.cum ergo a patre omnis quaſi poſſeſſio filij proueniat, ab eodem etiam patre, mox aliter filiũ tractando, & eum reſpuẽdo, illa quaſi poſſeſſio tollitur, & filiationis præſumptio. arg.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur. & dici conſueuit, ꝙ idem operatur oppoſitũ in oppoſito, quod propoſitũ in propoſito.l.fi.§.ſi filius.ff.de leg.3.Doct.in
rub.ff.de acq.poſſ.& facit, quia † vna pſumptio aliam tollit, vt per text. in l.ſi q 8
adulterii.C.de adul.in l. ſiue poſſidens, & ibi per Bal. C. de prob. & in l.mater, & ibi Ang.& Salyc.C.de calum.traditq; Bar.in l.Diuus, in 2.not.ff.de in inte.reſti.Ange.conſil.134.ad fi. Dec.in c.qm̃ Abb.nu.8.de offi.del. Alc. in tract. præſ. reg. 1.præſ.9.& 16.Dom.meus Io. Cepha.conſil.23.nu.33.& conſil. 178.nu.
14.ſic & in ſimili uidemus, ꝙ † quãdo 9
duæ ſunt famæ contrariæ, vltima priori derogat, vt per Bar.in l.de minore.§.plurimum.ff.de quæſt.nu.27. pro hac mea opi. optimè facit text.in l.ſi mater. C.ne de ſta. defun.qui tex.videtur oĩno hanc decidere qõnẽ; ibi.n.dr̃, ꝙ ſi aliqua mulier primum ingenua cõi fuerit habita

opi. mox cõis ea ſit reſoluta opinio, quia eadẽ poſtea fuerit credita ſerua, poſteriora tpa ſpectari conuenit; adeò vt & ſi q̃s ex ea natus ſit, habebitur vel liber, vel ſeruus, prout cõis ipſa opi. tandem extiterit: vnde ecce, ꝙ licet per tractatũ matris, vt liberæ, fuerit iam eius filius in quaſi poſſeſſione libertatis; illa tñ quaſi poſſeſſio per contrarium tractatũ, abſq; eius conſenſu tollitur; q̃m ultimũ tp̃s inſpicitur. l. Mela. §. ſed & ſi. ff. de alim. & cib. leg. & l. ſi quis ante. ff. de acquirẽ. poſſ. cum ſim. Et ſic ex his apparet ẽt reſponſio ad Doctorum fundamentum. d. l. id quod noſtrum, de reg. iu. procedere. ſ. ipſam legem in his, quę verè noſtra ſunt; & in quibus præcipuus eſt ad ea amittenda conſenſus noſter: non aũt in his, in quibus precipua poſſeſſionis vis ex nobis non dependet: ſed ex alieno facto, & cauſa; qua ceſſante ceſſare debet & poſſeſſionis effectus, vulg. ea attenta ſententia, & prouerbij inſtar celebrata;

10 ceſſante † cauſa ceſſat effectus. cap. & ſi Chriſtus, paulò ante fi. ext. de iureiur. c. cũ ceſſante, ex. de appel. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patr. cum alijs ſim. de quibus Tiraque. in tract. ceſſante cauſa, ſub nu. 11. cum duobus ſeq.

11 Sin aũt † nullus tractationis actus eſſet primo actui contrarius, adeò fauetur filio, vt vnicus ſufficiat tractationis actus, cum aliquali noĩatione concurrẽs, vt per Dec. in d. c. per tuas, nu. 9. in fi. Palęot. d. tract. de noth. & ſpur. c. 22. nu. 8. vnico. n. actu quaſi poſſeſſio acquiritur. l. 1. §. quod autem. ff. de aqua quotid. & æſt. Bar. in l. ſicuti. §. ſed ſi quęratur, ſub nu. 3. ff. ſi ſeruit. uendic. Ripa in c. cum eccleſia, nu. 52. de cau. poſſ. & propr. & ita quoq; tradit Menoch. d. caſu 89. nu. 74. & facit qđ tradit Bal. cõſ. 150. vol. 3 & cõſi. 251. vol. 5. qui dicit, ꝙ p vnicam collectæ ſolutionẽ, quaſi poſſeſſio iuris collectãdi ꝓbatur; ſic & Rom. cõſ. 311. in fi. voluit, p vnicã penſionis ſolutionẽ acquiri quaſi poſſeſſionẽ iuris exigẽdi.

Iſti aũt † tractationis actus p vicinos, 12
& cõſanguineos probari poterunt: q̃a hi p̃ſumuntur ſcire vicini, & eorũ cõſanguinei facta. c. quoſdã. c. quãto, vbi Do. de præſum. d. l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel al. iur. l. de tutela, & ibi Barto. & Bal. C. de in integr. reſt. l. octaui. C. vnde cog. Bar. & oẽs in l. 1. ff. ſi cer. pet. Bar. in l. de ætate, ſub nu. 7. verſ. ſed ſi habet. ff. de min. Et adeò probarẽt conſanguinei, aut vicini, vt in reddẽda ipſorũ dicti rõne, ſi reſponderẽt, quia ſum vicinus, vel cõſanguineus, ſufficeret, vt tradit Bar. & cõiter alij in d. l. 1. ff. ſi cer. pe. & in d. l. de ętate, idemq; Bar. in d. l. de tutela, vbi tñ cogitãdũ relinquit; ſed tñ (vt dixi) Doc. cõiter Bar. ſequuntur, in d. l. 1. ſi cer. pet.

Per † famam quoq; filiationis proba 13
bitur ius, argu. d. l. ſi mater. C. ne de ſta. defun. Et facit: quia, vt ſupradictum eſt, hęc filiationis probatio, valde obſcura eſt; ſed vbi aliunde probatio ſumi non põt, fama plenè probat, Iaſ. in l. cum ea, nu. 5. C. de trãſac. Dec. in c. 1. nu. 16. ext. de appel. Boſ. in ti. de partu ſupp. nu. 20. per famã ergo filiatio probari poterit; & ita quoque tradit Butr. in c. transmiſſę, qui fil. ſint leg. Alexã. conſi. 51. num. 2. lib. 1. conſil. 90. num. 8. & conſil. 88. num. 9. lib. 7. Dec. d. conſi. 54. ſub num. 2. Paris conſi. 10. num. 57. & conſil. 13. num. 9. lib. 2. qui alios nonnullos refert Goz. d. d. conſi. 13. nu. 31. cum duobus ſeq. Alciat. reſpon. 6. num. 2. Palæo. in d. tracta. de noth. & ſpur. cap. 23. nume. 3. verſi. contra quos, vbi iſtam ait eſſe crebriorem, & veriorem opin. quam etiam magis communem appellat Menoch. d. caſu 89. num. 86. & refert ſub nume. 93. plura eſſe in Italia edita ſtatuta ſecundum communem iſtam opinionẽ, ut Papiæ in ciuilibus, numero 30. ſub rubri. quod mors, & filiatio, Veronæ lib. 3. cap. 33. De pœna illius, qui in iudi. neg. aliq. eſſe fil.

Et dum † ſtat. Brix. in ciu. cap. 56 de 14
pœna negantis poſit. filiat. & aliorum: vult,

vult,coniecturis filiationem probari; ip
ſe dicit Menoch. vnam hanc eſſe conie-
cturam, qua filiatio probabitur. Et pro
prædictis adduco in arg. quod tradit gl.
magna,in fi.in ca.peruenit,qui fi. ſint le
15 gi.quæ † uult communem opi.facere, vt
filij legitimi credantur;ſi communi ipſa
opinione eorum parentes matrimoniũ
inter ſe contraxiſſe crediti ſint; & com-
16 munem † eam opin.ſufficere declarat ibi
Abb.ſi tãtum viciniæ fuerit, vt refert D.
meus Io.Ceph.conſi.340.nu.106. Sciē-
17 dum † autem eſt, famam per duos etiam
teſtes probari poſſe,argum.l.ubi nume-
rus.ff.de teſtib.& ita ſentit glo. in l. 3.§.
eiuſdem,in uerbo,confirmat.ff.eodē.&
ibi Bar.num.2.idem Bar.in d.l.de mino
re.d.§.plurimum,num.19.ff. de quæſt.
Dec.d.conſi.272.nu. 4. vbi de commu-
ni docet;& in hoc omnes concordare in
quit Albe.in l.ea quidem,nume. 24. C.
de accuſ. communem quoque tradit eſ-
ſe opi.Villalob.in ſua collecta comm. o-
pinio.litera F,ſub num.9.Eman.Soar.in
ſuo theſ.recep.ſent.litera F,nume.41. &
in hoc omnes concordare concludit Iu-
lius Cla.in pract.crim.§. 1.q.6.uer.ſcien
dum.Verum in hac famę probatione ad
18 uertendum eſt,quòd teſtes † debent red-
dere ſcientiæ cauſam ſufficientem, alias
non probarent,ut per Barto.in d.§.pluri
mum,ſub num.19.Abb.in cap. cauſam,
quæ inter Archiep.ex.de teſtib.& in ca.
conſuluit.1.ext.de appel.Alex.conſi.25
volum.4.Iacob.de S.Georg.in tract.d.l.
3.d.§.eiuſdem.ff.de teſtib.Gram.conſil.
crim.42.num.9. & in hoc omnes cõcor-
dare inquit Corn.conſi.233.in litera D,
lib.2.& conſi.216.litera N,lib.3. quam
etiam dicit eſſe communem opi. Siman
cas de hæret.c.163.num.16.quos refert
19 Cla.d.q.6.verſi.illud tamen.Et ideo † te
ſtes aſſerere debent illud à maiori parte
populi audiuiſſe,Bar.ubi ſupra,& ita om
nes concludere Doct.tradit in d.§.pluri-
mum,Maſſ.num 46.& communē quo-
que ait Curt.Iun.conſi.172.num.9.quē
refert Villal.in ſua collecta.d.litera F,nu
me.10. Nõ autem debent dicere teſtes,
ita maiorem populi partem ſentire;quia
quòd ſentiat ita maior populi pars, non
cadit in ſenſu corporeo, ut percipi poſ-
ſit;teſtes † autem de his deponere debēt 20
quę ſenſu aliquo corporis percipiuntur.
l.qui teſtamento,in fi.ff.de teſtamen.l.j.
in prin.ff.de his,quę in teſt.delē.l.teſtiũ.
C.de teſtib. & ita per iſta iura ſenſit Bar.
in d.l.3.d.§.eiuſdem,ſub num.2.de teſti
bus,& in d.§.plurimum,ſub d.num.19
Quinetiam uoluit Bart.in d.§.eiuſdem,
contra glo.ibi,& in d.§. plurimum, nu.
22.famam † non probari, ſi deponant te 21
ſtes,audiuiſſe publice dici,niſi dicant au
diuiſſe publice dici a maiori hominum
parte huius ciuitatis; quia poſſet eſſe, ꝙ
vn⁹ ſolus homo publice dixiſſet; cũ Bar
to.ita communiter teneri affirmat Imo.ĩ
l.hæredes palam,in prin.nu.1.ff.de teſt.
quem refert Ale.conſi.212. nu.5. lib.2.
conſi.20.ſub nu.9.li.4.conſ.2.nu.16.&
conſi.35.nu.6.uol.7. ſequuntur alij cõ-
munem dicentes, quos refert Iul.Clar.d.
q.6.verſ.debent.qui tamen † cõcludit cõ 22
tra Bar.& alios,dicens iſtam Bar.opi.eſ-
ſe multum aſperam,& ſi in pract.tenere
tur,uix reperiretur ex mille teſtib.unus,
qui recte ſuper fama deponeret;& iõ re-
fert Clar.Bal.in c. literas,nu.2. de p̃ſum.
totum oppoſitum tenere,exponentem il
lud verbum.i.publica uoce a populo; &
hanc Bal.opi.in pract.ſeruari inquit ipſe
Clar.qui et refert Caſſad.deciſ. 3. nu.7.
de prob.dicentem contra Bar. cõem eſſe
obſeruantiam;& ita in curia Rom. ſerua
ri dicentem Pariſ.conſi.52.in fi.lib.3. &
alios refert ipſe Clar. ſubdens Mediola-
ni indiſtincte ſeruari Bal.opi.contra Bar.
& hanc opi.contra Bar.eſſe communem
& in iudicando ſequendam teſtari Cal-
ca.conſi.8.nu.11.ait Clar.referens quo-
que tandem Ale.ſibi ipſi contrarium, &
dicentem uideri, ꝙ magis communiter
damnetur illa Bar.opi.conſi.102.nu.17
lib.7.Alios quoque refert authores tenē

tes contra Bar.Baldi opin. prædictam eſ
ſe veriorem, Eman.Soar. in ſuo Theſ.d.
23 litera F, num.36. Sed † certè Bar.opi.ra-
tione, qua ipſe mouetur, non eſt ita reiji-
cienda, quin ſuper ea fundamentum fie
ri poſſit; Cum enim eſſe poſſit, ꝙ teſtes
ita dicendo, ex ipſorum verborum ſen-
ſu intellexerint, publicè ſe audiuiſſe, id-
eſt in publicum ab aliqua perſona, cer-
tè niſi aliter declarentur ea verba, fama
24 non bene probabitur; ea † enim, quæ eſ
ſe poſſunt, ſolent in iudicijs conſidera-
re iudices: Exemplum eſt in eo fideiuſ-
ſore, qui prætendens ſe à fideiuſſione li
berari ob diutinum tempus, in libello
narrat, ſe diu in fideiuſſione ſtetiſſe: nã
ideo ex hac petitione nõ liberatur, quia
poteſt in iudicis mente cadere, fideiuſ-
ſorem eſſe ſub conditione obligatum,
per l.facere poſſe, in fi.ff ſolu.matrimo.
Cuius rei timore Soc. in reg.191. limit.
1.& Alex.in d.l.facere, ſub nu. 1. verſ.&
in materia prædicta, poſt alios, quos al-
leg. cautelam tradunt, vt fideiuſſor pe-
tat, ſe liberari ab obligatione fideiuſſo-
ria, in qua diu ſtetit; & quam caute.ego
ſuperius poſui, caut.82.num.5.

25 Proinde † & hic cautelam trado, vt
nũquam teſtes ſimpliciter dicant, ſe pu-
blicè audiuiſſe: ſed audiuiſſe dici publi
cè a maiori gentium parte; vel a maiori
gentium parte, ſimpliciter, abſq; eo ver-
bo, publicè, vt docet Bart.in d.§. eiuſdẽ,
& in d.§.plurimũ: ſic enim omnes om-
nino erunt ſublatæ difficultates, & Do-
ctorumcontrouerſię.

26 Pariterque † teſtes ſuper fama depo-
nentes, ſi fuerint interrogati, nominare
eos debent, a quibus audiuerunt, alias
non probarent, Bar. in d. §. plurimum,
num.23. poſt Innocẽ. quem refert, in c.
qualiter & quando, num.1.ex. de accu-
ſat.& Specu.in tit.de inquiſi.§.viſo, ſub
num.8.& hæc eſt communis opin. teſte
Alex.conſi. 100.ſub num.4.verſ. ſextus
teſtis, lib. 1. magis communem tradit
Aret.in c. cum oporteat, ſub nume.58.
verſic.communiter tamen, ex. de accuſ.
refert Clar.d.q.6.verſi.Amplius. Quin-
imò † & ſi non fuerint interrogati ipſi 27
teſtes, debent deponere a quibus audi-
uerunt, vt iudex ex eorum qualitate per
pendere valeat, quanta ſit illis adhiben-
da fides, vt tradit Innoc. in d.c.cũ opor-
teat, & ita ſeruari teſtatur Ioan. Andr. in
d.c.cum oporteat, vt refert Marſil. in d.
§.plurimum, num.50.& conſil.76. nu.
22.Gramm.d.conſi.crim.42.num.8.&
9.& uoto 34.num.14. debet † enim fa- 28
ma originem habere a perſonis hone-
ſtis, & fidedignis, vt tradit Barto. in d.§.
plurimum, num.15.& in l.miles.§.mu-
lier, in fi.ff.de adult. & ita omnes fateri,
inquit Clar.d.q.6.verſ.ſed quid.ita quo
tidie videmus dici in forma inquiſitio-
num, quæ tranſmittuntur reis, ut penes
for. Angeli Aret.habes, in tract. de male
fi. quod & ipſe declarat in verbo, Non
quidem a maleuolis. ſic & habes penes
Papien. in ſua for. Inquiſitionis, & ibi
declarat, in verbo, non quidem a male-
uolis, traditque Clar.in d. §. fi. practicæ
crim.q.31. in ver. Non quidem a male-
uolis. Denique † ſciendum eſt, ꝙ teſtes 29
ſuper fama deponentes, ſcire debent,
quid ſit fama, iux.tradita à Barto.in l.1.
num.10.ff.ſi cer.pet. vbi dicit, ꝙ ſi teſtis
deponens de mutuo, interrogetur, quid
ſit mutuum, & neſciat reſpondere, nihil
aget, ad idem poſt alios, Dec.in d.l.1.in
1.lect.num.14.in 2.lect.num.11.& in
3.lect.num.52. In † ſimili videmus, ꝙ 30
quando notarius in inſtrumento aſſerit
Velleiano Senatuſconſulto renũciatum
eſſe; vel ſimiles apponit clauſulas, ſi in-
terrogetur quid ſit Velleianũ, aut quid
clauſulæ illæ ſignificent, & reſpondere
ignoret, ipſæ clauſulæ infirmabuntur, vt
per Alber.in l.fi.§. pen. ff. ad Velleia. &
in l.3.C.de hæret.& Apoſt.ad Bar. in d.
l.1.d.num,10.ſi cer.pet. & in d.l.fi.§.fi.
ad Velle.Dec.d.l.1.in 1.lect.ſub nu.14.
in 2.lect.ſub nu.11.& in 3.lect.nu. 53.
Betran.conſil.77.in fi.uolu.2. quem re-
fert

ſert Ripa in l.Centurio, ſub num.88.ff.
de vulg.& pup.ſubſt.Franc. Viu. in pri-
mo tomo commu. opi. variorum, litera
M.verſi.mulier iuuatur Velleiano, Bor-
gnin.Caualc.de vſufr. mul. relicto, nu.
136.in verſ. & ideo putarem eſſe bonũ.
Vides ergo ex prædictis, quantũ fama
ſit difficilis probationis, adeo vt vix ſuf-
ficerẽt ad eam rectè probandam teſtes,
qui iuris eſſent periti, vt dicit Clar.d.q.
6.d.verſi. Poſtremò ſcias. Quapropter
melius tibi eueniet, ſi filiationem ex tra
ctatu parentum per vicinos, aut cõſan-
guineos probare poteris, iuxta ſuperius
tradita; ſin autem ita non poteris proba
re, & fama tibi ſuffragari videatur, per
ipſam famam probare licebit, ſecũdum
31 à me hic tradita: Sicque † non inutile
erit in praxi hac tres facere articulos,
prout experti Aduocati facere conſueue
runt: vnum videlicet, quòd Titius eſt
Sempronij filius, natus ex eo, & Berta:
Secundum, quòd ipſi tractarunt eum vt
filium: Tertiumque, quòd ſecundum
communem opin. & famam reputatur
eorum filius; & ita hunc articulandi mo
dum tradit Alex.d.conſil.13.nume.32.
Addit Menoch. in d. caſu 89. quartum
articulum; videlicet, ſic talem a prædi-
ctis Sempronio, & Berta ſæpius fuiſſe
nominatum, & appellatum; ſed iſtũ tu
cum ſecundo iungere poteris; & ſic in
effectu tres erunt articuli; quorũ ſi quẽ-
libet probaueris, erit probata filiatio, vt
docet Gozad.d.conſi. 13. ſub d.nu.32.
Quod & ex his, quæ tibi hic declaraui,
ꝓprimè patet.

## Caut. X C.

## De filio ante patrem torquendo.

*S V M M A R I V M.*

1 ***Filio, & patre de eodem delicto inquiſi tis, prius torqueri debet filius.***

***Et ideo infertur ad cautelam pro iudi ce, nu.2.***

***Filij, ac patris exemplum refertur, qui cum ad furcam ducerentur, pater de lictum confeßus eſt; & filius liberatus fuit.*** 3

***Duo alia exempla afferuntur, in ſignum parentum amoris erga eorum liberos, nu.2.& 5.***

Filius, & pater, † ſi de eodem 1
delicto eſſent incriminati,
tortura à filio eſt inchoan
da; quia pater magis de fi-
lij tortura, quàm de propria cruciatur.l.
iſti quidem.§.fi.ff. quod met.cau. & fa-
cit tex.in §.fi.Inſt.de nox.act. Idque tra-
dunt Gand.de malef.in tit. de quæſt. &
tor.ſub num.11.Ang.de malef.in verb.
ꝙ fama publ. verſ. nunc videamus, ſub
nu.94.& Rober. Maran. in proœ.tract.
de ord.iud. nu. 11: Nullus eſt.n.amor,
qui paternum vincat, vt dicebam in præ
ced.caut.nu.7.per l.fi.in prin.C. de cur.
fur. Et ideo † cautus ſit iudex, vt ſimili 2
in caſu à filio tormenta incipiat; Nam
& refert Maranta præd.in loco And. de
Iſer.in c.1.§.publici latrones, de pace te-
nen. ſuper hoc pulchrum ponentẽ exẽ-
plum; Quòd cum † pater, & filius de v-
no delicto eſſent incriminati, Rex Caro
lus ambos ad furcam duci iuſſit; cumq́;
pater filium propè furcam videret, con-
feſſus fuit, ſe ipſum, & non filium deli-
ctum commiſiſſe; & ſic patre laqueo ſu
ſpenſo, filius liberatus fuit: Duo nota-
biliora Amoris paterni erga filiũ affert
exempla Val.Max. li.5.c.7. Quorũ † al- 3
terum eſt de Octauio Balbo, qui a trium
uiris proſcriptus, cum militum furorem
fugeret, iamq́; fugæ expeditũ haberet
initium, poſtquam domi filium trucida
ri falſis viciniæ clamoribus audijt, ei ſe
neci, quam iam euaſerat, obtulit, mili-
tibus occidendum ſe tradens: Pluriſque
morienti illi fuit, incolumẽ, præter ſpẽ,
vidiſſe filium, quàm ſalutem ſuã, mor-

tuo ipſo filio, æſtimaſſet. Alterū † eſt beneuolentię paternę exemplum ab eod. traditum, de Seleuco Rege, cuius cū filius Antiochus Stratonicus nouercę improbo arderet amore: in ſandeq́; veneris conſcientia tactus, corde vulnus premeret, atq; diſſimularet, præ nimio languore tandem in lectulo moribūdo ſimilis iacuit. Rex ingenti mœrore ob vnici filij imminētem mortem, oppreſſus, audita ægritudinis cauſa a Leptino Mathematico; vel, vt alij volunt, ab Eraſiſtrato medico (qui & mirum in modū cauſam ipſam obſeruans in aduentu, & Stratonices receſſu languentis anhelitum, diſcuſſit) chariſſimam cōiugem filio cedendā ſibi abſtulit; Reginam ſibi maxima affectione coniunctam beneuolus pater nurum maluit; quam filium viſcerū ſuorū partem vltimum claudere diē videret.

## Caut. X C I.

### De adoptando aliquo, qui ſui iuris ſit, vel alicuius filio, etiam inuitis ipſis.

*SVMMARIVM.*

1 *Arrogatus ſi filium in poteſtate habet, non ſolum ipſe in arrogantis poteſtate eſt, ſed & eius filius.*

2 *Adoptare quō quis poſſit alicuius filiū, ēt inuitum; vel etiam eum inuitum, qui ſui iuris ſit, nu. 5.*

3 *Adoptio vt valeat, cōſenſus requiritur adoptati.*

4 *Parentes etiam filiorum maſculorum filios in poteſtate habent.*

6 *Auguſtus Diuus quomodo Germanicum inuitum adoptarit.*

1 Illius in illius poteſtate poſitus, qui ſe ipſum ad arrogandum dederit, non modò patrem arrogatoris poteſtatiſ uppoſitū habet; ſed & ipſe eiuſdem ſubijcitur poteſtati: tanquam nepos, text. eſt in l. 2. in fi. & l. arrogato. ff. de adop. & in §. illud proprium. Inſti. e.
Tu † igitur, qui alicuius filiū tibi adopta- 2
re deſideraueris, ſi eius conſenſum habe-
re non poteris, (qui † quidem cōſenſus 3
in adoptionibus requiritur, adeò vt in
his, qui ſui iuris ſunt, expreſſa deſidere-
tur volūtas; in alijs autem, qui in patria
poteſtate conſtituti in adoptionem dan-
tur, tacitus ſufficiat conſenſus, vt. ſ. præ-
ſentes non contradicant. l. 2. §. 1. & l. in
adoptionibus, ibiq; not. ff. de adopt. l. fi.
in fine. C. eod. & §. ſed & ſi pater filium,
Inſt. quib. mo. ius pat. pot. ſolu.) cautelā
hanc adhibere poteris, vt eius patrem,
arrogationis iure, tuæ poteſtatis iugo
ſupponas; Nam & eius filius in tua erit
poteſtate: Parentes † enim nō filios dū- 4
taxat in poteſtate habent; ſed & ex eis
quoque, qui maſculi ſunt, deſcendētes
omnes. l. nam ciuium, verſ. Item qui ex
filio. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iu. &
Inſt. de patr. pot. §. ius autem, uerſ. Item
qui ex filio. Supradicta † quidem cau- 5
tela etiam cautum te reddit, quomodo
tui fias deſiderij compos; ſi ille, quem
adoptare velles, ſui iuris eſſet; nec à te
arrogari pateretur; Nam callidè pro-
curare poteris, vt eum alius arroget; &
mox tu ipſum, qui eum arrogauerit, per
arrogationem pariter in tuam redigas
poteſtatem; nam vtrunque ſub tua di-
tione habebis: ſic etenim † Diuus Au- 6
guſtus Germanicum ſibi adoptiuum filium eſſe cupiens, cum ipſe Germanicus diſſentiret, Tyberio ſuaſit, vt eundem Germanicum adoptaret; quod cū executioni Tyberius mandaſſet, Diuus Auguſtus poſteà Tyberium arrogauit, qua protinus arrogatione ſecuta, Germanicus Auguſti nepos eſſe cœpit; quē caſum ita refert Imper. Iuſtin. in d. §. illud proprium, Inſtit. de adopt.

Caut.

## Caut. XCII.

### De acquirẽdis per fiſcum bonis condemnato poſt condemnationem obuenientibus: Ac de ipſo excludendo fiſco.

*SVMMARIVM.*

1 *Fiſcus ea non acquirit, quæ poſt bonorũ publicationem obueniunt, & quomodo iſtud intelligatur, & nu. 3.*

2 *Conditio in contractibus retrotrahitur, ſecus in vltimis voluntatibus.*

4 *Iudices malè fiſci cauſas agere, ſi antequam ille moriatur, cuius ſperatur ſucceſſio, reum condemnant.*
*Et ideo conſilium datur, vt poſt mortem illius, cuius hæreditas ad reum peruenire poſſet, ſententiam differãt, num. 5.*

6 *Ius ſuccedendi ante aditam hæreditatẽ quando in fiſcum tranſire valeat.*

7 *Banniendus quomodo fiſcum eludat, ne bona habeat, quæ hæreditatis aditione ipſe banniendus conſequi poteſt. Quod num. 13. confirmatur: Et declara vt nu. 17. & 18.*

8 *Iuri adeundi renunciari poteſt, etiam in creditorum præiudicium, nu. 13.*

9 *Ius adeundi ius quæſitum videtur.*

10 *Iuri quærendo renunciari nequit.*

11 *Priuatio habitum præſupponit.*

12 *Renunciatio eſt priuatio quædam.*

14 *Lucrum non quærere, & damnum pati ſunt diuerſa.*

15 *Fraus fit etiam in quærendis, quod intellige vt num. 16.*

19 *Fiſcus quomodo à banniti, & damnati bonis excludatur, alia datur cautela, & nu. 20. & 24. ac 25. & de contraria cautela, nu. 27.*

21 *Pater an propter homicidium à filio cõmiſſum, illum exhæredare queat, & num. 23.*

22 *Homicidij cauſa eſt maior illis quatuordecim, quibus filius exhæredari põt.*

*Cauſæ, quibus poteſt parentes quis exhæredes facere, ſunt ſeptem.* 26

*Statutum, Quod diſponeret, ne exhæredatio ſub delicti, bonorum confiſcationem merentis, conditione facta, valeat, quando locum habeat.* 28

*Statutum diſponens, ne poſt commiſſũ delictum ab his, qui ab inteſtato ſuccederent, alij hæredes inſtituantur nõ valet.* 29

*Fiſcus quæ iura habeat, & quam ſuſtineat perſonam in bonorum publicatione, nu. 6. per tot.*

*Communis opin. ſequenda eſt in iudic. & conſulendo, ſub nu. 22. verſi. à recepta. Limita vt verſic. licet.*

*Teſtandi liberam facult. auferre hominiſanæ mentis iniquum eſſe.* 30

FIſcus confiſcatis alicui bonis, ea non acquirit, quæ poſt bonorum publicationem obueniunt, quod menti tradendũ eſt, & eſt tex. in l. ſi mandauero tibi. §. is cuius. ff. mãd. ac eſt Bartoli deciſio in l. ſi qua pœna. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. Bal. conſi. 24. vol. 2. Pau. de Caſtro, conſi. 32. Nellus in tract. de bannitis, in 1. par. 2. temporis, quæſ. 18. Rom. conſi. 247. Alex. conſil. 75. in 1. volum. Angel. de maleſi. in verbo, & eius bona publicamus, nu. 12. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur, num. 6. ff. de verbo. oblig. Curt. Sen. conſi. 59. ſub nu. 13. verſic. conſequenter. Boſſius in titu. de bonorum public. nume. 27. & 70. ac Iulius Clar. in pract. crim. §. fin. quæſtio. 78. verſic. vlterius quæro. & nouiſſimè Marc. Anto. Peregr. in 5. lib. de iure fiſci, titu. 1. num. 132. Ex quibus patet ita eſſe communem opin. prout ex prędictis Doct. nonnulli aperiunt hanc eſſe communem. Proinde neque etiam iura conditionalia hoc caſu fiſcus acquirit, vt eſt tex. in l. intercidit. ff. de cond. & demon. tradit glo. in l. non ad ea, in verbo, præſens.

ſens.ff.eod.& ibid.Bar.qui illam legem
expedit in l. quod traditum, paulò an-
tecedente, nu. 11. & ibidem vide Doct.
alios, Alex.poſt alios, quos alleg.in l.3.
§.illud,nu.11.ff.quod quiſq; iur. & idẽ
tradit ipſe Alex. in l.ſi marito, in princ.
verſic.An autem. ff. ſoluto matr. & in l.
ſi quis mihi.§.ſi quis planè,in fine.ff.de
acquir. hæred. Dec. conſ.438. numero
decimo,tradit & Boer.deciſ.351. nu.7.
Quod tamen intellige in conditionali
relicto, ex conditione caſuali; ſecùs ex
poteſtatiua, vt eſt caſus in l. in facto.§.
fiſcus,ff.de cond.& demonſt.& ibi glo.
atque apoſt.ad Bar. in d.l.quod traditũ,
litera,B,circa prin. Similiter verum eſt,
quòd conditionalia ex vltima voluntate
non tranſeunt in fiſcum; ſecùs ſi ſunt
conditionalia ex contractu, vt eſt caſus
in l.inter ſocerum. §.fin.ff. de pact. dot.
1 quod & tenet Im. in d.l.non ad ea, Bal.
in l.etiam.§.fi.C.ad l.Falc.Alex.in d.l.3.
d.§.illud,ſub nu.3.ff.quod quiſque iur.
& idem in d.l.ſi marito, in prin.ſub nu.
2.verſic. ſed ſi actio competeret ex con-
tractu,Thom.Gram.qui in hac parte ve
rum dicit,conſ.crim.7. num.3. & Boſſ.
in d.tit.de pub.bon.ſub nu.14.Pro qua
re facit, vltra rationem ab Alex. in d.l.ſi
2 marito, conſideratam;quia † in contra-
ctibus conditio retrotrahitur. l.qui bal-
neum, & l.potior.ff.qui pot.in pig.hab.
ſecùs in vltimis voluntatibus. l.1. §. ſer-
3 ui.ff.ad Syllanian. Verùm † hanc atten-
de limitationem in obligationibus con-
ditionalibus actiuis, nõ in paſſiuis,quæ
in fiſcum non tranſeunt, vt eſt tex.valde
ſing. in l.quoties, ad finem, & ibi Bart.
Ang.Imo.& Caſtren.ff. de nou.& com-
munem hanc dicit eſſe opinionem Boſ
ſius in d.tit. de pub.bon. nu.14. quam-
uis mox dicat, hanc opin.ſenſui non cõ-
uenire,ob rationes,quas ipſe adducit,&
propter quas rationes multos contrariũ
ſenſiſſe ait: Communem pariter hanc
opin.tradit d.Apoſt.ad Bar.in d.l.quod
traditum,in litera B.verſ.An autem obli-
gationes conditionales paſſiuæ; & ean-
dem commemorat opi. ac communem
dicit Peregr. dicto lib. 5. de iure fiſci, d.
tit.1.num.87.& nu.89.

Ex his igitur cernere potes, Quòd † Iu 4
dices,qui filiumfam.aut perſonam aliã,
quę ſucceſſionis alicuius ſpem habet,an
tè parentis,vel eius perſonæ mortem,cu
ius ſucceſſio delinquenti obuenire põt,
condemnant, malè fiſci cauſam agunt;
hoc enim modo portione, quæ mox ad
damnatos hos venire deberet, fiſcus ip-
ſe priuatus remaneret: Sed Iudices Prin
cipis,aut fiſci beneficiũ reſpicientes, vtan
tur cautela,quam docet Boſſius in d.tit.
de bon.public.nu.28. Vt † ſcilicet con- 5
demnationem poſt eius differant mor-
tem, in cuius bonis ſucceſſio ſperatur;
& hoc pacto reo,poſt aditam hæredita-
tem condemnato,bona ad fiſcum deuo
luentur: Et † ante hæreditatem aditam 6
ſuccedendi tranſibit ius, tunc, cũ iſtud
ius ad hæredes extraneos poterit tranſ-
mitti, ut per Doct. communiter in l. ſi
quis mihi bona.§.ſi quis planè.ff.de ac-
quir.hæred.& ita communem dicit eſſe
opin.Iaſ.in d.l.ſi quis mihi.§.ſeruus mu
nicipij,circa fin. Boſſ. in d.tit.de bo.pu-
blic.ſub num.16. & ſub nume.28, Iul.
Clar.d.q.78. verſ.ſæpe contingit; & E-
man.Soar. in ſuo Theſ.recept. ſent.lite-
ra.A.num.72. Sin autem ad extraneum
hæredem ius prædictum tranſmitti nõ
poterit, neque etiam fiſcus quicquam
prætendere poterit, vt ex prædictis pa-
tet; & ex eo, quod generaliter ſtatutum
eſt, in fiſcum ſcilicet, cum bona publi-
cantur,ea non venire, quæ non veniunt
in extraneum hæredem, vt per glo.Bar.
& Bal.in l.1.C. de bon.liber. Alex.in l.ſi
finita.§.ſi de vectigalibus, ſub num.26.
ff.de dam.infecto,& conſ.25.volum.1.
Boſſ.d.tit.de bon.publ.num.16.Ius au-
tem adeundi quãdo ad extraneos tranſ-
mittatur hæredes,vel non, dixi ſup.cau.
75.ſub nu.6.verſ.extraneus verò. & di-
cam infra caut.102.in prin.

7 Aduerſus † tamen fiſcum, & iudicē
differentem, vt ſupra nu. 5. contraria da
tur cautela ex Nello in d. tract. de bann.
in 1. par. 2. temp. q. 30. in fine; Videlicet,
quòd banniendus, ante publicationem,
cum illius conſenſu, ad quem eo repu-
diante deuoluitur, iuri adeundi renun-
tiet; & fiſcus conqueri non poterit. l. qui
autem, in prin. ff. quæ in frau. cred. cum
ſim. in gl. allegatis; Ita Nellum dicentē
refert Boſſius in præd. titu. de bon. pub.
num. 29. Qui tamen inquit ſub d. num.
8 Quòd, ex eo, quia iuri † adeundi renun
tiari poteſt, toto tit. C. de repud. hæredi.
Nelli cautio bona non videatur; Planè
9 † probari poteſt, iſtud adeundi ius eſſe
10 ius quæſitum; † nam iuri quærendo re-
nuntiari non poteſt, l. is, qui hæres, & l.
is poteſt. ff. de acq. hæred. ac. l. ſi ita ſcri-
ptum. §. ſi ſub conditione. ff. de legat. 2.
quod & ob rationem iſtam renuit Alex.
in d. §. ſi quis planè, ad fin. qua oſtendit,
quòd ius adeundi ſaltem ipſam hæredi
tatis habendæ cōmoditatem, ſeu ipſum
adire continet; ideoque dicendum ui-
detur, quòd fiſcus fraudetur, cum quid
ſit illud, quod ipſe fiſcus apprehendere
potuiſſet; propterea que dicendum ve-
niat, in fiſci fraudem id remitti non poſ
ſe. l. in fraudem, in princ. ff. de iure fiſci.
Et profectò aliquid illud eſſe, quod re-
nuntiari poteſt, inde quoque apparet;
11 Quoniam priuatio † habitum præſup-
ponit. c. ad diſſoluendū, ex. de deſponſa.
impub. l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. &
iure, & l. decem. ff. de verborum obliga.
12 Renuntiatio † autem eſt priuatio quæ-
dam, & abdicatio, arg. l. pen. §. omnes li-
centiam. C. de pact. ergo, & cæt. Sed re-
ſpondet Boſſius, d. tit. ſub d. nume. 29.
13 verſ. ſed dic; Quòd † tex. in d. l. qui au-
tem, ob hanc cautelam allegatus, præci-
sè loquitur in nondum aditæ hæredita-
tis renuntiatione; ſicque iuris ſucceden-
di, quod renuntiari abſque creditorum
fraude valeat; & proinde ipſe Boſſ. ſub-
14 dit, diuerſum † eſſe lucrum non quære-
re, & damnum pati, ad quod poſt mul-
ta iura & authoritates, de quib. Boſſ. ui
de quoque Rolan. à Valle conſ. 21. nu.
58. vol. 2. Aduerſus tamen reſponſionē
iſtam obſtare videtur tex. in d. l. in frau-
dem, qui ad hoc factus videtur; vbi dici
tur; Quòd † etiam in quærendis fiſco 15
fraus fit: Tu igitur dic ſecundum Bart.
in d. l. in fraudem, quòd dicta † lex, in 16
fraudem, procedit in eo, qui iam eſt fiſci
debitor; nam tunc in eius fraudem non
lucrari non poteſt; ſecus eſt ergo in eo,
qui nondum eſt debitor: Et † propte- 17
rea ad d. l. in fraudem, tunc inferri poſ-
ſet, cum iam damnatus, uel qui, etiam
abſque eo, quod ſit damnatus, ex ſuo
delicto in ea eſt cauſa, ut ſtatim delata
hęreditate, fiſco locum faciat, illis renun
tiare vellet, quorum mero iure, capax
eſſet, ſed ideo in effectu incapax; quia
fiſcus, tanquàm ab indigno auferret, vt
exempla poni poſſunt ex l. Claudius §.
1. & ex l. ſeq. ff. de his, quib. ut indign.
cum ſimil. Sed † ſi condemnatus non 18
eſſet (loquendo de illis delictis, quæ per
ſolam ſententiam ius tribuunt fiſco, nō
de his, quæ ante ſententiam ipſo iure,
& adminiſtrationem interdicunt, & bo-
norum inducunt confiſcationē, de qui-
bus habes ex Claro in pract. crim. §. fi. q.
88. verſ. Cæterùm) vtique in ipſius fiſci
fraudem renuntiare poſſet, vt eſt tex.
ſpecificus, qui pro hac diſtinctione fa-
cit, in l. cum quidam. ff. de iure fiſci, ibi-
que not. & ita uide pro hac diſtinctione
Picum in repet. l. poſt contractum, in fi.
ff. de donat. Eſt & alia aduerſus fiſcum
cautela; Quòd † ſcilicet ille, cuius bo- 19
na ad malefactorem ab inteſtato perue-
nire debent, ſi eſt extraneus, alium inſti
tuat hæredem; vel, ſi † eſt parens: cogi- 20
tet, An filium aliqua legitima de cauſa
exhæredem facere queat; Quod † fortè 21
etiam propter homicidium facere pote-
rit, ſecundùm Boſſ. d. tit. de bon. pub. nu
me. 30. ea motus ratione; Quia † homi 22
cidij cauſa maior eſt quatuordecim il-
lis,

lis, de quibus in auth. non licet, & in corpore, vnde ſumitur. C. de lib. præter. De qua re dubitarem ego, argum. §. actionū autem, & eorum, quæ ibi not. Inſtitu. de action. Fretus etiam ex uerbo tex. in §. aliud quoque capitulum, uerſicu. ideo neceſ. in Auth. vt cum de appel. cogno. quę mihi vrgentiſſima videntur; niſi me cōmunis, quam inferius oſtendam, patrū reprimeret ſententia, qua eadem firmatur Boſſii traditio: vnde minimꝰ ego ab ea nunc recedere non auſim; cum & dici ſoleat, a recepta Doctorum ſententia non eſſe, aut iudicando, aut conſulendo recedēdum, ut probat tex. in c. nouimꝰ. ext. de uerb. ſig. in l. 1. ff. de offi. quæſt. & Inſt. de hær. inſt. in prin. tradit Bar. & Docto. in l. 2. C. de pœna iud. qui male iud. Soc. conſi. 92. ſub num. 2. volum. 1. Iaſ. in auth. nouiſſima, colum. 6. C. de inoffi. teſtam. Dec. conſi. 315. nu. 7. conſi. 414. num. 10. conſi. 441. num. 14. conſi. 462. num. 20. conſi. 480. num. 17. Ioan. Bernard. Diaz. reg. 1 c6. dominus meus Ioā. Ceph. conſi. 460. num. 37. Rolan. a Valle conſi. 60. nume. 40. uolum. 1. & iſtud diffuſiſſime tractat Neui. in ſua Syl. nup. lib. 5. ſtatim a prin. vbi & ampliat, ac limitat: licet & verum illud ſit, non authoritatum multitudine iudicandum tunc, cum ex aduerſo meliores patēt rationes vt eſt tex. in l. 1. §. ſed neque ex multitudine authorum. C. de uete. iure enucleā. bon. eſt tex. in c. capellanus, extra de fer. Ioan. And. in c. 1. in fi. & ibi Abb. ext. de conſt. Ang. conſ. 170. colum. 6. apoſtilla ad Bar. in d. l. 2. C. de pœna iudi. in litera E, verſi. & de materia vide: & ita quoque tenentes non erubuerunt cōtra communem, melioribus ducti rationibus, conſulere, Dec. conſi. 259. num. 1. & 2. conſi. 366. num. 7. conſi. 456. num. 9. conſi. 481. num. 12. conſi. 464. num. 15. conſi. 560. num. 7. conſi. 576. nume. 11. Curt. Iun. conſi. 63. num. 3. conſi. 160. nu. 12. qui communem dicit; referente Bapti. a Villal. in ſua collecta comm. opin. litera C, num. 107. idemque tradit conſulēdo Rolan. à Valle conſi. centeſimo, nu. 459 lib. 2. & iuſtius, æquiusque eſt illi adhærere ſententiæ, quę melioribus eſt fulcita rationibus, etiam ſi Imper. ſit in cōtraria opin. l. Aemilius. ff. de minorib. plane quandoque in communibus his faciendis opinionibus illud euenit, ut licet opinio ſit debiliter fundata: tamen ſi unus grauis ponderis Doctor eam teneat, alij vlterius non perſcrutando ſequuntur, ad inſtar auium, uel ouium; quæ quando vna uolat; uel in aliquam foueam ſe proijcit, aliæ ſequuntur, Dec. d. conſilio 481. num. 12. Bellon. conſ. 59. num. 12. Rolan. d. conſi. 100. num. 50. volum. 2. & Villalob. vbi ſupra. quicquid tamē ſit hac in re noſtra, communi infra docēdæ volo pro nunc acquieſcere ſententię; ne mihi quis illud ſubridens obijciat, quod Fel. aduerſus Barb. ſcripſit, in c. cęterum. colum. 6. de reſcrip. quod ſcilicet ille ſtudio communes impugnandi opiniones, credens ſe immortalem reddere, ſæpiſſime delirauit; & de quo Io. Fichar. ad Villalob. in d. litera C, poſt nume. 107. licet re vera, & ingenue quidem meus hic nō ſit mos, nec intentio; ſed, quātum in me eſt, innitor veritati; & ita teſtor me in hiſce meis uoluminibus, quicquid profero, vere illud ſentire: ſed ad rem noſtrā. communem ergo † referunt eſſe opi. parentes poſſe, ob homicidium, eorū liberos exhæredare, vel ob alias cauſas, quæ maiores, aut ſimiles quatuordecim expreſſis ſint, Ripa in rub. ext. de iu. num. 20. Clar. in §. teſtamentum, quæſ. 41. verſi. ſed quæro, ubi in fi. inquit in practica ab hac opi. non eſſe recedēdum; Eman. Soar. in theſ. recep. ſent. litera E, nu. 205. alijque communium opinionum cōſarcinatores, quos nō refero, quosq; penes relatos habere poteris. 23

Tutius autem erit, ſi quis formidet, contra communem Doctorum ſententiam, ne ob homicidium, aut ſimile crimen filium exhæredare queat; ut † inui- 24

cem

cem pater, ac filius aliquam ex cauſis in
d.§. aliud quoq; cap. memoratis, ſuſci-
25 tari caueant; † Et idē ſeruetur, cum ſupe-
riores delinquentes liberi exhæredare
26 optauerint; ſeptē † enim de cauſis eorū
parentes teſtamento exhæredes facere
poſſunt, vt in §.& hęc quidē, in d.Auth.
vt cum de appell.cogn. et not.in d.auth.
27 nō licet.C. de lib.præter. Pro † fiſco autē
cautela adiungi poteſt, qua hiſce occurra
tur exhæredationibus; Nam ſtatui po-
teſt, quòd filiorum exhæredationes, pa-
rentumue, ſiue aliorum, quas parentes,
aut liberi faciunt, aut alij extranei, ſub ea
conditione, caſu, quo contingat, filios,
parentes, aut alios inſtitutos hæredes de
lictum committere, ex quo bonorum
veniat publicatio, non valeant; Circa
quam tamen cautelam inquit Boſſ.d.tit.
28 de bon.publ.ſub d.nu.xxx. Quod † ſta-
tutum iſtud in delictis committendis,
non autem in iam commiſſis procede-
ret; quam conſiderationem ait in magi-
ſtratu Mediolani in perſona quorundā
ciuium habitam fuiſſe; quamq; rem la-
tè proſequitur; & ad eum me remitto:
29 Sed † & ſi ſtatutum induceret, ne quis,
poſt commiſſum ab eo delictum, ex
quo bonorum ueniret confiſcatio, qui
ei ab inteſtato ſucceſſurus eſſet, alium in
ſtatueret hæredem, non valeret; quia con
tra bonos mores niteretur, ex eo, quia li-
beram teſtandi auferret facultatem, pro-
ut communiter inquit tenere Doct. Bo-
logn.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,
ſub nume.xl.ff.de verb.oblig. Quæ qui-
dem communis opinio, attentis caſibus,
in quibus illa recepta inſurrexit ſenten-
tia, facit à fortiori in caſu noſtro; Ibi
nanq; tradita eſt communis ſententia,
non valere ſtatutum, quòd mulier abſq;
mariti, vel duorum conſanguineorum
conſenſu, teſtari nequeat. quā ſanè tenue
re Pau.de Caſt.in l.ex facto, nu.vi. Aret.
nu.7.Alex.num.14.ff de uulg.& pupil.
& idem Alex.conſi. 55.num.8.uer. præ
terea.lib.1. & conſi.155.nu.6.uerſ.intā-

tum quod dicit Pau.de Caſt.uolu.2.Iaſ. in l.non iccirco.C.de codic. ergo multo minus ualet ſtatutum, ſi omnino teſtandi facultatem auferat; prout in hoc caſu eueniret, quando talis perſona tali in caſu quamlibet perſonam inſtituere non poſſet: pro hac etiam re faciunt tradita à Bar.in l.omnes populi, in 3.q.3.quæſtionis principalis, ſub num. 26. uerſic. pro quibus.ff.de iuſt.& iure.Iaſ. pariter verā hanc ſent.& communem dicit in l.ex facto, in prin.num.9.ff.de uulga. ubi licet mox contrarium ſentiat: quod & in caſu ſtatuti illius, ſcilicet ne mulier abſq; duorum propinquorum conſenſu teſtari valeat: induci poſſe, tenet Ripa in d.l.ex facto, ſub num.22.& 23. & Marian. Soc. Iun.arbitratur eam opi.de mariti cōſenſu, poſſe in puncto iuris ſuſtineri, ut ſcilicet ſtatutum, eum conſenſum in mulieris teſt.requirens ualeat, in d.l.ſtipulatio hoc modo, uerſi.ſecundo, ubi ipſe a nu. 3.uerſic.ex iſto tex. cum num.aliquibus ſequen.egregie iſtam explicat doctrinā: & iſtud ante Soc.Iun.uerum præſuponit Dec.conſi.592.num.1. tamen & Iaſ. & omnes fere in d.l.ex facto, per eū text. in caſu noſtro ſentiunt: quod ſi homini ſanæ mentis ſtatutum liberam teſtandi auferret facultatem, nō ualeret, ut & ſenſit ipſe Iaſ.in dic.l. ſtipulatio hoc modo, ſub nu.6. Baldum reprehendens in l. cū Archimedoram.C.ut in poſ.leg.ſecus tenentem: & qua ſic ſtante communi opi. non curo de his, quæ Dec.contra cōmunem tradit in l.pactum, quod dotali, ſub num.11.C.de pac.ubi Bald.opin. in d.l. cum Archimedoram, defendere conatur: nec dicatur, quod quia ſtatutū hoc in caſu rationis habet motiuum: ne fiſcus ſcilicet cautelis fraudetur, ualeat, & ſuſtineri debeat, iuxta tradita per Bal. in l.fi.C.de lib.præt.Iaſ.in d.l.ex facto, ſub d.nu.9.in fi.uerſi.confirmatur iſta pars, & ibi Ripa, ſub d.nume.22. ac Bologn. in dic.l.ſtipulatio, nume.42. quoniam reſpondeo, talem rationem urgentem

non

non eſſe:fiſcus enim in eo, in quo nullū habet ius,nullam ſibi factam fraudē prę tendere poteſt:quod optime probāt præ dicta iura.l.qui autem.ff. quæ in fra.cre. & l.cum quidam.ff.de iure fiſci. Etenim ſi (ut dictum eſt) non fraudatur fiſcus, cum ille ipſe, qui damnandus, uel banniendus eſt, iuri ſuccedendi, ſibi delata iam hæreditate, renuntiat: multo ſane minus fraudem ſibi fieri prætendere poteſt,quando ille, qui criminis nullaten⁹ reus eſt,omiſſo delinquente, ad alios eorum bona,quæ neutiquam ad ipſum ſpectant delinquentem,·relinquenda cenſet.Succedit ergo hic,ne tale ualeat ſtatutum, urgens illud fundamentum, quo motus eſt Paulus in d.Lex facto,uer.ete-
30 nim iniquū: iniquum † fieri, ſi ſanę mētis homini libera auferatur teſtamenti factio.

## Caut. XCIII.

### De conueniendo reo extra locum contractus.

*SVMMARIVM.*

1 *Fori priuilegio quiſque renuntiare poteſt;quod tamen intellige, vt nume.2. & 6.*

3 *Scholaris, dum in legitimorum ſtudiorum loco commoratur, quos babeat iudices.*

4 *Iudex,ſi ſubiectam ſibi iuriſdictionis ratione mulierem per metum in uxorem accipere conatus ſit,uxor ipſa, & eius tota domus,proteſtatione propoſita,in ciuilibus,& criminalibus ab eius iuriſdictione erit ſoluta.*

*Quinimo,& alius quilibet iniuriam patiens,nu.5.*

7 *Clericus quando,abſque ſui iudicis conſenſu,iuriſdictionem prorogare poſſit, & in quem.*

8 *Pęna appoſita in pacto de non recuſando iudice,pactum ipſum utile erit:ideo conſ. datur,nu.10.*

*Pactum de litigando coram non ſuo iudice,non eſt contra,ſed præter legem.* 9

*Conueniri poſſe quem quocunque in loco,quis ſit modus,& nu.12.& 13.* 11

*Exceptio fori declinatoria quando debeat opponi,ſub nu 6.uerſ. quod tamē procedere intelligit.*

*Actor,ſi priuilegium babet poſſe reum conuenire coram quolibet ex pluribus iudicibus,ſuo poteſt renuntiare priuilegio, & ideo infertur ad obſeruantiam ciuitatis Brix.& aliorum locorū ſimilium,ſub nume.7.uerſicu.ſic & e contra.*

FOri priuilegio † q̄ſq; 1
renuntiare poteſt. l.ſi
quis in conſcribēdo.
C.de epiſ.& cler. & l.
penul.C.de pact.quia
autem regula iſta con
tradictionem pati videtur,per tex.in l.ſi
conuenerit.ff.de iuriſd.om.iu. vbi aper-
tiſſime dicitur, quòd ſi inter aliquos de
litigando coram incompetenti iudice,
ſpræto competenti,conueniatur,incom-
petens ille competens nō fit; & paciſcēs
conuentioni ſtare non tenetur;ideo Bar.
in d.l.pe.C.de pact.num.1.& num.9.&
poſt glo.idem Bar.in d.l. ſi conuenerit,
ſub num.1.quem communiter ſequun-
tur Scrib.in illis locis,vt & ipſam Barto.
traditionem communiter tenere Docto
res ait Dec.in d.l. pen. ſub nume.17. ad
fin. & in d.l. ſi conuenerit,ſub num.28.
verſ. in gl.finali,has contrarias leges hoc
pacto conciliat; Quia † ſi quis iudicem 2
habeat, quem tamē ex proprio valeat de
clinare priuilegio, & tunc illius iudicis
foro renuntiari poteſt: Exemplum † in 3
ſcholari, qui iuxta diſpoſitionem auth.
habita. C.ne fil.pro pa.dum in legitimo
rum ſtudiorum loco uitam degit, ſi con
ueniatur, priuilegium habet eligere pro
iudice dominum,aut magiſtrum ſuum,

aut

aut ciuitatis Epiſcopum: Aliud datur exẽplum in l. 1. C. ſi quac. poteſt. præd. vbi
4 habetur, Quod † ſi quis ſubiectam ſibi iuriſdictionis ratione, per metum, ſiue terrorem, in vxorem accipere nixus ſit, quatenus eandem ille habeat iuriſdictionem, mulier ipſa, & eius domus tota, pro teſtatione propoſita, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, ab eiuſdem erit
5 exempta iuriſdictione; quem † tex. Bar. ſimpliciter intelligit in quocunq; qui à iudice iniuriam reciperet, de quo etiam tangit in l. ſi quis prouocatione. C. de ap
6 pellat. Horum † autem iuriſdictionem cùm & ſcholaris, vt dixi & mulier, alius uè, qui iniuriam paſſus eſt, eiuſq; domus in caſu propoſito declinare ſpeciali poſſiat priuilegio, & ad alios confugere iudices, certe eorum poterunt renuntiare priuilegio, per tex. hunc, d. l. penult. C. de pact. & per alium ſimilem. C. de epiſ. & cler. quem ſuprà in prin. allegaui, ac per tex. in l. 1. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. ſed ſi quis apud Iudicem, qui nullo modo eſt ſuus competens iudex, omiſſo cõpetenti, vt eius declinet iuriſdictionem, cõueniri poſſe pactus ſit, tunc perpactum illud non fiet, quin iudicis incompetentis exceptio competat; & ſecundum caſum hunc locum habet tex. d. l. ſi conuenerit, iuxta communem Doctorum intelligentiam; Quod tamen procedere intelligit Bar. in d. l. pen. ſub d. nu. ix. & in d. l. ſi conuenerit. poſt glo. ibi, in verbo, adiretur. quãdo ante litem conteſtatam de tali opponeretur iudicis incompetentia; ſecus ſi poſt cõteſtatam litem; eo enim in caſu fori declinatoria opponi non poſſet, ut & ita in d. l. ſi conuenerit, pertranſeunt ſcrib. quæ tu firma ex. l. nemo. C. de iuris. omn. iud. & l. fin. C. de excep. ad idem eſt tex. in l. ſed & ſi ſuſceperit, in prin. ff. de iud. et in l. exceptionem. C. de probat. gl. Abb & Doct. in c. inter monaſterium, ex. de re iud. Robert. Maran. in ſuo aureo ſpec. ſiue tract. de ord. iud. par. 4. diſtinct. 12. nu. 6. & idem in 1. parte 6. & ultimæ par. prin. verſ. Nonum. alias, exceptio, nu. 1. ac in 3. & vlt. par. eiuſdẽ vlt. partis prin. verſic. ſecundus actus. aliàs, appellatio, nu. 15. Fran. Mar. decis. cccc xiiii. nu. 1. par. 2. ſic & videmus in iudicis recuſatione ex ſuſpitionis cauſa fienda; quia ea debet eſſe prima exceptio, quæ opponitur, vt per Bar. Alex. Io. de Imo. in l. quidam conſulebat. ff. de iud. Lanfran. in c. quoniam cõtra, in uerſ. recuſationes, in prin. ex. de probat. Et circa hanc, de exceptione fori declinatoria, materiam multa dici, ad eius explanationem, poſſent; ſed hic omitto, quia non eſt hæc præcipua noſtra materia; ſed de ea plenè tractaui ſuprà in litera, E. caut. 65. ubi uidere potes.

Reuertendo autem ad propoſitũ noſtrum; Pro confirmatione ſuperioris factæ diſtinctionis, ac cõciliationis legum ſupradictarũ, quæ contrariẽ uidebantur, facit; Nã † clerici iuriſdictio, niſi ex pro- 7
prij iudicis conſenſu, prorogari nequit, c. ſignificaſti, de foro competenti. tamẽ, ſi ſpeciali aliquo priuilegio clericus ſit prælato, Epiſcopo inferiori, ſubiectus, prorogatio in ordinarium fieri poteſt, abſque eius ſuperioris conſenſu, cui ſpeciali iure iuriſdictio cõpetebat, vt Abb. concludit in conſ. 25. Attingam iſta dubia, col. 1. lib. 1. quem ad hoc refert Dec. in d. l. pen. ſub nu. 18. ſic & è conuerſo crederem, vbicunque actor priuilegium haberet, poſſe reum coram quolibet ex pluribus iudicibus conueni e, quòd ipſe actor ad fauorem rei alicui ex illis iudicibus renuntiare poſſet, vel ſe arctare, ut coram tali iudice ex eis pluribus reum conueniret: nam ſi in caſu ſimili prædicto reus poteſt, actoris fauore, renuntiare foro alicuius ex iudicibus, penes quem poterat cogi actor ipſum conuenire, alio declinato: ergo & in ipſius rei beneficium debet poſſe dici, licere actori renuntiare cuilibet ex pluribus iudicibus, quos eligere in conueniendo reo poteſt, arg. l. non debet actori. ff. de reg.

reg.iur.& l.fauorabiliores.ff.eod. ſic igitur Brixiæ euenire poſſet, vbi & coram Clariſſimo Prætore, & coram magnifico eius vicario, & coram magn. rationum Iudice, ac coram Excellen. conſulibus Quarteriorum cauſę ciuiles expediri poſſunt: Actor enim, qui illorum iudicum quemlibet eligere poteſt, renunciare ualeret iuriſdictioni alicuius ex illis iudicibus: ne penes eum reum ullo pacto conuenire poſſet: ſic & alijs in locis, ubi ſimiliter actores habent priuilegium conueniendi reos coram quolibet ex pluribus Iudicibus.

Patet igitur non poſſe arctari reum aliquem, vt coram Iudice non ſuo litem ſuſcipiat; Quod in ſimplici quidem, & non pœnali conuentione procedit: Ve-
8 rum † ſi in pacto pœna appoſita eſſet, ipſa pæna tunc committeretur, cum ille talem in conuentione appoſitum iudicem declinaret, & iudicis incompeten-
9 tiæ exceptione uteretur: quoniam † cum talis de litigando coram iudice non ſuo, contractus non ſit contra, ſed præter legem, ſecundum Bar. in loco infrà allegãdo, pęna committi poteſt, vt probat tex. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri ff. de uerb. obl. quem tex. ad hoc allegat Bar. in d. l. pen. ſub num. 1. & ſub num. 9. uerſi. Tene menti, quem ſequuntur ibi Doct. vt
10 tradit ibidem Dec. ſub nu. 20. in † ſimilibus igitur cautus ſit ille, qui pactum facit, quod talem poſſit conuenire Peruſii Senis, Florentiæ, & ubicunque inueniatur, ut pœna in contractibus inſeratur; quia licet debitor iuriſdictionem iudicis incompetentis in illis locis conuẽtus declinare, ſaltem in initio litis, ualeat; pęna tamen debebitur. Cæterum ſi quis tute paciſci vellet, vt quocunque in loco debitorem ſuum conuenire poſſet, remedium traditur per Bar. in d. l. ſi conuenerit, ſub num. 4. & in d. l. pe. nu. 2. quod
11 † faciat debitorem ipſum promittere ſe pecuniam ſoluturum Peruſii, Senis, Florentiæ, & alibi, ubicunque inuentus fuerit; eo enim caſu in illo loco contraxiſſe uidebitur, in quo inuenietur. l. hæres. §. fi. ff. de iud. l. 3. ff. de bon. auth. iud. poſſi. & l. contraxiſſe. ff. de act. & obli. ideoq; eo in caſu, contractus ratione, quocunque loco debitor repertus ſit, conueniri poterit; pro quo & dicit citatis in locis Bar. eſſe tex. in l. Titium & Mæuium. §. tutores. ff. de adminiſtr. tut. & Bartoli eã opinionem, & differentiam, quam conſtituit inter conuentionem factam, poſſe quem conueniri; & inter promiſſionẽ talem, ſoluturum Senis, Florentiæ, &c. communiter receptam inquit in d. l. pe. Alexan. num. 6. Iaſ. nume. 12. Dec. num. 21. & tradunt quoque Doct. in d. l. ſi cõuenerit, & in l. non utique. §. ſi quis ita. ff. de eo, quod cer. loco, Canon. in cap. 1. ext. de iudi. communemque pariter ait Galles. in tracta. cameralis obligationis, in 2. par. q. 3. num. 1. poſſent hic alia inſeri conſilia tam ex Bartoli, quàm ex aliorum Doctorum traditionibus in d. l. pe. & in d. l. ſi conuenerit, ac in d. c. 1. ex. de iud. ſed quia id omnium eſt tutiſſimum & ab omnibus receptum; icc rco tu illi adhæreas, quo ſolo optime tibi prouidere poteris. Cætera ad ſatietatem in locis præallegatis penes Doctores uidere poteris. Hoc tamen ſcias; quòd quia mouetur difficultas, an ſupradicto parato conſilio, poſſit quis conueniri in loco remotiori, quam ſint loca, quæ fuerunt nominata; & Alex. in d. l. ſi conuenerit, nume. 12. hinc inde opiniones refert, concludens tamen cum Imo. in d. c. 1. ext. de iudi. quòd etiam in remotiori loco poſſit
conueniri; iccirco † ad omnes remouen 12
das dubitationes, aut non fiat mentio expreſſa de locis aliquibus; ſed ſimpliciter dicatur; quòd talis promittit ſoluere vbicunque fuerit inuentus, prout ita ſimpliciter ponit caſum Bar. in d. l. ſi conuenerit, circa fi. & ita proſequuntur Doct. ibi, maxime Ale. n. 9. aut expreſſim, poſt locorum factam mentionem, dicatur; & alibi, ubicunque, & quocunque in loco

etiam

etiam remotiſſimo, talis fuerit inuẽtus; & inſuper plenius omnino ſibi prouideat creditor, prout pulchrè docet Cep. caut. 70. ſępiſſimè; qui pleniſſimè ipſe prouidet; & propter rõnes, quas ibi adducit, ſic fiendum concludit:
13 Quæ † cẽrũ dictus debitor ſoluere promiſit, hic, Paduæ, Vincentiæ, Peruſij, vel Florẽtiæ, & vbique locorum: & in dictis locis ſe pręſentare; vel in aliquo ipſorũ, ad omnem requiſitionem dicti creditoris: & vbiq; inquam locorum, quantumcũq; diſtantium; etiam ſi reperiatur ibi idem nauigans; vel quid ſimile faciẽs: vel etiã ſi ibi aduerſarij timeret potentiã, vel alterius; aut iudicis authoritatẽ; vel etiam ſi ibi non reperiatur: & promiſit ſoluere omnia, & integra cẽtum, & inſolidum, vbi fuerit inuentus; vel vbi fuerit petitũ; & dictus debitor renunciauit omnibus, & ſingulis legibus, prouiſionibus, & priuilegijs, & gratijs, & ſaluiſconductis, tã factis, quàm faciendis: & promiſit non impetrare aliquam gratiam, vel priuilegium, vel ſaluumcõductum, vel aliquid in contrarium; & iurauit prędicta omnia, & ſingula attendere, & obſeruare, & non contradicere, vel facere, vel venire, de iure, vel de facto, ſub tali pœna, &c.

## Caut. XCIIII.

### De fructibus, qui ex pignorata re percipiuntur: & de vſuris.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignoris fructus in ſortẽ computãtur: Amplia nu. 10. 21. 22. 24. 25. 26. 27. Limita, vt nu. 18. & etiam limit. & remedia habe remiſſiuè, nu. 41.*

2 *Fructus illi intelliguntur, qui deductis impenſis ſuperſunt, & nu. 3. vna ponitur Ampliatio. Declaratur, nu. 9. Stat. Brixiæ 152. & 47. declarantur, & nu. 5.* 4

*Locupletari nemo debet cum aliena iactura.* 6

*Poſſeſſor malæfid. vtilitatũ deducit expenſas. Et ipſe (vt num. 11.) tenetur de fructibus percipiendis. Quod amplia, vt nu. 12. Declara, vt num. 13. 14. 19. In his autem percipiẽdis fructibus ponitur differentia inter hũc malæfid poſſeſſorem, & creditorem pignus habentem, nu 15. 16. 17.* 7

*Quod tibi fieri nõ vis alteri ne feceris.* 8

*Tributa non creſcunt meliorato agro induſtria poſſidentis.* 20

*Ratio magis, quam verba, attenditur* 23

*Paria ſunt paciſci ne fructus computentur, & quòd vſuræ ſoluantur.* 28

*Vſuræ ſunt omni iure, naturali, diuino, & ciuili prohibitæ. Amplia, nu. 30. 32. 34. 38. Cuiuſq; uſuræ odio multa dicuntur, num. 35. 36. 37. 39. & Limita, ac remedia habe remiſſiuè, nume. 41.* 29

*Inferior non poteſt illud permittere, quod ſuperior prohibet.* 31

*Papa non poteſt ſtatuere, vel diſpenſare contra Euangelium.* 33

*Vſurariorum pœnæ de iure Canonico quæ ſint.* 39

*Anima eſt præferenda omni lucro mũdano.* 40

FRuctus, qui † ex aliqua
pignori accepta re perci 1
piuntur, in ſortẽ computãtur. c. cũ contra, ex. de pign. c. conquęſtus, ex. de vſur. l. 1. 2. & vlt. C. de pign. act. l. ſi dominiũ, & ibi Doct. C. de pign. l. fi. C. de partu pig. &
l. 1. C. de diſtract. pign. Hoc † ſcilicet in- 2
telligẽdo de fructibus, qui, deductis expẽſis, ſuperſunt, vt eſt tex. & ibi no. Abb. poſt alios, in c. 1. ex. de vſur. not. gl. in d. c. conquęſtus, tradit Soc. reg. 6. inci. Accipere aliquid, caſu 3. Ant. Negu. in tract.

S de

de pign.& hypo.in quinto memb.quin
tę par.princ.ſub num.12.verſ. Secundo
limitatur: Regulariter enim illud eſt,
fructus eos demum intelligi, qui ſuper-
ſunt deductis impenſis factis pro illis
colligendis.l.fundus, qui dotis.ff.fami.
erciſc.l.fructus, & ibi notant omnes. ff.
ſolu.matrim.l.1.C.de fruct. & lit.expē.
glo.in l.in fundo,in verbo, deducto, &
ibi Bar.& Ang.ff.de rei vendic. plures al
legat concordan.Duen.reg.387. doctiſ-
ſimus D.Iac. Menoch. in tract. de recu-
per.poſſeſſ.rem.15.num.574.& inquit
Emanu.Soar.in ſuo Theſ. recep. ſent.li-
3 tera F.num.360. Fructus, † quorū men
tio ſit à lege, vel ſtatuto, eos demum in-
telligi, qui deductis omnibus impenſis,
ac ſumptibus, ſuperſunt; & iſtam com-
munem eſſe opi.oſtendit.

4 Proinde † infertur ad ſtatu.Brix.152.
ſub rubr.Quòd facta relaxatione rei eui
ctæ, talis res intelligatur inſolutum da-
ta; vbi habetur, quòd facta rei euictæ
victori relaxatione per conuentum hy-
pothecaria actione, intelligatur res ipſa
euicta inſolutum data creditori, pro ea
ſcilicet quantitate, pro qua æſtimata
fuerit per duos bonos homines, & lega
les, eligendos, & ſacramento adſtringen
dos per illum iudicem, coram quo por-
recta fuerit petitio, abſque aliqua alia in
ſolutum datione, vel ſolemnitate fien-
da: Et quòd pro eo caſu crediti inſtru-
mentum principale interlineari debeat,
in qua interlineatura fiat mentio de ſen
tentia pro ipſo creditore lata; & de no-
tario; ac de die, menſe, & milleſimo di-
ctæ ſententiæ; & de quantitate, qua res
æſtimata fuerit; & de die, menſe, & mil-
leſimo interlineaturæ prædictæ: Alio-
quin, ſi intra decem dies interlineari nō
fecerit, à relaxatione computandos, fru
ges ipſius rei in ſortem debeant compu
tari. Illę enim fruges eo in caſu intelli-
gentur, deductis impenſis in eis colligē
5 dis factis: Sic † & declaratur ſtatut. ip-
ſius ciuitatis 47.De modo, & for.proce.
in bonis debitoris contum.verſ. Et ꝙ in
ſtrumenta.vbi dicitur, ꝙ in dationib. in
ſolutum fiendis in bonis debitoris cōtu
macis, inſtrumenta crediti debeāt inter-
lineari, ſiue de parte, ſiue de toto fuerit
ſatisfactum; in qua interlineatura conti
neatur quantitas, de qua fuerit ſatisfa-
ctum; nomen notarij, qui dationē inſo-
lutum factam creditori ſcripſerit; & ſub
quo æſtimatore; & dies, mēſis, & annus
quibus fuerit ſatisfactum; alioquin fru-
ctus in ſortem debeant computari; Iſti
enim fructus (vt dixi) erunt, deductis in
eis colligendis ſumptibus factis; Sic &
alia ſimilia ſtatuta tu ipſe declarare pote
ris; & iſtud æquitatem ſapit naturalem;
cùm † naturæ ipſi cōueniat, vt nemo cū 6
aliena iactura locupletetur.12.q.3.c. fra
ter.l.planè.ff. de pet.hęred.& l.nam hoc
natura.ff.de cond.inde. Porrò cum alie-
na iactura quis locupletaretur, quando
ſumptus in colligendis fructib. facti nō
reficerentur: Quinimo videmus † malę 7
fidei quoq; poſſeſſorem hæreditatis pe-
titione conuentū, ęquitatis ſtimulo ſua-
dente, expenſas iſtas fructuū percepto-
rum, extantiumq́; aliarum vtilitatum in
re factarum, deducere, vt eſt tex.in l.ſi à
domino.§.fin.cum duabus ll. ſeqq.ff.de
pet.hære.d.Menoch. de recup. d.rē.15.
nu.576.poſt eos, quos alle. Sic & iſthęc
expenſarum deductio legi diuinę cōue-
nit: qua dicitur, omnia † quęcunq; vul- 8
tis, vt faciant vobis homines, & vos faci
te illis; hęc eſt enim lex, & Prophetæ,
Tob.c.4.nume.16.Matth.7. nume.12.
Luc.6.num.31.& eſt tex.in c.dilecti, de
maio.& obe.ac in prin.decretor. diſt.1.
gloſ. in procem. decret. in verbo, alte-
rum, gloſſaque in l.iuſtitia, in verbo, læ-
dere. ff.de iuſt.& iure, in l.1.in princ.in
verbo, ſummam.ff.quod quis.iur. & in
§.iuris præcepta, in verbo, alterum non
lædere, Inſt. de iuſt.& iure.

Fructus † inquam intelliguntur de- 9
ductis expenſis eis, quæ quęrendorum,
(vt in arando) colligendorum, (vt tritu-

rando)

rando) conſeruandorumque fructuum (vt in conducendis horreis) gratia fiũt. d.l.ſi a domino.§.fructus.ff.de pet. hęr. & ibi glo.declarat.

Quod autem dictum eſt, fructus pignoris ſortem extenuare: Sciendum eſt,
10 † intelligi non de perceptis modò: ſed & de his, qui percipi potuerunt, vt eſt tex.in d.l.2.C.de pign.act.& in d.l.2.C. de partu pign.not.glo.in d.l.1.C. de pigno.act.late Abb.in c.1.ſuper glo.1.ex. de vſur. Et in hoc creditor iſte redactus eſt ad inſtar malæfidei poſſeſſoris, ſine
11 titulo exiſtentis; Qui † & ipſe de his fructibus,qui percipi potuerunt, tenetur. l.fructus.1.& quod ibi no.ff.de rei vendic.l.ſi nauis. cum ibi not.ff.eo.l.domũ. C.eod.§.& ſi hæreditas,uerſ.illorum autem, Inſt. de offic. iud. Azo in ſum. C. de rei vend.num.21.glo.magna in l. ex diuerſo,in prin.& ibi.Bar.num.11.ff.de rei vendic.glo.etiam in §.1.in verbo, cũ fructibus,Inſt.de offic.iud.

12 Sic † & dicitur de hærede, qui poſt moram tenetur de rei legatę fructibus, non ſolum perceptis; ſed & de his,qui percepti potuerunt.l. apud Iulianum. §. fructus.ff.de leg.1.

13 In his † autem percipiendis fructib. intellige de his,qui honeſtè percipi potuerunt . d. l. fructus. 1. de rei vend. & not. in l.ancillarum. ff. de pet.hæred. in d.l.ex diuerſo, in princ. in glo, magna, Azo in ſum.C. de rei vend, ſub d.num. 21.glo.fi.in d. l.ſi nauis.ff. eod. Alex. in d.§.fructus, circa princ. Copus in tract. de fruct.lib.2.tit.4.c.4.in fine,Menoch. d.tract. de recup. poſſeſſ.d.rem. 15.nume.611.

14 Tamen † ſi inhoneſtè fructus eſſent percepti,etiam illi deberentur,d.l. ancillarum,in fi.& no. in d.l.fructus.1. de rei vend.in d.l.ex diuerſo,in prin.in gl. magna,circa fi.Azo in d.ſum.C. de rei vendic.ſub d.nu. 21.

Differentia autem eſt in computãdis his percipiendis fructibus, inter iſtum malæfidei poſſeſſorem,& creditorẽ,qui pignus habet: Nam
15 † creditor pignoris computat fructus,quos ipſe, non dominus,vel debitor percipere potuiſſet. d.l. 2.C.de partu pig.Alex. in d.l. apud Iul. d.§.fructus.ff.de leg.1.apoſtil.ad Bar.in d.l.domum, litera B.in verbo, perſonã petitoris,& Neguſ.de pign.d.5.memb. 5.par.princ.ſub nu.5.verſ.intellige. malę
16 † autem fidei poſſeſſor tenetur de fructibus, qui ab ipſo domino percipi potuiſſent.d.l. ſi nauis. §. fi. ff.de rei vend, d.l.apud Iul.d.§.fructus,de leg.1.l.ſi de poſſeſſione. C. unde ui. Azo in ſumma, C.de rei vend.nume. 21.glo. in d.l.fructus.1. in verbo, potuerunt,& glo.magna in d.l.ex diuerſo.ff.de rei vend. Verum quia in hoc,quod de malęfidei poſſeſſore dicitur, obſtat tex. in d.l. domũ. C.de rei vend vbi ad ipſum malęfi.poſſeſſorem verba referuntur: Iccirco
17 † tu iſtud intellige ſecundum Bar. poſt Gul. de Cun.in d.l.domum, qui dicit, ꝙ aut aliquis ſe vult referre ad illud, quod ſingulariter percipi poſſet,& tunc debet referri ad petitoris perſonam,d.l.ſi nauis. §.fin. Si enim poſſeſſoris perſona plus percipere potuiſſet,propter ſuę perſonę ſingularitatem; tunc ad illud reſtituendum non tenetur: quia illud percepiſſet ex ſua negotiatione magis, quàm ex re poſſeſſa, vt l.3.§.1.ff.ad l.Falc.Aut vero aliquis vult ſe referre ad illud, quod communiter percipi potuiſſet: & tunc ſiue per petitorem,ſiue quantum percipi potuiſſet per poſſeſſorem, idem eſt dicere; nã ad illud ſe ille referret, quod communiter, & communi æſtimatione percipi poteſt,argum.ad hoc, quod no. in l.1.C.de reſcind.vend. Et licet in hac materia Bar.in d.l.ex diuerſo, ſub num. 3.verſicu.quid dicemus.in d. §. fructus (vbi idem Barto. videtur dicere breuius,& clarius, quod in d. l. domum, ibidem fortè melius ſe declarando) & idem Barto. in l. 2. C. de fruct. & lit. expen. ac alij multa dicant, & eorum

exerceant ingenia, tamen breuiter huic
Bart. diſtinctioni eſt acquieſcendum ;
eam etenim ſecuti ſunt Bal. in d. l. do-
mum, doct. communiter in d. §. fructus,
vt Alex. in ſpecie dicit Bar. iſtam diſtin-
ctionem magis communiter teneri, Ant.
de Bu. in c. grauis, de reſtit. ſpoliat. Barb.
conſ. 80. col. 12. circa med. lib. 3. Ruyn.
conſ. 161. nu. 19. in fine, lib. 4. & ueram
ac communem iſtam Bartoli diſtinctio-
nem teſtatur Boer. in deciſ. 268. nu. 3.
ſubdens nu. ſeq. eam in iudicijs ſeruari.
Circa id ego quoq; multa dicere poſ-
ſem : ſed & quia præd. Bar. diſtinctio
communiter recipitur, vnde ab hac & iu
dicando, & conſulendo non ſit receden-
dum : & quia non eſt hæc præcipua ma-
teria noſtra: ac etiam quia Bartoli ipſa di
ſtin. ſatis uidetur legum, quę contrariæ
notantur, caſibus, quib. ius metimur. l. ſi
ex plagiſ. §. in cliuo, ad. l. aquiliam, con-
ſona : Ideo ulterius non progredior, qui
autem plura voluerint, uideant egregie
tradita a d. Menoch. in tract. de recuper.
rem. 1. nu. 368. uſque ad num. 381. ſat
autem ſit hic exploratiſſimum illud ha-
bere, & notatu dignum, In caſu noſtro
percipiendos fructus intelligi de his,
quos creditor percipere potuiſſet, iux. iu
ra, & authoritates ſuprad. Crederem ta-
18 men, quod † ſi creditor ipſe in pignore
augmētum feciſſet, vel meliorationem,
fructus, quos inde percipere potuiſſet,
non eſſent computandi, quod in fortiori
bus terminis probatur per tex. l. cæterū.
19 ff. de rei uendicat. ubi habetur, quod †
aduerſus malæ fidei poſſeſſorem non
æſtimantur fructus, qui percipi potue-
runt ex ſerui artificio poſſeſſoris ipſius
ſumptibus prouenient:e; & ſic ex augmē-
to, vel melioratione facta rei: ſi ergo ma-
læ fidei poſſeſſor in eis non tenetur,
fortius dicendum eſt in creditore no-
ſtro, qui malam non habet fidem,
arg. auth. multo magis. C. de epiſ. &
cler. In ſimili facit quod dicitur in l.
ea, §. ſimiliter. C. de allu. & palud. Tri-

buta † ſcilicet non creſcere ex impingua 20
tione, vel melioratione poſſeſſoris indu-
ſtria in agro facta, ne ipſius diligentia ſi-
bi uideatur damnoſa. quæ autem ſupe-
rius dixi de fructibus perceptis, & perci-
piendis, qui in ſortem computantur, in
pignore conuentionali plana ſunt : In
prætorio uero quid dicendum ? certe 21
† & in eo fructus percepti ſortem exte-
nuant. l. Titia, & ibi not. Bar. ff. de ſolut.
l. is cui. §. queri. ff. ut in poſ. leg. tex. glo.
& Bar. in l. ſi is, qui. §. 1. ff. de pignor. ſpe
cul. in tit. de primo decreto. §. iam de effe
ctu, verſ. miſſus ergo, nu. 13. Difficultas
eſt, An † creditor ex primo decreto im- 22
miſſus & ſic ex pignore prætorio. l. non
eſt mirum. ff. de pign. act. teneatur in ſor
tem computare etiā percipiendos. Quod
teneatur uidetur probari poſſe per tex.
in d. §. quæri, ubi habetur, quod ad exē-
plum pignoris conuentionalis fructus
prætorij pignoris computantur, unde
ob iſtam factam æquiparationem, licet
tex. tantum decidat de perceptis, quia ta-
men ipſius tex. ratio, quæ † magis, quam 23
verba, attenditur. l. ſcire leges. ff. de leg.
& faciunt quæ ego dixi ſuprà caut. 70.
nu. 21. cum duob. ſeq. aptatur † etiam 24
ad percipiendos; vnde non uideatur il-
le tex. per expreſſam perceptorum fru-
ctuum deciſionem, alium excludere
de percipiendis caſum : ideo dicendum
non de nihilo uidetur & percipiendos
in prætorio pignore perinde ſortem ex
tenuare, ac in conuentionali extenuant:
ſpecul. † tamen in d. tit. de primo decr. 25
d. §. iam de effectu d. num. 13. tenet
omnino hos percipiendos in præto-
rio pignore non extenuare. Cæte-
rum media † quædam extat exiſti- 26
mantium ſententia, de leui quidem
culpa non teneri in hiſce percipiendis
eum, qui prætorium habet pignus :
ſed de dolo, & lata culpa, per tex.
& ibi glo. in l. prætor. §. eſt præterea.
ff. de bon. auth. iud. poſſid. qui quidem
tex. uidetur declarare tex. d. §. quęri, &

ad

ad quod Dec.in l.contractus,nume. 27. ff.de regu.iu.& ſic cum iſta opi. pertranſit Anto.Neguſ.in d.5.mem.d.5.partis, num.5.ubi poſtmodum iſtud proſequẽdo vſque ad num.10.verſicu. ſexto amplia, ad aliqua circa hoc infert :& ibi vide.

27 Adeo † autem & in conuentionali,& in prætorio pignore tam percepti,quam percipiendi fructus(vt dixi) computantur,ut nec paciſci poſſit, quòd creditor pignoris lucretur fructus pro uſuris,ſeu intereſſe, Bal.in l.1. C. de diſtract.pign. licet olim ante ius canonicum tale pactum eſſet permiſſum.l.1.§.pacto. ff. de pigno.& not.glo.in d.l.1. C. de diſtrac. pigno.& in l.ex prædijs. C. de uſur.Ratio autem eſt,ne tale ualeat pactum;quia

28 † paria ſunt paciſci,quòd fructus in ſortem non computentur, & promittere creditori ſoluere vſuras, vt probatur in d.c.1.& in d.c.conqueſtus, & ibi not. & in c.quia fruſtra,ext.de uſu.in l. ſi ea pactione,& in l.ſi ea lege.C.eo.& in dic.§. pacto.cum ibi no. & ita etiam tenet Ab. per illum tex.in d.c.1.in 1.not.ext.de uſur.& not.Alexan.conſi.31.num.4.uerſi.& hanc partem,uolum.6.Neguſ. d.5. memb.5.par.prin.num.10.circa fi. Vſu-

29 ræ † autem omni iure ſunt prohibitæ,naturali,diuino,canonico, & ciuili quoq;: vt de naturali communem teſtatur eſſe opinio.Didac.libro 3.reſolut. ca.1. poſt num.5.dicens,quòd eam tenent frequẽtiſſimo omnium conſenſu Theologi, ꝓ qua re facit tex.d.l.nam hoc natura.ff.de cond.indeb.idque etiam tradit Rolan.a Val.conſi. 55.num.14.volu.2.Marq. de iud.par.1.c.11.num.1.7.8.quem refert dominus meus Ceph.conſi.549.nu.60. Eſt enim impoſſibile,& abſurdũ, ut pecunia pecuniam generet; quandoquidẽ inquit Ariſt.in 1.politicorum,contra naturam eſſe,ut artificialia germinent, pro ut eſt pecunia,quæ ex artificio eſt.l.1. ff. de contr.empt.& ita Rolan.d.conſi. 55. numero 32.& 33.De iure diuino patet Deuteron.23.numero 19.dum percipit dominus,dicens:non fœneraberis fratri tuo ad uſuram pecuniã, nec fruges, nec quamlibet aliam rem ; ſed alieno : fratri autem tuo abſque uſura,id, quod indiget, commodabis; ut benedicat tibi dominus,&c.& dicitur Leuit.capit.25.numero 36.cum ſequen. ne accipias uſuras a fratre, nec amplius, quam dediſti: pecuniam tuam non dabis ei ad uſuram & frugum ſuperabundantiam non exiges: ſic & in Euange. Mutuum date, & nihil inde ſperate, Luc.cap.6. nume.35. De iure canonico eſt tot.titu. extra de uſur.de iure autem ciuili,licet multi dubitauerint,an per iſtud ius ſit uſura prohibita;tamen eſt concludendum, & eo ipſo iure eſſe prohibitam , ſaltem iure Authenticorum ſuadente : & ita tenuerunt communiter glo.legiſtarum,ut ait Imo. in clemen.prima, numero octauo . de uſur.& dicit Alber.in l.cunctos populos, poſt numerũ 15.C.de ſumma trin.ita tenere communiter Docto.& Imo.in l.prima.colum.quarta.uerſicu.& aduerte.ff. de ſolut.ait, quòd hanc opinio. tenent communiter legiſtæ,& canon.hanc quoque communem dicit Abb.in capi.cum ſit generale,numero 18.de foro competen.quem refert Didac.in d.cap. primo, numero 6.Iaſ.in §.omnes , numero 14. Inſtit.de act.& in d.l. cunctos populos, numero 47.Berous in rubr.de uſur. numero 80.& ab hac opin.tanquam uerio ri , & magis communi inquit non eſſet in practica recedendum Iul. Clar. in §.uſura,uerſicu.difficultas,in fine,ubi & ipſe tradit omnibus hiſce iuribus eſſe uſuram reprobatam;& Emã. Soar. in ſuo Theſ.recep.ſenten.litera V, numero 76. Adeo autem iure omni improbata eſt v-
ſura,ut † ne quidem Imperator eam per 30
mittere poſſit, cum † inferior id permit- 31
tere nequeat , quod ſuperior prohibet. capitu. cum inferior , de maior. & obedien. l. nam & magiſtratus. ff. de arbitris.capitu.primo.ſecunda diſtinctio.de cima.& tradunt Barto.Bald.Alber.Caſt.

Iaſ.& alij in d.l.cunctos populos. C. de ſum.Trin.Bald. in auth.ad hæc, colũ.2. C.de vſur.quod & ſenſit in l.2. q.4. eo. tit.Rolan.à Valle conſil.96.num.49.vo lu.2.d.Io.Cepha.d.conſi.549.num.70.

32 71. Quinimò † nec ſummus Pontifex poteſt ſuper vſuris diſpenſare. c. ſuper eo,ex.de vſur. Alex.conſil.64.nume.8. vol. 6.& iſtam partem veriorem atteſta tur Iaſ.d.l.cunctos populos, colum.14. verſi.& pro certo.in 1.lect. tradit Rolã. d.conſi.55.nu.15.vol.2.& Ceph.d. cõſi.549.nu.76.

Cùm enim euangelico iure ſint vſu-
33 ræ prohibitę, vt dixi, cõtra † illud Papa ſtatuere non poteſt, vel diſpenſare, vt probatur 26.diſtinct.c.deinde,Anto.de Pra.inter conſi.Alexã.49.col. 1.volu.4. Rolan.in modo dicto conſil.55.nu.16.

34 Nec † etiam pro opere pio vſurarum ad mittitur diſpenſatio.d.c.ſuper eo,ex. de vſur.Laur.de Rodul.in tract. de vſur.in rub. & latiſſimè Marqu. in tracta.de Iudæis. d.c. 11.ſub nume. 14.verſ.& hanc partem,quos refert Ceph.d.conſi.549. nume.74.

35 Eſt enim † rapinæ ſpecies vſura, c.ſi quis.14.q.4.Abb.in rub.ex.de vſur. Ma ran.de ord.iud.par. 1. ſextæ, & vlt.partis prin.verſ.Inquiſit.num.119. Rolan. d.conſi.55.num.12.Ceph.d.cõſil.549. nume.58.

36 Et † ideo peccatum eſt,vt probãt om nia iura ipſas vſuras reprobantia, & tradit Ioan.And.in c.peccatum, ext.de reg. iur. in 6. qui dicit, quòd non reperitur maius malum,quam ſit vſura, Ioan. de Ana.in d.c.1.in fine,ex.de vſur. Maran. vbi ſupra,nu.117.cũ alijs ſeq.Marquar. de Iudæ.par.1.d.c.11.nu.1. 7. 8. quem refert Ceph.d.conſil. 549.nu.60. Sic &

37 † vſura dicitur exactio nequiſſima, 47. diſt.c.ſicut hi,Alex.conſi.1.nu.6.vol.2. Rolan.d.conſi.35.num.13 Io. Ceph.d.

38 conſil.549.num.59. Quamobrem † ne que conſuetudine vſura introduci poterit,argu.c.1.de conſuetu. & eſt text.in c.quia in omnibus,in princ.ext.de vſur.

Proinde † ius canonicum aduerſus aua 39 ros vſurarios quatuor introduxit pœnas; prima,ꝙ Euchariſtię ſacramẽto pri uetur: Secunda,ꝙ in eccleſia,quando di uina celebrantur officia, ſtare non debeat: Tertia,ꝙ in eccleſia non poſſit ſepeliri: Quarta, ꝙ ad faciendas oblationes non admittatur,& hæ pęnę tradun tur in d.cap.quia in omnibus, & ibi per Abb.& Io. An. Marã. vbi ſupra, ſub nu. 111. Caueant igitur omnes ab iſtis improbis exactionibus; ne eorum aĩæ detrimentum faciant: Quid † enim homi 40 ni prodeſt, ſi vniuerſum lucretur mundum: Animæ autem iacturam faciat? Marc.8.nu.36.

Sunt † autem caſus, quibus in ſortẽ 41 non computantur fructus; & remedia, vt quis abſq; criminis vſurę periculo ali quid ſupra ſortẽ accipere valeat:de quibus Soc.d. reg.6.Neguſ.de pigno. & hy po.d.5.memb.5.par. prin. in illis ſex limitationibus,quas ibi tradit: & ego latiſſimè infra tractabo caut. 302. incip. vſuræ. Iſta hic dicere volui,quæ nõ tradam in d.caut.302.& ſint tibi hæc præuia ad ipſam.

## Caut. XCV.

## De fundo dotali per maritum alienandi,nec ne.

*SVMMARIVM.*

*Maritus dotale prędium,etiam cũ vxoris conſenſu,alienare non põt; quanuis dominus illius ſit.* 1

*Limita tamen, vt cum conſenſu vxoris poſſit,in caſu,de quo ſub nume.4. verſ.Hoc autem in caſu.*

*Vt autem poſſit alienare, conſilia duo dantur nu.2.& 5.*

*Aduerſus quę remedia mulieri pariter dantur conſilia, quibus contra eaum*

*earum mariti cautelarum quamlibet ſe reparare queat, nu. 3.4.6.*

*Dotalis rei æſtimatio emptionem non facit, marito non ſoluendo exiſtente, ſub nume. 2. verſicu. Quod tu verum.*

7 *Mariti plerunque intereſt inæſtimatam rem in dotem accipere: & quare.*

8 *Dotalibus prædijs inæſtimatis, ſi quid accedit, mulieris lucro eſt: & ſi quid decedit, ipſius mulieris damno ſit.*

9 *Dotales res, etiam inæſtimatę, mariti periculo cedunt: & ideo eas alienare arbitrio ſuo poteſt: videlicet ſi ſint res mobiles, quę functionem in genere ſuo recipiunt, vel vſu conſumuntur.*

10 *Tupillorum conditio, ne eorum bona præſcribãtur, fauorabilior eſt, quàm fœminarum.*

*Quod tamen non procedere limita, ſi de earum dotalibus bonis tractetur, vt num. 11.*

1 FVndi ĩ † dotem traditi, etſi maritus dominus fiat. l. doce ancillam, & ibi Iac. But. Bar. Bald. & alij. C. de rei vend. & Inſt. quib. lic. alien. in princ. & ibi Doctor. glo. & doct. in l. in rebus, C. de iure dot. Dec. conſil. 645. num. 13. Rolan. à Valle conſi. 64. nu. 17. volu. 4. Pract. Papien. in form. libelli, quo vxo. agit ad dotem, & vſumfruct. in verbo, ac etiam Caſtrum Lamb. ſub nu. 2. verſi. ad vnum tamen aduerte; & communem tradit ſententiam ex alijs, quos alleg. Eman. Soar. in ſuo Theſ. recep. ſenten. litera D. num. 323. Ipſum tamẽ fundum alienare ipſe maritus nequit, vt eſt tex. in l. fundus. §. 1. in l. ſeq. & l. ſi fundum: ff. de fun. dot. Quod procedit, etiam ſi mulier conſenſerit, vt in l. 1. §. & cum lex. C. de rei vxo. act. & Inſt. quibus alien. lic. in princ. & in illis locis cõmuniter Doct. ac Papien. vbi ſupra, ſub num. 1. Et Franc. Marc. deciſ. 427. num. 1. par. 1. vbi inquit, nume. 2. iſtud non procedere, cum ob famis neceſſitatem alienaret maritus, ad ipſius mulieris, & liberorum ſuſtentationem, ſecundũ Io. Fab. Inſt. quib. alien. lic. in princ. Alias habes limitationes penes Bald. nou. in tract. de dote, par. 7. 1. ſpeciali, col. 4. vſque ad 10. incluſiuè. Verum eſt differentia inter mobilia, & immobilia: Nã immobilia, etiam ſi millies conſentiat vxor, non poſſunt alienari, glo. & ſcrib. communiter in authen. ſiue a me. C. ad Velle. Bar. in l. ſi æſtimatis. ff. ſolu. matrimo. communemque dixerunt Ripa in l. 1. num. 106. ff. ſolu. matrimo. & Turzan. in ſuis commu. opi. opinione 115. num. 1. Non ſic in mobilibus, quę licet alienari, etiam conſentiente vxore, prohibeantur (quando ſ. ſunt mobilia, quæ ſeruari poſſunt) vt communem ait opi. Port. Inſt. quib. alien. lic. d. prin. ſub nume. 7. attenta diſtinctione, quam ibi ex Bar. facit: Hæc tamen mobilia, quæ ſeruari quoque poſſunt, facilius alienationem ex conſenſu iterato admittunt, iuxta ſolemnitatem d. auth. ſiue, ut ibi gl. Bar. & doctr. Bar. in d. l. 1. ſub nume. 18. & ibi Alex. num. 34. & Ripa num. 103. dicit communem hanc opin. vbi & nu. ſeq. ex communi Doct. opin. ſubdit, ſecundum conſenſum, qui in d. auth. ſiue, requiritur, ſpatio triginta annorum præſumi.

Vt autem dotalem fundum maritus alienare valeat: ac mobiles res, quæ ſeruari poſſunt, non attenta ſolemnitate, ſeu requiſitis. d. auth. ſiue: Remedium † primum eſt; Quòd æſtimatæ res illæ 2
accipiantur: Quia æſtimatæ rei, quæ in dotem datur, omnino maritus dominus eſt, vt lucra, & delucra inde prouenientia ad eum ſpectent: & alienare queat. l. plerunque. ff. de iure dot. l. æſtimatæ. ff. ſol. matrim. l. quoties, & l. cum dotem. C. de iure dot. d. l. 1. in §. licet enim Anaſtaſiana. C. de rei vxo. act. & fa

cit text. in l. 1. C. de fun. dot. cum ſimilib. Quod tu verum intellige, ſi maritus ſoluendo exiſtat: ſecus ſi non ſit ſoluendo, quoniam tunc æſtimatio dotalis rei non parat marito emptionem, vt notabiliter admodum tradunt Bal. & Salyc. in l. intereſt, ad fi. C. de vſufruc. Imol. in l. ſi æſtimatis, in princ. ff. ſolu. matrimo. Iaſ. in l. ex conuentione, limit. 4. & ibi Dec. limit. vlt. quæ eſt ſub num. 8. C. de pact. penes quos alias habes limitationes, & inſuper alias tradit ibi Curt. iun. num. 8. & denique pro ſupradicta limitatione vide Dom. meum Ceph. conſil. 532. nu. 9.

3 Contra † prædictam tamen marito datam cautionem, vxor (quandocunque etiam vel res illæ mobiles, quę non conſumuntur, vel fundus fuerit æſtimatus) fundum ipſum, eiuſque res, ſoluto matrimonio habere poterit; ſi vel electionem, dotales eas res, aut precium conſequendi, ſibi reſeruauerit. d. l. plerunque, in fine. l. quod ſi fundus.
4 ff. de fun. dot. & l. 1. C. eod. Vel, † cum æſtimabitur, ſi cauerit, vt appareat ipſas æſtimari, non ut illarum ſit libera facta in maritum tranſlatio: ſed vt ſciatur quantum valeant, ut tradunt in d. l. ex conuentione. Cyn. Ba d. Salyce. Iaſ. in 1. limita. Dec. num. 7. dicentes, in dubio vbicunque precij mentio fit, talem æſtimationem factam cenſeri, vt emptionem marito paret, ut eſt gloſ. valdè not. in l. ſi inter virum, & ibi Bald. C. de iure dot. quam ſanè gloſ. communiter receptam, ait Soc. conſilio ducenteſimo octuageſimono, nume. primo, lib. 2. Idque etiam communiter receptum tradit poſt eos, quos alleg. Emanu. Soarez. in ſuo Theſ. recept. ſenten. litera D. nume. 367. & iſtud verum eſſet, ſi precium rei valori correſponderet, alias ſecus, vt eſt tex. in d. l. quoties, ibi, & iure æſtimatæ, & probatur ex glo. valdè ſingu. in l. 1. §. 1. ff. de ſuperfic. ſecundum Bald. Salyce. & Iaſ. in d. l. ex conuentione, Bald. in l. 1. quæſt. 5. C. commod. & Franc. de Aret. conſil. 83. incip. diligenter ponderatis; Ideo (vt dixi) caueat tunc vxor, vt appareat; quod quidem apparebit etiam, ſi conuenerit, vt fundus, licet æſtimatus, aliæve ſupradictæ res, ſoluto matrimo. reſtituantur, ad quod eſt text. in d. l. ſi æſtimatis, in d. l. quoties, & in d. l. ſi inter virum. C. de iure dor.

Hoc autem in caſu ſciendum eſt, poſſe conſenſu mulieris fundum dotalem a marito alienari, vt videtur text. in dic. l. ſi æſtimatis, & ibi tradit gloſ. in verbo, volente. ff. ſoluto matrimonio, ad idem eſt text. in l. fina. ff. de pact. dota. quam opinio. communiter receptam aſſerit Chriſtopho. Port. in dic. titu. Inſtitu. quibus non lic. alien. in princip. numero ſexto. quemque ad hoc refert Emanu. Soarez in ſuo Theſau. commun. opin. litera D. nume. 369.

Sin autem maritus æſtimatum non acceperit fundum, reſve prædictas, & alienare voluerit: Conſilium trado, Quod † penes mulieris conſenſum, 5 ipſius etiam iuramentum interuenire caueat: tunc enim alienatio valebit, vt in cap. cum contingat, extra de iureiuran. & in cap. licet mulieres, extra eodem, in 6. traditque Barto. in l. ſi quis pro reo. nume. 9. ff. de fideiuſſo. Docto. in d. princ. Inſt. quibus lice. alien. vbi tamen Port. numero nono, id verum diſputando ſentit, quoad iuramenti obſeruationem, non autem quò ad contractus confirmationem, ad idem Iaſon in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. nume. trigeſimoſexto, cum nonnullis ſequen. in ſpecie, ſub numero trigeſimooctauo, allegat dictum cap. cum contingat, & d. licet mulieres, quæ cinquit tantum loqui, quòd ſeruetur iuramentum, non quòd contractus confirmetur, eandemque habuiſſe opin Port. in §. extraneis, Inſt. de hær.

hær.qual.& differen. ibi allegat Iaſ. licet non alleget eum in dicto loco.Inſti.quibus lic.alien.& quo ſane loci ipſe Portu in fine dicit,quod licet illa opinio , ſolũ ſeruandum eſſe iuramentum , non contractum per ipſum firmari iuramentum ſit in diſputando ſubtilis; tamen in conſulendo,& iudicando ſit reijcienda: pro ut pariter talem a marito factam, cũ mulieris iurantis conſenſu,rei dotalis alienationem,validari ſenſit Pract. Papienſ. in forma libelli,in act.reali:in verbo,ueris, ac legitimis titulis,ſub nume.58. ubi de hac re tractat: & idem in for. libel. ſuper reſtit.in integ.in glo.in verbo,tunc iurauit,num.14.Franciſ.Marc.d.deciſ.327. ſub numero ſecundo, qui ita communiter teneri de iure canon. propter dic. capit.cum contingat,& dict. cap.licet mulieres,Rolan.à Valle conſi.81.ſub num. 6.uolum.2.Ioan.Bapt.Plot.in repeti.l.ſi quando.C.unde vi,ſiue in tract.de in litem iuran.§.11.numero decimo.vbi declarat id verum eſſe,dummodo vi,dolo aut metu iſtud iuramentum non fuerit extortum; ſed ſponte proceſſerit, quod prædicta canonum capitula aperte dicunt.

Verum † etiam mulier cautelam iſtã,
6 pro marito de iureiurãdo traditam, ſubuertere poterit,hoc ſcilicet modo:quando enim timuerit, ne iureiurando maritus ipſam ad conſentiendum adigat, poterit iurare prius,ſe non alienaturã: quo caſu contractus non tenebit poſtea, etiã cum iuramẽto celebratus;cum prius iuramentum poſterius tollat, vt not.in d. cap.licet,circa finem, & no. quoque Io. And.in dicto cap.cum contingat, Bart. in d.l.ſi pro eo,ſub num. 9. verſicu. pro hoc induco,Alexand.in d.l. ſi æſtimatis. ff.ſoluto matrimo.& in præcitatis locis tradit Papienſis,Ioan.Bernar.Diaz regu. 479.in princ.vbi allegat Alex. in l. duobus reis.§.idem Pompo.ff.de iureiuran. dicentem in hoc iſtam opinionem eſſe magis communiter approbatam: alias ad hoc plures tradit authoritates Iacob. Philipp.Por.libro quarto,communium concluſ. regu. 17. in princip. iſtud tamen verum eſſet, ſi ille, cui cum iuramento alienatur, non eſſet primi iuramenti ignarus; ſecus ſi ignoraret, prout tradit Bald.in conſil. 217.quem ad practicam Papienſem in prædictis locis ad hoc refert Bernard. de Landr. idemque ſenſit Ioann.Fab.in dic. princip. Inſtitu. quibus licet alien. uel non, quem ad id refert Roland. a Valle, dic. conſilio 81. numero quinto, volum.ſecundo. Port. Imolenſ.in dic.concluſ.17.verſicu.item ſublimita, & Diaz dicta regula 479. limita.ſecunda. apud quos alios Doctores ad ſatietatem vide. Quatenus autem ſuperius dixi,utile eſſe marito, ſi rem in dotem datam alienare optauerit, vt æſtimatam accipiat, ipſum etiam maritum
admonitum velim, plerunque ſua † in- 7
tereſſe, res non eſſe æſtimatas: iccirco, ne rerum periculum ad eum pertineat: maxime ſi animalia in dotem acceperit, vel veſtes,quibus mulier vtitur: eueniet enim ſi æſtimatæ ſint, & eaſdem mulier attriuerit, vt nihilominus maritus earum præſtet æſtimationem:quoties igitur non extimatæ res in dotem dantur, & meliores,& deteriores mulieri fiunt: iſta ſunt verba, & Vlpiani conſilium in dic.l.plerunque,in prin. ad quod etiam facit l.cum poſt.§.fina. ff. eodem titu. & vide quoque textum in dic. l. æſtimatæ. ff.ſoluto matrimo.& Bald.ibidem Imo. Pau.Caſtr.& recentiores,dicentes,quod licet æſtimatæ res ſint conceſſæ mulieri ad eius vſum; eaſque mulier ſuo cõſumpſerit vſu; nihilominus maritus ad earũ tenebitur æſtimationem: idque dicunt eſſe notandum, propter ruſticas mulieres, quæ illius legis modum ſeruant; quia veſtes dant, & alia ad vſum neceſſaria in dotem æſtimata, quæ poſtea conſumunt; nam ad earum rerum æſtimationem maritus tenetur:& ita quoq; ex ſupradictis Doctoribus tradit Soc. d. conſi.

conſi.289.ſub num. 1. uerſi. & ideo per illum tex. uolum. 2. in prædijs credo tutiorem eſſe æſtimationem; quia illa non tam de facili pereunt: bene poterit eſſe cautus maritus, prædia non accipere æſtimata, cum fluminis vis immineret; uel ſimilia, ex quibus præuidere poſſet maritus ipſe, prædia fieri poſſe deteriora: prædijs † namque inæſtimatis ſi aliquid acceſſerit, hoc ad mulieris pertinebit compendium; & ſi quid deceſſerit, hoc ipſius erit mulieris damno futurū. d.l plerunque, circa prin. hoc tamen unum poſtremo ſcias uelim; quod licet † res in dotem datæ ab homine non ſint æſtimatæ; ſi tamen ſint res, quæ in genere ſuo functionem recipiunt, quæque uſu conſumuntur, perinde habentur, ac ſi eſſent æſtimatæ; quoniam illæ marito pereunt, ut per gl. in d.l. æſtimatæ, per l. res. ff. de iure do. ubi etiam habetur, quod illas res maritus arbitrio ſuo diſtrahere poteſt; & ita quoque tradit ex hoc tex. glo. & ibi cum ea Bart. & Doct. in dic. authen. ſiue a me. ac ita quoque ſentit Portius Inſt. quib. l. c. alien. in prin. ſub d. nume. 7. & quod iſtud ueriſſimum ſit, probo ego ex tex. l. lex quæ tutores. C. de adminiſt. tut. iuncta l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annorum. deſumendo ex ea l. ſicut, argumentum a multo magis; ubi † pupillis magis, quàm mulieribus aduerſus præſcriptiones, faueatur; & tamē permittitur tutoribus eorum bona, quæ ſeruādo ſeruari nequeunt, alienare. d. l. lex, quæ. ergo fortius dicendum eſt, maritis ſimilia bona alienare permiſſum eſſe; uel ſi dicas etiam, non eſſe potiora iura circa uitandas præſcriptiones pupillis aſſignata, quàm in bonis dotalibus ſint ſtatuta; in † quibus pariter præſcriptio dormit. l. in rebus. §. fi. & Bald. ibi late declarat. C. de iure do. Caſtr. in conſi. 464. in caſu præmiſſo, in antiqu. Balb. in ſuo tracta. præſcrip. parte prima ſextæ, & ult. par. princ. caſu 16. num. 10. & caſu 20. num. 14. Ripa in l. 1. ff. ſol. matrimo. ſub num. 102. propterea ab æquiparatis pro ſupradictis argumentum ſumas, iurib. uulg.

9

10

11

## Caut. XCVI.

## De acquirenda, uel omittenda hæreditate.

### SVMMARIVM.

*Sepultura defuncto data an probet geſtionem pro hærede.* 1

*Gerere ſe pro hærede quando quis videatur.* 2

*Animus meus dicto meo declaratur.* 3

*Hæreditas opulenta declarat eum, qui iam defunctus eſt, & quicquid geſtioni proximum, ſed non concludens egit, ſe hæredem feciſſe.* 4

*Hæredem ſe feciſſe, vel non, eum qui aliquid egit, quod in hæreditatis aditionis conſequentiam non venit, quo modo manifeſtum fiat: quod & in his extenditur, quæ in hæreditatis aditionis conſequentiam trahuntur.* 5

*Proteſtatio ſimplex non porrigitur ad actus poſtea ex interuallo factos, ſub nu. 5. verſi. quandoquidem.*

*Hæreditatem damnoſam dubitans eſſe, quam viam tenere debeat.* 6

*Inuentarium conficiens hæres cautelā eam excludit, qua ille vtitur, qui hæreditatis ſpem habet, terminum hæreditatis adeundæ hæredi ſtatui faciendo, vt eo elapſo termino, ille, qui ſtatui ſecit, ſuam habeat intentionem.* 7

*Et per ipſum inuentarium non dicitur quis ſe gerere pro hærede, nu. 8.*

*Dilationis notificatio ſi fuerit ad domū tuam facta ſtatur iuramēto tuo, quod ad tuam notitiam non peruenerit, ſub nu. 3. verſi. & ideo.*

Gerere

1 CERERE pro † hærede quis defunctum ſepeliendo, de cuius agitur bonis, an videatur, dubium eſt: Negatiua enim probari poteſt per tex. in l. ſcriptus, in prin. ff. de relig. & ſumpt. funer. vbi tex. expreſſe inquit, quod priuſquam hęreditatem quis adeat, ſi defunctum ſepeliat, putandum non eſt, hoc ipſum feciſſe, vt pro hærede ſe gerat; Ad idem eſſe videtur tex. in l. & ſi quis. §. plerique. ff. eodem; vbi habetur, quod filij, vel alij, qui hæredes eſſe poſſunt, cum defunctos funerant, pro hærede ſe gerere non præſumuntur; tamen ne immiſcuiſſe ſe neceſſarij, vel alij pro hærede ſe geſſiſſe videantur, teſtari ſolent, pietatis gratia id eos facere; quę quidem teſtatio in illo tex. neceſſaria nō demonſtratur, ex quo antea dicitur, per talem ſepulturam geſtionem non præſumi. In contrarium autem videtur tex. in l. pro hęrede. §. 1. ff. de acqui. vel omit. hæred. iuncta l. 1. C. de repud. hæred. nā in d. § 1. dicitur, quòd neceſſarij, ſuiq; hæredes teſtari ſolent, cum parentes ſepeliunt, ſe non animo pro hæredibus gerendi, ſed pietatis cauſa id facere; eamque teſtationem neceſſariam iſtis eſſe, cum hæredes haberi nolint, videtur probare tex. in d. l. 1. C. de repud. hęred. ſuus enim hæres probare debet, ſe ab hæreditate abſtinuiſſe, licet non fecerit actus, qui in geſtionis conſequentiam trahantur; ſed duntaxat ſint geſtionis præſumptioni propinqui: & propterea dici poſſe videtur etiam, ſecundum prædicta iura, extraneos in talibus actibus proteſtari debere, qui & ſic pietate non mouentur, vt faciunt filij: ſic etiam ex prædictis iuribus dubitatio inſurgit, an ſimiles alios actus faciendo quis, ſiue filius ſiue extraneus, hæredem ſe feciſſe uideatur; Vnde huius rei inuicem contrarias affert opiniones gloſ. in d. l. pro hærede d. §. 1. in uerbo, teſtari, Dicens ſecundum Hug. eos, qui ſimilia faciunt, non teneri ad proteſtandum, ſe gerendi pro hæredibus animo non feciſſe: ſed ſecundum Io. & Azon. neceſſariam eam eſſe proteſtationem; & loquitur hæc glo. de ſuis, vt in fine eius habes; quæ tamen in hoc communiter reprobatur, vt tradit ibi Alexan. in his enim, tam quò ad ſuos, quam quo ad extraneos idem cenſendū eſt l. eum demum bonis, & ibi Bar. & doct. ff. de acqu. hæred. & Bar. idem tradit in d. l. 1. C. de repud. hæred. ſed alia glo. in d. l. pro hærede. §. ſeruos, in verbo, quid, ex Azonis mente, inquit: quòd ex actuum, rerumq; quas attingerent hi, atque ex perſonarum qualitate in omnibus hæredibus hæreditas adita, vel non adita præſumitur: huicque reſolutioni adhærere magis videtur Bar. in d. l. pro hærede, ſub nu. 2. Quod quidem glo. dictum ſecundum Iaco. de Are. Bartolus aliqualiter declarat: videlicet, quod † ſi 2
quædam ſunt res, quæ citra ius, hæreditatiſque nomen geri non poſſint: tunc ſine dubio hæres præſumitur, vt in d. l. pro hęrede. §. Papinianus, verſ. Itaq; tunc pro hærede. Et quatuor ſunt, quæ hæreditatis probant aditionē, videlicet actus acquiſitiuus, actus trāſlatiuus; actus poſſeſſiuus, & verbo facta declaratio, ut per Bal. conſ. 224. ſuper eo, lib. 2. Quare hæres adire hæreditatem intelligitur, ſi frumento, vino, alijſue hæreditarijs vtatur bonis: vel ſi quid ex defuncti bonis eroget, aut hæreditarijs creditoribus debitū ſoluat, aut a debitoribus ſolutionem recipiat, vt eſt tex. in l. ſi quis extraneus. §. interdum. ff. de acqu. hæred. ibique not. l. ſi pupillus, alias, Iulianus. §. ſi ſeruum. ff. eod. cum ſimilib. de quibus Azo in ſumma. C. de iure deliberan. ſub nu. 19. & quæ intellige iuxta tradita per Bar. in l. gerit, vbi latè per quinque principales quæſtiones hanc materiam præſumptionis aditionis, uel ne, declarat. ff. de acqu. hæredit. & uide Alexan. in l. 1. C. de iure deliberan. quos ad hoc citat Duran. de arte teſtandi, tit. 11. cau. 5. ſub nu. 1. & adde

de ad hęc notata a Bar. Bal. & Doct. in d. l. 1. C. de repud. hæred. & quæ tradunt Cynus, & Bal. in l. 1. C. qui admit. Socin. conſ. 295. nu. 1. uol. 2. & in conſ. 8. nu. 2. vol. 4. Prædicta intelligendo ſecundum tradita a Bar. & cæteris, in l. non hoc. C. unde legit. Boer. deci. 34. nu. 25. & Francis. Mar. decis. 432. nu. 1. in prima par. Et demum in hæreditate filijs delata, quando ipſi ſe immiſcuiſſe intelligantur, adde unum caſum: uidelicet, ſi poſtquàm abſtinuerint, bona paterna mala fide emerint: nam abſtentionem reuocaſſe præſumētur, arg. l. 2. C. de repud. hæred. & ibi glo. Bar. & Doct. & quando mala fide emiſſe ſit credendum, docet ibi Bar. Quædam uero ſunt res indeterminatæ, quæ poſſunt ab hærede fieri, vt hærede, & non; quo caſu gerentis ſtatur iuramento: cum illud in ipſius animo conſiſtat, arg. l. in ambiguis. 2. de reg. iur. glo. in c. cum circa, de elect. & glo. ac Felyn. in c. ſignificaſti, de homicid. eſtque bona glo. in §. aliæ, vers. Nanque, Inſtit. de action.
3 quę eſt glo. magna. vbi ait, quod † in his quæ in animo noſtro conſiſtunt, ſtatur dicto noſtro: ad idem uide Bar. in l. iter. §. recte, ſub nu. 2. ff. de furt. Alex. in d. l. pro hærede, in prin. ſub nu. 3. uers. in fine glo. & in cons. 71. in prin. uol. 1. Dec. conſ. 256. nu. 9. Et ideo dicebat Bal. in l. 2. §. pen. in fine. ff. ſi quis caut. quod ſi dilationis notificatio fuerit ad domum facta, ſtatur iuramento tuo, quo ad tui non perueneritnotitiam: Et hæc quidē, quæ dę declarando animo gerentis dicta ſunt, procedunt uiuo eo, qui talia geſſit: ſed ſi mortuus eſt, & illius hæres ipſum defunctum, cui ſucceſſit, adiuiſſe diceret, tunc Bar. ſub nu. 3. d. l. pro hęrede, gloſſæ dictum declarat: uidelicet, quod
4 ſi † hæreditas opulenta erat, adeundi animo fecisſe videtur, ſecus ſi non erat opulenta, quod ſane dictum optime comprobatur ex tex. l. 1. in fine, & l. 2. ff. de offic. procur. Ceſar. & ex eo, quod not. in l. auſertur. §. Seruus, in verbo, ſeruus adijt hæred. ff. de iure fiſci, & idem ſentire uoluit Accurs. in d. l. pro hærede. d. §. ſernos, in verbo, quid, vers. melius ergo, in illis uerbis, & ex qualitate actuum, & rerum, &c. & ex eodem colligitur clarius in l. ſi quis mihi. §. ſi ſeruus, in glo. 1. ff. de acqu. hæred. ſequuntur, & illud glo. dictum commendant Ang. & Caſtr. & idem tenent Caſtr. in l. potuit. C. de iure deliber. & Raph. Cum. in l. pupillum. ff. de acqu. hæred. & Socin. d. conſ. 8. ſub nu. 3. vol. 4. Itidem ex alijs coniecturis adita, vel non adita præſumitur hæreditas: vt ſi ſepultura data ſit defuncto, pręſumitur adita, ſi talis perſona non erat ſolita tales actus pios facere; ſecus ſi pia perſona erat, vt Bar. ait d. l. pro hærede, ſub d. nu. 3. quod & colligi poteſt ex gloſſę verbis in d. §. ſeruos, dicentis, ex perſonarum, rerum, actuumq; qualitate præſumptionem deſumi; de quibus ego quoque ſuprà dixi; & dicam etiam inferius caut. 123. ſed ut omnes iſtæ tollantur dubitationes, quando quis damnoſam eſſe credit hæreditatē, & actus vult facere geſtioni proximos; ſed non ad eā geſtionem conſequentiam inducentes: vt puta defunctum ſepulturæ tradere, vt ſuprà dictum eſt, vel ſimiliter; Remediū eſt, vt † fiat proteſtatio, animo ſe pro hæ 5
rede gerendi non facere, quod colligitur ex d. l. pro hærede, & ibi Bar. & Iaſ. ex d. l. & ſi quis. §. pleriq;. ff. de relig. & ſumpt. fun. & iſtud ſufficit ubicunque fieri, nec alterius, quam teſtium præſentia requiritur, arg. d. §. plerique. l. qui in aliena. §. ſi. iuncta glo. & Bar. & d. l. pro hęrede. §. 1. ubi glo. in uerbo, teſtati. ff. de acq. hęred. Bart. in l. Pompon. ſub nu. 1. ff. de reg. geſt. in l. non ſolum §. morte, nu. 15. & uide ibi Iaſ. ſub nu. 12. uerſ. Prima eſt quod prot. ff. de op. no. nunt. Teſtium inquam duorum, arg. l. ubi numerus. ff. de teſtib. quæ tamen proteſtatio non poteſt fieri per procuratorem, Bar. in l. Paulus, alias, per procuratorem. ff. de acq. hęre. & d. §. morte, ſub nu. 15.

ad

ad quod etiam uide Iaſ.in d.l. qui in aliena,nu.21.& ſeq.ff. de acq.hær. & alios, quos refert, & ſequitur Borgn. Caualc. in tract.de tut.& cur.ſub nu. 78. ubi hic habes eſſe communem opin. Nec cauſã requiri,ſed ſufficere pro ratione uoluntatem, inquit Bar.in d.§. morte, ſub.d. nu. 15. & in d. l. qui in aliena d. §. fin. ubi doct. Quod cautius fiet per inſtrumentum coram duobus teſtibus, vt per Bar. in d.l.ſcriptus,in prin.Et que proteſtatio etiam iuuabit,quando actus quis faciet, qui ad hereditatis aditionem concludunt ,vt probatur ex tex. & ibi glo. Bar. Io:de Imo.& cæteri omnes in d.l. qui in aliena.§.fin.de acq.hered. Pau. Caſtr. & Alex.in l.ita tamen.§.ſi pater,ad fin.ff.ad Trebellian. & prout tradit in prædicta caut.5.Duran.nu.2.tit. 11. & qui nu. 3. docet proteſtationem in futurum concipi debere; ne per actus ex interuallo factos, videatur a proteſtatione receſſum: quandoquidem ſi ſimplex eſſet facta proteſtatio,nõ porrigeretur niſi ad actũ, qui tunc fieret; vel poſteà incontinenti; non autem ad eum,qui ex interuallo fieri cõtingererit,vt per tex. in l.per retẽtionem,& ibi glo. declarat.C. de vſur. Bar. in l.item,quia.§.fin.nu.3.ff.de pact.in d. l.qui in aliena.§.fin.ſub nu.5.uerſ. & aduerte ad illud. ff. de acq. hæred. & ibi Alex. ſub nu. 4.& idem Bar. in d. l. non ſolum.d.§.morte,ſub nu. 16. de op. no. nunt.& ibidem Imo.Rom.& Alber. ubi Iaſ.ſub nu.15. uerſ. ſi tamen velis tenere concluſ. Bartoli, inquit iſtam eſſe magis communem opin. & ſub dicto nu. alios pro Bar.tenentes refert,& refert etiam ipſum Bartolum in l. Titia. §. pen. ff. de uerb. oblig. Quam quidem proteſtationem in futurum ſic concipi docet Duran.in loco ſuprà citato, uidelicet, quod dicatur;Talis proteſtatus eſt, quod ſi cõtigerit ipſum ullo unquam tempore in futurum aliquem facere actum,quo hereditatem adiuiſſe uideri poſſet, per hoc nunquam hæreditatem adire intendit; & ita tenet Bar.& Alex. in d.l. qui in aliena.d.§. fin. & allegatur ad hoc.l.ſi ita ſtipulatus a Seio. ff. de fideiuſſor. Bar. & doctor.in d.§. morte, Bar. in l. pact.i nouiſſima,& ibidem, poſt alios,Iaſ.ſub nu. 13.ad fin.C. de pact. Et circa hoc allegat etiam Duran.in loco prædicto, congeſta per Felyn. in c. cum. M. Ferranen. extrà de conſtit. ſciendum etiam eſt, quod nõ erit male factum, ſi, cum ſupradicto in caſu proteſtari uolueris, aduertas, ut proteſtatio præcedat actui : uidemus enim, quod Bartoli, Alexandri, & aliorum dicta intuentur proteſtationem pręcedentem in d. l. qui in aliena. §. fin. de acq. hæred. & ita tenet Lud. Rom. conſ. 247. Primo dici poteſt in fine, quem ad id refert Duran. d. caut. 5. ſub nu. 2. ad fin.Idque fiendum inde ſuaderi poteſt: nam ſi in actu, qui aditionem factam oſtendit,proteſtatio ſequeretur,actus ille aditionis characterem iam impreſſiſſet, qui mox per contrariam uoluntatem , ſeu proteſtationem amplius retractari non poſſet.l.1.§.decretalis, verſ. rurſum.ff.de ſucceſſo. ædicto, & l. ſicut, C. de repud.hæred.

Contrà quoque cum quis ſimile , quod hæreditatis non concludat aditionem , animo hæreditatis adeundæ facere vult , æque proteſtari debere conſilium datur : animo ſcilicet ſe adeundi id facere ? Quinimo & in his, quæ ſunt concludentia, talis proteſtatio non inconueniens erit : ſic enim omnis tolletur difficultas . Si quis autem ambigat, damnoſa an fuerit, nec ne hæreditas , Remedium erit , ut quotidie fit , quod † rerum hæreditariarum in- 6
uentarium confici curam gerat : declarando etiam ſe hæredem eſſe uelle , nam ſupra hæreditarias uires non tenebitur. l. fin. §. ſin autem dubius C. de iur. deliber. in quo etiam §. tempus declaratur , intra quod id fieri debet ; ac huius conficiendi inuentarij modum optime declarat Ioan. Dilect. de arte teſtã.

d.tit.

d.titu.11.caut.8. quem tu ibi videre apte poteris.
7 Et † ex inuentarij confectione obſtabit illi contrariæ, quæ poſſet introduci, cautioni; qua ſcilicet, dum ſimplex fieret (vt dixi) proteſtatio, de intentione non adeundi, ſiue non gerendi ſe pro hęrede, ob actum eum ſepeliendi, uel huiuſmodi, poſſet quis, cuius intereſſet, ut creditor, vel qui hæreditatem expectaret, ut ſubſtitutus, & ſimilis alius, curare, vt iudex tempus ad adeundum proteſtanti præfigeret, quo elapſo, uel amodo adire non poſſet, aut pro adeunte haberetur, iuxta tradita per Bar. ī l. quamdiu. 3. ſub num. 5. ff. de acquirē. hęr. & in l. ſi quis ſuus, ſub num. 10. ff. de iure delibe. late de hoc Ioan. Dilect. de arte teſt. d. tit. 11. caut. 7. & quam quidem contrariam cautelam tangit Bar. in d. l. ſcriptus, in princi. verſi. ſed cautela debet eſſe. & de qua re ego inſerius tractabo in caut. 109. incip. hæres ſi ſub conditione. Dixi ſupra, quando quis inuētarium facit, faciat declarando etiam ſe hæredem eſſe uelle, ut
8 num. 6. nam † per ſolam inuentarij confectionem hæreditas non dicitur adita. d. l. fi. §. ſin autem hoc aliquis. C. de iu. delib. in verſi. non recuſauerit, & ibi Sal. Alex. & Iaſ. communemque ait eſſe opin. Fran. Mar. deciſ. 29. par. 1.

## Caut. XCVII.

### De falſo procuratore, & domino impediendo, ut per eum geſta ratificare nequeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Procuratoris falſi geſta dominus, tam pro ſe, quàm contra ſe, regulariter rata et verbo, & facto habere poteſt. Quod declara, vt nu. 2. 4. 6. 7. & 9.*

2 *Ratihabitio ad inhabilem validandū nō extenditur.*

5 *Qui ſemel diſplicuit, amplius placere nō poteſt.*

8 *Procuratoris mandatum non habentis geſta, quomodo fiat, ne rata per dominum haberi poſſint, & nu 11.*

10 *Actus contra abſentem non contumacē factus, nullus eſt.*

*Donationis inſinuandæ facultas, quamuis ſit perpetua, tamē ſi inſinuationis defectus fuit oppoſitus, illa facultas perit. ſub nu. 8.*

*Moræ purgatio, poſt factam oppoſitionem non admittitur, ſub nu. 8. uerſ. ſic & videmus.*

GEſta per falſum † procuratorem dominus regulariter rata habere poteſt; ratihabitio enim mandato comparatur. l. licet. ff. de iud. l. ſi fundus. §. 1. ff. de pigno. l. 1. §. ſed & ſi cum quis. ff. de vi, & vi arm. l. uero procuratori, in fi. & l. ſolutam. ff. de ſolu. l. hoc iure. §. 1. ff. de reg. iu. l. fi. C. ad Macedo. l. antepe. circa fi. C. de don. inter uirum, & vxo. & hæc eſt vno omnium ore recepta, & indubitata concluſio, quã & præſupponit tex. in l. non ſolum. ff. de procur. & toto tit. ff. rem ra. hab. tradunt Soc. reg. 209. litera G, Boe. deciſ. 281. nume. 14. Iaſ. conſi. 136. colum. 6. in princ. verſi. non ob. dum dicebatur, uol. 4. quē refert Rolan. a Valle conſi. 71. num. 17. uolum. 2. Dec. conſi. 58. ſub num. 1. dominus meus Ioan. Ceph. conſi. 586. ſub num. 9. d. Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſu 32. num. 1. & alij prope infiniti. Et iſta quidem ratificatio non verbo ſolum, ſed facto quoque declarari poteſt. l. Paulus reſp. alias, non tantum. ff. rem rat. habe. Deci. conſ. 449. num. 34. conſi. 486. nu. 12. & conſi. 586. num. 13. Rolan. a Valle conſi. 4. num. 12. volum. 2. quin nō ſolum contra ſe; ſed in ſui quoque fauorē ratificare poteſt dominus, ut probat tex. in d. l. licet. ff. de iud, dum generaliter loquitur, & ideo generaliter quoque ſit intelligendus, vulg. l. de precio. ff. de publ.

in

in rem act.probat etiam tex. in d.l. uero procuratori,in fi.de ſolut.& d.l. hoc iure.§.1.de reg.iu.dum dicunt ratihabitio nem mandato comparari.& ideo gl.in l. ſi mater.§.hoc iure.ff. de exce.rei iud.tenuit dominum ratificare poſſe ſententiā ſui fauore latam, falſo procuratore inſtā te,quam ibi ſequitur Bar.quoque & Docto.in d.l.licet.de iudi. & hæc eſt magis communis opi.ut per Alex.in l. licet. C. de procur. & ibi quoque communē tradit Iaſ.num.10.& communem quoque habes ex Fel.in c.cum cauſam,nume. 9. ext.de iud.Sebaſt.Vant.in tract. de null. proc.in ti.quib.mod.ſent.nulla reparari poſſit,nume.102. qui tamen nonnullos in contrariam partem refert:ſicque opi. præd. magis communiter teneri ex Ale. in præcitato loco ſenſit Franci.Turzan.ī ſuis cōm.opinio.opi.92.in ver.ſecus tamen.& cum hac quoque pertranſit Menoch.d.caſu 32.num.3.& magis quoq; communem tradit ex Alex. & Turzano vbi ſupra,Eman.Soar.in theſ.recep.ſen. litera P,nume.320. id autem procedere intellige,vt ratum habeat dominus cum primum certior factus eſt.l.ratum.ff. de ſolut.l.quo enim. ff. rem ratam haberi. quod tamen cum aliquo temporis ſpacio,arbitrio iudicis relinquendo,qui illud præfiniat,accipi debet,vt probat tex. d.l.ratum,& d.l.quo enim,tradit Iacob. Concenna lib.1.q.iuris.c.3.num.6. Afflict.c.1.num.21.ex quib. ca. feudū am. quos refert,& ſequitur Menoch.d.caſu, nu.2.& in fi.

2 Quod † autem dictum eſt de facultate domino tradita,qui ratum habere poteſt,quod a falſo procuratore geritur,declaratur, ſi illud, quod ante mandatum actum fuit,aliquo iure valere potuiſſet: quia tunc ratihabitio mandato comparatur,& retrotrahitur,ut per Bart. in l.obſeruare,nume.4.ff.de offi. proconſ. exēplum,quia ſi ille, qui procurator non erat, erat tamen ad mandatum ſuſcipiendum habilis perſona,geſta per eum ratihabitione conualidari poſſunt;ſecus nō, prout declarat gloſſ.1.in d.l.licet,quam etiam ibi ſequitur Bart.ff.de iudi.qui ad hoc no.facere inquit.l.1.§.cæterum.ff.d acquir.poſſ.Inn.in c.ex parte decani, de reſcrip.Abb.c.1.num.24.ext.de ſent. & re iud.Iaſ.in d.l.licet.C.de procu. ſub d. num.10.limit.12.huius rei rationem in promptu affert Barto.in loco præcitato: quia negotium per ſimilem inualidam, & ad mandatum ſuſcipiendum inhabilem perſonam agitatum, in alio peccat, quàm in domini conſenſu;unde per ſuperuenientem conſenſum nihil ratihabitio proficere poteſt; nam † ratihabitio 3 ad inhabilem validandum ſe non extendit;& uide quoque pro iſta limitatione, quod not.Innoc.in c.prudentiam, & ibi Panorm.ſub num.19.de offic dele. Dy. in reg.ratihabitionem,ext.de regu.iu. in 6.Ioan.And.in reg.ratum,in Mercu. ſed & ſi † procurator per dominum eſſet re 4 uocatus, qui poſtea domino ignorante geſſiſſet, eo caſu etiam ratihabitio geſta non conualidaret; qui † enim ſemel di- 5 ſplicuit,non poteſt amplius placere.l.Pōponius ſcribit,& quod ibi no.ff. de neg. geſt.& l.diſpenſatorem.ff. de ſolu. & ita Ang.& Caſtr.tenent in d.l.licet,de iudi. ſequuntur Soc.in d.reg.209.limit. 2. & Iaſ.in d.l.licet.C.de proc.ſub d.nu.10.limi.3.quinimmo † ſi per falſum procu- 6 ratorem coram Principe,uel iudice alio, (veluti ſenatu) principis repræſentante perſonam, quicquam geſtum eſſet, id mox ratificari,propter obreptionem,nō poſſet,ita Bal.in l.falſus.C.de fur. quem ſequitur Caſt.in d.l.licet.ff.de iud. ut refert Apoſtil.ad Bar.ī ipſa l.licet, litera E, in verbo,generaliter. quod quamuis reprobari per Doct. nonnullos, videlicet Card.Imol.& Panor.in c.nonnulli.§.pe. de reſcr.dicat ipſa apoſt.ad Bar.Iaſon tamen in d.l.licet.C. de procur. ſub num. 10.verſicu.octauo limita, quem uidendum eadem additio ad Bar.monet,uidetur cum Bal.tenere, prout & cum eo tenuit

nuit Iacob.de S.Geor. in tractatu feuda-
li,in verbo,princeps,uerſicu.ſed an prin
ceps,ibi ſexta ſpecialitas, Boer. d. deciſ.
281.num.14.Soc.d.reg.209.lim.3.ſub
qua regula alias quoque tradit ad ipſam
limitationes, prout & Iaſ.d.l.licet. C.de
procur.ſub d.num. 10.13.tradit limita-
tiones, quas penes eoſdem facile uidere
poteris:nec ego hic eas omnes inſero,ne
ab inſtituto meo diuertam: duas tamen
alias harum limitationum ponam, quæ
ordini,& propoſito noſtro conueniunt:
prima eſt, quòd † ſi aduerſarius contra
falſum hunc procuratorem à principio
8 proteſtatus ſit,quòd cum ipſo litem age
re non intendit,niſi quatenus legitimũ,
& ſufficiens habeat mandatum, geſta p
eum ratihabitione valida fieri poſtmo-
dum non poterunt,ad quod Soc.in præ
citata reg.209.limit.1.allegat tex. ubi di
cit eſſe caſum ſingularem ſecundum u-
num intellectum, in l.inter quos.§.alie-
no.ff.de dam.infect. & ita notare ait An
ge.in d.§.alieno: quodque aliàs a ſeipſo
Soc.obtentum fuiſſe aſſerit; ſic etenim
mandati defectu oppoſito ratihabitionẽ
nil operari tradit Ang. in §.item ſi,colũ.
antepen.Inſtit.de except.Iaſ. in d.l.licet,
ſub num.10.lim.1.C. de procur. Fel.in
d.c.cauſam,ext.de iud.Balb.deciſ.348.
num.7.Ceph.d conſi.586.nu.10.com-
munemque profert Eman. Soar. in dic.
theſ.recep.ſenten.litera P,num.319.erit
9 igitur pro aduerſario conſilium,ut † cõ-
tra hanc procuratoris, mandatum nõ ha
bentis,perſonam opponat,ſeu proteſte-
tur, ad hoc vt poſtea dominus ratum ha
bere nequeat, quod conſi. habes etiã ex
Bar.in d.§.alieno,nu.4.& circa hoc vide
quæ inferius dicam in litera M,cau.158.
incipiente mandatum indubitatum: &
pro iſto remedio facit illud,quod tradit
Coru.conſi.221.nu.2.li.1. & conſil.99.
nu.5.verſ.tamen his non obſtantibus,li.
4.dicens, poteſtatem inſinuandæ dona-
tionis,quamuis ſit perpetua, non eſſe ta
men admittendam,ſi inſinuationis defe
ctus fuit oppoſitus, ſic & uidemus non
admitti moræ purgationem poſt factam
oppoſitionem,Crauet. conſi.246.num.
5.verſ. tertio mora,poſt alios per ipſum
adductos.

Itidem poſtremo, & hãc addo ad ma
teriam noſtram fallentiam;quod † quã 9
do actus pro falſo procuratore emanat⁹
contra abſentem citatum eſſet, domin⁹
tunc actum eum ratum habere non poſ-
ſet: namque citatio ad falſi procuratoris
inſtantiam facta, aduerſarium illum ar-
ctare non potuit:unde † actus contra ab 10
ſentem non contumacem factus, ratio-
ne defectus ſolennitatis,nullus eſſet.l.ea
quæ.C.quom.& quan.iu.ergo dominus
actum illum nullum, per ratihabitionẽ
alicuius momenti facere nequit: ita not.
limitat Ang.in d.l.licet.ff.de iud. referẽs
quòd eo audiente ita limitabat Bal.& ꝙ
opinio hæc eſt ueriſſima, quam etiam ſe
quitur Caſ.in eadem l.licet, ut refert Iaſ.
in d.l.licet.C.de procurat.ſub d.nu. 10.
limit.7.quapropter illi conſilium trado
qui *falſo procuratore inſtante citatur*, ſi
ipſum eſſe falſum uere ſcit:ut † nõ com 11
pareat; quoniam licet actus aliquis ad-
uerſus eum fieri contigerit,nulliter, &
infructuoſe illud agetur: neque enim
per domini ratihabitionem ualidus fie-
ri poterit.

## Caut. XCVIII.

### De hærede deliberante,& hæreditariorum inſtrumentorum copiam deſiderante; & ut hæres potius inuentarij beneficio, quàm deliberationis utatur.

*SVMMARIVM.*

*Deliberans hæres ſuper hæreditate adeunda a creditoribus inſtrumentorũ hæreditariorum copiam petere poteſt &*

*& quomodo illos ad edenda instrumẽta compellat nu.2.*

5 *Inuentarij confectionem tutiorem eſſe hæredi, quàm deliberationem.*

*Et quomodo fiendum ſit, remiſſiue, numero 4.*

5 *Inuentarij factio non arguit hæreditatis aditionem: & ideo datur conſil. vt declaret hæres, num.6.*

1 Haerede deliberãte † inſtrumẽtorum hæreditariorum copia a creditoribus peti per ipſum hæredem poteſt.l.Ariſt. ff.de iure deliberan.& l.Ariſto.ff. de acqui.hæred. ſed ut creditores ad hanc faciendam copiam impellantur, remediũ tradit Barto.in d.l.Ariſto.de iure delibe.
2 numero 2. ut ſcilicet † deliberans hæres procuret, quòd proclama fiat, quòd quicunque inſtrumenta habet hæreditaria, uel aliquid ab hæreditate habere debet, intra talem oſtendat diem, aliàs ſibi præiudicat, ad quod Bar. adducit tex. in l.1. §.cum dicitur.ff.ſi cui plus, quam per legem falc.& ibi glo.probat, in uerbo, cæteris, & idem tradit Maran.de ordi.iudi. par.1.6.partis prin.uerſi.propoſui, aliàs citatio, num.168.conſulo autem ego, ut
3 † hæres, deliberatione omiſſa, inuentarium conficiat; quia tunc ſecurus erit, ſe ultra hęreditarias non teneri uires, prout eſt tex.in l.fi.§.ſinautem dubius. C.de iure deliberan.quod quidem inuentarium ad aliud etiam erit proficuũ, prout paulo ante dicebam in caute.96. numero 7.
4 in † inuentarij autem confectione quid ſeruandum ſit, pulchre habes apud Ioã. Dilectun. de arte teſtan.tit.11.caut. octa
5 ua, ubi uide: quia † uerò ſola inuentarij confectio, abſque alia declaratione, non arguit geſtionem pro hærede, ut probat tex.in dic.l.fina.§.ſinautem hoc aliquis. C.de iure deliberan.& ibi Salyc.Alex.& Iaſ.quos refert, & ſequitur Franc. Marc. qui communem hanc opi. concludit in deciſ.29.par.1.ut & aliàs in d.caute.96. in fi.dixi.iccirco † hæres qui uoluerit a- 6
dire hęreditatem, inuentarium conficiẽs declaret animum ſuum; ſe videlicet facere ipſum inuentarium animo hæreditatis adeũdæ, ut & ita practicari uidiſſe ait Marc.d.deciſ.29.in fi.

## Caut. XCIX.

### De parentibus pro infantibus filijs adeuntibus, & de tranſmiſſione hæreditatis infantis non aditæ ad parentes ſuos.

*SVMMARIVM.*

*Pater poteſt infantis nomine hæreditatem adire, & quid ſeruandum ſit, numero 2.* 1

*Et amplia quod dicitur de infante, locũ habere etiam in infante ſui iuris, ut numero 6.*

*Pater, ſi uiuente infante eius hæreditatem adire neglexerit, talis hæreditas ad ipſum patrem tranſmittitur. Quod amplia ut nu.5.* 3

*Pater tranſmiſſa ſibi infantis defuncti hæreditate non adita, quomodo ipſe eã adeat.* 4

Haereditatẽ † pater infantis nomine adire poteſt.l.ſi infanti, in princi.C.de iure del.quem tex.ad hoc ſingu.nec habere concordantem in iure tradit ibi Iaſ.quo caſu Bar.ibidem, num. 1
ſecundo inquit, quòd † quando adit ui- 2
uente infante eius nomine pater, dicat, quòd hoc facit infantis nomine, tanquã eius legitimus adminiſtrator, & ſequuntur ibi Sal.& Iaſ.ĩ prin.ſed † ſi pater ipſe 3
in uita ĩfantis adire neglexerit, hæreditas non adita ad patrẽ, quandocunq; infans decedat, per infantem tranſmittitur. d.l. ſi infanti.§.ſed ſi hoc parens, quem pariter tex.ad hoc eſſe ſingu.tradit ibi Iaſ.numero ſecundo, ad idem Bartol.in l.cum

antiquioribus,ſub numero ſecundo. C. eodem.quo caſu(vt inquit Barto. in dic. l.ſi infanti, numero tertio,) non debet
4 † dicere pater, quod infantis nomine; ſed quod proprio adit;& ob ius ſibi per mediam infantis perſonam competens: ad quod tali eueniente caſu parentes ad
5 uertant:intantum †autem iſta infanti de lata hæreditas,etiam non adita, ad patrē tranſmittitur, ut excludat uulgarem ſub ſtitutum filio datum, prout uoluit Co. conſil.119.in princip.incipien. Ioannes inſtituit Ioan.quem refert d.Pet.Pau. Pariſ.ad Barto.in dic.l. ſi infanti, in prima eius apoſtill. itidem quæ de infante hoc
6 dicta ſunt, amplia † procedere etiam in eo infante,qui ſui iuris ſit,ut habetur in tex.dic.l.ſi infanti,uerſic.ea uero, quod ſingularius eſt,ut ibi tradit Iaſ.ſub num. ſecundo.verſicu. & fortius. Hæc pauca de infantibus, qui extraneæ perſonæ hæreditatem ad parentes tranſmittūt: Quid modo ſit de infantibus, & alijs liberis in poteſtate poſitis,circa tranſmittendā parentum ſuorum non aditam hæreditatē diximus ſupra caut.75.numero ſexto,tā quoad tranſmiſſionem ad liberos fiendam,quam ad extraneos: & ibi quoque dictum eſt de hæreditatis tranſmiſſione ad extraneos delatæ, ſed non aditæ; de quo etiam erit præcipua materia inf. cautе.102.ubi conſilium dabitur, quomodo agant iſtorum extraneorum hæredes quando ad eos non erit tranſmiſſa hæreditas,ut ipſam nihilominus conſequantur.

## Caut. C.

## De eo,qui aliquem ſibi hæredem facere permittit.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum hæreditatis relinquendę inutile eſt.*

*Amplia ſub eod.nu.verſicu. Et adeo, & verſi.adeo.*

*Pro hoc autem remedium datur, numero 3.*

*Donatio omnium bonorum pręſentium, & futurorum non ualet.* 2

*Pœna adiecta in contractu,qui fit in his quæ pręter legem ſunt, utiliter adijcitur:ſecus in his quę ſunt cōtra legem: nam nec valet pactum nec pœna debetur.ſub nu.1.uerſi.licet enim, & verſ. ſi tamen.*

Hæreditatem ſuam alicui relinquere promittens, nihil omnino ſibi præiudicat: quia ea promiſſio contra bonos mores eſt, cum liberam teſtandi auferat facultatem, & ideo non ualet.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerbo. obligatio.l.cum donationis.C.de tranſact.l. ex eo.C.de inutil.ſtipulat.facit tex.l generaliter.ff.de uerb. obligat. & iſtud tradunt omnes in dic.l.ſtipulatio,& in l.f.C. de pact. quod eſt abſque ulla dubitatione apud omnes manifeſtum: & adeo iſtud procedit,vt neque pœna promiſſa ex tali promiſſione debeatur,dic.l.ſtipulatio, quia contra leges,& bonos mores eſt(ut dixi)talis conuentio: licet enim quando quid,quod non eſt contra, ſed præter legem,promiſſum eſt,& pœna adiecta,pęna ipſa ſaltem debeatur.l. ſtipulatio iſta. §.alteri,iuncta ibi glo.Bart. & alijs. ff. de uerbo.obliga.not.glo. & ibi Barto. in d. l.generaliter.ff.eodem,not. glo.in l.non dubiū,in uerbo,ob id,in fine,& ibi Barto.circa finem.C.de legibus.glo.Bart. & alij in l.pacta, quæ contra. C. de pactis. idemque tradit Barto.in l.pen.ſub num. primo,& nono.C. eodem de pact. dum dicit, quod licet non ualeat pactum, ut quis coram iudice non ſuo litem ſuſcipiat.l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdict.omn. iud.(iſtud declarando, ut ego dixi ſupra in cau.93.)quia tamen pactum iſtud nō eſt contra, ſed præter legem, pœnæ pa- 1

ctum

ctum acceſſorium ualebit: & ita Barto. ſequuntur Doct. ut d.l. pen. tradit Philip. Dec. ſub nu. 20.

Si tamen contra legem, & bonos mores pactum factum ſit, neque etiam quo ad pœnam ualebit. d.l. generaliter, & l. Titia. ff. de uerb. obl. cum ſim. de quibus gl. in d.l. ſtipulatio, & eſt quoque tex. in d.l. pacta, quæ contra. C. de pac. & dic. l. non dubium. C. de legib.

Adeo ut neque etiam iureiurando promiſſio ſupradicta, de hærede inſtituẽdo, vllum robur accipiat. c. non eſt obligatorium, de reg. iu. in 6. Bar. & communiter Doct. in d.l. ſtipulatio. ff. de uerb. obli. & in d.l. fi. C. de pact.

Et propterea etiam tenent Doct. in d. 2 l. ſtipulatio, & in dic. l. fina. non † valere omnium bonorum donationem præſentium, & futurorum, quia tolleretur teſtãdi facultas, quod contra bonos mores eſt, ut dixi, & de qua materia ſupra late tractaui in litera D, caut. 51. unde ibi de hoc uide.

Cæterum ut hæreditatem ſuam quis ualide promittat, remedium optimum 3 eſt; quod † donatarius ab ipſo donante omnia bona ſua poſt mortem ſtipuletur ea enim promiſſio ſuſtinebitur, ut uidetur eſſe tex. in l. prima. C. ut act. ab hęre. & con. hær. incip. per quem tex. ita ſenſit glo. in d.l. fina. in uerbo, accommoda uerit, in fine. C. de pact. quam ibi Bart. & communiter Docto. ſequuntur. ubi Barto. addit pro hoc tex. in l. hæreditarium, de bon. auth. iud. poſſ. & ſimilis eſt text. in §. ita autem ſtipulatio concepta, Inſtit. de inut. ſtipu. iunge tex. in §. poſt mortẽ, Inſtitu. eod. & glo. quoq; iſtam opinionem ſunt ſecuti Roma. conſi. 26. pro deciſione, in primo dubio, Ang. conſ. 175. viſis, colum. prima, quos cum d. glo. tenentes refert Dec. d.l. fina. ſub num. 19. & hanc glo. opinio. communiter ſequi Doct. inquit Dec. conſi. 578. nume. 7. in fine, quique num. 8. ibidem idem conſilium tradere uidetur: ita etiam communiter teneri teſtatur Imo. in rub. extra de teſtam. nu. 5. Iaſ. conſi. 5. colum. 6. uerſic. non ob. tertium, lib. 3. Curtius Iun. conſil. 81. nu. 3. quos refert, & ſequitur Iul. Clar. in §. donatio. q. 19. uerſi. ſed quid ſi quis; eam ſubdens rationem: quia talis ſic promittens, ea non obſtante promiſſione, ſeu donatione, alium poterit inſtituere hæredem: qui licet poſtea, iuxta factum pactum, hæreditatem reſtituere teneatur: tamen falcidiam detrahere poterit, vt eſt tex. (quem ad id alleg. Bar. in repetit. d.l. fi. uerſi. nam ſecundum. gloſ. in l. in donationibus. C. ad legem falci. hic tamen aduerte, quòd ſecundum Cagno. in d.l. fina. ſub num. 216. uerſic. non eſt recedendum: quando ſimpliciter omnia bona poſt mortem promittit aliquis, futura non ueniunt, per textum, potiſſimum huius rei fundamentum. l. ſi ita. ff. de auro, & argen. leg. per quem etiã tex. alij ante eum ſic tenuere; quodque propter eundem tex. & ob l. fi. C. quæ res pigno. oblig. poſſunt, quę contrarium probare uidetur, cogitãdum relinquit in d. l. fina. Curt. Iun. ſub nu. 47. licet ipſe antea non uenire futura tueri uelle uideatur: mihi placet Cagnoli, & aliorum opinio. per d.l. ſi ita, iunctis his, quæ not. in d.l. fi. C. quæ res, &c. in gl. 1. bene uerum eſt, quòd etiam in tali ſtipulatione ualide, & utiliter poterunt futura quoque includi, per ipſum Cagno. & quos refert ſub d. num. 216. ad fi. & ita quoque intellexit Clarus in d. §. donatio. d. uerſ. ſed quid ſi quis. dum ipſe ponit quæſtionẽ de omnibus bonis præſentibus, & futuris, & quidem rationes Bart. & aliorum pro tuenda præd. gloſſæ opinione adductæ, aptantur etiam in caſu iſtius donationis bonorum præſentium, & futurorum, quæ poſt mortem eſſet collata: unde idem ius reſultare debet, iuribus uulga. an modo ſtatutum ualeat auferens teſtandi facultatem, dixi ſupra caut. 92. numero 29.

## Caut. CI.

## De hæreditate, ſiue legato in alterius voluntatem conferendo.

### *SVMMARIVM.*

1 *Voluntas aliena in vlt.voluntatib. non exquiritur.*
*Limita, vt nu.2.3.*
*Conſiliumque traditur, quo hæreditatē, aut legatum alienæ quis valeat ſubijcere voluntati, nu.4.6.8.*
5 *Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent.*
7 *Verba quæ boni viri arbitrium, quæve liberam ſignificent voluntatem.*
9 *Electio ſi vni eſt commiſſa, poteſt ſe ipsū eligere.*
*Amplia nu.10.13. Declara ut num.15 & 16.*
*Item ſi pluribus eſt cōmiſſa poſſunt vnum ex ſeipſis eligere, nu.17. intellige, vt nu 18.*
*Et ob id teſtatori conſi.datur nu.19.*
11 *Iudex poteſt ſeipſum in depoſitarium eligere.*
12 *Caritas prima incipit a ſeipſo.*
14 *Prælati poſſunt de eccleſiæ redditibus conſanguineis indigentibus ſubuenire.*

1 HAereditatem, ſiue † legatum in
alterius uoluntatem conferre
quis non poteſt; puta ſi teſta-
tor dixerit; Titium, ſi Sēpro-
nius uoluerit, hæredem inſtituo: uel Ti-
tio, ſi Sempronius uoluerit, decem do,
lego l.illa inſtitutio. l. captatorias, & ibi
no.& l.clemens.§.ſi ita, & quod ibi not.
ff.de hær.inſt.l.captatoriæ.ff. de leg. 1.l.
captatorias, ibique no.C.de teſtam. mil.
vbi dicitur, quòd etiam in militis teſt.ca
ptatoria uoluntas non procedit.

Iſtud † tamē fieri poterit, ſi uelate, & 2
non explicite voluntatem ſuam in ſimili
caſu teſtator demonſtrauerit; puta ſi di-
xerit; Titium inſtituo heredem, uel ei le
go, ſi Sempronius capitolium aſcende-
rit, uel ſimiliter, ut eſt tex.in l. ſi quis Sē-
pronium.ff.de hær.inſt.in l.1. & ibi glo.
& Scrib.de leg.2. ac in l. nonnunquam.
ff.de cond.& demon. Bene † uerum eſt, 3
quòd in his, quę ad pias cauſas relinquū
tur, talis relinquendi modus (ſi Titius
voluerit) admittitur.c.cum tibi, ext.de te
ſtam.probat tex.in l.fideicom.n.libertas
ita.ff.de fideicom.liber.& ita inquit Bar-
to.in repet.l.1.num.64.C. de ſacroſanc.
eccl.idem in conſil.5.uiſa quadam, nu-
me.2.& conſi.ſeq.ſub num. 1. par.1.&
idem tenent Bar.& Bal.in d l.captatorię
de lega.1.Bald.in d.l.illa inſtitutio, & in
c.ſi pater, in mat.compendioſæ, ext.de te
ſtam.in 6.& alij, de quibus Iaſ.in d.l. ca-
ptatorias.C.de teſtam.milit. numer.12.
ubi magis communem opi.inquit Abb.
conſi.32.numero 3.lib.2. Alexan.conſi.
14.numero 10.libro primo. hanc quo-
que opinionem tradit eſſe communem
Dec.in d.l.captatorias, ſub num. 20. Iaſ.
conſi.110.num.3.lib.1.Duran.de ar.te-
ſtan.titu.6.caut.8.ſub num.1. & alij nō-
nulli, quos ad hoc afferunt Iulius Cla.§.
teſtam.q.6.uerſic.quarto infertur, & E-
man.Soar.in ſuo theſau.recep. ſent. lite-
ra C, num.9.& iſtam eſſe magis commu
nem canoniſtarum opi.teſtatur Soc.con
ſi.49.num.10.lib.4.ea ſcilicet ratione id
introductum inquit ibi Soc.quia cū hęc
ſit ſimplex iuris ciuilis prohibitio, non
impedit, quo minus, ea non obſtante, ua
leāt ad pias cauſas relicta: ideoque ſtatu-
to etiam contrarium induci poteſt; cum
ciuilis ratio ciuilia iura tollere poſſit. §.
ſed naturalia, Inſtitu. de iure natu. gent.
& ciui.& facit tex.in l. nihil tam natura-
le.ff.de regu iur.quod & tradit Socin.di
cto conſil.quadrageſimonono. ſub dic.
numero 10. quatenus igitur ſuperius di-
ctum eſt, uelate in alienam uoluntatem
diſpo-

diſpoſitionem ſuam teſtatorem confer-
4 re poſſe, cautum † ipſum tali in caſu mo
neo eſſe, ne expreſſe id agat; ſed per ſimi
lem ſupradictam tacitam, & uelatam uo
luntatem, atque non explicatam; ſolet e-
5 nim regulariter dici; expreſſa † nocent,
non expreſſa non nocent. l. expreſſa. ff.
de reg. iu.

6 Idem † quoque erit, ſi per verba boni
viri arbitrium ſignificantia teſtator uolũ
tatem ſuam in alterius conferat uolunta
tem. d. l. 1. & ibi Bar. de leg. 2. Ang. in
l. fina. C. de fideicomm. Iaſ. in d. l. capta-
toriæ, de leg. 1. num. 9. & in d. l. captato-
ri, ſub num. 10. C. de teſtam. mil. & eſt
communis opin. vt per Abb. conſi. 4. in
fine, lib. 6. & Duran. d. caut. 8. ſub nume.
7 3. ubi uerſi. & uerba, ſubdit, uerba † bo-
ni uiri arbitrium ſignificantia, eſſe hæc;
uidelicet, ſi placebit; videbitur, putaue-
rit, æſtimauerit, ſecundum conſcientiam
ſecundum diſcretionem: illa autem, quæ
meram, & liberam uoluntatem ſignifi-
cant, eſſe uerba, ſi voluerit, ſi libuerit, &
alia, de quibus Doct. in l. ſi ſic, de leg. 1.
& per Abb. conſi. 110. lib. 2.

8 Eſt & aliud remedium, quod † ſcili-
cet teſtator in alterius voluntatem nõ le-
gati ſubſtantiam, ſed perſonæ; quæ com
modum ſit habitura, nominationem cõ
mittat; puta ſi ex certo quodam perſona
rum deducto genere, pauperum ſcilicet
familiæ, aut huiuſmodi, illi uel illis ex
eis quid teſtator relinquat, quẽ uel quos
Titius nominarit, aut elegerit; tunc enim
talis ualebit diſpoſitio: quoniam ſola no
minatio, aut electio in alienam erit colla
ta perſonam; non uerò legati pondus, &
ſubſtantia, tex. eſt in l. utrum. §. primo. ff.
de rebus dub. l. ſi quis Titio. §. primo. l.
cum quidam, ſecunda l. unum ex fami-
lia, & l. cum pater. §. hæreditatem, & §. a
filia. ff. de legat. ſecundo. Barto. in d. l. illa
inſtitutio, numero nono. ff. de hæredib.
inſtitu. & in dic. l. captatoriæ, & ibi Caſt.
& Iaſ. numero nono. ff. de legat. primo.
Alexand. & alij Docto. in dic. l. capatato-
rias. C. de teſtamen. milit. & nonnulli a-
lij Doct. de quibus Duran. dic. cau. octa-
ua, numero quarto, ſecus autem eſſet, ſi
nullo perſonarum deducto genere quis
in alienam conferendo uoluntatem di-
ſpoſuerit; puta ſi diceret; inſtituo quos
Titius elegerit: quia talis non ualeret in-
ſtitutio. dic. l. illa inſtitutio. ff. de hæredi.
inſtitu. & Dec. in dic. l. captatoriæ, nume
ro undecimo, ubi etiam tractat de hac
tradita facultate electionis alicuius ex
certo perſonarum genere, numero duo-
decimo. C. de teſt. mil.

Eſt autem † hic ſciendum, quòd ſi v- 9
ni fuerit commiſſa electio prædicta, di-
ſtribuendi ſcilicet, aut inter illos paupe-
res, aut inter eos de familia, quos talis
nominarit, aut inter alios huiuſmodi, &
ille, cui fuerit electio commiſſa, unus ip-
ſe quoque ſit ex eo perſonarum genere,
ſe ipſum etiam eligere poterit, ſecũdum
Paul. de Leaz. in clemen. unica, de teſta-
men. Docto. moderniores in cap. fina. de
teſt. in ſexto. Socin. conſi. vndecimo, ſub
numero ſexto. uerſicu. quinimo, lib. pri-
mo, Ioan. Dilect. de arte teſtan. titu. ſepti
mo, de tutore, & executore, caut. decima
numero quarto. Ripa in tract. de peſte, ti
tu. de remed. ad conſer. vbert. ſiue in ca-
pit. deuenio, numero 164. quod & eru-
ditiſſimo Gabrieli Paleoto hodie Cardi-
nali meritiſſimo, uiſum fuit, in tracta. de
noth. & ſpur. capit. 44. ſub numero quar
to, uerſicu. quocirca; qui dixit, quòd † ſi 10
executori commiſſum fuerit a teſtatore,
ut bona inter pauperes diſtribuat; de eis
poterit in ipſius executoris filium ſpu-
rium erogare, quantum ſit eidem ſpurio
ſatis futurum pro alimentis, ſi executor
ipſe uere pauper ſit, euidensque eius ſit
inopia: ſic & pro hac ſententia poſſe
ſe ipſum eligere executorem, facit quod
uoluit Fulgoſius in l. ſi fideiuſſo. §. fina.
ff. qui ſatiſda. cogant. qui tenuit, quòd
† iudex poteſt ſe ipſum eligere in de- 11
poſitarium; & ita Fulgoſius ad hoc
refert Apoſt. ad Bartolum in l. pla-

ne.ff.quod cuiuſque vniuerſ.licet autem
contra prædictam ſententiam nonnulli
ſenſerint,glo.in d.l.plane,&ibi Barto. li
cet ſit in aliquibus codicibus corruptus,
dum ſecundum glo. quærens utrũ quis
poſſit ſe ipſum eligere,dicit,quòd glo.te
net,quod ſic; nam loco illius dictionts,
affirmatiuæ,ponẽda eſt negatiua,ad hoc
vt cum glo.ſecundum quam reſpondet,
conueniat,quod & aperte tradit ipſe Bar
to.glo.prædictam allegans,in l. ſi conſul
in fine.ff.de adopt.idem Bar.in l.ſi man-
dauero.§.ſi tibi.ff.mand. Panorm. in ca.
fi.de inſtitu.& alij nonnulli:tamen opi-
nio.Pauli de Leaz.Soc. & aliorum verio
12 rem, ego exiſtimo: quoniam † prima,
ordinataque omnis caritas incipit à ſe ip
ſo.c.3.de ſup.neg.præla.& ibi glo.ca. 1.
& fi.ext.de poſtu.c.ſi non licet, 23.q.5.
de pœ.diſtinct.3.cap.qui vult.ſic & Eſa-
ias.c.68.nu.7.inquit. cum videbis nudũ
operi eum, & carnem tuam ne deſpexe-
ris,ſic legitur in meo codice; Soc.autem
in præcitato loco,ſic legit; uidelicet, dũ
tamen carnem tuam non deſpexeris. Et
Seneca libro 2.de beneficijs,dabo egeno
non vt ipſe peream:& idem habetur Ec-
cleſiaſt.c.33.num.20.&22.& Caſſiod.
etymolog.lib.1.cap.14. Tunc de exteris
cogitandum eſt, cum ſe ratio propriæ ne-
ceſſitatis expleuerit: Ad idem eſt text. &
ibi glo.fina.& Bald.in l.præſes.C.de ſer-
ui.& aqua; vbi glo. illa ait in Alpibus di-
ci,ille perit,qui ſe plus diligit ullum; ea-
13 dem fere † ratione executor iſte ſuos po
terit eligere conſanguineos, ut eſt etiam
tex.in cap.eſt probanda,86.diſt. Petr.de
Anch.conſi.387. in themate: ſic & uide-
14 mus † prælatos licite poſſe de eccleſiæ
redditibus conſanguineis indigentibus
ſubuenire.capitu.primo.de cohab. cler.
& mul.tex.& glo. in cap. omnia,3 1. di-
ſtinctio.Ripa in d. tracta.de peſte. d. ca-
pit.deuenio.Palæ.d.cap. 44.numero ſex
to.& certe puto, quòd quanto fortius e-
rit ſanguinis uinculum,tanto magis con
ſanguineo benefacere quis erit obſtrict.

argumen.authen.defuncto.C.ad Tertul
lia.& authen.itaque.C.commun.de ſuc-
ceſſ.cum ſimilib.ita † tamen intellige cõ 15
ſanguineis pauperibus primum ſuccur-
ri poſſe, vbicunque ipſi conſanguinei eſ
ſent in euidenti neceſſitate conſtituti,
Bald.in l.id quod pauperibus.C.de epi-
ſcop.& cler.Anchar.d. conſi. 387. Ripa
de peſte.d.capit.deuenio,ſub num. 164
quod & ſenſit Soc.d.conſil. 11. ſub nu.
6.dum loquens de eo, qui ſe ipſum eli-
git,hoc poſſe procedere ait,ſi in ueritate
ſit pauper; Palæ.d.cap. 44. ſub nume. 4.
dum ſentiens poſſe ſpurium executoris
eligi,ait hoc verum, ſi euidens erat ipſi
executoris inopia: declarat etiam Ripa in
d.cap.deuenio,de peſte,num.174.iſtud
† in cõſanguineos fieri, magis, quam in 16
extraneos,poſſe, data paritate pauperta-
tis; uerum ſi alij ſint in extrema neceſſita
te,& cognati non, tunc extraneis potius
eſt ſuccurrendum.

Quatenus autem dictum eſt, poſſe ſe
ipſum eligere executorem, intelligas de
uno executore duntaxat conſtituto; ſed
ſi ſint plures † executores, poterunt ipſi 17
ex ſe unum eligere, vt eſt tex. & ibi gloſ.
Barto.& alij,in d.l.plane.ff.quod cuiuſ.
vniuer.Bar.in d.l.ſi conſul,in fin.ff.de a-
dopt.in l.ab omnibus.§.ſi Titio,num.5.
ff.de leg.1.& alij,de quibus Soc.in d.cõ
ſi.11.num.6.in hoc autem Archid. in c.
qui epiſcopatum,8.q.1,conſuluit, utile
† eſſe, quòd qui eligitur, non deponat 18
vocem ſuam per electionis modum; ſed
per modum cuiuſdam conſenſus acce-
dentis aliorum conſenſui; & ita cum Ar
chi.inquit Apoſt.ad Bar.in d.§.ſi Titio.

Si ergo † teſtator intentionem habue 19
rit, vt nullus ex his, qui eligere debẽt, eli
gatur, id palam facere debebit: ſic nanq;
ſeruabitur eius voluntas.§.diſponat,au-
then.de nup.cum ſimi.& ita quoque ad
monuit Io.Dil.de ar.te.d.tit.7.d. caute.
10.in fine.

Cau.

## Caut. CII.

De ſuccedendo in extranei hære ditate nondum adita, ſiue defunctus, de cuius agitur tranſmiſſione, ignorans fuerit ſibi delatam hæreditatem, ſiue nõ fuerit ignorans, ſed deliberandi annus tranſiuerit.

### SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem nondum aditam extraneus ignorans ſibi delatam nunquam tranſmittit; & ſciens poſt annum non aditam non tranſmittit.*

*Vt autem, & illis in caſibus tranſmiſſionis iure fungi quis poſſit, remediũ datur, nu 4.*

*Quod intellige, vt nu. 5. & ſeq.*

2 *Clauſula codicillaris operatur, vt venientes ab inteſtato cenſeantur rogati reſtituere hæreditatem ſcripto hæredi.*

3 *Fideicommiſſum purum, etiam nõ agnitum, ad hæredes tranſmittitur.*

5 *Ignorantia eſt iuſta cauſa petendæ reſtitutionis in integrum.*

7 *Reſtitutionis in integrum beneficij tempus quando currere incipiat, & quanto tempore duret.*

Hæreditatem liberis delatam, licet non aditam, indiſtincte tranſmitti ad quoſcunque hęredes docui ſecundum tradita ſupra in caut. 75. numero ſexto: quia autem in extraneis ius ſtrictius procedit, ut & in dic. cautela, ſub numero ſexto, verſicu. extraneus, dixi: ideo de his hic tractare propoſui, adhibens opportunum remedium, quo tranſmiſſionis beneficio eorum ſucceſſores utantur, quamuis in terminis illis deceſſerint, quibus hære-ditatem non tranſmitti dicimus.

Extraneus † ergo ſibi delatam ignorans hæreditatem, nunquam tranſmittit; ſciensque poſt annum, non aditam, non tranſmittit, ut eſt tex. in l. quoniam, & in l. cum antiquioribus, & ibi no. omnes. C. de iure deliberan. Barto. in l. uenture, numero 30. ff. de acquiren. hæred. & in l. qui duos, numero 7. & 11. & Doct. ibi. ff. de rebus dub. quod verum intellexit Ioan. Dilect. Duran. de arte teſtandi, titu. 11. caut. 1. numero quinto, niſi codicillaris clauſula in teſtamento eſſet appoſita: nam ſi ex teſtamento, in quo ſit clauſula codicillaris, hæreditas delatã ſit & ſcriptus hæres, hæreditate non adita, deceſſerit, dicere videtur quòd ſiue ſciẽs ſiue ignorans fuerit, & ſiue intra annum ſeu poſt, tranſmiſſionis virtute ipſius ſcripti hæredis hæres vtetur, nec erit opus in integrum reſtitutione; quoniam ab † inteſtato ad teſtatoris bona uenientes ex clauſula illa cenſebuntur grauati ſcripto hæredi hæreditatem reſtituere, iuxta notata in l. ex teſtamento. C. de fideicommi. in authen. ex cauſa, in glo. fina. C. de liber. præter. & tradit Barto. in l. prima, numero 3. ff. de iure codic. communemque ego tradidi ſupra in caute. 23. numero 3. 1 2

Verum † ubi purum eſt fideicommiſſum, licet adhuc non ſit agnitum, ad hęredes tranſmittitur, vt probatur ex his, quæ tradit Alexan. in l. cum filio, nume. 11. ubi communem ait eſſe opin. qui etiam ſub numero 12. idem tenet, quando fideicomm. debetur ex clauſula codicillari. ff. de legat. primo. quod & cum ipſo Alexan. tradit Deci. conſi. 490. ſub numero 11. & 12. reprobata Bartoli opin. in l. prima. quæſtio. prima. ff. de iure codicil. qui ſecus uoluit, qui & idem tenuit in conſil. 12. ſi quis inſtituatur, uolum. primo, ſed contra eum eſt communis opinio, ut habes ex Deci. in loco præcitato, & Duran. vbi ſupra. ergo illius hęredes, qui in teſtamento hæres ſcriptus 3

fuit, tranſmiſſionis iure fidei commiſſum peteret; & ita per argumentum iſtud ſentit Duran. in loco, de quo ſupra, quē ſequitur Borgn. caualc. in tract. de tut. & cur. nu. 74. Iſtam tamen opinionem ego nequaquam veram opinor: Admitto enim propoſitiones, quas Duran. facit; ſed non conſequentiam: Nam attento eo præſuppoſito, quod & ipſe in ſua cautela facere uidetur, quod & ego facio, vt ſcilicet tractetur de hæreditate directa, quæ delata eſt, ſed non adita, ſupponendum quoq; eſt, teſtamentum ſolenne, & validum extitiſſe, cum directa hæreditas niſi in teſtamento dari non poſſit. l. 2. §. fi. ff. de iure codic. l. hæreditatem, & l. ſi idem. C. eod. & §. pen. Inſtit. eod. Cùm igitur teſtamentum in ſuo robore fuerit, & vt teſtamentum habitum, dicendum non eſt, unam, eandemq; diſpoſitionem diuerſo cenſeri iure, primo ſcilicet, quod habeatur vt teſtamentum, & ſcriptus hæres in eius vita directo hæreditatem adire potuerit; mox eo mortuo fiat tanquam de albo nigrum: vt illud, quod uere fuit teſtamentum, per clauſulam codicillarem in codicillos uertatur arg. l. eum, qui ædes. ff. de uſucap. Plane codicilli a teſtamentis admodum diuerſi ſunt. d. l. ſi idem C. de codic. cum ſimil. & clauſula, quæ teſtamentum in codicillos vertit, tunc uirtutem ſuam operatur, cum teſtamentum ſolennitatis defectu ſuſtineri non poteſt, ut teſtamentum per tex. & glo. in l. codicillis. §. fin. ff. de leg. 2. Bar. in d. l. 1. nu. 7. de iure codic. ſecus autem quando ut teſtamentum ſuſtineri poteſt, nam hæc clauſula apponitur: ſi teſtamentum non ualet, ut teſtamentum, ualeat in codicillorum uim: ergo quando ut teſtamentum ualere poteſt, ipſa clauſula nihil operatur, ſecundum glo. in l. fin. in uerbo, ualere. C. de codic. & Bar. ibi num. 4. & iuxta tradita à Bar. in d. le. pri. quæſt. nona in illis uerbis, non quantum ad legata. ff. de iure cod. & in d. auth. ex cauſa, ſub numero 22. & ibi Iaſ. ſub numero 21. uerſ. ſed cum ſic teſtamentum, & ibidem omnes: & ſic dicendum non uenit, etiam, qui viuens directam habere hæreditatem potuit, ac eam, etiam non aditam, quandoque tranſmittere, uel in integrum reſtitutionem, ut infra dicam poſſe & vt directam, & vt obliquam tranſmittere: uel cum ipſe directo adire potuerit, mox obliquum ius in morte tranſmiſerit: Nec obſtat, ſi dicatur, quòd diuerſis reſpectibus una, & eadem res quandoque diuerſo iure cenſetur: ut exemplum habemus in compendioſa ſubſtitutione, quæ uerbis communibus facta, uno tempore directam, & alio tempore obliquam poteſt proferre ſubſtitutionem, ut concludit Bartolus in l. centurio, in tertiæ quæſt. princ. ff. de vulg. & pup. cuius opin. ibidem tradit Ripa communem eſſe, poſt alios, quos alleg. numero 114. idemque tradit Bartolus in l. precibus, ſub numero decimoſexto uerſ. ſi uero mater Codice de impub. & alijs ſubſt. cuius opinionem magis cōmunem ibi dicit Curt. Iun. ſub numero 58. uerſ. circa primam: Quia reſpondeo, quod illud in compendioſa procedit, quando in unum caſum, ſcilicet in directam ſubſtitutionem non conſtitit; vt quia pupillus quis non deceſſerit, ſed poſt pubertatem: nam tunc interpretatur illa ſubſtitutio ſemper fuiſſe obliqua: & ſic ad eam interpretandam, obliquam, aut directam, ſpectatur euentus, & ex euentu uniformis eſſe reputatur; ſcilicet, uel directa ſemper, vel ſemper fidei commiſſaria, vt tradit, & declarat Bartolus ipſe, ex cuius dictis communis reſultauit opinio, de qua ſuprà, in dic. l. centurio, ſub numero trigeſimo uerſ. aut uero, & in dic. l. precibus, ſub numero 16. verſ. Nam ſi filius: ſed in caſu noſtro ut directa conſtitit hæreditas, ut ſuperius dicebam: ergo

in

in fideicommiſſariam mox conuerti nõ poteſt. Stantibus igitur prædictis clarè habes, Durantis opin. procedere minimè poſſe: Et aduerte, quòd licet ſuperius tradita videantur relata ad id tantum, quando clauſula codicillaris per verba præſentis temporis eſt concepta; non quando per verba futuri temporis; vt ſi non valet, vel valebit, &cæt. prout & ita Durand. eius dixit procedere opinionem, ex Bar. in d.l. 1. quæſtio. duodecima. ff. de iure codic. & Corn. conſil. 62. lib. ſecundo. Tamen fundamenta, quæ tradidi, applicantur, tam ſi per præſens, quàm ſi per futurum tempus clauſula concipiatur: Nam habita conſideratione ad tempus conditi teſtamenti, & ad tempus, quo hæres ſcriptus adire potuit, illud futuri temporis verbum fuit verificatum. Nec te decipiant Bartoli verba à Durant. allegata, in d.l. 1. quæ primo intuitu videntur cum ipſius Durantis opin. concordare: Dum inquit Barto. quòd ſi teſtamentum rumpatur ideo, quia hæreditas non fuerit adita, vel agnita, clauſula codicillaris virturem ſuam operabitur, ſi per futuri temporis verba fuerit concepta: Quoniam ſcire debes, quòd ibi Barto. hoc non voluit dicere, quod putauit Durant. ſed quòd legata debeantur, etiam ſi non fuerit hæreditas ex teſtamento adita: nam quò ad hæreditatem Barto. præſupponit vanam in perſonam hæredis extitiſſe; vel quia adire noluit, aut non potuit; dum inquit teſtamentum ruptum eſſe, quia hæreditas non eſt agnita, vel adita; & ſic de hærede non loquitur: ſed de alijs, qui ex ipſo teſtamento emolumentum habuerunt: Quem etiam Bartoli ſenſum ex ipſius ante, & poſt dictis tu ipſe facilè colligere poteris.

Sed nos ſumus in caſu, non legatorum quò ad alias perſonas ſuſtinendorum; ſed in caſu hæreditatis met ſemel directò conſtitutæ, quæ mox obliqua haberi non debet a ſcripti hæredis hæredibus, Ipſius ſcripti hæredis perſonam repræſentantibus, vt in Authen. de iureiuran. à morien. præſt. in princ. Sic ergo in caſu ſumus (vbi etiam clauſula erit codicillaris, & per futuri temporis verba) vt aliundè hæredis ſcripti, hæreditatem non aditam tranſmittere non valentis, hæredes auxilium ſibi quærant.

4 Igitur † vt defuncti, qui non adiuit, hæredes tranſmiſſionis iure vtantur, Conſilium optimum trado, quòd ad reſtitutionis in integrum beneficium recurrant, ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. de qua Vlpian. in l. 1. ff. ex quibus cau. maio. quod probatur ex l. non ſolum. ff. de in integrum reſtitut. & pro hac re videtur caſus in terminis in l. Pantonius, & ibi Barto. & Caſt. ff. de acquiren. hæred. Barto. & Docto. in l. 1. C. de reſt. mil. Alexand. conſil. 20. colum. fin. lib. 1. conſil. 169. colum. pen. volum. 2. Iaſ. in l. emancipata, ſub num. 14. C. qui admitt. & in d. l. cum antiquioribus, ſub num. 3. Ioan. Dilect. Durant. in d. ti. 11. d. cau. 1. num. 4. & inquit Barto. in d. l. qui duos, ſub num. 5. & ibi Soc. ſub nu. 25. ff. de reb. dub. quòd talis reſtitutio dabitur quacunque iuſta cauſa fuerit defunctus impeditus.

5 Porrò † inter cauſas iuſtas ignorantia eſt connumeranda, ut tradit Socyn. poſt eos, quos allegat, in d. l. qui duos, ſub d. nume. 25. latè docet Balbus in tractatu præſcrip. in 4. par. quartæ partis principalis, quæſt. 29. à nume. 1. vſque ad nume. 3. vbi de hac re communem eſſe opi. Doctorum demonſtrat; & hæc vera ſunt non modo ſi ille, de cuius tranſmittenda agitur hæreditate, erat maior; ſed etiam ſi erat minor, ſecundum Barto. in d. l. non ſolum, in d. l. Pantonius, in d. l. 1. C. de reſtitu. mil. & in l. ſi infanti, nume. vndecimo. C. de iure deliber. pro quo etiam vide Caualcan. de tut. & cur. num. 72.

Circa

Circa quam tamē rem diſtingue, vt per Bar.ipſum in d.l.qui duos, ſub num. 5. & 6.(qui licet loquatur in pupillo duntaxat; tamen credo, ꝙ ad adultum eius dicta etiam extendantur: nam curatorem habens, eius authoritate hæreditatem adire debet.l. cum quædam, & ibi not.in verbo, generare.C.de admin. tut. & facit tex.in l.ſi curatorem habens. C. de in integ.reſt.iuncto tex.l. ſi pupillus. ff.de auth.tut. ac faciunt notata per glo. in d.l.ſi curatorem, in verbo, abſimilis)

6 Aut † minor tutorem, ſiue curatorem habebat; & tunc, ſi adeo repentè minor deceſſit, quòd tutori, vel curatori imputari non poſſit, cur non adierit, datur reſtitutio, argum.d.l. qui duos, & ſecundum Iaco.de Are. ibi: & in hoc mēbro ſequuntur Bar.Docto. communiter, in d.l.qui duos, vt tradit ibi Socin.nu. 16. idemque tradere videtur Bar.in d.l.Pantonius, in d.l.ſi infanti, ſub nu.1. & ibi Caſtr.dicit eſſe communem opin.ideq; Bar.in d.l. 1 nume.3.C. de reſt.milit. & in d.l.non ſolum, nume.4. ff. de reſt. in integ.ac in conſi.178.in fi.volu.1. & alij ſequuntur Docto. quorum meminit ad hoc Duran.d.titu.11.d.cau.1. ſub nu.2. quibus adde Soc.vbi de communi teſtatur, conſi.9.ſub num.34.volu.1.Si vero tam repentè non deceſſit, ꝙ tutori, vel curatori imputari poſſit, tutor, vel curator ad hæredis damna tenebitur, vt not. in d.l.ſi infanti.§.ſi uerò.C.de iure delibe.& licet opi.iſtam Aret.in d.l. Pantonius, & in conſi.161.nonnullis improbet fundamentis; eam tamen ſequitur, & defendit Soc.d.l.qui duos, ſub num. 19.vbi dicit aliàs ſe pro Bartoli opinione in quodam conſilio Mantuano conſuluiſſe; eandem quoque ſequitur opi. Rolā.à Valle, qui de communi teſtatur, conſ.9.num.21.volum.2. quem refert, ac ita ſequitur Borgn.Caualc.d.tract.de tuto.& cur.ſub num.73.ad fin. Verum hoc caſu tutore, vel curatore ſoluendo non exiſtente, de æquitate in integrum reſtitutioni locus erit, argum.l.fin. ff. de eo, per quem factum erit, & l.planè.2.§. 1.ff.de leg.1. Sed ſi pupillus tutorē non habuerit, tunc prætendenti ſucceſſionē eius imputatur, quatenus ipſi de tutore prouidere nō curauit.l.ſciant. C.de leg. hær. Quæ autem ſuperius de minore dicta ſunt, procedunt, etiam ſi minor fuerit infans: quamuis plures contrarium ſenſerint; quod autem in infante procedat, tradit Soc.d. conſil. 9. ſub d.nu.24. vbi dicit eſſe comm.opi.& de magis cōmuni teſtatur, in conſi.116.ſub nu. 12. volum.1.vbi tamen ſub num.13. verſi. ad tertium, inquit articulum hunc ualdè eſſe dubitabilem, & iuxta Doctores Cæſarea indigere deciſione, propter qđ iudex reprehendi non poſſet, ſi vnam, aut alteram amplecteretur opinionem; & iſtam quoque opi. idem Soci. tenere videtur in d.l.qui duos, verſ. Tertia difficultas, nu.18. & hanc dicit eſſe cōmunem opi.Iaſ. in d.l.ſi infanti, propè fin. verſic.Breuiter tene, & Io.Dilect.d. cau. 1.ſub nu.2.

Vt † autem reſtitutione in integrum prædictis in caſibus vti ſcias, admonitū te velim: Quòd eius tempus non currit, niſi a die, quo legitimum ceſſat impedimentum; non antea vnquam.l.fi. C. de temp.in integ.reſt.Dec.conſi.36.ſub numе.9. vbi & inquit communem eſſe opin.ꝙ ob ignorantiam longiſſimi etiam temporis præſcriptio in integrum reſtitutioni non obſtet: idemq; tradit Balb. in tract. præſcr. d. 4. parte quartæ partis principalis.d.q.19.num, decimo, & in 1.par.6.& vltimæ par. prin. num.27.& ſub num.28.verſi.no andum eſt etiam, vbi communem ait, ac Duran. d. cau. 1. ſub num.4.& Caualc.d.tract.de tuto. & cura.nume 73. Quod quidem petendæ in integ. reſt.tempus, an ſit quadrienniū ſemper, tradunt in d.l.fin.C. de temp.in integ.reſt.cum Bart.Bald.Ang. Salyc. & alij.ac Balb.d.tract. præſcriptionum, in d.1.par.vlt. par.princ. nu.27. & nu.28. 7

vbi

vbi pulchra habes diſtinctione trium caſuum penes dictos Doct. materiam hãc hoc pacto abſolutam: Primò ꝙ ſi quæritur de tempore, ad quod reſtitutio petitur, ad tantum fiet tempus, in quãtum læſio fuit, & non plus. Secundò ſi quæratur de tempore, intra quod in iudicio peti debet: & tunc ſi læſio minoris eſt temporis, quam quadriennij; & eo caſu in tantum tempus peti debet; inſtantia tamen quadriennio duratura, ſi intra debitum tempus fuerit in integ. petita reſtitutio: Sin autem læſionis tempus fuerit aut quadriennij, aut maioris ſpacij, quadriennium integrum dabitur: verum ſi quis ex contractu, vel quaſi, vel ex ſententia fuerit læſus, iſtud tempus reſtitutionis petendæ vniforme erit; ſcilicet quadriennium cõtinuum. Vltimò ſi quæramus, intra quantum temporis à die ceſſati impedimenti, & poſtulari, & terminari debeat: & tunc eſt quadriennij continui vniforme tempus; & iſtam ſic traditam per hos caſus doctrinam ſequuntur omnes, vt prædicto in loco tradit Balbus.

## Caut. CIII.

### De non ſubeundis oneribus hæreditarijs per hæredem reſtituere grauatum.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſo grauatus hæres quando hæreditaria onera non ſuſtineat.*
*Ideò teſtatori datur conſi. quomodo his oneribus hæredem liberet, necne num. 2.*
*Actio perſonalis fundum non ſequitur, ſingularemve ſucceſſorem, ſub nu. 1. verſ. Proinde.*
*Confeßio priuilegiata nõ ſequitur fundi ſingularem poſſeſſorem, ſub d. nu. 1. verſ. Imò fortius.*
3 *Hæres fideicommißi onere grauatus, & rem aliquam percipere iuſſus, quæ ad quartam non aſcendat, ſi ad ſupplementum aget, onera pro rata ſupplementi ſubibit.*
4 *Hæres fideicommiſſo grauatus, certa re percepta, non tenetur creditoribus, etiam ſi bona fideicommiſſo ſubiecta non ſufficiant. Limita nu. 7.*
5 *Fideicommißarius vniuerſalis, ſi non conficit inuentarium, an teneatur ſupra vires fideicommiſſi hæreditarijs creditoribus: Cui, ne teneatur, conſilium datur, nu 6.*
*Intellectus ad §. ſi is, qui 400. l. 1. ff. ad Treb. ſub nu. 7. verſ. qui ſanè, tex. vſque ad nu. 8.*
8 *Hæres non confecto et inuentario, de conſcientia ſupra vires hæreditarias non tenetur. Ideò conſi. ei datur, nume. 9.*

HAERES reſtituere † hæreditatem rogatus, ſi quartã partem ſub nomine quotæ, ſeu iure hæreditario retinebit, cum fideicommiſſario onera, & actiones ſuſtinebit: ſecus erit quando ex certa re quartam habebit: puta ſi rem aliquam percipere teſtator iubeat; & mox hæreditatem reſtituere: nam tunc & ſi maximã hæreditatis partem res illa contineret, nullum hæreditarium onus hæres ſuſtinet: ſed totum in fideicommiſſarium transfert, vt eſt de his text. in l. ſi legatus. §. multum intereſt. ff. ad Trebe. & in §. ſi quis vna, Inſt. de fideicom. hæred. & prædictorum ratio eſt; quia quãdo quis quartam per modum, ſiue ſub quotæ nomine retinet, iure ve hæreditario, tanquam ſucceſſor vniuerſalis habetur. l. nihil aliud eſt hæreditas. ff. de verbo. ſignifi. & l. hæreditas. ff. de regul. iur. Sed quando quartam in rè certa, ſeu in fuudo quodam habet hæres, tanquam legatarius eſt, ſeu ſingularis in ea re ſucceſſor; & ideo tũc actio perſonalis, ſiue æs alie-

æs alienum rem illam certam, ſeu fundum non ſequitur; ſed eum, cui ex Trebell. Senatuſconſulto reſtituta eſt hæreditas. l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Treb. & ibidē notant omnes: Proinde tex. ille ad hoc ſolet ſemper allegari, quod actio perſonalis fundum non ſequitur: & ſic ſingulorem fundi poſſeſſorem: ſed vniuerſalem ſucceſſorem, vt ita inquit Iaſ. d. §. ſi hæres, num. 3. concor. tex. in l. cogi. §. inde quæritur, verſ. neque enim. ff. eod. in l. ſi fideicommiſſum. §. tractatum. ff. de iud. in l. fi. §. fi. & ibi not. ff. de contr. emp. in l. ſi is, qui. §. quod dicitur, ibique not. in verbo, dotalis eſſe. ff. de iure dot. in l. quod dicitur neceſſarias, in prin. ff. de impen. in rebus dot. fact. in l. 1. §. impenſæ autem. ff. de dote præl. in l. 1. & quod ibi no. in verb. pertinere. ff. ſi cert. pet. in l. fi. C. de hæred. act. & l. quoties. C. de hære. inſtit. Et ideo dicit Bartol. in d. §. ſi hæres, in 1. not. quòd ſi aliquem habes obligatum, abſque eo, quod illius bona tibi non ſint tacitè, vel expreſsè obligata, tu non poſſes contra eum, ad quē bona tranſirent, aliquid dicere: pro qua Bartoli confirmanda illatione, adduco tex. in l. æris alieni. C. de don. vbi habetur, quod certæ rei, nemini obligatæ, donatarius ad debitorem non tenetur onera; cum ea fundum non obligatum non ſequantur, ſed vniuerſalis donatoris ſucceſſor conueniendus eſt. Propterea ſecundum Ang. Imo. Ale. Soc. Iaſ. & Rip. in d. §. ſi hæres, fatui eſſent creditores, ſi inſtrumenti guarentigiati executionem contra bonorum obligati poſſeſſores ſingulares peterent: nam contra eos perſonalis non competit actio; ſed benè hypothecaria, quæ realis eſt, §. item Seruiana, Inſt. de act. tradit glo. in d. §. ſi hæres, in verbo, ſequitur, & ibidem Docto. ad idem eſt tex. & ibi tradit Ang. in l. ſi debitori. C. ſi aduer. cre. vbi Bal. ait per eū tex. probari, quod ſententiæ, vel inſtrumenti executio, non niſi contra condemnatum, vel eius hæredes peti poteſt: non autem contra ſing. ſucceſſorem obligati bona tenentem; immo ſecundum ſingulariter tenet Bal. in l. 1. col. m. 1. C. commu. de leg. Quòd ſi ſtatuto diſponatur, quod in cauſis ſuper inſtrumentis confeſſionatis ſeu guarentigiatis procedatur, omni exceptione remota, ſtatuti diſpoſitio ſolū locum habebit, ſi contra principalē debitorem agatur, ſecus contra ſingularē ſucceſſorem, etiam ſi hypothecaria agetur; quia confeſſio priuilegiata in d. inſtrumento non ſequitur fundum, ſeu fundi poſſeſſorem, vt in d. §. ſi hæres, cū alijs concord. Quod ſanè dictum ſecuti ſunt Pet. de Ancha. in c. canonum ſtatuta, ex. de conſt. verſi. circa iſtam extenſionem alibi, &c. Alexand. qui dicit id notandum perpetuò, Iaſ. & Rip. in d. §. ſi hæres.

Præmiſſis igitur attentis in propoſito noſtro teſtator † ſecundum voluntatem ſuam conſilium deſumere poterit, quonam pacto, vel hæredem ab hæreditarijs liberet oneribus, vel ipſum cum fideicommiſſario grauet: quodq; expreſsè in omni caſu declarare poterit, argu. §. diſponat, in Auth. de nupt. cum ſimil. Itidem hæres, verbis teſtantis attentis, ſciat ſe quandoque ab iſtis oneribus liberare. 2

Sciendum tamen eſt, quod † ſi rem aliquam percipere teſtator hęredē iubeat, quæ ad quartam non aſcendat: tunc ſi hæres ad ſupplemētum agere uoluerit, pro rata ſupplementi illius onera ſubibit, ut per glo. in d. §. ſi hæres, in verbo, retento, quam communiter receptā tradit ibi Soc. ſub nu. m. 8. verſi. in glo. Illud enim ſupplementum (vt dicunt Doct.) ad rationem quotæ veniet, & ideo in eo ille habebitur hæres, vt ita tradit Iaſ. ad Portium, in §. nihil, litera B. in verſic. incip. hoc tamen limita, ſecundum Aret. ibi. Inſt. de fideic. hær. 3

Similiter † eſt aduertendum, quod etiā ſi fideicommiſſo ſubiecta bona ad ſatiſfactionem non ſufficiant, hæres ipſe pro 4

re cer-

re certa nō tenebitur; cū.n. legatarij loco
i. hac re certa hæres habeatur d.§.ſi quis
vna,Inſt.de fideic. hær. & propterea de-
ſuncti nō repræſentet,ipſis nō tenebitur
creditoribus,vt tradit Chriſt. Port.in d.§
nihil,nu.2.verſ.ſed certe aperta reſpōſio,
Inſt.de fideic.hæred.ſed fideicōmiſſarius
vniuerſalis,ſi inuētariū nō cōfecerit,cre
ditoribus tenebitur hereditarijs,etiam ſu
pra vim quātitatis,quam ex fideicōmiſſo
fuerit conſecutus,vt tradit Ang.in l.Mar
cellus.ff. ad Trebel. Alex. in d.l. t. §.fin.
circa prin.ff.eo.& ibi Socin. ſub num.5.
uerſ.aliquando & tertio, ac Ripa ſub nu.
5 9.ue.ſ. ſuper iſto: quod † enim de hære-
de dicitur, vt ſi non confecerit inuenta-
rium,hæreditarijs creditoribus, & lega-
tarijs,etiam ſupra hæreditatis uires inſo-
lidum teneatur.l. fi. §. cum igitur. C. de
iure delib.iuncta auth.ſed cum teſtator,
& in corpore,vnde ſumitur.C.ad.l. falc.
quod ſcilicet authenticorum ius proce-
dit, vt etiam ſupra hæreditatis uires te-
neatur,licet quidam contra ſenſerint, ut
tradit Bar.in l.in ratione.§. quod vulgo,
nu. 2. ff. ad l. falc. & comunem dicunt
Alex. in d.l. 1.§. ſi is, qui quadringenta,
ſub nu. 2. & Ripa ſub nu. 5. ad Treb. il-
lud inquam, quod de hærede dicitur, ad
fidei commiſſarios quoque vniuerſales
extenditur, iux.tradita per Bar.d.§. quod
vulgo,ſub nu.9. & 10. & per Por.in d. §.
nihil,ſub d.nu.2.& hæc eſt crebrior do-
ctorum ſententia, quam tenuerunt Iac.
de Aret.Dyn.Alb.de Roſ. ſecutique ſunt
Ang.Imo.Alex.Iaſ. qui communem ait,
ſub nu.7. & 9. ac Ripa, qui pariter com-
munem tradit,nu.6.in d.§.ſi is, qui qua-
dringenta,vbi etiam Socin.ſub nu.3.hāc
opin.cōmunem, & in practica ſeruan-
dam ait,licet mox nonnullis fundamen-
tis ſubtiliter cōtra eā inſurgat,quā tamen
aduerſus eū tuētur Iaſ.& Ripa.fideicom-
6 miſſarius † igitur,ſi vltra uires bonorū ſi
bi reſtitutorū teneri non vult,inuentariū
7 cōficiat.Hoc aūt † caſu, ſ.facto per fidei-
cōmiſſariū inuentario, ſi ipſa bona fidei
commiſſo ſubiecta ad ſoluenda debita
ſufficientia non erunt, poterunt ad ipſū
hæredem recurrere creditores hæredita-
rij, vt pro re, etiam ſingulari teneatur,
Ang.Alex.Socin. & Ripa in modò citan-
dis locis; ſicut ad eundem in ſubſidium
recurrendum eſſet, quando non facto
per fideicommiſſarium inuentario ipſe
fideicommiſſarius ex ſuis etiam bonis
non haberet, unde plene creditoribus
ſatisfaceret, arg.l.plane.§.qui rogatus. ff.
de leg. 1. & l. ſi maritus fundum ff. de
fundo dot.Ang. in d.l. Marcellus, Alex.
in d.§.fin.legis.1.ff.ad Trebel.& ibi Soc.
ſub nu.5 ex quo habes iſtam eſſe cōmu-
nem opin.ut expreſſe ibi dicit.uerſ.ſed te
nēdo cōmunem; quamque etiam opin.
cōmuniter receptam in d.§.fin.tradit Ri-
pa,in 2.caſu,ſub nu.10.vbi communem
iſtam intelligit,etiam ſi hæres non ſupra
quartam, ſed intra eam quid haberet:
Prædictam autem concluſionem, In de-
fectu bonorum fideicommiſſi teneri cre
ditoribus hæredem,etiam in re certa, fa-
cto per fideicommiſſarium inuentario,
extende iuxta tradita à doct. prædictis,
non ad creditores modò; ſed etiam ad le
gatarios, hoc ſcilicet pacto: videlicet, ut
ipſi in ſubſidium hæredem conuenire
valeant,ſi quid ſupra quartam iudicio te
ſtatoris habuerit; nam in exceſſu tunc te-
neri legatarijs, probat tex. d. §. ſi is, qui
quadringenta,qui ſane tex.iure etiam au
thenticorum hoc in caſu procedere po-
teſt,ſcilicet facto per fideicommiſſarium
inuentario; ſecus ſi non fecerit inuenta-
rium, quia ſecundum doctorum mentē
ibi,& Rip.in d.l. 1.§. fin.ſub nu.7. uerſ.
quod intellige, ad Trebel. ex ſupradicta
ęquiparatione hęredis,& fideicommiſſa
rii vniuerſalis,fit,quod ſicut hæres ut di-
xi nō condito inuentario,integra legata,
ēt ſi ſubſtantiā excedāt, præſtare tenetur:
ita ēt fidei commiſſarius ipſe. Quod tibi
dicere volui,vt aduertas,ne forte decipia
ris; Inuenies enim graues Iuriſconſultos
ſimpliciter doctrinā tradentes, quod vbi
hæres;

hæres aliquid in re certa retinet, legatarijs in exceſſu quartæ tenetur, quando fideicommiſſi bona non ſint ſuffectura, per d.§.ſi is, qui quadringenta; ſed tu eum.§.intellige tantummodo procedere in ſubſidium; videlicet ſecundum ea,quæ ſupra in verſic. hoc autem caſu, modo tibi tradidi; & hanc merã teneas eſſe hodie veritatem: Verum eſt, ꝙ vnica ratione tex.d.§.ſi is,qui, defendi quo dammodo poteſt; ꝙ ſecundum caſum, quem ponit, etiam hodie procedat; videlicet ſiue facto, ſiue non facto inuentario: ibi enim apparet quantum ſit teſtatoris patrimonium, quaſi ꝙ illud teſtator manifeſtum fecerit; vel clarè probatum ſit tantam fuiſſe quãtitatem omnino; vnde ceſſat præſumptio illa, ꝙ ideo teneatur, etiam ſupra vires hęreditarias hęres, aut fideicommiſſarius vniuerſalis inuentarium non faciens; quia præſumitur, ꝙ bona ſubtraxerit, vt tradit Bart.in d.l.in ratione.d.§. quod vulgò,ſub nu. 2. qua ceſſante præſumptione, ob patrimonij euidentiam, de qua in ipſo §.ſi is,qui, ipſius etiam videatur ceſſare effectus,argum.l.adigere.§. quãuis.ff.de iure patro.cum alijs ad hoc facientibus,quæ hoc in caſu præſumptionis cauſæ ceſſantis, allegat Tiraq. in tracta.ceſſ.cauſa,num.207.in verſic.incip. præſumptionis cauſa: Sed illam tenendo ſententiam, vt etiam in caſu præciſo. d.§.ſi is,qui,correctio inducta ſit; quan tum.ſ.ad non facti inuentarij caſum, reſponderi commodè poterit; & primũ, ꝙ in eo.§.ſi is, qui, non patet factam eſſe a teſtatore patrimonij quantitatis expreſſionem; quod inde colligitur; quia in plus diſpoſuit, quàm patrimonij vires paterentur; vnde fatuus fuiſſe videretur, ſi quadringenta in hęreditate ſua eſſe dixiſſet, mox de quingentis diſpoſuiſſet: Sed ex quo poſtmodũ caſus ita ſe habuit,vt ille teſtator maiorẽ credens ſuam eſſe ſubſtantiam,quam re uera eſſet,argum.§.in fraudem,verſ.ſępe enim (intelligendo d. verſic. prout ibi intelligit Ang.& Bart. in modò citando loco; videlicet procedere in vltimis voluntatibus, prout eſt quoque caſus noſter) In ſt.quib.ex cau.man.nõ lic. & eorum, quæ tradit Barto. in d. auth. ſed cum teſtator,ſub num.5.C.ad l.Falc. plus in diſpoſitione fuiſſet complexus, quam ipſius bona continere fuiſſent inuenta; Iccirco facta Iuriſconſulto talis facti narratione, vt inde ius oriretur.l. ſi ex plagis. §.in cliuo.ff.ad l.Aqu.illa lex ita proceſſit; non quod teſtator ſummam expreſſerit; ſed quia mox ita caſum extare repertum fuit. Eſto autem factam eſſe talem a teſtatore expreſſionem,adhuc, & aliter reſpondeo (& ex hoc etiam patebit ad illud reſponſio, clarè probatam fuiſſe patrimonij, vel hæreditatis quantitatem) ꝙ illa præſumptio fuit cauſa impulſiua ad introducendam inuentarij confectionis neceſſitatem,vt in §. ſancimus,in Auth.de hær.& Falc. rectè intuẽti apparebit; cauſa vero proxima, & immediata, vt non conficientes inuentarium, etiam ſupra vires hęreditatis teneantur,eſt contemptus beneficij a lege inducti,in cuius pœnam illud introductum fuit,vt patet in tex.§.ſi vero non fecerit,maximè in illis uerbis, ſed dabit ei pœnam,&c.auth.de hęr. & falc.Etenim videmus,ꝙ inuentarij beneficium hęredibus traditum, ne creditoribus ſupra hęreditatis vires teneantur,de quo in d. l.fi.§.ſin autem.C.de iure delibe. ſi contemnatur,ob illum contemptum omnimodò hęredes debitis hęreditarijs inſolidum tenebuntur, vt in d.l.fi.§. ſin vero poſtquam.C.de iure delibe. Porro q legem ſpernit, etiam ſi aliàs aliquam habeat excuſationem, fruſtra auxilium inuocat.l.auxilium,in fin.ff.de minor. Sic igitur dici poteſt, etiam ꝙ patrimonij quantitatem teſtator expreſſerit, ſiue poſtea quantitas hęreditatis probetur, ſecundum caſum præſuppoſitum.d.§. ſi is, qui, nihilominus ipſum hæredem,

aut

aut fideicommiſſarium inuentariũ non facientes ſe tueri poſſent, dicentes, velle oſtendere quantum in hęreditate fuerit, vt appareat, ſe bona non ſubtraxiſſe, quod & inuolucris plenum eſſet; & d.-to, ꝙ facilè probari poſſet, ego hunc caſum nec in legibus, nec penes Doct. exceptum inuenio; niſi cum legatarij, alijve creditores fatentur hęreditatis vires ſufficientes non fuiſſe, vt ita uoluit ſingulariter Bald. in l. filium, quem habentem, verſi. & quia de inuentario, &c. C. fam. erc. cuius doctrinam perpetuo notandam admonet Alex. in d. §. ſi is, qui 400. ſub num. 1. verſic. ſed vno caſu ſaluari poteſt; vbi dicit, non inuenire ad hanc deciſionem contradictorem: ſed eam ſequi Rom. in rub. ff. de acq. hære. & Pau. de Caſt. in d. §. quod vulgò; ſed licet vſque ad Alexandri tempora non fuerit contradictor; tamen Soc. in d. §. ſi is, qui, ſub nume. 2. optimè contradicit, quaſi per eaſdem rationes a me circa intellectum. d. §. ſi is, qui 400. iam conſideratas: Bənè verum eſt, ꝙ inquit, propter Baldi authoritatem, fortè in practica eius ſeruandam deciſ. quam etiã tuentur Iaſon, & Rip. in d. §. ſi is, qui, potius ipſius Baldi authoritate, quam vrgenti, & concludenti aliqua freti ratione; nam & Alex. in d. §. ſi is, qui, ſub num. 2. verſi. ſed cõtra hoc facit, & Soc. ibidem pariter ſub num. 2. habent pro conſtanti, illam ſubtractionis prẹſumptionem non fuiſſe cauſam introducendi inuentarij finalem; ſed impulſiuam; quorum etiã opinioni uidetur in aliud propoſitum aſſentire Ripa in d. §. ſi is, qui, dum ſub num. 6. ad fi. verſic. ſed ad iſtud reſpondetur, id expreſsè tradit: mox ſub num. 7. contradicens, tandem in verſic. Secundo reſpondetur, videtur in priorẽ ſententiam recidere; quod & mihi certè verius videtur: Namq; & attentis verbis. d. Auth. ſed cum teſtator, in fine, & d. §. ſi vero non fecerit, ibi, licet puræ ſubſtãtiæ morientis tranſcendat menſuram legatorum, &c. apparet, ꝙ etiam ſi conſtarent maiora legata, quam hęreditas, attamen integra omnino prẹſtari deberent: Benè † verum eſt, ꝙ in foro conſcientiæ hęres, aut fideicommiſſarius vniuerſalis, ſicque vtilis hęres, etiam non confecto inuentario, in plus non tenetur, quàm teſtatoris bona patiantur, vt tradit Socyn. & communem eſſe inquit opinionem, regu. mihi 214. lim. 1. pro qua communi opi. allegat Lud. Rom. in d. rubr. ff. de acq. hęr. quapropter ſimilibus perſonis inuentarium non conficientibus, quando iure ciuili, etiã ſupra hæreditatis vires grauantur, conſilium 8
trado: Quòd † per Euangelicam denũciationem eorum prouideant indemnitati, iuxta tradita per Robertum Maran. in tract. de ord. iud. par. 1. ſextę par. principin verſicu. expedita materia, aliàs, Denunciatio, num. 5. cuius, & ego mentionem faciam infra caute. 140. nume. 12. vſque ad fin. & caut. 242. nu. 2. cum alijs ſeq. 9

## Caut. CIIII.

### De recuperanda re, quam liberi in poteſtate poſiti, poſtquam parentes deceſſerint, decem, vel viginti annorum ſpacio poſſederint, & ab ea poſtmodum ceciderint.

*SVMMARIVM.*

*Hæres ſuus, etiam ſi extraneũ habeat cohæredem titulo pro hærede non vſucapit.* 1

*Filius in poteſtate poſitus, patre viuente, quodammodo bonorum paternorum dominus exiſtimatur.* 2

*Non entis nulla eſt operatio.* 3

*Filius patris hæres, qui poſt patris mortem decem, vel xx. annis fundum* 4

*dum poſſedit, & ab eo mox cecidit, qua via recuperabit, & nu. 10.*

5 *Animi noſtri motus dicto noſtro decla ratur, & qualiter.*

6 *Fama qualiter probetur, & quæ requi rantur, remiſſiuè.*

7 *Fama quæ vulgantur, ſcire quis præſu mitur.*

8 *Bona fides præceſſoris hæredi prodeſt: mala autem fides nocet, nu. 9.*

11 *Cap Reintegranda. 3. quæſt. 1. cui competat.*

12 *Poſſeſſorio iudicio quis vtatur magis, quàm petitorio.*

13 *Sententia abſolutoria lata in poſſeſſorio non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio.*

1 HAERES ſuus titulo † pro hære de vſucapere nequit, etiam ſi co hæredem extraneum habeat, vt l. 2. §. filium, & ibi glo. & Docto. declarant, & l. nihil, cum glo. ff. & C. de vſucap. pro hære. ratio ea aſſignatur; quia talis hæres non uidetur habere titulum plus,
2 quàm defunctus; cum † eo viuente hereditariarum rerum quodammodo dominus exiſtimetur. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthum. d. §. filium, & §. ſui, Inſtitu. de hæred. qual. & differen. Ideo cum nulla uideatur eſſe hereditas, ſed dominij cõtinuatio, vt expreſsè in d. l. in ſuis, ex
3 † non ente vſucapionis operatio oriri non poteſt. l. eius, qui in prouincia. §. quod ſi ſtipulatus, & ibi Docto. ff. ſi certum peta.

4 Hoc itaque ſic ſtante fingamus † filium aliquem patri ſucceſſiſſe, & in ſpecie in fundo aliquo, quem filius ipſe credebat patrem emptionis, vel alio legitimo titulo ſibi quæſiſſe; vel quia pater dixiſſet; aut quia de hoc opinio, ſiue fama in vicinia fuiſſet: Quem quidem fundum, poſt ſucceſſionem decem, vel viginti annorum ſpatio poſſedit, & poſtmodum ab eius cecidit poſſeſſione: vult recuperare: ſed non reperit, quomodo patris titulum per inſtrumenta, aut per teſtes probet: qua via, quove remedio ei ſuccurretur? Dices, quòd ſi violenter eiectus eſt, habebit interdictum, unde ui, ut omnibus innoteſcit: Sed quid erit, ſi abſque violentia ceciderit?

Ego reperio Bartol. in l. Celſus, numero quinto. ff. de vſucapion. (cui non contradicunt Docto. vt tradit Balbus in repetitio. d. l. Celſus, par. prima, nume. quadrageſimooctauo) dicentem, quòd quia iſte filius titulum habet, ſaltem putatiuum, cum crederet eius patrem ita aſſerentem iuſto poſſediſſe titulo (quo caſu non iuſtus modò, ſed iuſtiſſimus etiam cauſatur error, iuxt. tradita per eundem Bartol. in d. l. Celſus, ſub numero quarto, ſequuntur Bald. & Angel. in l. ſuper longi, circa fin. 1. colum. C. de præſcript. long. tempo. per l. fin. ff. pro ſuo; quia, vt ipſi dicunt, debuit filius credere aſſertioni maioris ſui de geſtis per eum, per text. in l. mater. C. de calum. & eſt bonus tex. in l. qui cum maior. §. fina. & in l. Paulus. §. primo. ff. de bon. liber. per quæ iura ita dicit Barto. in extrauag. ad repr. in ver. per denunciationem, circa fin. his addo glo. magnam, in l. Athletas. §. calumniator, in illis verbis, vel authoritas eius, cui ſucceſſit, quam ibi ſequuntur Barto. & Docto. ff. de his, qui nota. infam. Itidem iuſtiſſimum cenſeri errorem, ob patris aſſertionem, tradunt Imo. in cap. fina. extra de præſcrip. Socy. conſi. quadrageſimoſeptimo, ſub numero octauo, volum. primo, & Pap. in pract. in for. reſp. rei conu. in uerbo, præſcriptionis, ſub numero vndecimo.) Iccircò conſ. ſumere poteſt, vt titulum alleget: pura emptionis, vel alium; & aliquam ex prædictis cauſis, quibus iuſtiſſimus cauſatur error; ſcilicet patris aſſertionem, vel famam, ſeu viciniæ probet opinionem (quibus ex cauſis iuſtiſſimus inducitur error, vt poſt Barto. & Doct.

in d.

in d.l.Celſus, tradunt Imo. & Papienſ.
in præcitatis locis, faciuntque quæ ego
dixi ſupra caute.prima, ſub numero de-
cimoſeptimo, ) & poſſeſſionem conti-
nuam decem, aut viginti annorum do-
ceat; quia tunc præſcriptionis ope fun-
dum recuperabit, & Barto. dicto loco
aſſerit, ſe in facto habuiſſe, & ita conſul-
5 uiſſe: † Patris autem ob aſſertionem,
& famam, vel ob opinionem viciniæ
notum filium fuiſſe cum legitimè pro-
bari non poſſit, inquit Barto. ſub d. nu-
mero quinto, quòd, quia id ex profe-
rentis animo pendebit, eius dicto ſtabi-
tur; vt in §.aliæ, ( alias incipit, Nanque)
tradit glo.magna, verſi.ſed tantum duo
prima, Inſtit.de actio.Igitur iuramento
dictum validabit, vt per Alexand.conſi-
lio ſeptuageſimoprimo, in prin.volum.
primo, & latè Felyn. in cap. ſignificaſti,
extra de hom. quos refert additio ad
Barto.ſub numero ſexto, litera H, in ver
bo, ſtatur tuo dicto. adde Alexã.in l.pro
hærede, ſub nume. 3. ff.de acquir.hære.
& Dec.conſi.256.num. 9. & de hoc la-
6 tius dicam infra litera I. caut.123. † Fa-
mam verò qualiter legitimè quis pro-
bet, & quæ requirantur, adeò, quòd in-
de iuſtiſſimus reſultet ad terminos no-
ſtros error, latè, & notabiliter tradit Bar
to.in l.de minore.§.plurimum, numero
decimonono.ff.de quæſt.latè etiam Pa-
norm.& Fely.in c.veniens, 1.extra de te
ſti.Alex.conſi.94. num.11.conſi. 212.
viſis, & diſcuſſis, vol.2.cõſi.70.in cauſa
inter Dominum, conſ.83.viſo themate
ſupraſcripto, vol.3.cõſi.20. in cauſa ap
pellationis, cõſi. 25.in cauſa inter Ant.
& cõſi. 117.viſo proceſ. vol.4. Dec.cõſ.
37.nu.10.cõſi.57.nu.4.& cõſi.272.nu.
4.Thom.Gram.cõſ.26.nu.12. & ſeq.&
conſ.42.nu.13.plenè Iul.Clar.in pract.
§.fi.q.6.a verſ.ſciendũ, vſque ad verſic.
7 ſed quæro. † Qua quidem fama proba
ta erit etiam præſumptio, ꝙ ipſam famã
ſciuerit; aliàs eſſet ignorantia ſupina.l.
regu.§.ſed facti.ff.de iur. & facti ignor.
Bart.d.l.Celſus, ſub nu.6. Sed † certè cõ 8
ſilium ſupradictum Bart. locum habet,
vbicunque pater bonæ fidei poſſeſſor il
lius fundi extitiſſet: ſi vero malæfidei
poſſeſſor fuiſſe probaretur ( & hoc ſit
pro eo remedium, contra quem prædi-
cto conſilio filius vteretur ) ſecus eſſet
dicendum: † Nanq; hæres quilibet, nõ 9
modo ſuus, malæ fidei poſſeſſori ſucce-
dens, ſpatio prædicto decem, aut vigin-
ti annorum non præſcribit, vt per gloſ.
in l.Pomponius.§. cum quis, in verbo,
cum quis.ff.de acq.poſſ.& eſt glo.magi
ſtralis, in d.l.nihil.C.de vſuc. pro hęre.
& in dicti tituli ſumma Azo, ſub num.
3.& vt eſt communis concluſio Docto-
rum, prout tradit, & latè explicata Balb.
in tract.præſcr.in 2.par.3.par.princ.nu.
11.& ſub nu.12.quęſtionis 12.etiam ſi
a perſona ſua præſcriptionem initiũ ſu-
mere vellet, vt communem eſſe ſenten-
tiam notauit Dida.in c. poſſeſſor, 2.par.
§.9.nume.1.de reg.iur.contra Dynum,
ibid.& alios ſequaces, communé quoq;
dixit.Dec.d.conſi. 272.nu.6. Ruy.con-
ſi.40.nu.18.lib.1. Rub.cõſi.13.nu.14.
& Balb.in præcitato loco, & vide quoq;
Goza.conſi.56.num. 15.Ego igitur me
liorem trado cautelam; † ꝙ filius in ca- 10
ſu prędicto intentet vtiliſſimũ remediũ
c.reintegrãda, 3.q.1.† quòd cõpetit cui- 11
libet priori, & antiquiori poſſeſſori, etiã
malæfidei, & ſine titulo, qui cecidit de
poſſ.abſq; eius facto, & culpa, ẽt contra
bona fide, & tit.poſſidentẽ, ad quẽ poſ-
ſeſſio poſtea peruenit, vt latè cõcludunt
Canon.præſertim Abb.& Rip.in c.ſępe
de reſt.ſpo.& plenè de his vide ad mate
riã, q̃ tradunt Alex.Barth.Soc. Iaſ.ac Ri
pa in l.rẽ, quæ nobis.ff.de acq.poſ.Plot.
in trac.de in lit.iur.§.3. nu.5. & ſub nu.
7.verſ.competit autẽ; cuiuſq; negotij la
tiſſimũ, & celebre fecit tractatum egre-
gius ille vir, & pręſtantiſſimus Iuriſc.D.
Iacob.Menoch.in tract. de recupe. toto
rẽ.15.vbi pro habẽda oĩum vera doctri
na ſup p̄dictis oĩno vide: Et iſtud qui-

dem capituli huius remedium primo erit melius, etiam ſi defuncti mala fides
12 non apparuerit; namque † vtilius eſt, cum quis habet poſſeſſorium, & petitorium, vt poſſeſſorio vtatur; cum longè commodius ſit ipſum poſſidere, & ad petitoris onera aduerſarium compellere, quam alio poſſidente petere. l. is, qui deſtinauit. ff. de rei vendic. & §. retinendæ. Inſt. de interd. Et profectò ſi fortè in poſſeſſorio ſuccumberet filius, ad petitorium, ſicque ad præſcriptionis ſupradictum Bartoli auxilium recurrere poſ-
13 ſet: † Nam ſententia abſolutoria in poſſeſſorio lata non parit rei iudicatæ exceptionem in petitorio l. & an eadem. §. fi. ff. de excep. rei iud. Bar. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 4. ff. de acq. poſſe. quem ſequuntur communiter Scrib. vt ibid. refert Ripa nu. 103.

## Caut. CV.

### Incerto hærede quis conueniatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Hærede incerto exiſtente bonorum poſſeſſor conueniendus eſt ab hæreditarijs creditoribus: Intellige tamen latius, vt in progreſſu materiæ.*

2 *Hæres ſcriptus, & legitimus cum habet hæreditatem ambo conueniendi ſunt: Declara, vt nume. 4. 6. 8. 11. 13. 14.*

3 *Tranſactio ſi fiat inter ſcriptum, & legitimum hæredem, ſcriptus à legatarijs conueniendus eſt, & nu ſeque. & latius intellige, vt in diſtinctione proſequor.*

5 *Legata a teſtamento dependent.*

7 *Teſtamentum per partium conuentionem reſcindi non poteſt.*

9 *Hæres a legatarijs conuentus, quorum legata ſunt ab inteſtato repetita, opponere poteſt, vtrum ex teſtamento, vel ab inteſtato eligant, & quando id procedat.*

*Intellectus ad l. fi. C. de eod.* 10

*Legatarij & perſonali, ac hypothecaria actione agere poſſunt.* 12

*Creditores aut legatarij, quando incertus eſt hæres, quomodo agant, & num. 16. & 17.* 15

*Proclama generale, quando fit, cum hæres incertus eſt, quomodo ſit concipiendum, & nu. 18. ac 19.* 17

HAERES † quando ignoratur, quiſnam ſit, bonorum poſſeſſor conuenitur. l. controuerſia, & ibi glo. magna, in illis verbis: ſed ſcimus quantum habes, ac Bar. & Doct. communiter not. ff. de tranſact. & prout ibi omnes ita tenere ait Iaſ. num. 2. verſic. ſecundo not. Id tamen intellige, prout infra declarabo. & ideo dicebat ibi Iaſ. ſub numer. 7. diligenter id notandum: propoſitionibus, quæ ante litem cont. fiunt ad creditorum inſtantiam, ne ſcilicet quis interrogetur, an ſit hæres, ſed an bona hæreditaria poſſideat; quia eo ipſo, quòd quis poſſidet, licet non ſit hæres, habent creditores hæreditarij fundatam intentionem, vt per glo. præ dictam, & Doct. in ipſa l. controuerſia, & in l. fi. C. de petit. hæred. 1

† Et cum ſcriptus, ac legitimus hæreditatem habent, ambo conueniēdi ſunt, vt de directo inquit tex. ſing. d. l. controuerſia, quem tex. Angel. inquit non eſſe alibi in iure, & Caſtr. vnicum dicit reſpectu creditorum hæreditariorum: nec obſtat l. 3. ſupra eod. de tranſ. vbi habetur. † Quòd ſi inter ſcriptum hæredē, & legitimum in hæreditarijs bonis tranſigatur, hæres non autem legitimus, ſiue poſſeſſor bonorum, conueniri debeat; quia, vt ait glo. magna, & Barto. & alij, cum ea, in d. l. controuerſia, † In lege cōtraria de legatarijs agitur, in hac autem 2 3 4

de

de hæreditarijs creditoribus : & ratio
5 eſt, † quoniam legata ex teſtamento dependent.l.3.ff.de pigno.hanc tamen ſolutionem intelligendo ſecundũ ſequentem diſtinctionem . Quandoquidem pro huius materiæ plena intelligentia (ſcilicet quando vel hæres ſolus, vel ſolus poſſeſſor, vel vterque conueniri debeat, tam per creditores, quàm per legatarios) tria conſideranda membra conſtituenda ſunt: Mox generalis cautela ſuper hac re tradetur, qua ſecurè quis ſemper procedat.

6 Primum igitur eſt membrum; † quia ſucceſſionis incertitudo, quandoq; propterea oritur , quia contentione inter ſcriptum hæredem, & legitimum orta, tranſactio fit: quo caſu nonnullas fac diſtinctiones: Nam aut contentio ipſa ex eo naſcitur, quia legitimus, vel per querelam, aut per contratabulas irritandum prætendit teſtamentum, mox tranſigitur; & eo in caſu tam per legatarios, quàm etiã per creditores ſolus ſcriptus hæres conueniri debet; quoniam per eam tranſactionẽ teſtamentũ reſciſſum non eſt, nec reſcindi poteſt, niſi per ſententiam.l.ſi ſuſpecta.§.quamuis.ff.de in offi.teſt.cum concord, de quibus gl.magna in d.l. controuerſia. & ita cum glo, ſentiunt ibi communiter Doct. & Ioan, And.in add.ad Specu. in rub. de pactis, verſi; circa materiam iſtam, horũ etiam rationem afferebat Iaſ.in d.l.controuer. ſub num. 3.verſic, Primum eſt, quando oritur; quia querela intentari nõ poteſt, niſi adita hæreditate per ſcriptum hæredem.l.filium.§.ſed cum exhæredatio.ff. de bon.poſſ.cont.tabu. vnde poſtquam hæres ſcriptus eſt hæres, per hoc hæres eſſe non deſinit, quòd exhæredatus querelam intentet, nec teſtamentum in aliquo irritatur, niſi feratur ſententia cõtra teſtamentum; ideo quoniam hoc in caſu lata non eſt ſententia, cum medio ſit tranſactum tempore, & ſic ſcriptus hæres in nihilo hęres eſſe deſinat, ſit, vt in totum creditoribus, ac legatarijs, obligatus ſit; & ita propriè procedere ait d.l.3. in contrarium allegatam . Vnde etiã ex hoc no.Bar.in d.l.controuerſia, num.3.
† Quod teſtamentum reſcindi per par- 7
tium conſenſum non poteſt, niſi iudex hoc pronunciet, ad quod etiam vide d. l.3.ff.de tranſac. Cautus igitur ſit in hoc caſu ſcriptus hæres, vt cum tranſigit, cũ ipſo, qui ſecum tranſigit, paciſcatur, ꝙ ipſum pro rata ab oneribus hęreditarijs, ſi qua erunt, reuelare debeat. In hoc autem caſu opinor, ꝙ quando hęres ſcriptus plenè creditoribus ſatisfacere non poſſet, ac legatarijs, quia nec in bonis proprijs haberet ſufficientem valorem, in ſubſidium recurrendum eſſet ad ipſum, qui ex tranſactione ab hęrede quicquam hæreditatis conſecutus eſſet, arg. l.planè.§.qui rogatus.ff.de lega.1. & l.ſi maritus fundum, ff.de fund.dot.& prout paulò antè in ſimili plenius tibi tradebam ſupra in caut.103.num.7. † Sin au 8
tem teſtamentum ipſo iure irritum ( vt quia falſum, vel alio modo nullum) prętenditur, & eo caſu; aut per tranſactionis viam legitimo ipſi res certa datur, aut quota; primo caſu pariter ſcriptus hæres conueniri debet, arg.l. ſi legatus, §.multum intereſt.ff.ad Treb. & §. ſi ꝗs vna, Inſt.de fideicomm.hære. cum ſim, Quo etiam modo d.l.3.in contrariũ adducta intelligi poteſt, ſecundum glo. & Bart. & iſtum caſum indubitabilẽ tradit Iaſ.in d.l.controu, ſub d.nume.3.verſic, Aut enim in tranſactione: & hoc etiam in caſu ipſum ſcriptum hæredem cautũ admoneo fore, quòd conueniat, vt & ipſe legitimus onera ferat hæreditatis, prout ſupra in alio caſu dicebam, in uerſic. cautus igitur. Ac in ſubſidium prædicto in caſu aduerſus legitimum creditores, atque legatarios agere poſſe dico, prout & modo dicebam, in ver. In hoc autem, Secundo caſu, i. quando quota portionis datur; ſi in creditoribus ſumus, procedit tex.d.l. controuerſia, quia vtrũque

ipſi cõuenire pñt, ſ.pro hęreditarijs por
tionib. ſi verò in legatarijs: Tũc in lega-
ta ſunt ab inte.repetita, vt cẽtũ ſit vtroq;
euẽtu ea deberi, idẽ dicẽdũ eſt, qđ de cre
ditorib. eadẽ rõne, p legẽ hãc, cõtrouer-
ſia; ſed ſi nõ ſunt repetita ab inteſt. tunc
nõ legitimus, vel poſſeſſor [illegible] norũ, ſed
hæres ſcriptus cõueniẽdus eſt, vt in d. l.
3. ſm qđ & gl. & Bar. in d. l. cõtrou. intel
ligũt; & hic ẽt aduertat hęres, vt de indẽ
nitate paciſcatur: Itẽ in caſu hoc cõtra le
gĩtimũ hæredẽ legatarij in ſubſidiũ age-
re poterũt, vt iã tibi dixi: Et in quãtũ dr̃,
ꝙ legata, ſi sũt ab inteſt. repetita, ab vtro
que peti pñt; repetita quoq; cenſebunť,
ſi clauſula codicillaris erit in teſtõ inſer-
ta, arg. l. Lucius. 2. §. filiã ff. de le. 2. & no.
in l. ex teſtõ. C. de fideic. nec ob. ſi dicať,
qđ ex quo illa clauſula cõditionaliter cõ
cipiť. i. ſi nõ valet, vel ualebit &c. dicẽdũ
videať nihil poſſe operari, q̃m aſſignata
ſua quota ſcripto hęredi teſtm̃ valuit, er
go condõ nõ verificetur, iuxta ea, q̃ ego
dicebã ſuprà in cau. 102. ſub nu. 3. verſ.
& clauſula, quę teſtam. attẽto ẽt, quia cõ
ditio illa ſcindi nõ poſſe vr̃, cũ conditio-
nes ſint indiuiduę l. cui fundus. ff. de cõ-
di. & dem. quia reſp. ꝙ in prædicta mea
caut. loquebar de toto, qđ teſtĩ iure com
prehẽdebať; vnde cũ nulla ibi eſſet pars,
quæ inteſtati cauſam reſpiceret, nimirũ
ſi nequaquam dixi poſſe clauſulam co-
dicillarẽ operari: At nos in caſu ſumus,
quo pars aliqua ab inteſtato prouenit,
vndè illa ſuccedit doctorum cõis con-
cluſio (qua etiã apparebit illa reſoluta
dubitatio, dum dixi, ꝙ cond. tanquam
indiuidua ſcindi non poſſit,) quòd cõdi
tio illa in clauſula codicillari appoſita,
ita reſoluatur, videlicet, ſi non valebit,
ideſt quatenus, vel quò ad eam portio-
nem, quæ ex teſtamento non valebit,
valeat iure codicillorum: vt ita receptiſ-
ſimam hãc tradunt concluſionem Bart.
& cõiter ſcrib. per eum textum in l. ſti-
chum, qui meus erit ff. de leg. 1. idemq;
Bar. in l. 1. q. 9. ff. de iu. cod. & idẽ in aut.
ex cã, nu. 22. vbi Iaſ. ſub nu. 21. ver. Bre-
uiter, inquit cũ Bar. oẽs ſentire. C. de lib.
pręt. & iſtã tradit doctrinã Iaſ. in propo
ſito noſtro in d. l. cõtrou. ſub d. num. 3.
verſi. & aduerte, & ad id ait allegare ibi
eam gl. pro not. & ita notare ibid. Bald.
Ang. & Caſtr. Verum igitur erit, ſiue ex-
preſſe, ſiue tacitè fuerint legata ab inte-
ſtato repetita legatarios in caſu ſupra-
dicto. & cõtra ſcriptũ, & cõtra legitimũ
agere poſſe nec refragari text. in l. fin. C.
de codic. vnde habeť, † ꝙ cõuentus op- 9
ponere põt, vtrum ab inteſtato, vel ex
teſt. actor eligere velit, quia rñdet gloſſ.
prædicta mirabiliter, ꝙ hoc in caſu, q̃a
in incerto ſucceſſionis ſumus (vt in tex.
d. l. controuerſia, dr̃) eligere non teneť,
ad qđ facit tex. in l. 1. §. quia aũt ſi. quo.
leg. ex quo intellectum hic ad d. l. fi. ha-
bes; † quòd ſcilicet tunc procedat, cum 10
ſucceſſor certus ſit, quem etiam intelle-
ctum not. Bar. in d. l. controuerſia, nu. 6.
ad quod etiam vide Ang. & Caſtr. in d.
l. controu. & Alex. in d. l. fi. ſed Iaſ. intel-
lectum hunc ad d. l. fi. nõ admittit, cum
ibi diuerſus ſit caſus: nam ibi agitur de
ſucceſſore, hic de legatarijs, & creditori-
bus. † Item quod dictum eſt de quota, 11
ad hoc, vt tam creditores, q̃ legatarij v-
trunq; conuenire valeant (ſecundũ mo-
dum prædictum) intelligendum eſt, vt
hęreditatis ſit quota, ita ꝙ iura, & actio-
nes comprehendantur; ſecus de quota
rerum mobiliũ; vel immobilium, ita ꝙ
iura, & actiones non comprehendãtur.
l. quam Tuberonis. §. fi. ff. de pecul. Soc.
reg. 145. lim. 1. & faciunt per me tradita
ſup. in cau. 51. nu. 16. & ſeq. Aut modo
è conuerſo apud ſcriptum hæredẽ vna
remanet res, & alia tota hęreditas legiti-
mo cõceditur: & eo caſu determinat Iac.
But. Bar. ſub nu. 9. d. l. cõtrouerſia. Caſtr.
& Iaſ. ſub num. 8. verſ. Tertius caſus, vbi
iſtã eſſe ait veritatẽ; ꝙ ſi volũt agere cre-
ditores, vel legatarij, quorũ legata ab in-
teſt. repetita sũt, tũc ſcriptus in totũ, qua
tenus aliud inter ſeipſos conuentum nõ

eſſet

eſſet) releuandus eſt, nec eſt de ipſo hærede mentio facienda, aut vlla in iudicium conuentio (niſi in ſubſidium, vt dixi,) quia non tenetur; ſed ſi legata non ſunt repetita ab inteſtato, tunc ſcriptus hæres quatenus ſoluendo ſit, non poſſeſſor, per legatarios conueniendus eſt: Et prædicta Bar. dicit fortè eſſe vera, ſiue agant legatarij perſo-
12 nali, ſiue actione hypothecaria: † prout vtraque agere poſſe eis permiſſum eſt. l. 1. C. comm. de leg. & §. ſed olim, verſic. noſtra autem conſtitutio. Inſt. de leg.

13 Secundum modò eſt memb. † quia quandoque ſucceſſionis incertitudo indè oritur, quia ſcripto, tanquam ab indigno bona auferuntur: & Barto. tenet ſub nume. 10. d. l. contraria. contra gloſ. Quòd licet ſcriptus hæres remaneat, tamen non teneatur, niſi ille, qui aufert, & ita ſentiunt contra glo. communiter Scrib. vt ait ibi Iaſ. ſub num. 9. verſ. Tertium membrum, licet mox glo. ſaluare conetur.

14 Vltimum eſt membrum; † quia quandoque ſimpliciter abſque vlla nata controuerſia inter legitimum, & ſcriptum, vel ſcriptum, & fiſcum, ſucceſſor ignoratur, & tunc procedendum eſt ſecũdum remedium inferius poſitum.

15 Attẽde igitur ex † prædictis tu Aduocate, vt conſulere ſcias, quando vterque & quando horum alter duntaxat ſit cõueniendus: ſed vt in ambiguo non labores, & de actione tua tibi ipſi optimè cõſulere valeas, antequam eam proponas,

16 † Remedium eſt, (de quo etiam ſuperius ex Iaſone verba feci) quòd ante libellum vtaris interrogationibus, quę fieri ſolent ante litem conteſtatam, vt eſt tex. in l. 1. in princ. & in l. qui interrogatur. ff. de interrog. act. & formam collige ex Papien. in practi. in for. interrog. ſiendarum; quæ quidem forma licet ad aliud tendat, ex ea tamen, quiſquis ingenium habebit, in hoc noſtro caſu formam colligere poterit: Interrogationes autem vtrunque contineant, ſcilicet, an ille, qui interrogatur, ſit hæres necne, vel poſſeſſor bonorũ, iuxta tradita per Barto. in d. l. contraria, in numero ſeptimo, quia facta per eum, qui interrogatur, reſponſione, mox certus eris an ipſum conuenire poſſis, necne, attentis his, quæ ſuperius tradita ſunt. † Quod 17
& ſeruandum eſt ſecundum ipſum Barto. nume. 8. quando proclama generale fit (quia non reperitur hæres) vt ſcilicet dicatur; Quicunque vult dicere ſe hæredem, vel bonorum, & hæreditatis poſſeſſorem compareant, &c. & ita cum Bartolo traduut Ang. ibid. & Iaſ. nume. 8. & id tibi pro alio remedio trado, quo poſſis tunc vti, cum hæredem perſonamve, quam conuenias, penitus non inuenis, de quo Bar. in extraua. ad reprimendum, in verbo per edictum, longè poſt medium; ibi, ſic etiam admittitur, &c. nume. 14. & per Maran. in tracta. de ord. iud. par. 6. verſic. Propoſui, aliàs, citatio, nume. 89. & 110. verſ. & generaliter dicas.

Circa autem hoc generale proclama, quod fit quando non inuenitur hæres, reperio Barto. in l. ſi quis inſtituatur. §. Item ſi conditioni ſub numero primo. ff. de hæred. inſtit. dicentem; † Quòd 18
quando iſtud fit proclama non debet eſſe tam generale, quin aliquos nominatim contineat, ſed citari nominatim debent illi, qui primum gradum tenent, & ad quos hæreditas pertinet: vnde Barto. ſibi ipſi contrarius videtur.

Ego concordo ſic; † vt primum illi, 19
qui ſunt inſtituti hæredes, vel qui ſunt in potiori gradu citentur, ſi certi ſint, iuxta tradita à Barto. in l. fi. §. cum igitur, quem ibi ſequuntur Bald Salyce. & recentiores ibi, vt ait Iaſ. ſub numero tertio, verſi. quinto requiritur. C. de iu. delib. mox addatur generaliter: & quicunque vult ſe hæredem facere, vel bonorum, aut hæreditatis poſſeſſorem, &c. Quod tene menti, ne omnino

generaliter citãdo proceſſus poſtea nullus reddatur. Sin autem incerti ſint, qui citentur, generaliter id fieri poterit, ſecundum communem opin. Doctorum poſt Barto. in d. §. cum igitur: & adde Innocen. in cap. fin. qui mat. accuſ. poſſ. & Ioan. And. in cap. fin. de elect. in 6. & Docto. in cap. exhibita, extra de iud. Dicit tamen Iaſ. in d. §. cum igitur, quòd non ſufficit generale proclama, quando ſunt incerti aduerſarij, ſed facilè certi fieri poſſunt, vt per Pet. de Anch. & Gemi. in d. c. fi. in fi. de elect. in 6.

## Caut. CVI.

### De hærede intra deliberationis tempus, vel conditione pendente, alienare volente.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres intra deliberationis tempus nõ poteſt, niſi cognita cauſa alienare, ſed vt etiam abſque cauſa cognita alienet, remedium datur, nu. 2.*

3 *Conditione pendente hæres alienare nequit; quia tunc temporis hæres nõ videtur: vt autem alienare valeat conſilium datur, nu. 4.*

5 *Bonorum poſſeßio, quæ conditione pendente hæredi conceditur, quod ius tribuat.*

6 *Hæres ſub conditione inſtitutus, ſi in poſſeßionem bonorum hæreditatis immittatur, perinde alienare poterit, ac ipſe curator bonis datus poſſet.*

1 HÆres de † adeunda hæreditate deliberãs alienare non poteſt, niſi cauſa cognita. l. Ariſto. §. 1. ff. de iu. de lib. & Bar. per tex. prædictum, in l. ait prætor, ſub nu. 2. ff. eod. Vt autem etiam intra deliberationis tẽpus abſque cauſæ cognitione alienare valeat, Remedium eſt, † quòd curatorem bonis ſe ipſum conſtitui curet, nam 2
tunc res tempore perituras, aut pro graui ſoluendo ære alieno, quod ex pœna creſcit, & maximè ſi publicum immineat debitum, ſine iudicis decreto alienare poterit, l. ſi quis inſtituatur. §. item ſi conditioni, cum §. ſequenti. ff. de hæred. inſtit. & pro hac caut. vide Bar. in d. l. ait prætor, ſub num. 2. ff. de iur. delibe. & facit ad hoc text. in l. ſolet. ff. de ſer. in l. procurator totorum. ff. de procu. in l. j. §. mulier, & §. curator. ff. de vẽt. in poſſ. mit. in l. 1. ff. de cur. bon. dan. cũ ibi not. & in l. lex, quæ tutores, in fi. ff. de admi. tut. Nam & maritus dotis bona inæſtimata quoque, quę ſeruando ſeruari nõ poſſunt, liberè alienare poteſt, vt tradit gl. in verbo, & multo, in fi. ibiq; Bart. & alij, in auth. ſiue. C. ad Velleian. & tradit Chriſt. Por. Inſt. quib. lic. alie. vel non, in prin. ſub num. 7.

Idemque eſt in † hærede ſub conditione inſtituto; quia pendente conditione hęres non videtur, arg. l. is qui hęres. ff. de acq. hær. † Eo. n. caſu hæres a iudice petere poteſt, vt eum in poſſeſſionem bonorum immittat. d. l. ſi quis inſtituatur, in princip. † Quæ quidem bonorum poſſeſſio interim non tribuit ius reſidens in hæredis perſonam, ſed ius idem, quod curator quilibet bonis datus haberet, vt per Iacob. de Are. Cyn. in l. ſi pater. C. de inſtit. & ſubſt. q. fin. clarius in l. filijs matrem, C. de inoffi. teſtamen. & not. per Bart. in d. l. ſi quis inſtituatur in princip. per illum tex. & circa materiam iſtam vide plenè apud Bart. in l. 2. §. ſi ſub conditione, nu. 4. ff. de bon. poſſ. ſecun. tab. & † ideo perinde alienare poterit, ac ipſe curator poſſet, arg. l. illud. ff. ad l. Aqui. 3 4 5 6

Caut.

## Caut. CVII.

### De hærede ſub conditione poteſtatiua inſtituto conditionem implere cogendo, vt adeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres ſub conditione poteſtatiua non cogitur adire quamprimum poteſt: Vt autem his quorum intereſt, ſubueniatur aduerſus hunc, qui implere differt, remedium datur, nu. 2.*

3 *Hæredem ſub poteſtatiua conditione inſtitutum non adeuntem intra terminum à iudice datum, haberi pro repudiante.*

1 HÆRES † ſub cõditione poteſtatiua inſtitutus non cogitur adire, quamprimum poteſt, ſicut legatarius cogitur, vt per gloſſ. & Barto. in l. ſi quis inſtituatur. §. 1. ff. de hæred. inſt. idemque tradit Bar. in l. hæc conditio, 2. num. 1. ff. de cond. & demonſt. & ibi Doct. vbi licet Soc. ſub num. 2. verſi. ſecundo limita, id ad filios in poteſtate duntaxat reſtringere velle videatur: tamen concludit ſupradictã concluſionẽ (vt quò ad oẽs hæredes ꝓcedat) eſſe cõmunem, quam etiam ad fideicommiſſarios vniuerſales extendit, vt in verſ. Tertio limitatur, & hanc quoque opi. ſentit Alexand. in l. 1. quem ibi ad hoc ſequitur Dec. in ſi. C. de inſtitu. & ſubſtitutio. Vt autem his ſuccurratur, quorum intereſt, vt creditoribus ſubſtitutis, & ſimilibus, quò hæreditas per hæredem adeatur, & conditio adimpleatur: Re-
2 medium eſt, † quòd a iudice petatur, vt tempus hæredi præfiniat, intra quod illa poteſtatiua impleatur conditio; & etiam hæreditas adeatur, de quo eſt text. in d. l. ſi quis inſtituatur. d. §. primo. & l. ſi ſeruus. ff. de bono. autho. iud. poſſid. † Quo quidem intra illud tempus non 3
adeunte habebitur pro repudiante: nã pro adeunte haberi non poterit, cum conditio non ſit impleta, quam implere valens adimplere neglexit, vt eſt text. in l. quæ ſub conditione. §. quotiens. ff. de cond. inſtit. & d. l. ſi ſeruus: ac vt per Barto. in d. §. primo, circa finem, qui dicit, quòd eo elapſo termino conditio defecta videbitur: & clarè hoc dicit in l. ſi quis ſuus, ſub numero decimo. ff. de iure deliberan. in l. quamdiu, tertia, ſub numero quinto. ff. de acquiren. hæred. in d. l. ſi ſeruus. Soc. in l. in teſtamẽto 2. ſub num. octauo, verſic. poteſtatiua. ff. de condit. & demonſtra. & Iaſ. in d. l. 1. ſub numero 9. verſicu. aliquando, & ſecundo. C. de inſtit. & ſubſtitu. quibus in locis Soc. & Iaſ. docent, quando ex conditionis defectu inſtitutio quoque deficiat, vel non: & proinde legatariis malè conſultum eſſet, ſi non adiret hoc caſu: nec alio modo teſtamentum ſuſtineretur; quoniam legata a teſtamento pendent, vt dicebam ſuprà cautela centeſimaquinta, numero quinto. Benè verum eſſet, quòd ſi ab inteſtato legata eſſent repetita, ipſi quoque legatarij, etiam quòd hæres non adijſſet, legata è venientibus ab inteſtato petere poſſent, iuxta ea, quæ in eadem caute. centeſimaquinta, ſub numero octauo, dicebam, quot autem temporis ſtatuatur, dicam infra in hac litera, cautela centeſimanona. Sequitur modò de hærede ſub conditione caſuali ſimilis penè cautela, quam huic non coniungo, vt diſtinctius, hanc materiam habeas, & quæque ſuam obtineant ſeparatam cautelam.

## Caut. CVIII.

### De creditoribus ſubueniendis aduerſus hæredes ſub conditione caſuali inſtitutos.

**SVMMARIVM.**

1 *Hæres conditionalis creditoribus non tenetur.*

*Qualiter autem ipſis creditoribus tũc ſubueniatur remedium traditur, nume. 2. & 3.*

4 *Bonorum poſſeßio antequam adimpleta ſit conditio hæredi tributa, quod ius tribuat.*

1 HÆRES ſub † conditione inſtitutus creditoribus hereditarijs obnoxius non eſt, quia hæres non eſt, argum. l. is, qui hæres. ff. de acquir. hæred.

2 Verũ † hærede ſub conditione poteſtatiua inſtituto creditoribus ſubuenitur, vt in proxima precedenti cautela dixi: Si autem ſub caſuali conditione ſit inſtitutus, vt ipſis creditoribus ſubuenia-
3 tur, remedium pariter eſt, quòd † ad prætorem eant, & petant, vt heredi terminus ſtatuatur, intra quem ſi non petitur bonorum poſſeſſio ſecundum tabu. vel hæreditas adeatur, creditores in poſſeſſionem mittentur, & curator bonis conſtituetur, vt eſt tex. in l. ſi quis inſtituatur. §. Item ſi conditione. ff. de hære. inſti. ſed quatenus dictum eſt, quòd intra ſtatutum tempus bonorum poſſeſſionem heres ſub conditione inſtitutus petere cogitur, alioquin &c.

Aduertendum eſt (prout aliàs, & paulo ante tibi dixi ſupra caut. 106. nu. 5.)
4 † Quòd hec bonorũ poſſeſſio iuris non tribuit effectum, ſeu ius in perſonam hæredis reſidens, ſed ius tantum tribuit, quod curator in bonis haberet, vt per tex. in d. l. ſi quis inſtituatur, in princip. dicit Barto. ac per eundem, & alios a me relatos in modò citata cautela. De hac etiam bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, quæ iuris non tribuit effectum, & quam pendente conditione hæres conſequi poteſt, vide Bart. in d. l. is, qui hæres nume. t. de acqui. hære. Dicamus modò de eo, qui purè inſtitutus adire cogitur.

## Caut. CIX.

### De hærede purè inſtituto per ſubſtitutum cogendo, vt adeat.

**SVMMARIVM.**

*Inſtitutus quandiu ſuccedere poteſt, tandiu ſubſtitutus non admittitur.* 1

*Ius adeundi, vel immiſcendi quanto tẽpore duret.* 2

*Subſtitutus hæres quid facere debeat, cum inſtitutus aditionem protrahit: Quid vt vlteriori gradu ſubſtitutus alio ſubſtituto differente. nu. 4.* 3

*Terminus ad adeundum præfiniendus quantus eſſe debeat.* 5

*Creditoribus pariter ſubuenitur, cum hæres aditionem differt: & ſi intra tempus illud non adeat quid erit. num. 7.* 6

HAERES ſi ſub conditione inſtitutus eſt, ſiue poteſtatiua, ſiue caſuali, quomodo his, quorum intereſt, ſuccurratur, vidimus in duabus proximè præcedentibus cautelis: congruum modò eſt, vt videamus de hærede purè inſtituto, & quomodo ſubſtituto, ac creditoribus ſuccurratur, quatenus ipſe inſtitutus aditionem differat.

In primis igitur ſciendum eſt; quòd
† quandiu inſtitutus admitti poteſt, 1
tandiu ſubſtituto locus non eſt, nec ante ſucce-

ſuccedere pòteſt, quam excluſo inſti-
tuto.l.quamdiu, 1.& 3.ff.de acq.hæred.
2 † inſtitutus autem, ſiue ſuus, ſiue extra-
neus, 30.ann.ſpacio regulariter ſuperſe-
dere poteſt; nam adeundi, & immiſcen-
di ius non præſcribitur niſi 30.annis, ut
eſt tex.& gl.ac communis docet opin.in
l.licet.C.de iure delib.Et de iure adeun-
di, quòd triginta annis duret, eſt glo. &
Doct.in l.3.ff.de acqui.hær.in d.l.quam
diu.ff.eodem.& in l.1.C.quan. non pe-
ten.par.Bart.in l.filio præterito, ſub nu.
28.ff.de iniuſt.rup.& irri.fac.teſt.Caſtr.
in l.ſi quis ſuus.ff.de iure delib. Frã.Ma-
ria.deciſ.26.in fi.par.1.& deciſ.486.in fi
ne par.2. & ita dicit eſſe communem o-
pinio.Alex.in d.l.licet, in prin.& Iaſ.nu.
1.Soc.conſi.63.num.5.& conſi.81.in fi
ne, uolum.1.Gozad.conſi.56.num.1.&
conſi.80.num.5. ac late habes apud Bal
bum in tract.de præſcr.4.par.prin.q.19.
de iure autem immiſcendi poſt Docto.
communiter in d.l.licet, habes commu-
nem pariter dicentes Dec. in d. l. unica,
ſub num.8.C.quan.non pet.par.uerſ. &
hoc modo, vbi ab impugnatione Iaſonis
in d.l.licet, communem hanc tuetur: Go
zad.d.conſi.56.num.2.vbi pariter a Ia-
ſonis morſibus defendit: & Balbus late
d.q.19.num.4.vbi nu.5. & 6. uide quæ
tradit pro filio hoc tempore a iure ſe im
miſcẽdi excluſo, vt alio poſſit capite ſuc
cedere, ad quod etiam Goz.d.conſil.56.
num.5.& in d.conſ.80.ſub d.num.5. &
ſic uides quantam poteſt ad adeundum
trahere moram hæres. Eueniet igitur, vt
ſubſtituto neceſſarium ſit prætoris reme
dium, ne ei longa fiat mora: ideo ſubſti-
tutus, vt in longum non trahatur, conſi-
3 lium capiat; † quod iudicẽ adeat, a quo
petat, inſtituto hæredi ſtatui terminũ, in
tra quem adeat; quo mox tempore lapſo
abſque eo, ꝙ inſtitutus adeat, ſubſtitut⁹
admittetur: Et ſi cõtingat, ꝙ ulteriori gra
du ſit alius ſubſtitutus, & intra ſtatutum
primo inſtituto terminum ſecundus de
cedat, ipſe tertio poſitus gradu ſuccede-
re poteſt; † quinimmo & ipſis ulteriore 4
gradu ſubſtitutis pariter remediũ datur,
ut ſtatim atq; præcedẽtib.ſubſtitutis de-
lata eſt hæreditas, ne in longũ trahantur
ſtatui petatur tẽpus ad adeundũ, prout đ
inſtituto dixi, de his eſt tex.ĩ d.l.q̃diu.3.
& ibi iũc.gl.mag.† Terminũ aũt ad adeũ 5
dũ præfigẽdũ p iudicẽ nõ debere eſſe mi
norẽ 100. dierũ in extraneis de iure cõi.
ex l.j.& 2.ff.de iu.del.in liberorũ vero p
ſonis anni vnius, ex l.1.§.largi⁹.ff. đ ſuc.
edi.tradit Bar.in l.ſi q̃s inſtituatur.§.j.ff.
de hær.inſt.in l.1.§.fi.ff.de iu. del. in l.ſi
diu.ff.qui.ex ca.in poſ.ea.& in d.l.q̃diu
3.ſub nu.6.ſequit̃ ſimpl̃r Ang. in §. ex-
traneis, Inſt.de hær.qual.& dif.quę ſane
opi.hoc in caſu cõiter recipitur; ita.n.in
hoc tenuere Ia.Bu.Ang.Sal. & alij ĩ rub.
C.de ſuc.edi.ubi Iaſ.nu.4.dicit hanc eſſe
cõ.op.& magis cõem ꝓfert ex Ale. ĩ cõſ.
4.inc.videretur inſp.uolu.2. & quo loci
Iaſ.alios ad hoc refert: cõem quoque ait
Dec.ĩ d.rub.C.de ſuc. ed.n.4.Rim.n.2.
Cur.Iun.cõſ.108.in fi.D.Men.de arb.iu
di.li.2.caſu 1.n.8.† creditores pariter, hę 6
ređ differẽte, terminũ ſtatui petere pñt, ĩ
tra quẽ adeat arg.d.l.ſi quis inſtituat̃.§.i.
ff.de hæ. inſt.& facit tex.ĩ d.l.ſi diu.ff.ex
qui.cau.ĩ po.ea.& qđ ibi tradit Bar. facit
ẽt tex ĩ l.ſi ſeru⁹.ff.de bo.auth.iu.poſſ.ac
tex.ĩ l.1.& qđ ibi no.ff.de cur.bon. dan.
† ſcias aũt, ꝙ in hoc creditorũ caſu hęres 7
pure inſtitut⁹, ſi intra p̃ſtitutũ tp̃s tacue-
rit, hęres habebit̃.l.fi.§.ſed quia quidam
C.de iu.del.ſecus eſſet, ſi ſub ptãtiua con
ditione eſſet inſtitut⁹, nã tũc, lapſo termi
no, defecta eſſet condõ, & ꝓ repudiante
habere hæres.d.l.ſi quis inſtituatur.d.§.
j.& ibi Bar.idẽq; Bar.in d.l.q̃diu.3.& in
alijs locis, quos tibi allegaui s̃.ĩ cau.107.
n.3.quid mõ ſit hoc in caſu, cũ condõ ca
ſualis ẽ, dixi ĩ ꝓx.p̃c.cau.ſcias deniq;, ꝙ
licet ſm̃ Bar. ĩ locis p̃citatis hoc quoq; ĩ
caſu qñ.ſ. ad inſtãtiã creditorũ pro eorũ
cõſequendo credito, nõ pro excludendo
hærede terminus p̃figitur, habeat̃ nõ poſ
ſe iudicem minus tempus, quam cẽtum
dierum

dierum extraneis, & anni unius liberis ſtatuere; quod & ſecutus eſt D.Menoch. niſi cauſa ſubſiſtat.d.caſu primo, nume. 16.poſt alios, quos alleg. dicens forte hanc Bar.opi.eſſe crebriorem; tamen cõ tra illam opin.uerè tenent communiter interpretes, ut præter citatos a Iaſ.in dic. rub.C.de ſucceſſ.edicto, de hoc commu nem, & magis communem aſſerente, te nuerunt quoque Bal.& Caſt.in d. l. 1.§. fi.ff.de iure deliber. & ita voluit allegare Doct.& Alex.in præd.conſi.4.magis cõ munem hoc in caſu dicentem, Ioan.Di lect.de arte teſt.titu.11.caut.7.ſub num. 2.ad finem licet ponendo caſum de ſub ſtitutis, uel ſequentibus in gradu, termi num præfigi facientibus, mox atteto eo caſu errauerit, dicens contra Bar.commu niorem eſſe opinionẽ, quòd iudicis arbi trio tempus ſtatuatur: uide tu Doct præ dictos, & max.Iaſ.in præd.rub. C.de ſuc ceſſ.edict.& de ipſius errore certus eris; quod & ad ſenſum patet; quia durum eſ ſet, vt arbitrio iudicis tempore ſtatuto hæres ab hæreditate excluderetur.

## Caut. C X.

### De poſſeſſione, uel dominio in hy pothecaria actione proban do, & de ſaluiano in- terdicto.

*S V M M A R I V M.*

1 *Hypothecaria actione contra principa- lem debitorem agens dominium proba re non tenetur. ſecus ſi contra tertium poßeſſorem, nu.6.& 7.*

*Et quid in eius hærede, qui rem obliga- uit, nu. 5.*

2 *Debitor hypothecaria conuentus domi nij quæſtionem referre nequit.*

*Limita nu 4.*

3 *Hypothecaria contra debitorem agens quomodo libellum concipere debeat.*

*Et de ipſo concipiendo libello, ſiue aga- tur contra principalem ipſum debito- rem, ſiue contra eius hæredem; ſeu con tra extraneum poſſeſſorem a debitore cauſam habentem vel nõ, habes remiſ ſiue, nu.14.*

*Creditor quando rem ſibi obligatã a ter tio poßeſſore poſſeßorio remedio auo- care valeat, & nu.10.& 12.* 8

*Poßeßorio iudicio, ſi pro re hypotheca- ta recuperanda creditor agere eo po- teſt, vtatur potius, quàm petitorio, ſub nu.8.uerſi.hoc igitur.*

*Saluianum interdictum vtilius eſt, quã ſeruiana actio. ſub d.nu.8.uerſi.ſicut.*

*Saluianum interdictum an competat creditori alij, quam locatori.* 9

*Pignore rei mobilis conſtituto expreſ- ſe poſſeſſio quoque transfertur.* 11

*Interdictum vnde vi in rebus mobilib. non competit.* 13

HYpothecaria actione quis agit, aut contra principalem debitorẽ poſſidentem; aut contra eius hæ- redem, aut contra ſingularem tertiũ poſ- ſeſſorem a domino cauſam habentẽ; aut contra tertiam, & omnino extraneã per ſonam nullam prorſus a principali debi tore cauſam habentem: circa quos qui- dẽ caſus modò requiritur dominij, mo- dò ſufficit poſſeſſionis probatio: nã cir- ca primum caſum firma eſt, & indubita ta cõcluſio, quòd † ſola poſſeſſionis pro 1
batio ſufficiat, ut per Bar.in l.rem alienã, num.6.& doct.alios ibidem.ff. de pign. actione,, in l.cum res, ſub num.5 uerſic. quare poteſtis dicere.C. ſi res alie. pign. data ſit, & ibi Bal.& alij Docto.in l.ante omnia.ff.de probat.Afflict.deciſ.40.ſub num.1.& deciſ.383.in fine: doct. & ma xime Iaſ.in §.item ſeruiana, num.89.In- ſtitu.de act.ibique per Gomes.num.35. qui dicit ita eſſe communem opinionẽ, ac Neguſant.in tract.de pign.in 3.mem- bro 8.par.prin.ſub nu.6. idq; ideo pro- cedit ſecundum prædictos; quia † con- 2
uentus

uentus debitor dominij quæſtionem re ferre nequit, ne ſuam alleget turpitudinem, vt poſt alios, & ita dixit Ripa in l. 1 ſub num.23.verſicu.contrarium, ubi prædictam concluſionem pariter cõmuniter receptam aſſerit.ff.de pig. ſicut nec econuerſo conuentus a debitore creditor, propter fructus ex re pignorata perceptos, dominij nequit quæſtionẽ referre.l.ſi pignore, aliàs incipit, & ſi metus. §.prædo.ff.de pig. act. & bonum inquit eſſe textum Iaſ.in loco ſupracitato, in l. ſi inter.§.1.ff. de pign. alioquin enim de mendacio argueretur, d.l.rem alienã, in fine.ff.de pign.actio. idemque tenet Ripa in d.l.1.ſub num.25.verſi.eadem ratione.ff.de pign.admonet tamen Bart.in d.l.rem alienam, & in prædicto loco Iaſ.
3 poſt Ang. Aret. ibid. Cautum † eſſe in praxi debere Aduocatum, vt nõ ſolum, mentionem de debitoris poſſeſſione faciat; ſed etiam deducat, atque proponat, debitorem fuiſſe illi⁹ rei dominũ: quod quidem dominium eo ipſo probabitur quòd debitoris fuerit poſſeſſio probata: quia (ut dictũ eſt) debitor dominij quæſtionem referre non poteſt, quòd ſi id non deduceretur dominium, actor, tanquam plene ius ſuum non deducẽs, ſuccumberet, ſed ſi dominium allegetur, ex poſſeſſionis probatione inquiunt Bart. Areti. & Iaſ. dominij reſultare præſumptionem, ad quod etiam uide Negu.d. 3.memb.octauæ par.prin.ſub d.num.6. & ſub num.22. quod autem dictum eſt principalem debitorem dominij nõ poſſe referre quæſtionem, id uerum inquit Aret.& Iaſ.in præcitato loco, ex Salyceti mente in d.l.cum res.C.ſi alie. res pig. ſi
4 † ſpecialis ſit hypotheca, ſecus ſi generalis: primo enim caſu debitor de mendacio argueretur, uel contra eum de dolo replicari poſſet; ſecundo non, iux.Salyc. Ang. Are. & Iaſ.prædictis in locis.ad idẽ uide Negu.in d.3.memb.ſub d. num.6. verſic.intellige tu procedere; ubi ſubdit, quòd iſto in caſu generalis hypothecę debitor excipere non prohibetur, quòd res non ſit ſua, dũmodo eum nominet, cuius illam rem eſſe aſſerit, & probet ſe fructus illius nomine percipere; aliàs ſi hoc non probaret, ex quo poſſidet, & res ſua præſumitur, ſuccumberet, & condẽnari deberet, iux.no.in l.2.C.ubi in rem actio; quod & habes penes Areti.in d.§. item ſeruiana, ſub num.8.uerſicu. ſed in generali: inquit autem ipſe Negu.ſub d. num.6.circa princ.quòd in hac generali hypotheca ſi ad aliquam ſpecialem rem agatur, quæ uere debitoris ſit, ſufficit probare, quod poſt contractum obligationem debitor aliquando poſſederit, ut per tex.no.in l.& quæ nondum.§.1.ff.d pign.cum, ſi ſpecialis ſit hypotheca, probari debeat debitorem obligationis tempore poſſediſſe, ut eſt tex.in modo.§.1. & in l.ſi ſuperatus, ibiq́ne no.ff.eo. de pigno.& in l.ante omnia.ff.de prob.ſimiliter creditor hypothecaria contra debitorem agens probare debet, quòd debitor poſſideat etiam moti iudicij tẽpore, quia cum iſta ſit in rem actio, ut l. pignoris. ff.de pign.l.pignoris.C.eod.ac l. eos. C. qui pot.in pig.hab.requiritur, quod re⁹ poſſideat.l.1.C.ubi in rem act.& l.1.C. de alien.iud.mut.cau.fac. & ita in ſpecie tenere Caſt.in d.l.rem alienam, col.pen. verſicu.qualiter autem probetur, ait Neguſ.d.rem.3.ſub dicto, num.6.ubi notã dum admonet, ne errare contingat: inſuper etiam notabis, quòd dum dictũ eſt ſufficere debitoris probare poſſeſſionẽ, intelligere debes, dummodo probetur cum bona fide poſſediſſe, uidelicet ꝙ eã ut ſuam poſſedit, & ſic bona fide: nã cũ debitor ille rem pignoratam bona fide, & ut ſuam poſſederit, dominus præſumitur, uel quaſi, iux.tex.l. bonorum. 1. ff.de uerb.ſign. & ita glo.in d. l. rem, & d.l.cum res, & ibi Bar.& Doct.traditq́ue Neguſ.in d.8.memb.ſub d.num, 6.uerſic.dum tamen.

Quæ autem † de principali debitore 5
ſuperius tradita ſunt, locum etiã in eius

hærede

hærede habent, quando ipſe hæres defuncti dminiculo vti vult, vt probatur per tex.l.in omnibus.§.1.ff.de regu. iur. per quem tex.ita tenet Aret.in d.§. item ſeru.ſub d.num.8.uerſi.ſecundo uero caſu;idemque eſſet etiam ſi hæres iure proprio,ſpecialive titulo vti vellet, & teſtator in dominio mētitus eſſet,puta, quia dixiſſet defunctus,cum obligabat,ſuam eſſe rem, quæ eius erat,qui poſtea ſucceſſit,vt videtur tex ibique Docto.in d.l.rē alienam,in fi.Aret.in d.verſi.ſecundo vero caſu,& Neguſ.in d.3.mem.num.7.& ad hoc rationem reddit Bart.in d. l. rem alienam,in fine,& communiter Docto. quia hæredi non licet defuncti arguere mendacium.l.ſi creditoribus. C. de ſer. pign.da.man. ſimiliter idem dicendum eſſet, ſi defunctus dictam obligationem & contractum hæredis nomine feciſſet, & de rato pro eo promiſiſſet, tunc enim hæres ratum teneretur habere dictū contractum,& ſic ſufficeret eadem probatio de qua ſuprà in principali debitore dictum eſt,vt ita not.Caſtr.in l.ſolutum.§. ſolutam,in princ.de pigno.act.& in d.l. rem alienam,quem ad hoc refert, & ſequitur Neguſ.in d.3.mem.ſub d.nume. 7.& ita etiam uide ipſum Neg. in 2. mē. 2.par.prin.ſub num.57.uerſicu.unde in terminis noſtris: ſin autem ut hęredis rē, non ut propriam defunctus obligauit,& hæres non defuncti adminiculo,ſed proprio iure uti uult, tunc ipſe hæres, quia non agit de defuncti mēdacio, de dominio excipere poteſt.d.l.rem alienam, ſecundo reſp.iuncta l.an uitia.§.1.ff. de diuer.& temp.præſ.& ita Aret.d.verſi.ſecū do uero caſu;quod ex ſupradictis intellige,niſi defunctus de rato pro hærede ꝓmiſiſſet,iux.Caſt.& Negu.in modò citatis locis.

6 Quo † modò ad tertium principalē caſum uarias doctorum inuenio opiniones,vt vix diſcerni queat cui magis ſit ad hærendum.nam & Barto.ipſe in his ſibi contrarius extitit:prima enim eſt Barto. ipſius opi.in d.l.rem alienam, ſub num. 6.uerſicu.& ſic dico,dicentis,quòd ſi agitur contra ſingularem ſucceſſorem à principali debitore cauſam habentem, tenetur creditor probare dominium directum,vel vtile,vel quaſi dominium;ſiue ipſe ſingularis ſucceſſor cauſam oneroſam prætendat, ſiue etiam lucratiuā: Secunda fuit ipſius met Bartoli ſibi aduerſantis opin.poſt Cyn.in d.l.cum res, ſub num.5.uerſicu.aut creditor agit, diſtinguentis inter illum ſucceſſorem, qui cauſam haberet lucratiuam,& eum, qui oneroſam prætenderet,& dicētis primo caſu ſufficere probationem, quā aduerſus principalem debitorem ſufficere dixi, ſecundo autem caſu dominium eſſe probandum,vel quaſi dominium,argu. l.apud Celſum. §. de authoris. ff. de do. excep.Tertia,& vltima fuit opi.Sal.in d. l.cum res,volentis, quòd ſiue ſingularis ſucceſſor cauſam lucratiuam,ſiue oneroſam prætendat, creditori ſufficiat probare, quòd debitor bona fide poſſederit, abſque eo, quòd de alio illius titulo probetur; & mouetur Sal. quia cum iudici conſtet tertium poſſeſſorē a debitore eā rem,ut ipſius debitoris propriam, accepiſſe,ſicut debitor excipiendo, quòd res non fuit ſua, repellitur replicatione doli propter mendacium, d.l.ſi inter.§.1. ita & tertius poſſeſſor, qui dictam rem vt debitoris ipſius propriam accepit,repelli debet, & id comprobat Sal. nonnullis alijs perſuaſiuis rationibus, concludēdo quòd poſſeſſor habens a debitore titulū fateri videtur ipſum eſſe dominū:& iſtā Sal.ſententiam tenuit Alexā.conſi.138. uolum.2.& Ripa iſtam forte eſſe veriorem dixit in d.l.1.ſub num.24.ff. de pigno. Sed quicquid dicat Sal.& alij hanc opinionem omnino reprobatam reperio,& in primis Ang.in l.1.ff.de publ.ſuper glo.in verbo,a non domino, contrarium ſenſiſſe videtur,dum ex no.ibi per glo.colligit, quòd emptor rem venditoris eſſe confiteri non cenſetur, & iō ſub-

dit

dit, quòd ſi emptor conueniatur hypothecaria ſuper re empta a creditore vẽditoris, negare poterit, rem illius uenditoris fuiſſe, non obſtante, quòd ab eo cauſam habeat; & dicit de hoc facto ſe pluries practicaſſe, & iſtam opinionem ex Angeli fundamento tenet etiam contra Sal. Alex. conſi. 115. volum. 6. incip. uiſo proceſſu. ubi etiam dicit, quòd Saly. qui tenuit in d. l. cum res, quòd titulũ hebẽs, vel cauſam ab aliquo cenſeatur fateri illum eſſe dominum, deceptus fuit, quia eius fundamentum iure non probatur, ſed immo contrarium eſt de iure per d. glo. in d. l. 1. & ibi Ang. de publ. idẽ quoque firmat. Alexan. conſi. 43. viſis, & põderatis, uerſicu. praterea ad probandum locationem, uolum. 4. Pariter & Ang. Aret. in d. l. item ſeru. ſub d. num. 8. uerſic. ſed licet iſta opi. huic Salyceti opinioni non conſentit: quinimmo Bartoli opin. de qua in d. l. rem alienam, tenens inquit eam in practica obſeruari, præterquam in caſu, cum appareт debitorem alienaſſe in tertium poſſeſſorem cũ fraudis participatione in creditoris damnum, ſecundum Bal. in rub. C. quæ in fraud. cred. & pro hac opinione, & rationes adducit, ac obiectis reſpondet, quæ tu ibi penes ipſum vide: profecto licet pro duabus alijs opinionibus, nec rationes ſatis bonæ, & coloratę, nec magnę authoritates deſint, Bartoli tamen prior tradita opinio, de qua in dic. l. rem alienam, & tutior eſt in foro, & frequentiori doctorum calculo recipitur; communem enim iſtam opinionem tradit Gomeſ. in dic. §. item ſeruiana, d. numero trigeſimoquinto, & inquit Afflict. dicta deciſ. quadraginta, ſub numero 2. poſt Alber. de Roſa. in dic. l. cum res, quem Afflictus alleg. quòd vidit communiter approbari glo. in dic. l. ante omnia. ff. de probatio. quæ quidem gloſſ. in verbo, data ſit, generaliter tenet creditorem hypothecaria contra alium, quàm contra debitorem agentem probare debere eo tempore, quo de pignore conuenit, rem ad debitorem pertinuiſſe, ita intelligens glo. dic. l. ante omnia, ſimpliciter loquentem. Hanc pariter opinionem, dominium eſſe probandum, cum aduerſus tertium poſſeſſorem, etiã a debitore cauſam habentem, agitur, ueriorẽ protulit Neguſ. in præd. ſecundo mẽbro ſub numero octauo, quamque ut uerã, & tenendam ſequitur ſub numero decimo, verſicu. & iſtam puto: ac in uerſi. & propterea, ſub eodem numero decimo, inquit ipſam eſſe veriorem, & magis cõmunem ſententiam. Non erit igitur male factum, ſi huic adhærebis opinioni; quam tenendo, & practicando tibi niſi tutior eſſe poteſt; cum ſi dominium probaueris omnes erunt remotæ difficultates: quod ita non eſſet, ſi ſimplicem oſtẽderes debitoris poſſeſſionẽ. qualiter autem dominium probetur, tradit Bart. in d. l. rem alienam, ſub d. nume. 6. uerſi. ad probandum autem, de quo Neguſ. in d. 3. membro, num. 25. plene habes dominij probandi modos penes Bar. in l. rem quæ nobis, numero tertio, & quarto, cũ doctoribus ibidẽ, & maxime Ripa a numero 33. uſque in fin. de acqui. poſ. glo. & Docto. in l. cum res. C. de prob. Boer. deciſ. 42. alioſque nonnullos Docto. refert apoſt. ad Bar. in d. l rem, quæ nobis, in verbo, in nullius bonis, litera D, & vide quoque pract. Pap. in for. libel. in act. rea. in verbo, iure dominij, num. 9. cum nonnullis ſeq.

Circa autem † ultimum caſum nõ eſt qui poſſit negare non probandum eſſe dominium; nam cum Bar. iſtud tradunt omnes in d. l. rem alienam, & in d. l. cum res, Ang. in d. §. item ſeru. ſub d. num. 8. verſi. quarto caſu, & ibi. alij, & iſtam opi. communiter receptam tradit Negu. ĩ d. 3. mẽb. n. 11. circa quẽ caſum aduerte ẽm Aret. & Iaſ. in p̃d. §. itẽ ſeru. d. nu. 89. uer. Aduerte tñ. Quòd † ſi debitori prin- 8
cipali interdictũ ad auocãdã poſſeſſionẽ cõtra tertiũ iſtũ poſſeſſorẽ cõpeteret, utile ẽt ipſius debitoris creditori oĩa bona obli-

obligata habenti competeret; quia conſequenter iura, & actiones obligatas haberet creditor, ad quod allegatur Bar.in d.l.rem alienam,ſub num.8.Cyn. & Salyc.in d.l.cum res.Hoc igitur caſu (ut & admonet Aret.d.loco) melius erit vti interdicto poſſeſſorium concernente,quã hypothecaria petitorium continente.l.is qui deſtinauit.ff.de rei uend.& §.retinẽdæ,Inſt. de interd. ſicut & quando quis ſaluiano uti poteſt interdicto,melius eſt eo uti, in quo ſecundum commune Doctorum opinionem,ſufficit de ſola debitoris poſſeſſione probare, quàm ſeruiana agere,ut tradunt Aret.Iaſ.num.93. & Gomeſ.num.36.in d.§.item ſeruiana,& vt inferius dicam in litera S,caut.248.in cip.ſeruiana actio.

9 Et hinc ſcias, q † ſaluianum ipſum interdictum,ſiue directum, ſiue utile alij non competit creditori, quam locatori pro rebus inuectis,& illatis; licet Bart. in l.1.ſub num.2.ff. de ſalu.interd. & in l.1.qõ.1.C. eo. ſenſiſſe videatur cuilibet creditori ſaluianum competere interdictum,quod & tennit Alexand.d. conſil. 185.num.4.lib.6.attento, quia ipſe Alex.reſpondit in caſu,in quo hypotheca erat ex inſtrumento publico ratione crediti ex alia cauſa,quam locationis cõtracti;idem quoque quod Bar.& Alex.præter relatos a Menoch. in loco infra citando, tenuere Cæpol.caut.81.& Viuius in 3.libr. communium opinionium variorum,litera A,opin.4. non communis opinio uideatur,prout tradit doctiſſimus ætate noſtra Menoch.in tracta. de adipiſcen.rem.3.nu.23.quo loci & ipſe hanc contra Bartolum opinionem ueriorẽ credit,& in iudicijs obſeruandam: ſed certe licet forte ex ſcripto iure Excellentiſſimi Menochij opinio ſuſtineri poſſit,Aduerte tamen,an in loco, ubi hæc contigerit quæſtio, de conſuetudine Bartoli, & ſequacium opinio ſeruetur,quia tunc ipſi ſtabitur conſuetudini. l. de quibus. ff. de legib.& equidem puto,quòd talis cõſuetudo nõnullis in locis extet:quinimmo innenio ego iure municipali Brixiæ ſtatutum, vt in quacunque hypothecaria ſufficiat hoc intentare remedium ſaluianum,dum in ſtat.cu.152.quod facta relaxatione, &c. verſic.& intelligatur; cautum eſt,quod in hypothecaria intelligatur probatum fuiſſe rem in debitoris bonis extitiſſe, ſi creditor probauerit, rem fuiſſe tentam,& poſſeſſam per ipſum debitorem tempore obligationis,uel poſt.

Bene uerum opinor, quòd † ſi in creditorem quempiam tranſlata eſſet rei hypothecatæ poſſeſſio,forte etiam per conſtituti clauſulam,aut precarij, competeret ipſi creditori remedium poſſeſſoriũ recuperandæ,prout ipſe Menoch.in modò citato rem.num.28.pariter ſi tranſlata eſſet rei mobilis pignoratæ poſſeſſio, puta ſi rei mobilis pignus creditori per debitorem expreſſe conſtitueretur (quo † caſu transferri dicitur in creditorẽ poſſeſſio, iuxta l.ſi rem alienam. §. proprie, & quod ibi not.ff.de pigno. act.l. plebs. §.pignus.ff.de uerb.ſig.& §.inter pignus verſi.nam pignoris, Inſt.de act. † credẽrem agi poſſe remedio.ca.reintegranda. 3.quæſt.1.attentis illius textus uerbis,& his iunctis,quę tradit Menoch.in tract. de recup.rem 15.in quæſt.16.non † vero competit interdictumvnde ui in reb⁹ mobilibus.l.1.§.illud vtique in dubium ff.de vi,& vi arm. 10 11 12 13

Supereſſet † hic formam libellandi circa quorum ſupradictos caſus, quibus hypothecaria agitur,tradere, ſed quia eã plane habes penes Barto.in d.l.rem alienam,Ange.Aret.in dic.§. item ſeruiana, numero 14.& Negu.in d. tertio memb. octauę part.princ.eius tractatus de pign. ſub numero decimonono, uerſicu.capiẽdo,cum nonnullis numero ſequen.ideo vlterius non progredior,ſed tantum admoneo,ut apud illos Docto.tu omnino ipſam formam attendas, & in prædictis etiam vide Soc.conſi.112.vol.4. 14

Caut.

## Caut. CXI.

### De immunitatis priuilegio, quo quis ab omnibus oneribus exemptus ſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Immunitatis priuilegium ſimplex ad onera bellica non extenditur; & amplia nu.2.*
*Et conſilium traditur, num.14. & nume.16.*
3 *Collecta ob bellum impoſita munus eſt extraordinarium.*
4 *Dictio, omnis, nihil excludit.*
*Verba vniuerſalia ea comprehendũt, in quibus ſpecialis requiritur mentio ſub nu.4. verſ verba.*
5 *Immunitas ab angarijs, perangarijs & ab omnibus oneribus, omnia onera, quæ dinumerari poſſunt, includit.*
6 *Hæredes extranei continentur ſub verbis, omnes hæredes.*
7 *Hæredes extranei quando in feudo contenti cenſeantur, & nu.17.*
8 *Socij omnium bonorum ſpecialiter quæcunque eorum bona, lucra, & delucra communia habent.*
*Limita, vt nu.10.*
9 *Societas ſimplex quæ contineat.*
11 *Trebellianica includitur ſub clauſula, omnem falcidiam.*
12 *Trebellianica improprie falcidia dicitur: Ideoque infertur ad ſtatutum, cuius uerba proprie intelligẽda ſunt.*
13 *Vniuerſale ſignum quid comprehẽdat.*
14 *Immunitatis priuilegium, vt plenius ſit, quæ verba in eo eſſe debent, & nu.19.24. & 27.*
15 *Religioſi verbum in materia odioſa ſtricte multum capitur, ſi tamen dicatur, quicunque religioſi, iſtud verbum ampliabitur.*
16 *Lege, vel ſtatuto concedente cognitionem de cauſis quibuſcunque nulla intelligitur excepta.*
*Dictio alius, alia quando implicet maiora expreſſis.* 18
*Venalia quando veniant in legato facto eorum, quæ domi ſunt.* 20
*Euicta re per compromiſſum quãdo emptor de euictione agere valeat.* 21
*Statuto homicidium puniente quando etiam veniat homicidia non doloſus, & ad ſui tutelam occidens.* 22
*Verba geminata, & cumulata multum ſunt ponderanda.* 23
*Quomodolibet dictionis virtus, & nume. 26* 25

IMmunitatis ſimplex † priuilegium ad onera bellica, neceſſitate vrgente imponenda, nõ extenditur, vt tradunt Dy. Albe. de Roſ. Sal. & Alexa. in l. ſi ex toto, in prin. ff. de leg. 1. vbi Iaſ. duobus locis, videlicet in princ. col. fi. aliàs ſub num. 12. verſ. quid tenendum, & in fine hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur, & in eadem l. ex toto, Ripa nu. 17. communem inquit eſſe opinionẽ, quod etiam tradit Bertach. de gabel. in 7. par. prin. qui tenean. vel non ad gab. ſub nu. 12. ver. Pro quo. quę † ſane opinio forte procedit, etiam ſi dictũ ſit in priuilegio ab omnibus muneribus, ſecundum mẽtẽ, & fundamẽta Dyni, Alb. de Roſ. Sal. Alex. & Moder. in d. l. ex toto, & ibi maxime Iaſ. nu.8. Alex. cõſ. 215. nu. 27. & 28, lib. 2. quod & tenuiſſe videtur Io. And. in add. ad Specul. in ti. de cens. §.2. ſub nu. 10. litera H. ver. ſciendum eſt, & d. Ant. de But. in ca. peruenit, de immu. eccle. ſequuntur alij quãplures, quos refert Franc. Viuius in primo tomo cõmunium opin. variorum, litera I, verſicu. incipiente, immunitas conceſſa & ex his maxime apertiſſime tradit Ripa in tract. de peſte, in titu. de rem. ad conſer. vbert. nu. 231. communem eſſe affirmas doctorum ſententiam de hoc, licet Rayn. Ioan. de Imo. Caſt. & Are. in d. l. ex toto

& Ale-

& Alex. in conſ. 30 nu. 4. lib. 2. contra-
rium ſenſerint: quinimmo quòd immu-
nitas cõceſſa tantum ab omni onere (nõ
habita mẽtione de ordinario, & extraor
dinario) trahatur etiã ad on⁹ propter bel
lum, & peſtem, videtur tenuiſſe Ripa in
l. 1. nu. 51. ff. de vulg. & pup. quorũ ſane
opinio colorata ſatis habet fundamẽta,
& inter alia duo hæc multũ ſtringere vi
3 dentur, quorũ alterũ eſt; quia † collecta
propter bellum impoſita munus eſt ex-
traordinariũ; & propterea ſuperindictũ
appellatur, vt in rub. C. de ſuperind. lib.
10. cũ no. per gl. ac Bar. ibi, & facit, quia
ea onera, quę certã, & determinatam nõ
habẽt formam prẹſtationis, etiam tẽpo-
ris reſpectu, extraordinaria dicuntur, vt
tradit Bart. in l. 1. nu. 10. verſ. itẽ quæro
cũ in iure. C. de mul. & in quo loco lib.
10. & Gem. in conſ. 116. col. 1. ſed gene
rale immunitatis priuilegium ab extraor
dinarijs priuilegiatum tuetur. l. in oneri-
bus. §. qui muneris. ff. de vacat. mun. no.
Bar. in l. 2. ff. de iure immunit. & in l. va-
cuatis. C. de decur. lib. 10. & tradit Cap.
in cau. 63. ſub nu. 1. atq; tenet Alexã. d.
4 conſ. 30. nu. 4. vol. 2. ergo. Alterũ modò
eſt fundamẽtum, quoniam † per ſimpli
cem dictionẽ, omnibus, nihil excludi vi
detur. l. Iulianus. ff. de leg. 3. & l. a procu
ratore, & ibi no. C. mãd. verba enim vni
uerſalia ea cõprehendunt, in quibus ſpe
cialis requiritur mẽtio, iuxta tradita per
Cranet. cõſ. 294. col. 3. ver. ſed magis: un
de Bal. conſ. 112. col. 1. uol. 1. uoluit, ꝙ
5 † immunitas ab angarijs & perangarijs,
& ab omnibus ciuitatis Placẽtinæ oneri
bus conceſſa, omnia onera, quæ dinume
rari poſſunt, & quę alij Placẽtini ſuppor
tãt, ratione dictionis illius, omnibus, cõ-
prehendat: propterea etiã dicebat Dec.
6 cõſ. 295. ſub nu. 2. quod † per ea uerba,
omnes hæredes, extranei etiam quicũq;
ꝓpter vniuerſalem illam dictionẽ, om
nes (caſu quo aliàs non uenirent) cõpre-
hendantur: quamobrẽ ibi quoq; ad nõ-
nulla egregia infert, quæ ad hũc caſum
faciunt: nam & videmus, quòd † licet in 7
feudo, uel in eccleſiæ emphyteuſi hære-
dis appellatione extranei non veniãt, ſed
deſcendentes, ut in c. 1. §. & ſi clientulus,
& ibi no. de alien. feu. & in §. emphyteu
ſim, in auth. de non alie. reb. eccleſ. tamẽ
fallit quando in cõceſſione dictum fuiſ-
ſet, pro te, & omnibus hæredibus, quia
tunc ueniunt etiam extranei, ut per Bal.
in c. in præſentia, ext. de prob. & Gozad.
conſi. 14. ſub num. 22. conſi. 27. ſub nu
me. 22. & conſ. 103. ſub num. 4. hinc ẽt
uidemus, quòd † omnium bonorum ſo 8
cij ſocietatem ſpecialiter cõtrahentes v-
niuerſalem coeunt ſocietatem, adeo vt
inter eos omnia lucra, & delucra vnde-
cunq; prouenientia cõmunicentur. l. 1.
§. 1. cũ l. ſequen. l. 3. §. 1. & l. ſi ſocietatẽ
vniuerſarum, iuncta glo. ac l. ſi fratres. §.
ſocium vniuerſa. ff. pro ſocio. cũ † alias 9
ſimpliciter contracta ſocietate lucra dũ-
taxat perſonalia veniant. l. coiti. ff. eodẽ
quæ † quidem lucra, ac delucra omnia 10
tunc communicantur, niſi modo hæc
ex prohibitis cauſis (delictis ſcilicet) pro
ueniãt, quia ſi ex ſocijs vniuerſalibus v-
nus ex furto lucrifaceret, vel ex homici-
dio condẽnaretur, hæc neq; compẽdio,
neque dãno ſocietati ſunt, d. l. ſi fratres,
dictoque §. ſocium vniuerſa: quod qui-
dem ob rei turpitudinem euenit, non ꝙ
ipſa dictio, omnium bonorum, non om
ne includat, argum. l. quod autem. ff. eo.
pro ſoc. & l. Lucius. 2. §. Lucius. 2. ff. de
leg. 2. videmus etiã in ſimili, quòd † ſci- 11
licet per clauſulam, omnem falcidiam,
etiã Trebellianica includitur: licet † Tre 12
bellianica improprie falcidiæ appellatio
ne veniat, ut per gl. in authen. vnde ſi pa
rens. C. de inoff. teſt. & Rip. in l. in quar
tam, num. 5. ff. ad legem falc. & in l. 1. §.
denique, ſub nu. 5. ff. ad Treb. quod fa-
cit ad ſtatutum de falcidia loquẽs: nam
ſi loqueretur per hanc vniuerſalem, om
nem, etiam Trebellianica includeretur,
licet cũ ſimpliciter loquitur ſit proprie
intelligẽdum. l. 3. §. hęc uerba. 1. & Bar.
ibi.

ibi.ff.de neg.geſ.ſimilia exempla paſſim in iuribus noſtris de huiꝰ dictionis, omnis, virtute inueniri poſſunt, quę hic breuitatis gratia omitto: nam
13 † in ſumma id ex ſigno vniuerſali comprehendi ſolet, quod aliàs non comprehenderetur: ideſt omne illud, quod in tali propoſito contineri poteſt, Dec.in l.omnia.ff.ſi certum pet.& conſil.113. in fine, & per totum: ſat igitur poſſe dici videtur eam dictionem de per ſe operari poſſe, ut etiã extraordinaria munera in exemptione contineantur: ſed certe & ego, licet vrgẽtia admodum ſint hæc fundamenta, nõ audeo a communi recedere, ualidiſſimis roborata fundamentis, quorum duo potiſſima ſunt a doctoribus conſiderata; primo per l.iubemus nullam, vbi Bal. & alij nota.C.de ſacroſanct. eccle. ſecundo per l.prima.C.ut nem.lic. in emp.ſpecierum ſe excuſare, ibi urgente neceſſitate pub.libro decimo, ex quo tex. præcipue mouentur omnes, & quem tex.pondera eſſe fortiſſimum ob eius verba vniuerſalia:
14 bene uerum eſt, quòd † ſi dictiones vniuerſales in hũc modum eſſent in priuilegium geminatæ, ab omnibus, & quibuſcunque muneribus, &c. tunc & belli & peſtis oneribus, & alterius magnæ neceſſitatis reipub. eſſet quis immunis, propter verba ea geminata, vt tradit Alexan. conſilio vigeſimoquinto, numero 113. & conſilio 68. numero 17. & 29. uolu. primo, quem refert, & ſequitur Viuius in præcitato loco, nume. tertio. ideo pro eo, qui ab his oneribus exemptionẽ obtinere voluerit, cautela erit, vt talem procuret indulgentiam: Et profecto vltra dictionis, omnibus, virtutem, cuius ſuperius verba fecimus, acceſſio dictionis eius, quibuſcunque, plurimi eſt momenti, & efficaciæ, quæ & de per ſe multum operari ſolet.

15 Namque † videmus, quòd licet; verbum religioſi, in materia odioſa multũ ſtricte capiatur, tamen fallit, ſi dicatur, quicunque religioſi, quia tunc etiam hoſpitalarij venirent, prout nota.gloſſ.prima, & ſecunda, in clemen.prima, de decim.quod dictum ſequitur Abb. in rub. de regu.& dicit Dominic.in cap. decet, de immun.eccleſ.in ſexta, in prin. quòd † ſi lex, vel ſtatutum dat de quibuſcun- 16
que cauſis cognoſcendi facultatem, nulla intelligitur excepta; ideoque † etiam 17
videmus, quòd ſi Princeps concedit Titio feudum pro ſe, & eius hęredibus quibuſcunque, venient etiam illi, qui aliàs abſque eo non includerentur dicto, uidelicet extranei, Bald.in ca. imperialem, in princ.de prohib.feu.alien.per Fed.& in rub.ff.de rerum diu.quæſtio.34.Dec. conſi.78. ſub numero ſexto, & conſilio 395. ſub numero 9. Gozad.in præcitatis conſilijs, & locis, & conſi. 29. ſub numero 12. ac conſi.76. ſub numero 3. & alij quamplures, quos citat Clar.in §.feudũ. quæſtio.9.verſicu.hoc præmiſſo, vbi de hoc magis communem Doctorum eſſe opi.ait; & facit etiam, † quia licet dictio 18
alius, alia, non implicet expreſſis maiora, vt no.in c.ſedes apoſtolica, de reſcrip. & eſt glo.nota.in l.ſi fugitiui.C.de ſeru. fug.d.Iaco.Men.de arb.iud.lib.1.q.80. nume.122. ſecus tamen erit, ſi dicatur, quilibet alius (quod tantum eſt dicere, quantum quicunque alius) glo.ſecunda in clem.& ibi Ioan.de Imo.de re iud.gl. in cap.quamuis, in verbo, quolibet, de elect.in 6. Cæpol.in conſil.crim.14. ſub numero vndecimo, Gozad. in d. conſil. 14. ſub d.numero 22. d.conſil.27. ſub d. nu.22.& d.conſil.103. numero 4. & de huius dictionis, quibuſcunque, virtute vide Dec.conſi.113.

Quod quidem ſupradictum conſiliũ plenius eſſet, ſi † adijcerentur verba illa, 19
quomodocunque, & qualitercunque, quorum verborum natura etiam eſt, vt nihil excludant, arg.l.ait prætor, in princip.ff.de mino, per quæ verba fit, ut † li- 20
cet in legato eorum, quæ in domo ſunt, uenalia non ueniant. l. generali. §. uxori. ff. de uſufruct. legat. ſi tamen

X adiun-

adiungitur, quomodocunque, & qualitercunque, etiam venalia comprehendẽtur, Bar.d.§.vxori, Alexan.conſi. 120.libro 6.quos refert Goza.d.conſi.14.ſub
21 d.nu. 22. Videmus etiam, † quòd licet re euicta per compromiſſum emptor cõtra venditorem agere nequeat.l.ſi dictũ.§.ſi compromiſero.ff.de euict.Imo.conſi.82.Caſt.conſi.309.viſis, & ponderatis, colum.pen.libro primo, Rimin.conſi.92.num.17.vol.1.ſi tamen de euictione foret promiſſum quomodocunque, & qualitercunque res euinceretur, ſecus eſſet dicendum, vt per gl.in l.cum pęna.ff.de arb.Bald.Imo.& alij in l.ſi domus.§.de euictione, de leg.1.Alexã.conſil.4.vol.3.quos omnes refert ad hoc Goz.d.conſi.14.ſub d.nu.22.d.conſ.27.ſub d.nu.22.& d.conſi.103.ſub d.num.4.quibus adde Aret.in §.fi.Inſt.de emp.& vendi.Cap.cau.97.tria faciunt, ſub num.3.Grat.conſi.163.nu.22.lib.2.Rimi.conſi.462.num.6.cum ſeq.lib.2.& ideo inquit Sal.in l.ſi ſerui noſtri.C.de noxa.ꝙ
22 † per dicta verba, quomodocunque, & qualitercunque, ſi ſtatutum punit occidentem quouis modo, vel qualitercũq; comprehendit homicidam etiam nõ doloſum, & etiam eum, qui aliquem ad ſui defenſionem occidit, aliàs ſecus, & cum Salyceto pertranſit Alexã.in l.& ſi ſeue-
23 rior.C.ex quib.cau.infa.irrog. nam † cũ dicta verba ſint vniuerſalia, & cumulata nedum geminata per ſe, ut per Ruy. conſi.109.num.6.uol.1. multum ſunt ponderanda, iuxta notata in l. Baliſta.ff. ad
24 Treb. Idem † etiam operaretur dictio, quomodolibet, quæ idem importat, q̃d quocunque modo, vel quomodocũq;, vt per Pariſ.in conſi.58.num.10.uol.1.& in conſi.162.num.6.vol.4.& Goza.d.conſi.14.d.num.22.vbi inquit, quòd
25 † ſtante ſummi Pontificis declaratione, in qua decernat, ꝙ amodo per quamcunque eius ſanctitatis ſignaturam, ſeu conceſſionẽ, gratias, ſeu literas Apoſtolicas, &c. nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur, verbũ illud, quomodolibet, nedum ius in re, ſed ad rem, imo in ſpe, comprehendet, quia licet aliàs diſpoſitio de iure intelligatur ĩ re, tamẽ de quocunque alio intelligitur, etiam ad rẽ, uel in ſpe propter illud generale uerbũ, quomodolibet, q̃d exponitur (ut dixi) quocunque modo, ſeu quomodocunque, facit gl.in cle 2.in ver. quomodolibet, de ſent.excõ. † vbi in prohibitione ſub ex- 26
communicationis pęna facta, ne quis interdicti tempore quomodolibet præſumat quem ad diuinorum officiorum celebrationem cogere, per illam dictionẽ, quomodolibet, comprehenditur omnis compulſionis modus, realis, perſonalis, directus, & indirectus.

Ex prædictis igitur tu, qui conceſſionem prædictam obtinere cupis, ſcias facere, vt ab omnibus, quibuſuis onerib⁹ exemptus videaris.

Et † certe pleniſſimum erit conſiliũ, 27
ſi ea omnia vniuerſalia verba in conceſſione includãtur; quòd videlicet dicatur. Ab omnibus, & quibuſcunque onerib⁹, tam ordinarijs, quàm extraordinarijs, quomodolibet, quomodocunq;, & qualitercunque: nam ſi eæ omnes dictiones ſingulę, & de per ſe vniuerſalitatẽ importare poſſunt, id maxime operabuntur, cum omnes inuicem iunctæ erũt, arg. l. ſi ſtipulatus.ff.de vſu. cum ſi. & faciunt tradita à Dec.d.conſi.113.ſub nu.4. uel vtaris pleniſſimo remedio, quod tradit Cap.d.cau.63.in fi.Adde ꝙ ſi cupis priuilegium, quod impetras, vt tranſeat ad deſcendentes tuos, & ad fœminas, etiam maritatas, id in ipſo priuilegio exprimi caueas; alioquin ſi de fœminis maritatis non exprimeretur, ſed tantum diceretur tam pro maſculis deſcẽdentibus, quàm pro fœminis, uirgines, & non maritatæ, includerentur, vt in ſpecie uoluit Barto. in l.quoties.C.de priuil. ſcol. libro duodecimo, & ibi ſequuntur Ang.& Ioann. de Plat.Roma. & Iaſ. in l. cum quædam puella.ff.de iuriſd.om.iud.Rom.in l. 1.

in ſi.prin.ff.de conſt. pecu. & alij, quos
allegat ita conſulens Thom.Ferr. conſil.
29.poſt nu.4.

## Caut. CXII.

## De eo, qui ob bellum, aut peſtem impeditus non egit.

### SVMMARIVM.

1 *Impedimentum allegans quid probare debeat.*

2 *Impeditus ne agat ob peſtem, aut bellum quid facere debeat.*

3 *Præſcriptio currit, non obſtante impedimento, tamen reſtitutio datur, & de quo impedimento intelligatur, & ſub nu.4.*

4 *Præſcribi non poteſt id, quod non eſt in actu, & potentia.*

5 *Reſtitutio ob impedimentum data quod tempus contineat.*

1 IMpedimētum † qui allegat, p
bare debet, ſe tantum feciſſe,
ꝙ negociū, ſi tale nō obſtitiſ
ſet impedimentū, perfeciſſet,
vt no.Bar.in l.2.§.quod diximus, & ibi
Ang.Lud.Ro.Ale.& Iaſ.ſub nu.4. dicēs
iſtam communem eſſe concluſionē.ff. ſi
quis cau.idem Bar.in l.quꝰ commeatus,
per illum tex.ff.de re mil.& Bal.in l.fi.p
eum tex.C.de adul.Ant.de But.in c.cum
non liceat, ex.de præſcr.& Abb.in ca. ex
2 tranſmiſſa, nu.6.ext.e.Propterea † quan
do propter hoſtilitatis, aut peſtis obſta-
culum quis non agit, ad hoc, ut præſcri-
ptio interim non tranſcurrat, qa oportet
probari, (vt dictum eſt) ꝙ, niſi hæc fuiſ-
ſent impedimenta, egiſſet, ideo proteſta
ri debet; quod conſilium eſt ex mēte In-
nocentij, & aliorum in d.c.ex tranſmiſſa
ext.de præſcr. & clarius Anto. de But.in
d.c.cum non liceat, eo.ti.Ale.conſi.151.
quod incipit, viſo themate ſupraſcripto,
col.pe.in fi.vol.1. Et ideo tali facta pro-
teſtatione in caſu ſimili præſcriptio dor-
miet; licet regulariter, non obſtante im-
pedimento, curreret; ſed reſtitutio daret
& ita pulchrè tradit, & limitat Bart. in l.
naturaliter, nu.22.& 23.ff.de vſuc. iſtos
recēſet Iaſ.in l.properandum. §. ſinautē
utraque, ſub nu.4.C.de iud. Regulariter
que † ( vt modo dixi) nō obſtante impe 3
dimēto, præſcriptionem currere, ſed da-
ri reſtitutionem tradit Bar.in l. ſenatuſc.
ſub nu.2.ff.de off. præſ. ſecundum Gul.
Quod tamē intelligit, & declarat, ſecun-
dum ipſum Gul. ſi ſit facti impedimen-
tum, & iuſtum: nam ſi iniuſtū eſſet im-
pedimentum pręſcriptio curreret, nec
reſtitutio daretur.l.2.§.ſi quis tamē.ff.ſi
quis cau.ſinautem eſſet iuris impedimē-
tum, tunc ſi ipſum impedimentum ante
competentem actionem ſuperueniret, p̄
ſcriptio non valēti agere non curreret, vt
exemplum habes de filiofam.in l.j.in fi.
C.de ann.excep.proinde Pau.de Caſt.cō
ſi.391.incip. viſis dubijs propoſitis, col.
1.verſi.Bal.tamē in antiquis, dixit, quòd
† id, quod non eſt in actu, & potentia p̄ 4
ſcribi non poteſt: verum ſi iuris impedi
mentum poſt competentem actionem
ſuperuenit, præſxriptio currit, ſed reſti-
tutio datur, prout in facti impedimento
dari dictum eſt, vt eſt tex.in d.l.ſenatuſc.
de off.præſi. & iſtam quidem diſtinctio
nē licet Iac.But.impugnet aduerſus Gul.
Bar.ttamen in d.l.ſenatuſc. ſub nu.3. ab
eius impugnationibus tuetur, & ſic te-
nendum inquit: tradit & alias ad hoc di
ſtinctiones Io.Franc.Balb.in trac. de prę
ſcriptio.in prima parte ſextæ, & ult.par-
tis princip.in caſu 22.ſub numero 17.vſ
que ad tertium, & vigeſimum caſum, &
ſic vſque ad nume.29.hanc materiam la
te pertractat, vbi ſub numero 26. docet
communem eſſe doctorum opinionē;
Quòd † reſtitutio, quæ datur aduerſus 5
præſcriptionem ob impedimentum de-
curſum proficit, vt tantum ſubducatur
de medio impedimenti tempus, quod

& rationem, æquitatemq́; continet naturalem; Non enim reſtitutio ob aliud datur, quam ob impedimentum ; impedimentum autem cum totius temporis nõ fuerit reſtitutio tantum reſtitituit, quantum abſtulit læſio, & impedimentum ipſum, l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minor. & l. 1. in prin. ff. ex quib. cauſ. maior. & Bartol. in l. ſiquidem. C. de præd. mino.

## Caut. CXIII.

### De inquirendo contra reum, etiam non exiſtentibus urgentibus indicijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Inquiſitio contra aliquem vt procedat, quæ requirantur, & nu. 2.*
*Limita nu. 3.*
4 *Inquiſitio ex Principis ſcientia emanata famam non requirit.*
5. *Inquirere ſi iudex contra aliquã voluerit perſonam, nec vrgentia aderunt indicia, quid facere debeat, & nu. 7.*
6 *Rector ciuitatis Principis loco habetur.*

1 INdicia, † vel diffamatio ꝑcedere debent, vt cõtra reum ſpecialiter inquiri poſſit; nam ſine indicijs, & præcedentibus ſuſpicionibus, aut diffamatione in criminali non poteſt ad aliquem, ſiue tormentorum, ſeu formandæ inquiſitionis, ſiue etiam capturæ, vel perſonæ arreſtationis actum iudex procedere, vt in capit. qualiter, & quando, & in cap. inquiſitionis, & quod in eis nota. per Innocen. Ioann. And. & Anton. de Butr. extra de accuſat. Barto. in l. prima, in princi. & in l. fina. in princ. ff. de quæſtio. ad quod vide Aegi. Boſſ. in titu. de exam. reor. numero ſexto quod tamen de captura dictum eſt, exacta ita non requirit indicia, ſed ſufficit qualis qualis informatio, & quale qualẽ indicium, vt per Salyce. in l. nullus. C. de exhiben. re. & ita communiter decidunt Docto. in cap. ſi clericos, de ſenten. excõmuni. in ſexto, prout etiam refert Bal. in l. quod euitandi, ad finem. C. de condict. ob turpem cauſam, & alios ad hoc habes Docto. penes Boſſ. in titu. de capt. numero tertio, & Iul. Clar. in pract. §. fina, quæſtio. vigeſimãoctaua, verſicu. ſcias autẽ, & ibi eum omnino vide: ſed ad ſpecialẽ fiendam inquiſitionem legitima requiruntur indicia, vt ita generalem interpretari conſuetudinem tradit Fulgoſ. conſi. 175. poſt nume. primũ. ideo Papienſ. in pract. in forma inquiſ. in uerbo, fama publica, numero ſecundo, inquit, quòd ſi nulla fama, & non præcedentib. indicijs iudex ad inquiſitionem procederet (ut Montisferrati officiales facere ſolent) vitiaretur proceſſus, ſi reus opponeret, & inquit Catus inter conſilia crim. diuerſorum, conſilio 99. numero primo, lib. primo, quòd totus mundus eam ſequitur concluſionem, vt inquiſitio non præcedente diffamatione, & non ſumptis informationibus ſuper ea, nulla reddatur; ad quæ vide tradita a Salycet. in l. ea quidem. C. de accuſa. dum admittit inquiſitionem, tam de iure canonico, quam de iure ciuili eſſe permiſſam, ſi infamia præcedit, vel ſimilis præſumptio: proinde etiam Roma. conſilio 109. incipien. quæſtio conſultationis, per textum in ca. primo, & ſecundo, de homicid. in ſexto, in
quit, quòd ex † inquiſitione contra ali- 2
quem ſuper delicto formata, diffamatione non præcedente, nunquam condemnatio ſequitur, niſi reus delictum fateatur: immo ſi de delicto ſit cum qualitate inquiſitum, & delictum abſque qualitate probetur, abſolutioni locus eſt. Et
† prædicta vera ſunt, quando inquiſitio 3
principe inconſulto fit, ſecus ſi eo cõſulto, ac de eius conſcientia. l. nullus, & ibi Bald. C. ad legem Iul. maieſta. pro qua

re

re facit, quod tradit Innoc. in capit. cum oporteat, extra de accuſ. ad fi. ubi dicitur
4 quòd † quando de Principis conſciētia emanat inquiſitio, non eſt neceſſe, quòd de fama conſtet, quia ſola Principis ſciētia cuiuslibet ſolennitatis defectum ſupplet, & ita dicit Bal. argum. d. l. nullus.
5 Propterea † cautus ſis tu iudex, quando crimen eſt atrox, quòd inquiſitionē principe conſulto facias, vel ( vt inquit Ang. de maleſi in verbo, quòd fama publica, ſub nu. 5.) de conſcientia regentis ciuitatem, & ita id in actis conſtare procures:
6 ſane † ciuitatis regens principis loco, ſecundum Ang. ibidem, habetur, vt notare inquit ipſe Angelus gl. & Cy. in l. fi. C. de præſcr. lon. temp. & Bart. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtli. reuer. & hoc modò, vt idem Ang. ait, inquiſitio ſub prætextu, quòd contra inquiſitum fama, & indicia non laborent, annullari non pote-
7 rit: ſed † circa conſilium prædictum aduerte, vt inquit Aug. ad Ange. d. loco, ne eorum ſequaris veſtigia, qui Bal. doctrinam ſimpliciter ſectantur; errant enim, ſi ad partis poſtulationem id fieri ſinant namq; vt prædicta procedat cautela, oportet, quòd motu proprio, non ad alterius requiſitionem ſuperior hoc mādet, vt eſt glo. ſingu. in c. 2. in glo. 1. extra de accuſ. & pro hac re uide aliorum limitationes, quos ibidem Aug. refert: tu tamē circa hanc materiam uide Clarum in practica. §. fina. quæſt. ſexta, verſicu. præterea ſcias.

## Caut. CXIIII.

### De infamia vitanda in actionibus famoſis.

*SVMMARIVM.*

1 *Infamia in actione famoſa quomodò vitetur.*

*Et datur conſilium, nu. 2. & 4.*

*Iuriſiurandi neceſſitas impoſita quomodò tolletur.* 3

INfamia ſi per ſententiā † expectatur, quia ſit famoſa actio, ſolutione ante ſententiam tollitur, & ideo conſilium datur 1
vt ad infamiam † vitandam, quam quis ex ſententia incurrere timet, prius ſoluatur, quàm ſententia expectetur, ut ita tradit Bar. in l. ictus fuſtium, nu. 5. ff. de his qui not. infa. in l. ſi reus paratus, per eū tex. (vbi etiam docet quid agi debeat, ſi non inueniatur ille, cui ſoluatur) nume. 5. ff. de procur. & ibi plenius per Bald. & Ang. idemq; tradit Bar. & Doct. in l. in famem, num. 11. & 12. ff. de publ. iudic. Bal. in l. 1. in fine, per illum tex. C. de do. in l. ea, quæ in fine. C. de cond. indeb. & in l. quoniam. ff. de infam. Barth. Cæpol. caute. 12. vbi tutiorem tradit cautelam, quod ſoluatur ſine rei mandato, ut not. Ange. in l. non poteſt. ff. de furt. & ideo hanc eſſe tutiorem cautelam ait, quia vbi ex ſolo crimine infamia irrogaretur, ex eo ſolo, quòd quis eſſet confeſſus, & conuictus, ſequeretur ipſa infamia, c. teſtimonium, ext. de teſta. At ipſe reus ſoluendo confiteri videretur crimen, argu. d. l. quoniam, de infam. l. abſolutionem. C. de re iudi. vnde ipſa ſolutio per reum met facta, hoc in caſu non prodeſſet: bene prodeſſet, qn̄ ex ſola ſentētia infamia irrogaretur, vt eſt caſus. ſ. quo ſola ſentētia infamia irrogatur in l. Athletas. §. calumniator. ff. de infamibus, & l. nō alia, & ibi nota. ff. eodem. ſic & q̄ iſta ſolutio ab infamia liberet, facit in ſimili: Nam
† & quis iuriſiurandi neceſſitatem, propter ſolutionem, uitat, & ab obſeruatione iudicij tunc abſoluitur. l. iuſiurandū. quarto §. cum res, iuncta glo. quam Iac. Butr. Barto. Albe. & communiter Doct. recipiunt, declarando, vt ipſi faciūt, pro ut habes ex Alexan. ibi, in pinc. & Iaſ. ſub numero 2. ff. de iureiuran. & §. fina. ibique not. Inſtitu. de perp. & temp. act. 3

X 3 Aliud

4 Aliud quoque † traditur conſilium pro eo, qui infamiam vitare vult, vt per procuratorem litiget, ſicut ſuo loco dicendum reſeruo infra in litera P, cau. 201.

## Caut. CXV.

## De præſcriptione iniuriarum actionis.

### SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio quanto tempore præſcribatur, & nu. 2.*
*Limita vt nu. 3.*
*Quam limitationem intellige, vt nu. 7.*
4 *Iniuriarum actio quomodo perpetua fiat.*
*Amplia nu. 5.*
6 *Litis cõteſtatione perpetuatio inducta quanti temporis ſit.*
8 *Actio criminalis viginti annis tollitur.*

1 INiuriarũ † actio per unius anni lapſum regulariter tollitur vt eſt tex. in l. ſi non conuicij. C. de iniur. & ibi glo. fi. Saly. & Doct. ac communem dicit eſſe opin. Ruyn. conſi. 21. num. 5. lib. 3. & Plaza libro 1. delict. c. 6. circa finem, quos refert Clar. in §. iniuria, verſic. tollitur autem:
2 qui † quidem annus continuus eſt, ut p d. glo. in d. l. ſi non conuicij, & ibi Salyc. Aegidius Boſſius in titu. de iniur. nume. 23. & Clarus refert d. loco communem dicentes eſſe ſententiam, Cum. conſilio 74. poſt num. 5. & Curt. iun. in l. prima. i prin. num. 20. ff. quod quis. iur. niſi quãdo fit per metum, quia tunc annus utilis eſt, vt eſt tex. de hoc in l. ſi cum §. poſt annum, & ibi quoque glo. & Bart. ff. quod met. cau. & d. glo. in d. l. ſi non conuicij, ac Ioan. And. ad Specu. in titu. de iniu. §.
3 1. in verbo, actio. Limitatur † autem concluſio prædicta, vt ſolum procedat quo ad prætoriam actionem, ſecus quo ad ciuilem actionem, quæ ſcilicet ex l. Cornelia tribus ĩ caſibus inducitur, de qua tex. in §. ſed & lex Corn. Inſtit. de iniur. quia hæc eſt perpetua, ſiue triginta annorum, prout Ioan. Fab. in d. §. ſed & lex, ita Docto. tenere ait, & ita vidiſſe de facto ſeruari, & ibi quoque vide Ange. & Ioann. de Plat. ac Docto. communiter in d. l. ſi nõ conuicij; communem quoque dicit, & veriorem Boer. deciſ. 289. ſub num. 9. ſequitur Foller. in ſua pract. crim. in 4. parte princ. verſi. formato, num. 26. ac pariter ueram iſtam opin. ex Docto. in d. l. ſi non conuicij, tradit Balb. de præſcr. 4. p. 4 par. princ. q. 2. ſub nu. 6. ac communẽ magis veram atteſtatur idem Balb. de p̃ſcrip. d. 4. par. 4. par. prin. q. 1. nu. 3. cuius etiam meminit Rolan. à Val. conſil. 39. ſub num. 15. volum. 2. ſed quia opi. hæc contrarietatẽ hẽt, vt habes penes gl. Doctorum contrarias opi. recitantem, in d. l. ſi eum. d. §. poſt annum, in verbo, utili. ff. quod met. cau. in d. l. ſi non conuicij, in fi. & in d. §. ſed & lex Corn. in uerb. introduxit: per Azo. in ſumma. C. de iniur. num. 26. per Ioan. And. ad Spec. in d. tit. de iniur. d. §. 1. & in d. uerbo, actio, per Henr. Bo. in cap. olim, extra de iniur. in 2. diſtinct. ac per eundem Balbum. d. q. 1. num. 4. ideo ad euitandas has controuerſias remedium eſt, † quòd intra an- 4
num ab irrogatæ iniuriæ tempore lis cõteſtetur, & perpetuo durabit hæc actio, vt per Balb. d. loco, & nume. 4. per † quã 5
litis conteſtationem non modo ciuilis, ſed etiam prætoria perpetuatur, iuxta ea, quæ tradit glo. in uer. finiendam, in l. fi. C. de temp. in integ. reſt. in l. fi. C. de dot. & in l. fi. in glo. 2. C. de præſcr. 30. ann. p quas quidem glo. ita tenuit Balb. d. trac. 5. par. 6. par. prin. q. 4. in qua quæſtione dicitur, quòd † hæc perpetuatio, quæ li- 6
tis conteſtatione fit, eſt annorũ quadraginta per l. fi. C. de præſcr. 30. annorum, quam ad id allegat idem Balb. d. 4. par. 6 par. prin. q. 2.

Sciendum † autem eſt denique ſecũ- 7
dum

dum ipſum Balb.in d.4.par.4. par.prin. q.2.ſub nume.6.circa finem, quod quæ dicta ſunt de actione iniuriarum ciuili, ſeu ex l.Cornelia dependente, vt 30.annis duret, procedunt, ſi ciuiliter agatur; ſecus ſi criminaliter in his, de quibus ipſa lex Corne.loquitur, agatur, nam 20.
8 tantum annis durabit; vt † regulariter omnes criminales actiones durare ſolẽt. l.querela.C.de falſ.quem tex.Bal.& Ange.ibi ſingu.ad hoc dicunt: bene uerum inquit Balb.ſub d.num.6. quòd ſi prætoria criminaliter intentetur, anno terminabitur, rationem aſſignans Balb.ex Iac. Butr.Ang.& Saly.in d.l.querela, quia de crimine non poteſt criminaliter quæri ultra tempus, infra quod poteſt de eo ciuiliter, ideſt, ad priuatum intereſſe agi.

## Caut. CXVI.

## De accuſatione, & inquiſitione, & quando locum habere valeant.

### *SVMMARIVM.*

1 *Inquiſitio eſt remedium extraordinarium, accuſatio uero ordinarium: regula.n.eſt, quod in crimine publico quilibet accuſare poteſt.*
*Limita nu.2.remiſſiue.*
3 *Accuſatio quando etiam in priuato crimine cuilibet concedatur.*
4 *Inquiſitio regulariter non eſt permiſſa, niſi in quibuſdam caſibus, remiſſiue.*
*Limita, ut nu.5.& ſequere, vt ſub nu.6 & nu.7.*
6 *Exceptio firmat regulam.*
8 *Inquiſitio ſpecialis, vt omnino, & indiſtincte procedat, etiam ſi ea non procedant, quæ ad ipſam præcedere debent, quo remedio iudex vti debeat.*

INquiſitio remedium dicitur extraordinarium † accuſatio 1
autem ordinarium, quod tã Cæſareo, quam Pontificio iure procedit, ut communem breuiter abſoluo eſſe opin.ex Panor.& Dec. in rub. extra de iud.Alc.in c.1.num. 14.de offi. ordin.Boſſio.in ti.de inquiſitione, num. 18.ac late Iul.Clar.in pract.§.fi.q.3.uerſi.debes autem ſcire: Horum ratio eſt, nã regulariter in crimine publico cuilibet accuſatio permittitur. l. qui accuſare. ff. de accuſ.& iſtam tradit regulam Ange. de malefic, in verbo, & ad querelam Titij, &c.num.13. Multis † autem de cau- 2
ſis regula prædicta fallit, ut habes in dic. l.qui accuſare, & penes Clar.in ſua prac. crim.d.§.fina.q.13.in prin. vbi uide, & ante eum Gand.in tract.de malefi.tit.qui accuſ.poſſ.per totum cum tit.ſeq. Quinimmo etiam † in priuato crimine cuili- 3
bet eſt permiſſa accuſatio, ſi de pœna pecuniaria fiſco applicanda agatur, ut eſt glo.no.& ibi Dyn.And.de Piſis, Bart.& Alb.de Roſ.in rub.ff.de pop.act.gloſ.& Bar.in l.fi.C.de litig.Bart.in l.fi.nu.6.ff. de priu.delic. & de hac re communẽ dicit eſſe opinio.Auguſt.Arim.ad Ang.de malefic.in d.uer.& ad querelam, ſub nume.9.ſequitur Clar.in prac.d.§.fi.q.17. uerſi.ſed quid, Ema.Soar.in ſuis cõ.opi. litera A, nu.26.

Cõtrà † autem inquiſitio regulariter 4
non permittitur, niſi in caſibus ſpecialibus, de quibus mentionem faciunt Ange.de malef.in uerbo, hæc eſt quædam, & Auguſt.ad eum, a nu.12. uſque ad nume.49.pro regula hac, quòd inquiſitio non concedatur, eſt gloſſ. ord. in l.2.§.ſi publico, in verbo, ſine accuſatore. ff. de adult.ad quam glo.recurrunt omnes, & eam in hoc communiter approbant Doctor.ut refert Bar.in d.§.ſi publico, num. 3.Alb.in l.ea quidem; poſt num.4.C.de accuſ.idemque tradit Cæpo.conſi.crim. 23.num.2.& dicit Marian.in rep.c.qualiter, & quando, num.106.ext. de accuſ.

hanc opinionem ſecuti ſunt omnes Docto.antiqui,& communem quoque dicit Cum.conſi.136.circa finem, & adeo veram tenet opin.glo.prædictæ Auguſtinus ad Ang.dicto loco, vt ſub nume.48. dicat,neque de conſuetudine, neque de iure canonico,per tex.c.qualiter, & quãdo.2.ext.de accuſ.ſecus haberi; & intentionem ſuam eleganter probat,ad cõtrariam opinionem reſpondens: veruntamen Hieron. poſt Auguſt.in addit.ſua, & ad Ang.& ad Aug.ibidem,poſt d.nu.
5 48.contra Aug.ipſum ſenſit, quòd † ſcilicet & canonum,& conſuetudinis virtute inquiſitio in omnibus caſibus ſit conceſſa; uerioremq́ue hanc eſſe opinio.ait, dum tamen delicti fama præcedat, clamor,vel indicium vnum,aut duo,per d. c.qualiter, & quando,& quod ibi not.& per c.cum oporteat,ext.eod.ti. de accuſ. Cuius quidem Hieronymi limitatio, ſi eam bene attendas,argumentum eſſe poteſt pro Auguſtini opinione,quia & ipſe ſentit,quòd vbi ea interueniunt,de quibus in d.c.qualiter, & quando, inquiſi-
6 tio formari poſſit: exceptio † ergo, quæ in d.c.qualiter,& quando,fit, (vt fama; clamore,indicio vno,vel pluribus interuenientibus, inquiſitio delicti aduerſus aliquem fieri poſſit) regulam firmat.l.nã quod liquide.§.fi.ff.de pen. leg. tradunt Docto.in l.in his.ff.de legib.& ut p Bar. in l.quæſitum.§.denique.ff.de fun. inſt. Et profecto ego quoque me Auguſtini opinioni ſubſcribo, quia licet multi contrarium ſentiant,tamẽ in concluſione in ipſius Auguſtini opin.recidunt,vt apud Sal.in d.l.ea quidem. C. de accuſ.uides, Quòd dum generaliter tenet,omni caſu per inquiſitionem procedi poſſe, nõ audet id indiſtincte affirmare, niſi ubi præcedit infamia,uel alia præſumptio, quẽ eo modo ſequitur Hier. d.loco,ver. vos tamen Domini,& Boſſ.in titul.præd. de inq.nu.8.& ita quoque uide Cum.d.cõſi.136.circa fi.late Iul.Clar.d.q.3.uerſicu.ſed certe,iunctis his,quæ tradit qõ.5. uerſi.ſcias etiam,in illis verbis,ſed ſcias, quòd in quocunque caſu: & vide etiam Eman.Soar.in theſ.recep.ſen.litera I,nume.100. quodq́ue patet in ea conſuetudinariæ inquiſitionis forma,de qua Ange.de mal. & ſuper qua totum ſuum fecit tractatum, & de qua etiam Practicus Papien.in forma inquis.Marian.in d.repet.c.qualiter,& quando,a num.187.vſque ad nu.212.Clar.in pract.d.§.fina.q. 31.uerſicu.quæro quæ ſit,vſque ad verſi.quæro etiam.Et aduertẽdum eſt,quia
† loquor de ea inquiſitione,quæ ſpecialiter aduerſus particulares perſonas fit; non de ea,quæ generaliter aduerſus omnes malæ famæ,& conditionis homines emanat,de qua in l.cõgruit. ff. de off.pſ. in hac enim ex mero iudicis officio proceditur; imo quando ea fit generalis inquiſitio,iudex poſtea ſpecialiter inquirere poteſt, vt per d.l.congruit, tenet Ang. in d.verbo,hæc eſt quædam, ſub nume. 13.verſic.tertia: ideoque vt omnes difficultates, & dubitationes iudex euitare queat,remedium trado, quo indiſtincte mox ſpecialiter contra quamcũque perſonam inquirere poterit,etiam ſi aliàs in caſu illo,quo inquirit, inquiſitio formari nõ potuiſſet; videlicet,quòd † in eius 8
regiminis initio bannum fieri iubeat,ad purgandam malis hominibus prouinciam,latum, vt comprehendat proditores,ſacrilegos, inceſtuoſos, homicidas, fures,raptores,incendiarios, adulteros, falſarios,& omnes malæ conditionis,& famæ homines:& poſtea generalis clauſula in fine addatur: Et contra omnem perſonam,quæ aliquid fecerit, vel dixerit contra iuris, & ſtatutorum formam, &c. Nam in omnibus caſibus in illo banno, ſiue generali inquiſitione expreſſis, atque comprehenſis, ex officio poterit fieri inquiſitio, vt dixi, adeo vt nullum prorſus crimen, ob verborum eorum vniuerſalitatem, exceptum futurum ſit, iuxta ea, quæ tibi tradidi ſupra in cautela centeſimavndecima, numero quarto,

cum

cum pluribus ſequen. Et cautelam hanc pro iudice inquirere volente aſſumo ex Ange.in d.verbo : Hæc eſt quædam,numero vigeſimoſeptimo. Quomodo autem fiat, vt etiam inquiſitio ſpecialis, non præcedente diffamatione, aut indicijs,procedere poſſit,docui ſupra in caute. 113.

## Caut. CXVII.

### De inquiſitione continente delictum certo tempore, uel loco commiſſum, omnino ſuſtinenda, etiam ſi alio tempore, vel loco delictum ipſum commiſſum fuiſſe probetur.

*SVMMARIVM.*

2 *Inquiſitione facta de delicto, tanquam commiſſo certo loco, vel tempore, ſi de alio tempore, aut loco conſtet, abſolutio ſequi debet: Ob id tamen conſilium traditur,vt etiam non apparente de ipſis loco,aut tempore rectè procedatur, & condemnatio ſequi poſſit.nu.2.*

3 *Clauſula, omni meliori modo. quid importet.*

1 INQVISITIO, † ſi de crimine, tãquã certo tempore, vel loco, patrato fiat, ac de alio tempore, vel loco probetur, abſolutio ſequi debet, vt probatur ex textu.l.denunciaſſe.§.quid tamen. ff. de adult.& ponitur regula iſta per Docto. in l.ſi per alium.§.docere.ff.ne quis eũ, qui in ius voc. & per Canoniſtas in cap. licet cauſam,extra de proba.Angel. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not.infam. Iaſ. in l.interpoſitas. C. de tranſact.Flor.in l.ſi is,cui.ff.quemadmo.ſeruitu. amitt. ſequitur Petr. Duen. reg.vigeſimaoctaua,litera A, quem pro huius regulæ limitationibus vide. Sed vt condemnatio ſequi valeat, etiam ſi de delicto alio loco,aut tempore, quàm quòd in inquiſitione continetur, probari contingat.

Remedium eſt,quòd † in inquiſitio 2
nis concluſione clauſula illa inſeratur; videlicet, ſuper quibus omnibus, & ſingulis talis Iudex procedere intendit ſimul, & diuiſim, & omni meliori modo,quo poteſt, Bald. in l.& ſi ſeuerior. C. ex quib.cau.infam.irrog.Flor.in l.in delictis.§.ſi detracta, in fine. ff. de nox. Ange. de malefic. in verbo, ſuper quibus omnibus,& ſingulis, numero quarto,& eundem, vide num. 5.Duen.d.regu.28.lim.fin.

Planè † & clauſula iſta, omni melio- 3
ri modo, plurimi ſolet eſſe momenti; ipſa enim clauſula in ſumma facit, vt actus eo ſuſtineatur modo, quo poteſt, Bald.& Imo in l.cum pater.§.filius matrem, de leg.2. dum dicunt, quòd ſi in teſtamento poſita ſit, eam habet virtutem,quam clauſula codicillaris; & facit teſtamentum eo valere modo, quo poteſt,Card.in c.cum officij, extra de preſcrip.Alex.conſi.6.volum.3.Soc.conſi. 66.ſub nu.7,& nu.8.volum.3.Dec.conſil.14.num.3.conſi.77. num 4. Gozad. conſi.46.nu.26.conſil.78.num. 5. Duran.de arte teſt. tit.11.caute. 11.num.2. Alias quoq; operatur virtutes ea clauſula,de quibus Bal.in l.quoties,in fi. C.de hær.inſti.Imo.in l.nemo poteſt,num.7. de leg.1.Caſtren.in l.his verbis,col.3.ff. de hær.inſt.& conſi.345.col.pen.Fulg. conſi.90.Dec.d.conſi.14.nu.4.Gozad. conſi.21.ſub num.8. & d.conſi.77.ſub nu.5.Sebaſt.Vant.in tract.de nullit.titu. de nul.ex defec.iuriſd.& vnde, ac quib. mo.nu.174.Do.meus Io.Ceph. conſil. 547.nu. 32. cum ſeq. tangam ego nonnulla de hac clauſ.infra caute. 129. ſub nu.8.& nu.12.

Caut.

## Caut. CXXVIII.

### De prorogatione inſtantiæ cauſę principalis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Inſtantia cauſæ principalis in ciuili iudi tio triennio durat, in criminali autem biennio,nu.2.*

*Sed de iure canonico nunquam perit, nu.3.*

*Amplia,& limita regulam hanc pluribus modis,remiſſiue,nu.4.*

*Nec iſta inſtantia per partes prorogari poteſt,nu.5.niſi ſecundum conſi.traditum nu.12.dummodo non adſit impedimentum traditum nu.13.*

6 *Priuatorum conſenſu tolli non poteſt, quod reipub.fauorem concernit.*

7 *Intellectus ad auth.ſi tamen.C. de tēp. appel.*

8 *Inſtantia partium pactionibus iuramento vallatis prorogari nequit, neque etiam ex pacto pœnali,nu.9.*

*Sed ſtatuto breuior, quam ſit de iure cōmuni inſtantia inducta, prorogari poteſt vſque ad triennij metam,nu.11.*

*Inſtantiæ tamen tempus poteſt abbreuiari,nu.10.*

14 *A priuatione ad habitum non datur regreſſus.*

15 *Actor perempta etiam inſtantia,denuo agere poteſt, ſi tamen prius expenſas reficit, ſed hoc in caſu nouus fit proceſſus,nouaque eſt omnino inſtantia,numero 16.*

*Limita autem hanc de nouo inſtantiam non poſſe fieri in criminali, nu.17.*

18 *Inſtantiæ tempus currit, etiam ſi per iudicem ſtat;& quas pœnas iudex negligens patiatur: & quibus remedijs vtatur iudex vt pœnas illas euadat, nu.19.20.*

21 *Inſtantia currit etiam intra illud tēpus quo cauſa penes conſultorem eſt,& de remedio,nu.22.*

INſtantia cauſæ † principalis triennio 1
finitur.l.properandum,in prin.& ibi
ſcrib.C.de iudic. Id autem intellige ī
ciuilibus cauſis; nam † in criminalib.biē 2
nio inſtantia perit, vt eſt tex.in d.l.prope
randum,in prin.& in l.fi. C. ut intra cer.
temp.cri.q.term.circa quam l.uide Grā-
ma.uoto 31.& hæc quidem Cæſareo ꝓ-
cedunt iure; at † iure canon.inſtantia nū 5
quam perit c.uenerabilis, & ibi gl.Abb.
& Doct.ext.de iud.Iaſ.in d.l.properādū
in prin.num.27.vbi inquit, ꝙ iſtud com
muniter tenetur, & ſeruatur in eccleſiaſticis
curijs, prout etiā communem tra-
dit hanc opin.ex Iaſ.ipſo, & alijs Diaz re
gu.228. communemque pariter hāc ſen
tentiam afferunt Sebaſt.Vant.in tract.de
nul.titu.de nul.ex defe.iuriſ.& unde, ac
quibus mod.&c.numero 126.& Eman.
Soar.in ſuis commu.opin.litera I,nume.
113.proinde Rober.Maran.de ord.iud.
parte quinta, numero 14. (ubi eandem
tradit ad ſupradictam regulam limitatio
nem) inquit, quod in eccleſiaſtico foro,
& in omnibus terris eccleſiæ ſubditis,u-
bi ius canonicum ſeruatur, nunquam in
ſtantia perit, ſiue in ciuilibus, ſiue in cri-
minalibus, quod tenere refert Phil.Cor-
ne.conſi.210.in 4.volum.in fi. Circa au
tem † regulam ſupra tibi traditā, quod 4
cauſæ principalis inſtantia triennio in ci
uilibus, & biennio in criminalibus ter-
minetur, nonnullas egregias tradit am-
pliationes, & limitationes Maran.in dic.
par.5.a num.5.vſque ad nume. 49. quo
rum ego hic nonnulla ex his attingam,
quæ huius meæ tractationis fini conue-
niunt: ſciendum igitur eſt, quòd † prędi 5
cta inſtantia partium conſenſu proroga-
ri nequit, vt per glo.Barto.Alexan.Iaſ.&
Docto.communiter in d.l.properandū,
in princ. cum enim ad publicam utilita-
tem talis terminus inductus ſit, ut notat.
in dict. l. properandum, in princip. in
gl.

6 glo.magna, quod † Reipublicæ fauore
inductum eſt, priuatorum conſenſu tol
li nequit.l.ius publicum.ff. de pact. & l.
nec ex prætorio.ff.de reg. iur. Nec obſt.
tex.in auth.ſi tamen.C.de temp. appell.
vbi probari poſſe videtur, priuatorũ pa-
ctionibus cauſæ inſtantiam prorogari
poſſe; nam (omiſſa aliorum ſolutio-
ne tenentium, ꝙ licet inſtantia ſimplici-
ter paciſcendo prorogari non poſſit; be
ne tamen compromittendo extendi po-
teſt, quia eorum ſolutio ab omnib. dam
natur.) Reſpondeo ſecundum commu
7 nem Doctorum ſolutionem, quòd † il-
la Auth.ſi tamen, loquitur in appellatio
nis inſtantia, non autem in principali in
ſtantia, quod & apertiſſimum videtur
in d.Auth.ſi tamen; ſ.in ipſa cauſa appel
lationis comp omiſſo inſtantiam ſopi-
ri; quam etiam ſolutionem inquit Bar.
in d.l.properandum, in prin.num.3.ca-
nonizatam eſſe in clem.quandiu, de ap-
pellat. Circa quam rem ego tibi tradidi
cautelam ſupra in caute.9.Dixi modo p
compromiſſum appellationis ſopiri cur
ſum; nam donec compromiſſum durat,
interim inſtantiæ tempus non currit,
prout declarat Iaſ.in d.l.properandum,
in princ.num.23. quodq; dicere voluit
Soc.in regularum fallentijs, reg.226. li-
tera I.lim.1.

Stat igitur firma concluſio, primam
inſtantiam nequaquam prorogari poſ-
ſe, cum id publicam reſpiciat vtilitatẽ;
8 quod † etiam iuramento fieri non poſ-
ſet, vt per Barto.in d.l. properandum, in
princ.num.4.per c. ſi diligenti, de foro
compet.quodque & dicere voluit idem
Bar.in l.ſi quis pro reo, nume.8.ff. de fi-
deiuſſ.& Pract.Papien.cum eo, in for.li
belli ſuper pet.reſtit.in integr.in verbo,
tunc iurauit, ſub nume.9.& Barto.opin.
hanc ſequuntur Doct. in d.l. properan-
dum, vt & tradit Marán.in d.par.5. ſub
nume.23.qui pariter inquit ſub eodem
9 num.ꝙ † neque etiam tale pactum pro-
rogatorium pœna appoſita quicquam
proficeret, ſecundum Bar. & Alexã.in l.
Seius, & Augerius.ff.ad leg.Falc. quod-
que ante ipſum Maran.tradidit Iaſ.in d.
l.properandum, in princ. ſub nu.21. Li
cet autem iſtud inſtantiæ tempus proro
gari nequeat; tamen † abbreuiari poteſt, 10
ex quo abbreuiatio hęc in publicum fa-
uorem tendit, vt.ſ.lites citius finiantur,
& ita tenent Ludou.Rom.in l.2.ff.de re
iud.Alex. & Iaſ.in d.l. properandum, in
princ.quos refert Maran.in d.par.5.nu-
me.22. Et quatenus dixi non poſſe vllo
pacto principalis cauſæ prorogari inſtã-
tiam, intellige, niſi † per ſtatutum bre- 11
uior induceretur inſtantia, quàm ius cõ
mune requirat: nam tunc inſtantia illa
de partium conſenſu, vſq; ad trienniũ,
& non vltra, prorogari poſſet, & hęc eſt
magis communis concluſio, quam te-
nent Salyc.in d.l.properandum, quem
ibidem ſequuntur Alex.& Iaſ. Felyn.in
d. c.venerabilis, verſic. ſecunda declara-
tio, quos in d.5.par.refert Marant. & ita
quoque magis communem eſſe ſenten-
tiam ait, num.25. Veruntamen vt etiam
inſtantia triennij quodammodo proro
gari poſſit, duo per Bar.in d.l.properan-
dum, in princ.num.5. dantur remedia:
Primum eſt, ꝙ partes inuicem ſibi pro-
mittant, tempus inſtantiæ peremptum
eſſe non allegare; ſed id neque tutum eſ
ſe ait; quoniam iudex contra hanc pro-
miſſionem ſuam interponere deberet
authoritatem, argum.l.1.C. vt quæ deſ.
aduoc.par. & eorum, quæ tradit ipſe
Bar.ibi, ſub num. 2. & ita cum Bartolo,
iſtud reprobando remedium, ſequun-
tur Doct. in eadem l. properandum, vt
tradit Iaſ.ibi num.21.

Secundum igitur eſt remedium, qđ
ipſe Barto. tradit in d.l. properandum,
ſub d.num.5.verſi.cogito, vt † per par- 12
tes inſtantia denuo, vno iactu omnia re-
petendo, renouetur, iuxta ea, quæ in ſi-
mili not.in l.mutari.ff. de procur.quod
tamen non eſſet prorogare, ſed de nouo
inchoare, ſecundum Raph. Fulg. in d.l.

prope-

properandum,& Imo.in c. de cauſis, de offic.deleg.quos refert, & ſequitur in d. l.properandum,in princ.Iaſ. ſub nume. 23.verſi.ſecundo limita: idemque dicit Maran.d.par.5.ſub num. 45. vbi ait, ꝙ hoc ſolum remedium conſiderant Docto. ad faciendum, ꝙ inſtantia per par-
13 tes renouetur: Quod † tamen remediū intelligit Batto.d.l. properandum, ſub d.num.5.verſic.prædicta,non procedere, cum penes inſtantiæ peremptionem aliud quoque obſtaret,videlicet iuris etiam peremptio, vt in actione de dolo, & ſimilibus; quia tunc inquit non eſſe faciendam dictam inſtantiæ reſtaurationem; pro qua re facit.c.cum inter, 1. & glo.ibi,in verbo,ex conſenſu,de electio.c.quam periculoſum, & quod ibi not.7.q.1.l.quæritur.§.ſi venditor.ff.de ędil. edic.l. 1. §. qui ſemel.ff.de ſucceſſ. ędic. & c.1.quemadmod. feud.amitt.in vſib.feud.dum illis in locis habetur, ꝙ
14 † à priuatione ad habitum non datur re-
15 greſſus.Scias † autem,ꝙ licet, vt dictum eſt,lapſo termino triennij,inſtantia omnino perempta ſit, adeo vt, neq; etiam per partes prorogari valeat: tamē actor de nouo cauſam incipere, & nouam fabricare poterit inſtantiam; ita tamen,vt ante omnia expenſæ reficiantur, vt per Afflict.deciſ.70.

16 Quo † tamen in caſu neceſſe eſt, ꝙ omnia de nouo fiant; non enim ea,quę antea facta fuerint, quicquam proderunt: ſicut proderunt, cum de partium conſenſu (vt modò conſilium dedi) cauſa reaſſumitur, vt ita habes penes Marā. in d. 5.par.num.47.vbi communem tradit eſſe opinionem,partem poſſe ita, vt dictum eſt,de nouo agere,nouamq; fabricare inſtantiam, quod veriſſimū eſt,
17 & ita quotidie in foro euenit: quod † tamen in iudicio criminali non ſeruatur, etiam ſi expenſæ offerantur; nanq; perempta inſtantia vlterius accuſator non auditur, vt docet idem Marant. in d. 5. parte,num.48.& nume. 57. & ita communiter dicitur, vt atteſtatur Salyc. in l. qui de crimine,ſub num. 8. C.de accuſ. quem refert Capic.deciſ.206. nume.4. Iul.Clar.in pract crim.§.fi.q. 51. verſic. Alia etiam, & circa quā rem vide Tho. Gram.in d.voto 31.

Supradicta quoque cautela Iudicem vti debere admoneo; quando.ſ. nō eſt plenè de propoſita quæſtione informatus,ſiue de iure,ſiue de facto; & inſtantiæ ipſius cauſæ terminus prope eſt, adeo ut ſi ſe informare vellet,inſtātia periret ( Quæ † quidem inſtantia,etiam ſi 18
per iudicem ſtet, prorogari nequit; & iudex, qui intra ſtatutum tempus cauſam decidere negligit, ſi ſit de maiorib. punitur in decem auri libris,ſi de minoribus,in tribus, fiſco applicandis; & ab officio remouetur, vt hæc habentur per tex & per Scrib.communiter in d.l. properandum.§.ſin autem utraque.C.de iudi.) Eo inquam in caſu prædicto poterit vti cautela,qua fiet, vt & inſtantia renouetur,& ipſe pęnas eas vitabit; vt †.ſ. 19
caueat,partes communi (vt dictum eſt) conſenſu, omnia vno contextu acta repetere, libellum porrigendo,litem conteſtando, terminum recipiendo, & ſic de ſingulis; tunc enim per talem recapitulationem inſtantia perinde habebitur, ac ſi, eo vſque non cucurriſſet: Et quæ quidem cautela melior,& honorabilior eſt,quàm ea, quam tradit Practi. Papien.in for.ſenten.diffin.in gl.in verbo,primo quidem,num.4.quòd † ſcili- 20
cet tunc iudex ad ſe cauſæ notarium vocet, & in eius manibus iuret, & ipſum ſcribi faciat iuramentum; videlicet ſibi de ipſius cauſæ iuſtitia non liquere, nec de partium iure; mox ſententiam ferat, per quam reum ab obſeruatione iudicij abſoluat, cauſa expreſſā; ſ. quia ſibi de cauſa non liquet, reſeruando vtrique parti integra in alio iudicio iura; & ad hæc ibi Papien.iura allegat. Et prædictorum occaſione,quatenus dictum eſt, ꝙ etiam ſi per iudicem ſtet,inſtantiæ tempus

pus labitur: Ad vnum poſtremò te admonitum velim; Quòd † ſecundũ Miran. in ſæpè citata 5. parte, num. 41. cum cauſa, & proceſſus concluſus ad ſapientis conſ. eſt tranſmiſſus, nihilominus inſtãtia currit, licet quidam Fran. Viter. in quodam eius conſil. incip. vtrum dies, quibus, &c. quem ibidem Mirã. refert, tenuerit, q donec proceſſus apud conſultorem ſtaret, tempus interim nõ curreret: Et ideo tali in caſu, cum tempus inſtat, Iudex conſilium ex ipſo Marant. in modo citato loco ſumat; vel pars tũc ipſum iudicem inſtare caueat, vt † ſententiam ferat, dicens: Pronuncio, prout in conſilio per talem conſultorem ferendo continebitur. Dixi qualiter aduerſus inſtantiæ curſum quis ſe adeo reparare valeat, vt temporis prorogatio facta videatur: quomodo autem quis ſe indemnem conſeruet, cum iudicis culpa inſtantia perit, dicam infra in lite. T. caut. 260. incip. Tempus inſtãtiæ: quod quidem conſil. tam in ciuilibus, quàm in criminalibus proderit; quoniam ibi agitur de reſtitutione in integrum, qua fiet, vt ille, qui eam petet reſtitutionem, perinde habeatur, ac ſi inſtantia perempta non eſſet, argum. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de min. & l. 1. in prin. ff. ex quib. cau. maior. cum ſimil.

21 (at "monitum velim") — 22 (at "ipſum iudicem")

## Caut. CXIX.

### De articulis fiendis in probanda inſtrumenti falſitate.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes inſtrumentarij inſtrumento contradicentes, quando illud de falſo arguant: videlicet ſi dicant ſe inſtrumento non interfuiſſe, & conſidatur, quomodo hoc in caſu ſit articulandum, nu. 2.*

3 *Teſtes duo ſupranumerarij plenè falſum non probant; ſed ſolum faciunt, quòd poſſit notarius torqueri.*

*Teſtis vnicus ex ſupranumerarijs nullam prorſus facit fidem.* 4

*Teſtes duo inſtrumentarij, ſed non neceſſarij, dicentes ita actum nõ fuiſſe, an falſum arguant inſtrumentum.* 5

INSTRVMENTO † ſi teſtes duo, de his, qui inſtrumento interfuiſſe dicuntur, contradicant, deponentes nũquam ſe interfuiſſe: An inſtrumenti fides vacillet? Barto. in l. 1. §. fi. num. 8. ff. quemadmod. teſtament. aper. & in repeti. l. in exercendis. C. de fide inſtrum. nume. 8. quæſtionem hanc examinat, & dicit, quòd quidam tenent, quòd aut in inſtrumento legitimus teſtium numerus remanet; & inſtrumento ſtatur; quia duo illi in dicto ſuo ſingulares ſunt; aut ſufficiens non remanet numerus; & tunc inſtrumenti vacillat fides, per d. l. 1. in fi. ff. quemadmo. teſtam. aper. Ipſe tamen Barto. quem illis in locis ſequuntur Docto. id verum non eſſe ait; quia duo illi teſtes ſingulares non ſunt; imo conteſtes; ideoque putant, quòd inſtrumentum falſum reddatur: niſi per alios idoneos teſtes approbetur, allegat. l. optimam. C. de contrah. & comm. ſtipu. & ita quoque tradit Fely. in cap. cum Ioannes, ex. de fide inſtru. Craue. conſil. 56. num. 17. dicens dictos teſtes ita deponentes aliquo non eſſe pacto ſingulares, & iſtam ait communem eſſe opi. & Foller. in ſua pract. crim. in ver. item quòd commiſit falſitatem, numero ſexageſimoquarto, cum multis ſequẽ. vbi materiam hanc abundè explicat; ac Boſſius in titu. de falſ. nume. 32. & ſub nu. 39. ac ſub nu. 40. vbi inquit communẽ eſſe concluſionem, quòd ſint conteſtes, prout Bartolo viſum eſt: Vt tamen omnes ceſſent dubitationes, conſulit Barto. in d. §. fi. ſub d. nume. 8. & in d. repe. l. in exercendis, nume. 9. Quòd † articuletur hoc

hoc pacto; videlicet, tali loco, & tempore tales teſtes tali contractui præſentes non fuiſſe, & quod vnus non fuit cum alio i dicto loco, nec potuiſſet eſſe, quin ſe inuicem vidiſſent. Et de hac falſitatis inſtrumenti materia vide poſt Docto. in d.c.cum Io .n.in c.accedens, extra de fid. inſtru.in d.l.1.§.fi.quem.teſt. aper. & in d.l.in exercendis, plene apud Pract.Pap. in for.oppoſ.con.inſtr. in glo.ſuper verbis, dignoſcitur eſſe falſum, ſed aduerte, ne decipiaris; nam dum ibi Pap. ſub numero primo, verſicu. ſecundo caſu principali, inquit communem eſſe opin.ꝙ duo tantum teſtes inſtrumentum nõ impugnent, loquitur de his, qui non ſunt i inſtrumento deſcripti: circa pariter hanc falſi inſtrumenti materiam vide Lanf.in rep.c.quoniam contra, ext.de prob.Dec. in c.tertio loco, ext.eo.Ruy.conſi.37.volum.4.Boe.dec.118.& late Boſſi.in d.ti. de falſ. ſcias tamen ſecundum Boſſij mẽtem.d.ti.ſub num.41.cum Sal.tenentis,
3 in d.l.exercẽdis, quòd † duo hi teſtes inſtrumentarij, & ſupranumerarij nõ ſufficiunt, vt notarius de falſo puniatur, ſed bene vt tormentis ſubijciatur, quod &
4 ego verum credo; quoniam † vnicus ſupranumerarius teſtis, ſeu non neceſſari⁹ contra inſtrumentum nullam prorſus facit fidem, vt Pap. tradit dicto loco a me modo citato, ſub num.1. Boſſ.in d.ti.de falſ.nu.15.& ita communiter cũ Bar. tenent Scrib.in d.l.in exercendis: ſi igitur nullam facit fidẽ, certe duo teſtes ex nõ neceſſarijs plenam contra notarium nõ poſſunt facere fidem; ſi.n. ipſi plene probarent, ſequeretur, ꝙ vnus ſemiplenam faceret fidem, quod (vt dixi) verum non eſt. Ex prædicta autem traditione, ꝙ duo illi teſtes ſupranumerarij contra inſtrumentum operentur, ſi dicant, ſe non in-
5 terfuiſſe, collige, ꝙ † multò magis operantur, ſi dicant, ita actum non fuiſſe, ꝓut tradit Boſſ.in d.ti.de falſ.ſub num.40 vbi id bis dicit.

## Caut. CXX.

## De ſuſtinendo, vel reprobando inſtrumento.

### *SVMMARIVM.*

*Teſtes duo non inſtrumentarij ſi inſtrumento contradicant, quid facere debeat iudex.* 1

*Notarij honeſtate exiſtente, & teſtiũ ſuſpicione, magis inſtrumento, quàm teſtibus creditur, & ideo datur conſil. de notarij probitate probanda, numero 6.* 2

*Inſtrumenti reprobatio fieri debet per teſtes omni exceptione maiores.* 3

*Præſumptio eſt in dubio pro inſtrumento.* 4

*Teſtes duo idonei, inſtrumento non adſcripti inſtrumentum ipſum regulariter reprobant. ſub num.4. uerſ. & quæ quidem, in parentheſi.*

*Probationes quando hinc inde pares ſunt, & ex vna parte aliqualis oritur præſumptio, pro ea iudicandum eſt.* 5

*Inſtrumentum qui per teſtes reprobare volunt, quid facere debeant, & numero 7.* 6

INſtrumento † autẽ, ſi in eo nõ deſcripti duo teſtes contradicãt, in iudicis arbitrio ſtat (ex eo, quia probatio hinc inde paris videtur eſſe potentiæ, & valoris) inſpicere, an notarij perſona ſit ſuſpecta, & an ſcriptura aliquam patiatur ſuſpicionem extrinſecus, quia eo caſu licet inſtrumentum duorum pariter teſtium vim obtineat, cap.cum Ioan.ext. de fide inſt. & l.in exercendis. C.eod.tamen teſtibus potius credetur, quàm inſtrumento, iõ, quia notarij, & ſcripturæ ſuſpicio adiunat teſtium depoſitionem, quæ eorum dictis adeo ſuffragari videtur, vt magis 1

teſti-

teſtibus ipſis, quàm inſtrumento fides
2 adhibeatur. Sed ſi † notarij pſona eſſet
honeſta,& teſtes illi eſſent aliqualiter ſu
ſpecti,tunc plus inſtrumento, quàm te-
3 ſtibus crederetur; requiritur † enim, ꝙ
re pbatio fiat per teſtes vndiq; idoneos,
& omni exceptione maiores.l. optimã.
4 C.de contr.ſtipu.Etenim † in dubio eſt
pro inſtrumento præſumendum.l.cum
precibus,ibique no.C.de prob. hæc ha-
bes penes Bar.in l.1.§.fi.ſub num. 12.ff.
quemadm.teſtam.aper.& in d.l.in exer-
cendis,ſub nume.14. quæ approbat ſub
num.15.Ad quod etiam vide D. Cardi.
in d.c.cum Ioan.& quæ tradit Soc. con-
ſi.94.ſub num.2.volum.1. Et quæ qui-
dem in terminis iſtis proculdubio proce
dere exiſtimo (licet crebrior ſit doctorũ
ſententia in ea concluſione,qua ſimplici
ter tradunt duobus teſtibus, etiam non
adſcriptis in inſtrumento,approbatis,in
ſtrumentum reprobari, vt concludunt
Io.Cald.Ant Imo.& Abb.in d.c. cũ Ioã.
Pau.de Leaz.& Abb.in c.tertio loco, ibi
que Dec.communem dicit ext.de prob.
& Dec.communem dicentem refert Vil
lalob.in ſua collecta commu.opin.litera
I,num.75.& ad idem uide Soc. conſilio
143.nume.12.volum.1. Nam profectò
optime facit pro prædictis, quod no.gl.
ſing.& frequenter ad hoc allegata in l.ſi
duo patroni,in prin in verbo, authorita
5 tis.ff.de iureiu.Quòd † quando hinc in-
de pares ſunt probationes,& ex vna par
te aliqualis oritur præſumptio,pro ea iu
dicandum eſt,& ita etiam tradit Bart. in
d.l.ſi duo,in prin.nume.3.& Iaſ.ſub nu.
3.Cæp.conſi.cri. 1. nu.13. & eſt comm.
opi.vt ait Ang.in d.l.ſi duo,quem refert
ibi apoſt.ad Bar.in verbo,pro ſ.,litera E.
Propterea Bar.in d.l.1.§.fi.ſub d.nu.12.
& in d l.in exercendis,d.nu.15.aduoca-
tos admonet,vt † caueant facere proba-
6 tiones de bonitate, & notarij legalitate:
atque e conuerſo, vt probent teſtiũ fide-
litatem illi,qui contra inſtrumentum ni
tuntur:tu adde,ꝙ quãdo ille,qui inſtru-
mentum ſuſtinere vult, facit probatio-
nes de notarij legalitate, ex aduerſo iudi
ci ſuſpectos ex aliquibus reddat teſtes
contra inſtrumentum deponentes,& do
ceat eos non eſſe omni exceptione maio
res: itidem pro eo, qui inſtrumentum re
probare voluerit, ad omnes remouẽdas
dubitationes,certe cautius erit,ſi † p plu 7
res teſtes,quàm per duos inſtrumentum
reprobetur, & teſtes ipſi omni ſint exce
ptione maiores,iux.no.in d.l.in exercen
dis,& in d.l.optimam; in fi. ac per Abb.
in d.c.cum Io.ſub num.13. verſicu. ego
concordando,& prout tradit Boe.deciſ.
128. num. 8. & ſub num. 14. cum his,
quos ibi abũde allegat,ac fran.Marc.de-
ciſ.486.nu.17.par.1.Quomodo autem
tales in inſtrumento non adſcripti teſtes
contra inſtrumentum deponere debeãt,
quò eorum ſit apta,& cõgrua probatio,
tradam infra in litera T,in cau.273.

## Caut. CXXI.

### De debitore contra inſtrumentũ articulãte,cum dicat, quòd talis creditor dedit,& mutuauit, & quæ verba notarius in mutui inſtrumẽto apponat, ut difficilius falſum reddatur.

*SVMMARIVM.*

*Teſtes deponentes pecuniam non interfuiſſe minime inſtrumentum reprobant,quod dicat,talis dedit,& mutuauit: & conſ datur circa reprobandum inſtrumentum in hoc caſu, nu.5.* 1

*Interpretatio in dubio ea ſumi debet, qua falſum vitetur.* 2

*Falſitatis probatio concludens eſſe debet.* 3

*Inſtrumentum mutuum probat,dicens: talis dedit,& mutuauit,etiam ſi cõtra illud deponant teſtes, pecuniam non inter-* 4

*interueniſſe.*

*Secus autem eſt, ſi inſtrumentum diceret: Dedit, & numerauit, vt nu. 6. quod tamen declara, vt nu. 7.*

8 *Notarius de mutuo rogatus quib. verbis vti debeat, vt difficilius eius inſtrumentum ſubuerti poſſit.*

9 *Pecuniæ numeratio non præſumitur, etiam ſi in præſentia fuerit pecunia, ſed tamen in crumena.*

*Quinimò etiam ſi non ſit in crumena, ſed præſens, & quæ videatur, ex hoc non creditur numerata, niſi verè de numeratione conſtet, nu. 10.*

1 INſtruméto † cõfecto, in quo
continea tur, ꝙ talis dedit, &
mutuauit Sempronio cen-
tum, ſi debitor, ipſum volẽs
reprobare inſtrumentum, teſtes addu-
cat, probantes, tempore contractus nul-
lam interueniſſe pecuniam, inſtrumen-
tum ex hoc non redditur falſum; quia
verba ea, dedit, & mutuauit, non ſolum
in numeratione; ſed in debitorum quo-
que delegatione, vel in conuerſione v-
nius debiti in mutui cauſam verificari
poſſunt, caſus eſt in l. certi condictio, in
fi. & in l. ſingularia. ff. ſi cer. pe. per quos
tex. ita tenuit Barto. in d. l. ſingularia, nu
me. 22. & ibi Paul. de Caſt. æquiorẽ hãc
dicit eſſe ſententiam, licet Ang. in l. præ-
dia. ff. de acq. poſſ. contrarium tenuiſſe
videatur; & iſtam Bartoli ſentẽtiam ſen-
tit quoque Bal. in rub. C. de fide inſtru-
men. ſequitur Alexan. in d. l. ſingularia,
ſub num. 33. pulchrè Iaſ. ibidem, ſub nu
me. 47. & num. ſeq. vbi hanc concluſio-
nem eleganter rationibus nonnullis cõ-
firmat; ſequitur Dec. num. 29. vſque ad
num. 33. & ita uides, ꝙ Doctores hanc
Bartoli ſententiam communiter ſequũ-
tur, prout etiam voluiſſe dicere vide-
tur. Cur. Iun. in d. l. ſingularia, num. 36.
licet mox in fine eius numeri, verſ. con-
ſidera tamen, parumper ſubtilizare vel-
le aduerſus communem videatur: Et
hæc quidem communis concluſio vna
hac inter alias firmatur ratione, quam 1
communiter prædicti Doct. adducunt;
quoniam in † dubio interpretatio fieri 2
debet, vt falſum vitetur, prout not. gl. in
l. iuriſgentium. §. quod ferè, in verbo,
contrarium approbetur, & ibi per ip-
ſam Bald. & Ange. ff. de pact. quam ſanè
glo. cõmuniter approbatam tradit Cur.
Iun. in d. l. ſingularia, ſub d. nu. 36. quæ
verè ab omnibus recepta videtur, vt &
iſtam eſſe communem rationem tradit
Cepo. conſi. crim. 22. nume. 17. Facit ẽt,
quia † falſitatis probatio concludens eſ- 3
ſe debet, vt dicit Bald. in d. §. quod ferè,
Dec. conſi. 175. ſub num. 4. verſ. quibus
tamen non obſt. & num. quinto: Quin-
imò † in caſu iſto non modo inſtrumen 4
tum non redditur falſum; ſed etiã mu-
tuum probat, ſi vera eſt opinio Dec. in
d. l. ſingularia, nu. 32.
Ideoque † conſilium debitori dedit 5
Barto. in d. l. ſingularia, ſub d. nume. 22.
Quòd articulos formet: Non interueniſ
ſe numerationem, nec aliquid ex actib.
ijs, quibus contrahitur mutuum.
Sed † ſi Notarius diceret, dedit, & nu 6
merauit, tunc ſi non factam numeratio-
nem probaret debitor, falſum appareret
inſtrumentum: licet alius actus mutuũ
conſtituens interueniſſet, vt ex prædi-
ctis apparet, & vt dicit Barto. in d. l. ſing.
ſub d. num. 22. & communem aiunt eſ-
ſe opin. ibi Alex. ſub num. 33. verſ. vnde
illa opin. Iaſ. ſub nume. 48. Dec. nu. 33.
Cur. Iun. ſub nu. 36. in prin. & ſequun-
tur alij in alijs locis, de quibus Alexã. &
Iaſ. vbi ſupra; licet Bart. contra morem
ſuum in hoc ſibi parum conſtans, aliud
ſenſerit in d. l. prædia, num. 3. de acquir.
poſſ. cuius opinionem eam communi-
ter reprobatam aſſerunt Alexã. Iaſ. Dec.
Cur. Iun. in d. l. ſingularia, & Iul. Clar. in
§. falſum, verſi. Notarius autem: Saluan
do † tamen in vtroque loco Bartolum, 7
Decius in d. l. ſingularia, ſub d. nu. 33.
duos diſtinguit in hac re caſus: Primus
eſt, ſi

eſt ſi Tabellio dixerit, numerauit i mei præſentia, nam tunc procedit Bartoli dictum in dicta l. ſingularia: ſecundus eſt caſus, quando ſimpliciter dixiſſet, numerauit, quia tunc procedit Bartol. dictum in dicta l. prædia, quam etiã concordiam tradunt Roma. in dicta l. prædia, & Cœpo. in dicto conſilio crimin. 22. num. 16. Sed iſtam quoque concordiam ſubuertit Curt. Iun. ſub d. nu. 36.

8 Tutius † autem Notario erit, ſi in inſtrumẽto ea apponet verba, ſcilicet, dedit, & mutuauit, quæ cum largius extendantur, difficilius etiam falſa demon-

9 ſtrari poterunt. Nec etiam † numeratio facta tunc cẽſetur, cum pecunia quidem eſſet in præſentia, ſed in burſa, & non interueniſſet numeratio: Ideo Notarius eo caſu dicens, dedit, & numerauit, de falſo redargui poſſet, vt Baldum voluiſſe refert Apoſt. ad Bartol. dicta l. ſingul. num. 23. litera E. verſiculo, ſed quæro, quæ additio incipit, Circa primam quæſt. & Iaſ. in d. l. ſingul. ſub nu. 48. verſiculo, Imò fortius ſingula. allegans ipſum Bal. in rubrica. C. eodem de fide inſtrum. colum. 4. verſiculo, & nota, quòd hic dubitatur, declarans inſuper ex Baldi dictis, quòd tunc quoque notarius de falſo teneretur, etiam ſi partes dixiſſent, & confeſſæ fuiſſent, quòd ibi eſt tota pecunia, nam illis credere non deberet: & ideo bene eſſe, quòd faciat burſam euacuari, & pecuniam numerari, vel tantum dicat, dedit, & mutuauit, quia tunc excuſaretur: Idque

10 quod modò dictum eſt, fortius † procedit, etiam ſi non in crumena, ſed apparenter pecunia præſens fuerit, vt ex Bartolo colligo in dicta l. ſingularia, ſub dicto numero 23. Ideoq; nec tunc facienda eſſet numerationis mẽtio, ſi numerata non fuit pecunia: De hoc dicam inferius in litera. N. Caut. 174. incip. Notarius, ſi in inſtrumento.

## Caut. CXXII.

### De priuatis ſcripturis, & qualiter publicarum obtineãt vim.

*SVMMARIVM.*

*Inſtrumentum publicum eam habet vim, quam legitimus teſtium numerus: Priuata autem ſcriptura regulariter non probat, niſi contra ſcribentem, & in perſonali actione exercenda. Imò poſteriori quoque publico inſtrumento poſtponitur.* 1

*Scriptura priuata quomodo vt publica valebit. Declara, nu. 3. & 4.* 2

*Quæ etiam vt mortuis teſtibus in ea adhibitis probet, quid ſeruandum habes num. 5.*

*Teſtes vt ad æternam rei memoriam examinentur, quæ concurrere debeant, remiſſiuè.* 6

*Creditori, vt magis publico documento obligationem ſumat, quam priuata ſcriptura, conſilium datur.* 7

INSTRVMENTVM publicũ eandem habet vim, eiq; perinde creditur, ac legitimis teſtium depoſitionibus fides adhibetur. l. in exercendis. C. de fide inſtrument. Sed priuatum inſtrumentum regulariter fidem non facit. l. inſtrumenta. l. rationes, & l. exemplo. C. de probat. l. ſecunda, & l. finali. C. de conu. fiſci debit. libro decimo, & vide Alexand. conſilio 239. numero 5. 7. & ſeq. volum. 6. niſi contra eum, qui ex cauſa ſcripſit, & ſcripturam confitetur, in perſonalibus, ſecus in realibus, ſeu in pignoris iure cõtra aliam perſonam exercendo. l. ſcripturas, iuncta gloſſa, Bartol. & Doctor. C. qui potior in pignor. habeatur. Abbas & Doct. in cap. 2. extra de fide inſtrum. Bart. in l. admonendi, ſub nu. 15. verſic.

Y Circa

Circa primam, & ibi Doct.ff. de iureiuran.Bar.& Doct.in auth. at ſi cōtractus. C.de fide inſtrum.Papienſ.in for. oppoſi.con.in ſtru.in ver.quod negatur, ſub num.3. Hinc eſt, ꝙ publicum inſtrumētum,etiam ſubſequens,præponitur priuatæ ſcripturæ præcedenti in hypotheca.d.l.ſcripturas: Verùm vt hæ priuatæ ſcripturæ ad publicarum inſtar redigantur,etiam ſi manu priuata ſcriptæ extite
2 rint,cautela eſt,vt † ſecundum modum prædictæ l.ſcripturas, penes partis ſcripturam, & manum, trium quoque teſtium, vel plurium ſubſcriptiones accedant: tunc enim publicis æquiparabun-
3 tur.d.l.ſcripturas, in fi. & † cum tres teſtes ſecundum d.l.ſcripturas, interuenerint,maſculi eſſe debent, vt expreſsè tenet Bal.in d.l.ſcripturas,in verbo,trium virorum,cuius opinionem dicit eſſe cōmunem Aym.in tract.de antiq.temp.in 1.par.in verſi.Propoſitum noſtrum, nume.34.quem refert Villalob. in ſua collecta comm.concluſ. litera S. nume.14. quam etiam ſententiam inquit magis veram,& communem Duen. reg. 313. lim.3.in fi.litera E. latius circa hoc dicā infra caut.241.

4 Sed † hæc ſcriptura demum firmitatis habebit robur, ſi teſtes viui erunt; quia eis mortuis poſtea non poterit ita valere, vt per text.& ibi no.omnes in ca. 2.extra de fide inſtrumen.Specul. in tit. de inſtrum.edit.§. nunc dicendum † reſtat, vbi agit, inſtrumentorum ſpecies quot ſunt,ſub numero ſecundo, & ſub nume.quinto,& iuxta ea,quę tradit Barto.in d.l.ſcripturas,prope fin.tangit Iaſ. poſt eos,quos alleg.in repet.d.l. admonendi, numero centeſimonono, voluit dicere Papienſ. in d. form. oppoſi.con. inſt.d.verbo, quod negatur, ſub d. numero 3. ibi, & tunc ſi teſtes recognoſcant;ac etiam tradit, poſt eos, quos alleg.Roland.a Valle conſil. 26. nume. 1. volum.primo.

5 Sed † vt,etiam mortuis teſtibus,ſcriptura præd. fidem faciat, Remediū eſt, ꝙ teſtes ad æternam rei memoriam, coram competenti eorum iudice recognoſcant ſubſcriptiones,perinde ac ſi lis verteretur,& ſuper ea ſcriptura produci deberent,ad quod eſt tex. in c. quoniā fre-
quenter,ex.vt lit.non conteſt. Pro † cu- 6
ius rei plena intelligentia,& quando ſic teſtes examinari poſſint, vide Pract.Pap. in gloſſis,quas facit ſuper for. capitulorum,quando teſtes producūtur ad ęter-
nam rei memoriam.Cæterum † hic ad- 7
monitum te velim, vt potius inſtrumentis publicis,quàm idiochiris debitorum obligationem ſumere procures, ob maximum.ſ.periculum, quod tam vtendo contra principalem debitorem, quā cōtra alios ex ipſis priuatis ſcripturis immi net, vt optimè apud oēs ſupradictos Doctores facilè colligere eſt; & iſtud quoque conſi.tibi tradit Papienſ.in loco, de quo ſupra, verſ.ſis ergo cautus.

## Caut. CXXIII.

## De coniecturanda defuncti intentione.

*SVMMARIVM.*

*Dicto meo ſtatur in his, quæ in animo mihi conſiſtunt.* 1

*Animus & eius intentio, qui mortuus iam eſt, quomodo coniecturetur: & in ſpecie circa hæreditatis aditionem & num.3.* 2

*Actus ſubſequentes declarant agentis intentionem in præcedentibus, ſub nu.ſecundo, verſi.atque.*

INtentio † animi mei,ſcis,ꝙ iuxta cō- 1
ſciētiam meam qn̄que dicto meo declaratur,vt per gl.magnam,quæ ad hoc ſolet ſemper allegari, in.§.nanq; ſi cui,aliàs incipit,aliæ, Inſt.de act. quāque glo.allegat Bart. in propoſito.l. pro hærede,

hærede,nu.3.ff. de acq. hær.cuius tamẽ
gloſſ.dictum intellige procedere in his,
in quibus non eſt iuris præſumptio cõ-
tra aſſerentem, arg.l.ſi non conuicij.C.
de iniur.per quem tex. ita ſenſit Bart.in
l.2.§.ſi à pupillo,nu.6.ff. pro empt.in l.
inter.§.rectè, verſi.nec obſt.gl.ff.de fur.
not. Io.And.poſt Inn. in c.2.ex.de cõſt.
Marſ.conſi.7.nu.8.& conſi.9.num.36.
Menoch. de arb.iud.lib.2.caſu 241.nu.
6. Prædicta autem animi declaratio iu-
ramento mediante procedere debet, vt
per Barto.in d.§.rectè,ſub nu.2.Alex. in
d.l.pro hærede, ſub num.3.& in conſi.
71.in princ.vol.1.gl. & Felyn.in c.ſigni
ficaſti, de homic.Dec. conſi.257.nu.9.
Ripa in l.admonendi,nu.54.ff. de iure-
iu.Et ideò dicit Bal.in l.2.§.pen.in fi. ff.
ſi quis caut. Quòd ſi notificatio dilatio-
nis fuit ad domum facta, ſtatur iuramẽ
to tuo, quòd ad tui non peruenit noti-
tiam.Hęc viuo declarante. Quid autem
erit, ſi ille, de cuius animo, & intentio-
ne agitur, ex hac migrauit lucæ, quo-
modo eius animus, & intentio intelligi
2 poterit? Dic conſilium † generaliter eſ-
ſe, vt per circunſtantias coniecturã per-
quiramus;Quæ ſanè circunſtantiæ,ſi ad
conijciendum animum veroſimiles, &
concludentes erunt,animi ipſius, & ve-
ritatis inde fundamẽtum dabunt, iuxta
tradita à Bar.in d.l.pro hærede.d.nu. 3.
Atque ex actibus ſubſecutis conijcia-
mus,quænam fuerit agentis, dum viue
ret, in præcedentibus intentio.l. Sed Iu-
lianus.§.proinde. ff. ad Maced.§. pauo-
num, Inſt.de rerum diuis.not.Bart.in l.
cætera.§.ſed ſi ſeparauerit, ſub nume.3.
verſicu.hoc autem intelligo.ff.de leg.1.
Dec.conſi.245.ſub nu.6.& in l.nõ vult
hæres eſſe.ff. de reg.iur. vbi alia allegat,
& idem in alijs ſocis, quorum meminit
Dominus meus Ceph.conſ.96.nu.27.
adde Crau.conſ.149.nu.4.Rolan.à val.
conſi.7.nu 31.vol.4. Propterea Bart.in
d.l.pro hærede,in caſu eius, qui aliqua
ad gerendum pro hærede proxima, ſed
non per ſe concludentia,egerit,& mor-
tuus ſit, dicit pro ipſius defuncti hære-
de, qui aditam per ipſum defunctum
quondam prætenderet hæreditatem, re
currendum eſſe ad qualitatem perſonæ
defunctę,& rerum,in quibus iam actus
prædictos fecit; nã inſpectis dictis qua-
litatibus præſumptio erit,nunquid fue-
rit adita hæreditas, nec nè, vtputa † ſi e- 3
rat hęreditas opulenta, & ille, de cuius
quęreretur animo, ſepulturam hæredi-
tatis domino dediſſet; nec ſepeliens ip-
ſe ſolitus fuiſſet tales pietatis exercere
actus, Tunc præſumeretur in eum adeũ
di animus: Secus autem eſſet, quando
vel hæreditas damnoſa erat, vel perſona
ſepeliens pia erat, & ſolita ſimiles pios
actus facere; nam tunc aditio in eum
non cenſebitur; & ſupradicta quoque
deſumuntur ex gloſſæ dictis in d.l. pro
hærede.§.ſeruos, in verbo, quid; & de
his vide quæ dixi ſuprà caut. 96. nu. 4.
vbi latiùs; quę hic ſuperfluè nõ repeto.

## Caut. CXXIIII.

## De interdicto vnde vi.

*SVMMRIVM.*

*Interdictum vnde vi cui competat.* 1
*Et hæc cauſa ubi tractari poſſit babe-
tur nu.2.*
*Et an abſens, cuius quis poſſeßionem in
greſſus eſt, dum abeſſet, & audiens
ſuſpicatus eſſet, ſe poſſe repelli, hoc in
terdicto reuerſus vtatur, nu 3.*
*Hocq; in caſu practicandi traditur mo-
dus nume.4.*
*Interdictum directum oritur, cum quis* 5
*ad fundum accedens non admitti-
tur; vtile autem cum ſuſpicatur quis
ſe poße repelli.*
*Suſpicio, quam babet quis, ſe poſſe re-* 6
*pelli, vt probari poßit, conſilium
traditur.*

7 *Spoliatus ad fundum accedens,ſi ſpo-
liator ſtans cum gentibus, & ar-
mis dicat, quòd ingrediatur, poteſt
vti interdicto vnde vi.*

1 INTERDICTVM † vnde vi
aduerſus oẽs vim facientes
competit,ſiue iuſte,ſiue iniu
ſte quis poſſideat.c.in literis,
de reſtitut.ſpoliat.l.1.§.qui à me.l.colo
nus,& l.cum fundũ.ff.de vi, & vi arm.
§.recuperandæ, inſtit. de interdict.iun-
cta.l.ſi quis in tantam. C.vnde vi, pro-
bat tex.in l.1.§.denique.ff.quod vi,aut
clam,not.glo.Bart.& alij,in l.1.C.vnde
vi,tradit Ripa in l.naturaliter.§.nihil cõ
mune,num.47.& ibi Rubeus, nu.142.
ff.de acquir.poſſe. Et qui profectus eſt,
nemine domi relicto, qui pro ſe poſſi-
deat,ſi vel in itinere detineatur,vel poſ-
ſeſſionem ingredi volens non admitta-
tur, licet animo tantum poſſideat, hoc
interdictum habet dicta l.prima.§.deij
citur is,& §.ſiue autem. ff.de vi,& vi ar
2 ma. Et † cauſa quidem tractari poteſt,
vel vbi vis facta eſt,vel in loco, vbi vio-
lentiæ poſſeſſio extitit, vt per l.1. C.vbi
de poſ.agi opor. & de hac materia latiſ-
ſimè vide apud D. Menoch. in ſuo do-
ctiſſimo tractatu de recuperã. poſ. rem.
3 1.& 9. Quin & ſi † te abſente ingreſſus
ſum poſſeſſionem tuam, tuque cum au
diuiſſes,poſſe te ingredi volentem,vi re
pelli,ſuſpicatus es (ex hocq; ſtãtim poſ-
ſeſſionem amiſiſti.l.clam poſſidere.§.ſi.
cum l.ſeq.ff.de acq.poſſ.) Bar.in d.§.ſi-
ue autem,cum Azo.& Io.concludit,vti
le ſaltem concedi interdictum, hancq;
opi.veram, & communem dicit, ad idẽ
eſt gl.magna in verſi.item ſi inuaſerim,
cui aſſentiunt Bar.& doct. in d.l.ſi quis
in tantam, ſequitur. d.Ant. in c.ité cum
quis,de reſt.ſpol.Maran. de ord.iu.par.
4.diſt.7.nu.24. quod & pulchre tenuit
Menoch. d.rem.1.q.7.num.80. In his
autem practicandi modum docet Bart.
in præd.§.ſiue autem, num.2.dicens,q̃
cùm † in libello ſuper hoc interdicto lo 4
cus, & tempus, inſeri debeat (vt & de
tempore latè Menoch. d.rem. 1.num.
284. cum nonnullis ſeq. & de vtroque
Alex.conſi.6.vol.3.num.2.& conſ.96.
vol.5.quem ad hoc refert Maran. d.di-
ſtinct.7.num.27.Afflict.deciſ.250.ſub
num.1. & in alijs locis doct. de quibus
Menoch. in modò citato loco) tempus
de neceſſitate non apponitur, quo eſt
poſſeſſionem aduerſarius ingreſſus, ſed
quòd tempus ponere debes, quo acce-
dens admiſſus non fuiſti, vel tempus,
quo talem tuum eſſe ingreſſum fundũ
ſciuiſti,& te repelli poſſe ſuſpicatus fui-
ſti, his enim temporibus tibi naſci in-
terdictum directum, & vtile reſpectiue
dicit: Directum † naſcitur, cum acce- 5
dens admiſſus non fuiſti, vtile cum ſu-
ſpicatus es poſſe te repelli, vt ex his,
quæ in d.§.ſiue autem, colliguntur,ha-
bes: Proinde conſilium tradit ipſe Bar.
illi, qui tempus in libello apponit, quo
quis ſe poſſe repelli ſuſpicatur, ad hoc,
vt iſta poſſit probari ſuſpicio, Quòd
† ad locum accedat,& teſtes ſecum ha- 6
beat,per quos probari poſſit,quòd non
admiſſus eſſet: Quin & ſi † tempore, 7
quo ad fundum ſpoliatus proficiſcitur,
violentus poſſeſſor dicat, quòd ingredi
debeat, & tamen cum gẽtibus, & armis
in fundo ſtet, interdictum hoc locum
habebit,nam per hoc ſpoliator non ex-
cuſatur, ſed pati debuit dominum eo
modo ingredi,quo prius poterat,libere
ſcilicet,& abſque vllo timore, vel ſuſpi-
cione, vt per Bar.in d.§.ſiue autem,in fi.

## Caut. CXXV.

### De eo conſtituendo in mora, qui eſt ex facto alieno debitor.

SVMMARIVM.

*Debitor vt in mora conſtituatur, quãdo* 1
*eſt*

*eſt ex facto proprio debitor, ſola ſufficit denunciatio : Secus eſt in debitore ex facto alieno, nu. 2.*

3 *Ignorantia in facto alieno tolerabilis eſt.*

4 *Debitor ex facto alieno, quomodo in mora conſtituendus ſit.*

*Denunciare uolens aliquis, ne ruſtici conducti ab alio laborent in prædio, quod ſuum eſſe prætendit, quid agere debeat, vt contra laboratores non deſiſtentes poſſit inſtituere de turbata poſſeſſione accuſationem, ſub nu. 4. verſ. & propterea.*

5 *Debitor, qui purè tenetur, an per factã interpellationem ſtatim in mora conſtituatur.*

1 INterpellatio † ſi fiat ei, qui ex facto ſuo debitor eſt, ſufficit eidem denunciare, ꝙ ſoluat, vt per Bar. in l. quod te, num. 15. ff. ſi cert. peta. & cum Bar. ſimpliciter tranſeunt docto. Soci. tamen ibi nu. 48. (cuius veſtigia ſequitur Cur. Iu. nu. 43.) aliqualiter hanc declarat cõcluſionem; non procedere, ſcilicet quando ſumus in facto eo proprio, ſuper quo ignorantia præſumitur, iuxta tradita à Bart. in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & Canon. in c. ab excommunicato, de reſcrip. Supradictæ enim concluſionis Barto. rationem reddit; quia cum debitum ex eius facto dependeat, intelligit, vel intelligere debet, ſe debere, per l. quanquam. ff. ad
2 Velle. Sed † ſi ei fieret interpellatio, qui ex facto alieno debitor eſſet; puta hęredi, vel illi, qui per procuratorem obligatus fuiſſet, vel ei, de cuius debito facta fuiſſet per eius creditorem ceſſio, tunc ad talem moroſum faciendum ſimplex non ſufficit denunciatio : quia non intelligit, nec intelligere debet, ſe debere;
3 nam in † facto alieno tolerabilis eſt ignorantia. l. fin. ff. pro ſuo : Ideo conſi-
4 lium eſt, vt † talibus creditoribus debiti legatur inſtrumentum, vel copia detur, vt probatur in cap. cauſam, in fine, in clemen. de elect. in l. ſi quis inficiatur. ff. depoſiti, in l. qui in alterius, & ibi gloſſ. ff. de regul. iur. tradit Barto. in d. l. quod te, ſub d. numero decimoquinto, qui dicit hoc ita pluries fieri feciſſe: Et circa hanc pariter Barto. ſecundam concluſionem, & doctrinam Doct. pertranſeunt; pro qua confirmanda, vide quæ pulchrè tradit Iaſ. in d. l. quod te, numero trigeſimoquinto. Ad hoc etiam conferunt, quæ dixi ſupra cautela quadrageſimatertia. Et propterea Socin. in d. l. quod te, ſub numero quinquageſimo: (cuius in his meminit quoque ibi Cur. Iun. nume. quadrageſimoquarto) hac Bartoli doctrina motus, illam declarabat Imolæ, & Doctorum communem deciſionem, quæ habetur in l. de pupillo. §. nunciationem. ff. de ope. nou. nun. Quòd ſcilicet ſi tu ruſticos aliquos conducas ad laborandum in aliquo prędio; & ego illis dicam, quòd laborare non debeant, quia meum eſt, & à me poſſeſſum; ſi ruſtici illi mihi non credant, eos de poſſeſſione turbata accuſare potero, & condemnari debebunt: declarabat inquam Soci. cautè factum (prout & ipſe aliquando obſeruaſſe ait) ſi illis aliquod exhibeatur documentum; inſtrumentum puta, vel teſtes, de iuribus ſuis; ad quod vide ante ipſum Socin. Alexand. in d. §. nunciationem, ſub numero duodecimo. Quod † autem dixi 5
debitorem ex facto proprio ſola denunciatione; ex facto autem alterius inſtrumenti lectione, vel copia in mora conſtitui, id cum grano ſalis intelligas; vt ſtatim quidem in mora non conſtituatur; ſed cum aliquo temporis temperamento; fortè ſcilicet poſt decem dies, argu. l. ratum, & l. quod dicimus, & quod ibi no. ff. de ſolut. & per quos tex. ita tenuit Dec. in d. l. quod te, num. 10. vbi ad hoc alia alleg. iura.

## Caut. CXXVI.

### De interrogationibus illi fiendis, qui conuenitur in iudicio actione reali, an poſſideat, necne.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus actione reali conuentus, ſi primũ requiſitus non fuerit, an poſſideat, vel non, etiam ſi ipſe reus litem ſuſceperit, & actor plenè intentionem ſuam docuerit; ſed tamen non appareat, an conuentus poſſideat, abſoluendus eſt; actori autem res dijudicatur. Nec prædicto in caſu reus in expenſis condemnatur, nu. 2.*

*Sed vt in expenſis condemnetur conſilium datur, nu. 3.*

4 *Interrogatus reus, an poßideat, necne, ſi ſe poſſidere negauerit, & eum poſſidere probatum ſit, ob mendacium ſibi au ertur poſſeſſio.*

5 *Interrogationum in actione reali fiendarum forma, remiſſiuè.*

1 INterrogatione † nunquã reo facta,
An poſſideat, necne; etiam ſi ipſe
reus litem fuerit conteſtatus, & ne
gotium pro actore liquidari paſſus; non
tamen apparuerit, an conuentus poſſi-
deat, abtoluendus erit: Actori tamen
res erit adiudicanda, prout tradit gl. ſin-
gu. in l. ſi à te. §. 1. ſecundum vltimam
caſus poſitionem, & ibi Bar. ff. de excep.
rei iud. Batto. & Ang. in l. is, qui ſe obtu
lit. ff. de rei vend. innuit Bar. in l. natura-
liter. §. nihil commune, ſub nume. 24. in
4. combin. ff. de acquir. poſſeſſ. ibiq; ex-
plicant Docto. & inter alios Iaſ. nu. 39.
vbi dicit omnes ita tenere; & pro huius
rei clariori intelligentia ipſum vide nu.
ſeq. quo loci in prin. ipſam gl. vocat ſin-
gu. & ad finem numeri appellat, & ſin-
gularem, & communiter approbatã ait,
ſecundum Angel. in l. Pomp. §. ſed & is.
ff. de procur. eandem glo. opi. tenet An-
ge. in l. inter litigantes. ff. de iud. Abb. in
c. aduerſario, extra de excep. & in c. exa-
minata, in vlt. not. vbi vide quoq; quos
ibi allegat Apoſt. ad ipſum, extra de iu-
di. & inter alios Ange. Aret. in §. omniũ,
colum. fin. Inſt. de act. Tu aureum iſtud
dictum perpetuo memoriæ commen-
da: & pro quo ego infra in litera R, cau
te. 226. conſilium tradam, quomodo
Iudex hoc in caſu ſententiam formare
debeat. Verum ſcias, ꝙ ſi cõuentus reus
non poſſideat, ſed alius, ſententia execu
tioni non demandabitur; quod enim
inter aliquos in iudicio agitur tertio nõ
prę iudicat. l. 2. C. quib. res iud. non noc.
Benè verum eſt, ꝙ ſi ad ipſum prædictũ
reum conuentum res actori dijudicata
peruenerit, contra eundem actor rei iu-
dicatæ executionem habere poterit, vt
habetur in d. §. 1. iuncta eadem 3. gloſ.
lect. communiter approbata, & ita tra-
dit Iaſ. d. §. nihil, ſub d. nu. 1 3 9. ex quo
pariter habes iſtam eſſe communẽ Do-
ctorum concluſ. & de quo etiam poſt a-
lios Doct. vide Aret. in d. §. omnium: Si-
cut etiam per eãdem rationem fieret ſen
tentiæ aduerſus eum executio, ſi iudicij
tempore poſſideret: In hoc tamen caſu
prædicta proderit (vt opinor) abſolutio;
nam † ex ea fieret, vt ipſe reus, licet vi- 2
ctus in rei veritate, cum poſſideat, tamẽ
in expenſis condemnari non poſſet; cũ
ex eo, quia abſolueretur, victus quodã-
modo dici non poſſet; expenſas autem
(vt ſcis) victus victori debere ſolet. l. pro
perandum. §. ſiue autem alterutra. C. de
iud. Vt ergo reus etiam in expenſis, tan-
quam omnino victus, condemnari poſ
ſit, conſi. trado, ꝙ † interrogationes eidẽ 3
facias: An poſſideat, vel nè; quia ſi ſe poſ
ſidere reſponderit, & tu de iure tuo do-
ceas, iuxta prędicta condemnabitur: Si
autem † ſe non poſſidere dixerit, & ip-

ſum

ſum poſſidere probabitur, in eius mendacij pœnam, abſq; alia aliqua probatione auferetur ſibi poſſeſſio, & fiet de reo petitor.l.fi.ff.de rei vend.& l.qui ſeruum.§.in iure.ff.de interr.act.Papien.in for.prima,ſ. in forma interrogationum fiendarum reo conu.in act.rea.in glo.in verbo,Primo an dict.Io.nume. 2.quam quidem rem intellige, & declara prout optimè, & eleganter facit D.Io.Fran. de Cur. ad ipſum Papien. d.loco, litera A,
5 in verbo.l. fi. Formam † autem interrogationum fiendarum, vide per te, apud ipſum Papien.in d.for.prima.

## Caut. CXXVII.

### De eo, qui cum tutore, aut curatore litigat.

*SVMMARIVM.*

1 *Tutor, vel curator inuentario non confecto, & alijs, quæ requiruntur, non interuenientibus ſolennitatibus, gerere nequit.*

2 *Tutores, vel curatores litigantes nō data inuentarij copia, ſemper opponere poterunt, ꝙ iudicium non valeat fortè, quia inuentarium nō eſt cōfectū.*

*Et inuentarij copia, aliarumq; ſolennitatum petenda eſt, quando cum tutore, aut curatore quis litigat, vt nu. 3. Quomodo autem ſit inuētarij fienda copia, remiſſiuè nu. 5.*

4 *Litigans alterius nomine legitima perſona eſſe debet.*

6 *Tutor, vel curator illegitimus poteſt a iudicio repelli, licet acta facta in fauorem pupilli retrò valeāt: & quando excep. falſi tutoris, vel procuratoris duret, nu. 7.*

8 *Exceptione falſi tutoris, vel procurat. ſcienter vſque in finem litis omiſſa, in quo ſibi præiudicet quis.*

INVENTARIO † non confecto tutor, ſiue curator gerere non poteſt.l.fi.§.illo proculdubio.C.arb.tut. (quod ſanè inuentarium qūo fiendum ſit, habes in l.tutor, qui repertorium,& ibi Barto. & ad eum Apoſt.num.8.ff.de admi. tuto. in l.tutores, vel curatores, & ibi glo. & Bar.C.eodem, tradit Borg. Caualc.poſt eos,quos alleg.in tract.de tut.& cur.nume. 58.) Itidem alijs non interuenientibus ſolennitatibus ſupradictæ perſonæ adminiſtrare non poterunt; Vt quia nō ſit ſatiſdatum rem pupilli, aut adulti ſaluam fore, cum iureiurando de faciēdis vtilibus, & inutilibus prætermittendis: & expreſſa defenſionis promiſſione, Iudice tutelam, etiam teſtamentariam, & illius adminiſtrationem decernente, de quibus glo.Bar.& Doct. in l. legitimos. ff.de legit.tut.iuncta & ibi additione ad ipſum Bar.in quinto requiſito, in verb. quintum, quod requiritur Chriſt. Port. Inſt.de ſatiſd.tut.in prin.num.5. Are.in §.actionum,num.33.in fi.& nu.ſeq.Inſti.de act.Ruy.conſi.29.num.10.vol.5. Steph.Aufre.ad Capel.Tholoſ. deciſio. 63.Borgn.Caualc,d.tract.de tut, & cur. num.23.& 57.qui nume.24.ait,ꝙ ſi eſt mater, aut auia, quæ tutrix eſſe velit, poſtquam cæteris præfertur, vt per Afflict.deciſ. 281. debet, vltra ſupradicta promittere cum expreſſa bonorum ſuorum hypotheca, renunciare Velleiano, ſecundis nuptijs, & omni legum auxilio, aliàs legitima non erit tutrix, vt per Aret.d.§.actionum, ſub num.41.Apoſt. ad Bar.in l.ſi ſe non obtulit, num. 1. litera F, in verbo tutore, ff.de re iud.Capyc. deciſ.50.in cauſa Iacobi, Dec.in l. fœminæ, num.18.& ibi Apoſt.& Rol. a Vall. conſi.76.num.6.& ſeq.volu.1. Ad has igitur omnes ſolennitates aduerte tu; quia ſic ſuis loco, & tempore in iudicio, ſi contra minores iudicatum fuerit, poteris ipſos adiuuare, & proceſſus nullos reddere, iuxta tradita à Bal. in l. ſi tutor.

C.in quib.cauſ.in integ.reſt.non eſt neceſſ.dicta Apoſt.ad Bart. in d.l.ſi ſe non obtulit,nu.1.Maran.de ord.iudi. par.4. diſt. 16.nu.33.& eundem ad id vide in 1.par.6.& vlt.par.prin.verſ.nonū,aliàs, exceptio,nu.3. Boer. de inuentario non confecto loquens,deciſ.53.nu. 5. Seba. Vant.de null.proc.tit.de nul.proc. ex de fectu inhab.ſeu man.nu. 148. Caualca. de tut.& cur.num. 57.Dixi,ꝙ pro minoribus,cum contra eos fuerit iudicatum, tutoribus,aut curatoribus ſine ſolennitatibus prædictis conſtitutis interueniētibus,proceſſus nullos reddere poteris: Nam non ita pars contra minores facere poterit, ſi in eorū fauorem iudicatum ſit.l.non eo minus.C.de procur.Pau.de Caſt.conſi. 355.vol.2.Alex.conſil.129. vol.1.Are.in §.prǣterea,2.nu.39.& ſeq. Inſt.de excep.Maran.d.diſtin.16. ſub d. nu.33. Franc. Marc. deciſ.99.ſub nu.6. par.2.Caualc.d.tract.de tut. & cura.nu. 25.Sebaſt.Vant.d.tit. de nul. ex def.inhab.ſub nu. 148.ad fi. iſtud intelligēdo prout inferius declarabo,num.6. Quin
2 † & tutor, ſiue curator ipſe cum aliquo litigans,non data inuentarii copia, ſemper opponere pōt,ꝙ non valet iudiciū, eo, quia non eſt confectū inuentarium, Bar.in l.1.ſub nu.7.ff.de cura.bon. dan.
3 Litigans † igitur cum tutore, aut curatore reus cautus ſit, vt in primis cū conuenitur,ſolēnium tutelæ, vel curæ copiam petat,ad effectū videndi,nūquid ipſa tutela, aut cura ſit legitima, & repellendi eos, qui tpis ſucceſſu cū eo geſta impugnare vellēt,vt per Are.in d.§. præterea, nu.35.& ſeq.Inſt. de excep. & in d. §.actionum,nu.5.ver.quid ſi tutor,Inſt.de act.Maran.de ord.iud.par.6. in 9. mēb. nu.3.Crau.conſi.225.lib.2.latè Vant.d. tit.de nul.ex def.inhab.ſub nu.147. uer ſi.inſuper ſi actor,& nu.ſeq.Borg.d.tracta.de tut.& cur.nu.28. & ſub numero 64.Actor itidē cautè aget,ſi minorē citabit, vt legitimè cōpareat: & ſi cū tutore, aut curatore cōparebit, opponat de illegitima tutela,vel cura,quia nō fecit, vel minus ſolēniter; & ideo nō ſit audiēdus minor vel tutor,aut curator, donec tutelæ,aut curę copiā nō dederit, ne iudiciū pro ſui parte eluſoriū fiat, ac in expenſis cōdemnetur: & ideo eius condō, nō data copia,deterior exiſtat, quod eſſe non debet; qui †.n.alterius noīe cū aliquo li 4
tem habet, oīno legitima debet eſſe perſona.l.2.§.defendi.ff.ex qui.cau. in poſ. eat.ibiq; no.& ita per Bar.in d. l. tutor, qui repertoriū, nu.24.de admi.tut.in d. l.1.nu.7.de cur. bon. dan.in l.in illa ſtipulatione. 1.ſub nu.8.ff.de ver.oblig.& ibidem poſt Ang.& Imo.vide Alex.nu. 11.Iaſ.ſub nu.15. verſ. quarto vltra, & nu.ſeq.ac Rip.nu.22.tenētes communiter,ꝙ oppoſitione facta tutori, vel curatori,ꝙ inuētarium nō fecerit, iſtud indiſtinctè ſit ab ipſo tutore, vel curatore ꝓbandum.ſ.nō modo qn̄ quis opponit in pupilli fauorem: ſed ēt qn̄ opponit in ſui ipſius vtilitatem,licet ibi Bart. nu.9. in contrarium in hoc ſecūdo caſu tenuiſſe videatur; quamuis mox cōſiliū det,ꝙ potius petatur inuentarii copia, ex quo cōſi.Bart. vr̄ cōtradictionem implicare, vt ibi Iaſ.aīaduertit: Et ideo tene,ꝙ ſiue petatur copia,ſiue negetur, id debeat ſē per dilucidare tutor,vel curator: Et pro prædictis vide ēt Bar.in d.l.ſi tutor, nu. 1.C.in quib.cau.in integ.reſt. nō eſt neceſſ.Borgn.Caualc.d.tract.de tut. & cu. nu.29.cum ſeq. Qūo † aūt ſit ipſius in- 5
uētarij fienda copia,ne pupilli bona pādātur,vide infra in litera T.caut. 291.in cip.tutores, ſiue curatores. Quatenus
† aūt ſuperius dictū eſt,ſub nu.1. verſi. 6
Nam nō ita: ꝙ ſi in fauorem minoris ſit iudicatū,illegitimis pro eo interuenientibus defenſoribus,proceſſus nullus nō fit.per l.nō eo minus. C.de procur.ſcias velim,ꝙ quamuis acta in minoris fauorem præhabita valida remaneāt: tn̄ talis illegitima perſona à limine iudicij repelli poterit,ſi opponatur, vt declarat Frāc. Mar.d.deciſ.99.ſub nu.6.verſ.Nō ob. ſi dicatur,

dicatur, ꝙ ſicuti, par. 2. ſequit Caualc. d. trac. de tut. ſub nu. 25. vbi duobus num. ſeq. cum Fran. Mar. d. loco, nu. 5. & ſeq.
7 ſubiūgit, ꝙ † iſta falſi tutoris, vel procuratoris exceptio pōt opponi in quacunque parte litis; nec pōt procurator, aut tutor dicere poſtea ſe velle agere vt coniuncta perſona, poſtquam egit tutorio noīe aliàs ſecus eſſet cum promiſſione rati: &
8 † ꝙ ſi aduerſarius ſcienter omitteret opponere hanc excep. uſq; ad fi. litis, videretur eſſe in culpa, nec haberet actionē ad expenſas, vel intereſſe ſecundum Bar. & Bal. in l. licet. C. de procur. quia dolus cū dolo compenſatur, ad not. in c. exceptionem, ext. de excep.

## Caut. CXXVIII.

## De ſententiæ declarationis, & expenſarum taxationis reſeruatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententiam præceſſoris an iudex interpretari poſſit.*
2 *Expenſas an ſucceſſor iudex taxare valeat, ſi præceſſor quem in expenſis condēnaſſet, reſeruata ſibi taxatione, nec dicto, & ſucceſſoribus ſuis.*
3 *Conſilium autem indubitatum traditur, vt dicatur, & ſucceſſoribus ſuis, n. 11.*
*Reſeruatio, quam ſibi facit iudex in expenſarum taxatione fienda, non cenſetur facta vt priuato ſed vt iudici.*
4 *Delegatus an expenſarum taxationem ſibi reſeruare valeat, & nu. 7.*
*Limita nu. 8.*
5 *Delegatus ſententiam ſuam interpretari nequit.*
6 *Iudex ordinarius niſi merū habeat imperium, ſententiam ſuam interpretari non poteſt.*
*Taxatio expenſarum eſt declaratio, ſeu interpretatio ſententiæ, vt ſub num. 1. verſi. & ideo.*
*Delegatus quis retineat iuriſdictionem, etiam quo ad executionem, remiſſiue.* 9
*Delegatus ſi ſibi expenſarū reſeruarit taxationē, an ordinarius illius taxare poterit, & an illa cōdemnatio valeat.* 10
*Conſiliumq; traditur, vt ordinarius poſſit taxare, nu ſeq.*
*Ratio eadem vbi viget, ibi quoq; debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.* 12
*Illatio fit ex non diuerſis.* 13
*Citatio an requiratur in expenſarum taxatione. Et conſilium datur, vt citatio interueniat, nu. 16.* 14
*Appellatio quando admittatur a taxatione expenſarum.* 15

Iudex † præceſſoris ſui ſentētiā interpretari pōt, vt concludit Bar. in l. ab executore. q. 4. quę eſt nu. 9. ff. de app. quē ſequuntur ibi Ang. Imo. & alij Doc. cōiter, vt tradit Fran. Viu. inter com. opi. variorū, to. 1. litera I. ver. inc. iudex ſuccedens, & iſtam quoq; opi. ſequitur Prac. Pap. in fo. execu. ſent. diff. in ver. P. publico nuntio, nu. 14. intelligēdo tñ, ut talis fiat interpretatio ex coniecturis, & alijs, quæ ille ſucceſſor ex agitatis corā præceſſore percipere poſſet, nō ſi ipſe ſucceſſor ſuo mero ſenſu ſententiā interpretari vellet, vt ita cōem hanc concluſionē declarant Ang. & Imo. in d. l. ab executore, Rapha. Imo. Ale. & Iaſ. in l. inter ſtipulantē. §. 1. ff. de uer. ob. & in præd. loco Viu. fm Imo. ſaluantem Bal. contrariam opi. in l. 2. C. de ſent. ex breu. recit. Et iō ex prædictis infertur, ꝙ quia taxare expenſas eſt declarare, & ſententiam interpretari, ut tradit Bar. in d. l. ab execut. nu. 11. & Maran. de ord. iud. par. 3. ſextæ, par. prin. ver ſic. ſecundus actus, aliàs appellatio, nu. 186. ſi † iudex reum in expenſis cōdemnauit, non facta taxatione, ſucceſſor quoque taxare valebit, vt & tradit Bartol. in dic. l. ab executore, ſub numero 10. ubi in fortioribus terminis id procedere tenet, etiam ſi iudex anteceſſor condem- 2

naſſet

nallet in expenſis, reſeruata ſibi earum
3 taxatione; nam † ea facta reſeruatio ſibi
non dicitur facta, vt priuato, ſed ut iudici,
neque enim id priuatus facere poſſet
argumen.l.poſt mortem.§.1.ff. quan.ex
fact.tut.& quod ibi no.& idem quoque
tenet Bar.in l.terminato,nume. 6. C. de
fruct.& lit.expen. & ſequitur Abb. in c.
nouit,num.7. de offic. delega. Delegato
† autem in expenſis condemnante,& ſibi
taxationem reſeruante, non valebit ta
lis reſeruatio,Barto.in d.l. ab execut.nu.
11.& alibi Bar.& alij, vt infra dicã, ſub
num.7.expẽſarum enim taxatio (vt Bar.
ait,& vt ſupra dictum eſt) eſt declaratio,
5 & ſententiæ interpretatio: At † delegat⁹
ſententiam ſuam interpretari non poteſt
ſed eum declarans,Bar.poſt glo.in verb.
præſes,nume.5.& 6.in d.l.ab execut.ſequunt
ur ibidem Docto.alij,vt tradit Alexan.in
rub.ff.de offi.eius,num. 10.idẽ
que tenet Papien.in d.for.execut. ſentẽt.
diffin.dicto verbo,P.publico nuntio,nu
me.11.& Maran.de ord.iud.par.4. diſt.
6 5,num.59.differentia 30. ſiquidem † &
ordinarius quilibet propriam nõ poteſt
interpretari ſententiam, niſi modò merum
habeat imperium,vt per Spec.in ti
tu.de arb.§.fina.verſic.ſed nunquid verbum
obſcurum,nume.64.Bart.in d.l.ab
executore,num 3.& 6.& in d.l.2.ſub n.
4.C.de ſen.ex breu.recit.& ibi Bal.&Ange.
Bal.in l.ne in arbitris.C.de arbit.Pap.
ac Maran.in modò dictis locis, (& qui
iudices eorum valeant interpretari ſentẽ
tiam,vide apud Docto.in c.nouit. extra
de iudic.)
7 Dicendum † ergo eſt,neque expenſa
rum taxationem reſeruare poſſe delegatum,
prout etiam tradit Bar.in d.l. termi
nato,ſub num.8.& ibi Doct.Pract. Pap,
in for.libelli in actione reali,in verbo,in
expenſis,nume,17. & Robertus Maran.
de ord.iud.d.diſtin.5.differen,31.num,
8 60.Limita † tamẽ, vt hæc non procedat
opi.cum eſſet talis delegatus, cuius iuriſ
dictio adhuc remaneret ad ſententiam
exequendam,vt dicit ipſe Bart.in d.l. ab
executore,d.num.11.& in d.l.terminato.
Papien.ac Maran.vbi modò ſupra.
Quis † autem delegatus etiã quò ad 9
executionem iuriſdictionem retineat,vi
de penes eundem Bar.in l.a diuo Pio,in
prin.ff.de re iud.& ibidem apud Angel.
Imo.Alex.Iaſ.& alios,Abb.in cap.ſi quis
contra clericum,de foro compet.Marã.
d.diſtin.5.differen.18.nume.43. Franc.
Mar.dec.72.& dec.284.par.1.& penes
eundem deciſ.534.par.2.
Sed † an in caſu, quo delegatus exe- 10
qui nequit,ſibique expenſarum reſerua
rit taxationem,cum non potuerit,condẽ
natio expenſarum valeat, necne, vt neq;
etiam delegãs taxare poſſit.Breuiter dic,
prout Barto.hanc q.in d.l.ab executore,
num.11.& num. 12. diſputans conclu-
dit,quòd delegans taxare poſſit, reiecto
illo pronomine ſibi,quod delegati reſer
uantis perſonam reſpicere videtur, quæ
reiectio fit,argumẽ.l. ſi ita.§. qui filio.ff.
de bon.poſſ.ſecun. tab. quamque opin.
poſt Barto.& Doct.in d.l.terminato,ſe-
quuntur Pap.in d.for.libel.in act.rea.in
d.verbo,in expenſis,ſub d,nume.17. &
Maran.d.diſt.5.d.nu.60.Adde Rom.cõ
ſi.362.in prin,verũ, quia id ſine aliquo
ſcrupulo non pertranſit; ideo ut omnes
tollantur ambiguitates,remediũ † affert 11
Bar.ipſe in d.l.ab executore,ſub d.num.
12.tam pro ordinario, quàm pro dele-
gato iudice;Vt facta taxationis expenſa-
rum reſeruatione,eam etiam in alias per
ſonas transferre abſque dubio valeãt; or
dinarius ſcilicet in ſucceſſorem, & dele-
gatus in ſuum delegantem; quod quidẽ
remedium hoc eſt,videlicet quoad ordi
narium,vt ſibi, & ſucceſſoribus ſuis re-
ſeruet,& quoad delegatum,vt ſibi,& de
leganti reſeruet.Et aduerte,quòd quæ ſu
perius dicta ſunt de taxationis expenſa-
rum reſeruationee, locum etiam habent
in omnibus,quoad declarationis,ſiue ſẽ
tentiæ interpretationis reſeruationem,
quia(vt bis dictum eſt) taxare expenſas
eſt

eſt declarare, ſeu ſuam interpretari ſentē
12 tiam: ideoque vbi † eadem eſt ratio, eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, vulg. l. illud. ff. ad legem Aquiliam, & l. à Titio.
13 ff. de verb. obl. & ex † non diuerſis fit illatio, argum. l. Papin. exuli. ff. de minor. materiam hanc aliàs tetigi ſupra in litera A, caut. 11. a num. 20. vſque ad uerſi. hactenus.

14 An † modo in taxatione expenſarum partis requiratur citatio? Sunt hinc inde Doctorum opiniones: Nā Bal. in marg. in verbo citatio, verſi. citatio ſpecialis, tenuit, quòd non requiratur; idemque tenuit Rota in nou. deciſ. 355. Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, in limit. 17. ff. de offic. procon. & leg. Calcan. conſil. 16. Guido Papæ ſing. 82. contra moderate tamen ſenſit idem Bal. in d. l. terminato, colum. 2. C. de fruct. & li. expen. dum ibi tenuit, quòd ſi quidem eadem condēnationis die fiat taxatio, non requiritur citatio, ſed ſi non eadem die, requiratur ipſa citatio, quod & tenet Phil. in c. ſæpe. quæſt. 13. ext. de appel. Maran. de ord. iudi. par. 3. ſextæ par. prin. uerſi. tertius, & vltimus actus, aliàs, executio, ſub num. 21. qui ſubdit ex hoc ſequi, quòd cū hodie taxatio nunquam eadem die fiat, ſed iudex ſibi eam reſeruet, vt in dic. l. terminato, ſemper debet pars citari, nam etiā (vt inquit Maran. ibidem, ſub nu. 22.) a
15 † taxatione appellari poteſt, ſ. quando in ea exceditur modus, vt per Bar. in d. l. ab executore, num. 12. & ibi vide apoſt. ad eum litera F. ff. de appel. Iaſ. in l. properādum. §. ſin autem alterutra, colum. antepen. C. de iud. & Phil. in d. c. ſæpe. q. 12. vbi optime declarat, quòd tunc exceſſus cauſa in appellatione exprimi debet, aliàs non procedit, & quòd citatio pariter in expenſarum taxatione requiratur tenuere quoque Dec. in c. paſtoralis. §. uerum, colum. fi. ext. de appel. Rot. in nou. 407. & Hippo. in l. patre, vel marito, colum. pen. ff. de quæſt. & hæc opin. magis recepta videtur, quæ & mihi magis placet, quam etiam vidi in practica ſeruari, poteſt enim eſſe, quòd pars, ſi nō citetur, grauamen prætendat, quo caſu ipſa pars citanda eſt, vt eſt tex. in l. de unoquoque. ff. de re iud. cum ſim. de quibus ego late dixi ſupra caut. 19. ad quod etiam uide Duen. regu. 42. Ceph. Dominum meum conſi. 518. num. 28. cum duobus ſeq. & Eman. Soar. in theſau. recept. ſent. litera C, num. 52. Et certe ita tenendo, & practicādo tutius erit, quia ſic omnes remotæ erunt difficultates: ideo † tu cautus ſis 16
vt partem citari curam habeas.

## Caut. CXXIX.

De ſententia ita proferenda, ne iudex alicuius contumaciam ignoraſſe videatur, & generaliter de iudicibus his, qui tam ſuper fundamento, quàm ſuper iuriſdictionis adminiculo ignorant.

*SUMMARIUM.*

*Iudice illud ignorante, ex quo principaliter ſibi iuriſdictio competit, non valet quod agit, & nu. 8. vnum habes exemplū, pro quo cautela traditur ſub dicto num. 8. quam extende etiā in delegato, nu. 14.* 1

*Verum ſi ignorat illud, quod nō eſt principale, valet quod agit, nu. 3.*

*Amplia dictum iſtud procedere in dubitante quoque, ſub num. 4. & in iudice delegato, ut nu 15. proſequendo iſtam ampliationem. & materiam de iudice delegato, vſque ad nu. 17.*

*Limita autem dictum præd ut nu. 17.*

*Et iſtius limitationis materiam ipſam declarando proſequere uſque in fi. cautelæ huius.*

*Tutor ſi ſe tutorem ignorat, geſta per eū non valent, tanquam per tutorem geſta;* 2

*ſta;ſecus eſt,ſi ſcit ſe tutorem;ſed credit adminiſtrationem ſibi interdictam, cũ non ſit interdicta,nu.4.*

5 *Iudex ſi contra contumacem pronuntiat,ſciens eum contumacem; credens autem pronuntiationis diem feriatã eſſe,cum non ſit,proceſſus non vitiatur: ſecus eſſet,ſi illum contumacem ignoraret, nu. 6. Et ideo ad hoc conſ. datur circa ſententias proferendas,nu.7.*

*Dubitans ignoranti æquiparatur, ſub num.4.*

9 *Iudex duplicem habens poteſtatem non cogitur alteram eligere,& quare,numero 10.*

*Cautela tamen datur,nu.12.*

11 *Arbiter,& arbitrator ſimpliciter pronuncians videtur, vt arbiter pronunciaſſe.*

13 *Clauſula omni meliori modo,quando nõ operetur.*

18 *Princeps habet plenariam in ſe radicatam iuriſdict. & omnia ab eo profluũt officia,nu.19.*

1 IVDEX, † ſi illud ignorat, ex quo ſibi principaliter iuriſdictio competit, nõ valet quod facit,argum.l.quæro.ff,de eo, qui pro tut. & ibi Bar. iſtam tangit quæſtio.ſed non decidit:in eo autem tex. ha
2 betur quòd † ſi tutor ſe eſſe tutorẽ ignoret, geſta per eum non valent quaſi per tutorem geſta,& ideo tutelæ actione nõ tenetur,ſed protutelæ, ut per eum text. ibi not.Talem autem iudicem principale ſcilicet eius iuriſdictionis ignorantem nihil agere poſſe pro iudice,tenet Gul.in l.obſeruare.ff.de offic.proconſ. & leg.ut refert Bar.in d.l.quæro, ſequitur in l.2.ĩ prin.num.2.ff.de iudi.tangit, & in l.ſed & ſi de ſua,in fi.ff.de acqui hęr & etiam ſequitur in l.multum.ff.de condi. & demon.num.2.late firmat Bal. & cæteri in d.l.ſed etſi de ſua,Rom.ſing.13.ſi cauſa Alexan.conſi.40.colum.3.lib.7.Fely. in c.eccleſia.S.Mariæ,ext.de conſti. & in c. ex officij,num.18.ext.de præſcr.Pariſ.in tract.ſynd.§.iudices puras,colum.3.uer. ſi iudex non eſt certus,&c. Soc.conſ.39. in fi.libro 4.Aym.qui plura congerit,cõſi.134.colum.2.verſic.1.poſito, & hæc eſt communiter recepta concluſio, ut tradit Soc.in d.l.multum,ſub num.7.Sebaſtia.Vant.in trac.de nullit.titu. de nul.ex defectu iuriſ.& vnde,ac quibus modis, num.167.in quam ſane communẽ ſententiam adducuntur Docto. vltra dic. l. quæro,per tex.c.ſæpe,ext.de appella.d.l. ſed etſi de ſua.ff.de acqui.hære.d.l.multum,de cond.& demonſ.& potiſſimum ex tex.l.hoc autem.§.j.ff.ex quibus cau. in poſſ.eat.ibi,liquereq́ne prætori.

Sin † autem iudex illud ſcit, propter 3
quod principaliter eſt iudex, tamen adminiculum aliquod,vtputa eius iuriſdictionem a partibus eſſe prorogatã, ignoret,tunc non vitiatur quod agit.d. l. 2.§. 1.de iud.& ibi Bar.qui expedit ipſum.§. 1.cum prin.legis,vbi & Docto.alij.Bar. & Docto.in d.l.multum,Soc.d.conſilio 39.in fi.lib.4.Fel.d.c.cum ex officij, nume.28.in fi.ext.de præſcr. Vantius in p̃di.ti.de nul.ex defectu iuris.nume.168. & hæc etiam ſententia inducitur per tex. d.l.ſed & ſi de ſua.& d.l.multum. Propterea in ſimili affert Bart.in d.l. multũ, quòd † ſi tutor ſe tutorem ſcit, admini- 4
ſtrationem tamen ſibi interdictam credit,cum non eſſet interdicta,tũc eius geſtio valet,arg.d.l.multũ,in fin.& d.l.ſed & ſi de ſua.§.1.

Quæ autem dicta ſunt de iudice ignorante, quod eſt ſuæ iuriſdictionis principale,eadem procedunt in ipſo iudice dubitante,vt per Fel.in c.ſane,per illũ text. poſt Anch.& alios,de offic. del.quos ita refert,& ſequitur Vant.in loco præd.nume.169.ex dic.l.ſed & ſi de ſua.§.1. in l. nec is,in l.cum quidam.§.fi. & in l. cum falſum,in fi.& ibi glo.ff.de acqui.hær.ratio illa conſiderari ſolet, quia dubitans ignoranti æquiparatur.l.ult.C. de cond. inde.l.ult.§.ſi autem neſcius.C. de fur.

Iaſ.

Iaſ.in l.ſi per errorem,ſub num.9. ff. de iuriſd.om.iud. ſic de procuratore dubitante reſpondit Barto.conſi.83.ſub nume.2.in fi.li.1.Alexan. conſilio 14. nume.4.lib.5.

Proinde ex prædictis elicitur, quòd
5 † ſi iudex contra aliquem,tanquam cõtra contumacem,pronuntiauerit,& contumaciam minime ignorauerit,crediderit autem pronuntiationis diem feriatã eſſe,cum re vera feriata nõ extiterit; tũc error ille proceſſum non vitiabit; ille.n. error nõ ſuper principali, ſed ſuper quodam adminiculo fuerit, Bar.in d.l.multum,num.5. cum quo tranſeunt ibi Do
6 cto.Verum † ſi iudex contumacem eũ, qui in veritate contumax erat, eſſe ignoraret, & tamen tanquam contra contumacem pronuntiaret, tũc, quia error ſuper principali re,propter quam pronuntiat,eſſet,proceſſus non valeret,caſus videtur eſſe in d.l.hoc autem.§.nõ defendi.ff.quib.ex cau.in poſſ.eat. & ita tenet Innoc.in c.cum contingat,in glo. in uerbo,probationibus,de offic.del. & tradit Bar.quem communiter ſequuntur Docto.in d.l.multum,Bal.in d.l.falſus, limitando tamẽ, vt ibi per eum, cuius rei alias quoque limitationes tradit ad concluſionem iſtam Soc.in d.l. multũ, ſub nu.11.vbi vide.Hac igitur ſtante cõcluſione,quòd regulariter, vbi ignorans iudex aliquem eſſe contumacem, ſententiam contra eum,tanquam contumacẽ, dixerit, proceſſus annullabit; ad hoc vt appareat ipſum contumaciam minime ignoraſſe,nec id in dubium referri poſ-
7 ſit,conſilium datur,ꝙ † in ſententijs, q̃ contra contumaces proferuntur,inſeratur clauſula; viſis citationibus de eo factis,& eius contumacia, vt conſtat ex actis,&c.de quo per Bar. & Doct. in d.l. multum, quodq; etiam conſ.traditur p eundem Bar.in d.l.2.de iud.nu.4. & in d.§.non defendi,nu.1.Pap.in for.ſentẽ. diffi.in gl.in ver.cuius quidem commiſſionis,& in verbo,viſiſque litis conteſtatione,in princ.inquit tamen Soc. in d.l. multum,ſub nu.11.cautelam hanc non eſſe neceſſariam, quia ſi de contumacia ex actis cõſtat,præſumitur, quòd iudex ſciuerit,ſecundum Bal.& Abb.in locis, de quibus per eũ.Sed ſatis eſt,ꝙ ad tollẽdas oẽs dubitationes cautela hæc vtilis erit.Cæterum ad plenam huius materię intelligentiam,eam ipſam reaſſumendo ſcias velim nos hactenus de iudice ordinario tantum locutos eſſe,qui,quia ( ut dictum eſt)cum ignorat,vel dubitat ſuper fundamento ſuæ iuriſdictionis, pro
ceſſus nullus redditur:iccirco † ſi & ip- 8
ſe iudex circa poteſtatem ipſius erraſſet vt quia cum eſſet ordinarius,per errorẽ tanquam delegatus,iudicaſſet,tũc,quia cum debito nomine, & veræ poteſtatis obtentu,non proceſſiſſet,& iõ circa fundamentum poteſtatis ſuæ erraſſet,ſentẽtia erit nulla,arg.d.l.quæro,& ita voluit Bal.in d.l.falſus,verſicu.ſed pone. C.de fur. atque ita crebrius eſt receptum, vt late ſcribit Fel.in d.c.cum ex officij,nume.25.ext.de præſcr.& alios refert Vantius,locò præd.num. 170. ad quod etiã refert c.cum ex parte.Aſtenſis,de cõceſ. præb. quod tamen verum quidam ſentiunt eſſe,niſi iudex ordinarius delegatum ſe credens,cum non eſſet, tãquam delegatus proceſſiſſet,&in actis inſeruiſſet illam clauſulam, omni meliori mõ, &c.quia tũc proceſſus ſaluaretur, ut ita D.Card.& Imo.in c.ex literis,de off.dele.& idem Car.in d.c.cũ ex officij,quos refert ad hoc Dec.cõſ.14.nu.4. & conſ. 77.ſub nu.4.quare bonũ erit, cũ iudex de qualitate ſuę iuriſdictionis dubitabit vt ipſam clauſulã i ꝓceſſũ inſeri caueat, qua appareat ſeipſum oĩ meliori mõ ꝓcedere,ſic.n. proceſſus ex ptãte ordinaria,quæ re vera ei competebat,ſuſtinebitur:ſi vera eſt pdictorũ opi.q̃ mihi neutiq̃ ſuaderi põt, cum & hoc in caſu non fieret,q̄n iudex fundamentũ ſuę iuriſdictionis ignoraret,quo fit,vt actꝰ pereat.
Verum † ita nõ eſſet,ſi iudex vtrãq; ha- 9
beret

beret poteſtatem, ordinariã.ſ. & delega-
tam, ſeu ordinariam, & arbitralẽ; & ſic
duplicem poteſtatem; quia in proceden
do non cogitur alteram erigere, vt p tex.
in c.ſi diligenti, ex.de præſcr. tenet Spec.
in ti.de iuriſ.om.iud.nu. 34. & ibi Bal.
ad eum, verſ. An qui habent duas autho
ritates; latè ſcribit Fel. in d.c.cum ex offi
cij.nu. 31. Vantius in prçd.ti.nu.171. cũ
trib. ſeq. & hoc fit per reg.l.3.ff. de mil.
10 teſt. Quia † in dubio quis uidetur actũ
feciſſe eo meliori modo, quo potuit; cũ
hæc interpretatio rei gerendę ſit aptior;
& ideo capienda.l.1.§.Offilius, cũ l. ſeq.
ff. ne quis eum, qui in ius voc. & l. quo-
ties.ff.de reg.iur.
11 Propterea q; † ſi arbiter, & arbitrator
ſimpliciter pronunciaret, & ex proceſſu,
& ſnĩa colligi non poſſet iudicantis intẽ
tio, qua vti voluerit poteſtate, in dubio
præſumetur, ꝙ vt arbiter proceſſerit; cũ
hæc ſit mitior, & æquior interpretatio,
ex quo non tollitur reductio ad arbitriũ
boni viri, vt ita communiter tenent Do-
cto. ſecundum Felv. in d.ca.cum ex offi-
cij, verſ. ſunt duæ opi. & alias allegat au-
thoritates Van. vbi ſupra, num. 173. Sub
12 quo nume. cautelam tradit † pro iudice
duplici poteſtate fungente, ꝙ & ipſe vta
tur clauſula, omni meliori modo, &c.
quia dictæ clauſulæ virtute de facili pro
ceſſus ſaluabitur, ſecundum Fely. in d.c.
cum ex officij, verſ. Tertio limita, ac per
eundem in c.cum ſuper, verſ. quid autẽ
importat (vbi huiuſmodi clauſulę virtu
tem poni) de off. dele. & pro qua clauſu
la vide Alex. conſi. 112. lib. 3. conſil. 80.
lib. 5. Dec. conſi. 14. num. 3. & conſi. 77.
nu. 4. Goza. conſi. 46. nu. 26. & conſ. 78.
13 nu. 5. Quamuis † ipſa clauſula nullius eſ
ſet momenti, cum vnus modus ineptus
expreſſus fuiſſet, ex quo aptè deſcẽdere
non poſſet, vt per Anch. cõſi. 357. decla-
rat, & ſequitur Caſſad. deciſ. 7. nu. 7. de
appel. & Capic. deciſ. 69. nu. 9. poſt Ma-
ri. in c. 2. art. 13. de libel. oblat.
14 Fortè etiam † Iudex, qui delegatam
tantum habet iuriſdõnem, ſi putans ha-
bere ordinariam, tanquã ordinarius pro
ceſſerit, & clauſula prædicta vſus ſit, ꝓ-
ceſſus nõ infirmabitur, iuxta ea (ſi vera
ſunt) quæ de iudice ordinario tantum,
procedente ignoranter tanquam delega
to, & ipſa clauſula vtente, tradita ſunt,
ſub nu. 8. verſ. quod tamen verum; con
trariorum enim, vbi eadem viget rõ, ea-
dem eſt diſciplina, & diſpoſitio, ſecun-
dum glo. in clemẽ. ſi. in verbo, repulſio-
ne, de appella. declarat glo. in l. ſi quis ne
gotia. 1. ff. de nego. geſt. & videtur opti-
mus tex. vbi etiam tradit Bar. & alij, in l.
inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbo.
obliga. Alex. in l. neceſſarijs, in 1. not. ff.
de acq. hære. Ripa in rubr. de acqu. poſſ.
num. 4. Paris. conſi. 82. num. 49. volu. 3.
Rolan. a Valle conſi. 60. num. 32. vol. 1.
Quapropter cum in hoc diuerſitatis nõ
videam rationem inter delegatũ ipſum,
& ordinarium ſtatum eo, v. prædictum
eſt modo reſpectiuè procedẽtes, in vtro-
que pariter eadem diſpoſitio cenſeri de
bet; Quid enim refert ordinarius an ſit,
qui delegatum ſe putet, & vt delegatus,
cum prædicta clauſula procedat: An ve
rò è conuerſo delegatus ſit, qui ordina-
rium ſe credat, & ita, vt dictum eſt, tan-
quam ordinarius procedat? In vtroque
ergo clauſula pariformiter operetur, cũ
& in vtroque ſolus iuriſdictionis ſuę er
ror facit, vt abſque clauſula ea proceden
tes, iudicium nullum reddatur. Quan-
doquidem † delegatus & ipſe, cũ erret, 15
vel ignoret ſuæ poteſtatis fundamẽtum,
proceſſus nullus fit, vt in ordinario ſu-
pra diximus, ita omnes in c. cum ſuper,
de offic. delega. & in d.c. cum ex officij,
ex. de præſcr. quo loci Innocẽ. & Hoſtiẽ.
ſcripſere, ſententiam illius delegati eſſe
nullam, qui ſe Epiſcopi delegatum aſſe-
ruerat, cum Archidiaconi eſſet delega-
tus, quodq; poſt Io. And. firmauit Alex.
conſi. 213. nu. 10. lib. 2.
Idq; † ſimiliter procedere etiam eo 16
caſu, quo ignorantia, vel error circa ali-
quam

quam verſaretur qualitatem, & iuriſdictionis adminiculum, ſenſit Imola in d. l. multum, de condi. & demon. quia ſcit iſte delegatus ſe habere iuriſdictionem à reſcripto limitatam, c. P. & G. de offic. deleg. & d. l. 2. §. 2. de iud. & ideò in hoc ab ordinario differat, cuius geſta valere dictum eſt, cum ignorantia circa adminiculum, vel qualitatem iuriſdictionis verſatur, vt nume. 3. Huic tamen Imolæ opinioni non conſentit Soci. in d. l. multum, num. 9. Dum ipſe hoc pacto diſtinguit: Aut delegati iuriſdictio eſt prorogata de tempore ad tempus, aut de perſona ad perſonam, vel de re ad rem: Primo caſu, ſi Iudex eam ignorat prorogationem, actus ab eo geſtus non valet; quia tunc iuriſdictionis ſuæ fundamentum ignorat, cum crederet ſe, ob temporis lapſum, iuriſdictionem non habere, quam tamen prorogatam habebat; ſicque error, aut ignorantia non conſiſtit circa adminiculum, aut qualitatem iuriſdictionis; ſed circa ſubſtantiam, & fundamẽtum eiuſdem; & ita procedit tex. d. l. 2. d. §. 2. de iud. Secundo verò caſu, quando fit prorogatio de perſona ad perſonam, vel de re ad rem, tunc quod facit ille delegatus, qui iſtam prorogationem ignorat, valet; tunc enim error, aut ignorantia ineſt qualitati, & iuriſdictionis adminiculo: Nec eſt ideo vlla in hoc differentia inter ordinarium, & delegatum; & ſic procedit tex. in d. l. 2. §. conuenire. ff. de iud. & Imolæ pariter aduerſari videtur Bal. in d. l. falſus, verſi. circa ſecundum. C. de fur. Dum ille ait, ꝙ ſi duobus cauſa eſt delegata, cum ea clauſula, ꝙ ſi ambo non poterunt, alter exequatur, ſi vnus non poterit, & alteri non conſtet de ſui collegæ impedimento, deque ſua poteſtate procedendi ſine coadelegato, actus valebit: Primò, quia veritas, & iuriſdictionis authoritas operantur, vt actus ipſe ſic factus valeat, argum. l. ſi pater. §. 1. ff. de manumiſ. vind. Secũdò, quia iuriſdictio iſta apud duos in ſolidum reſidens, etiam inſolidũ manet, quoad indiuiſibilem iuriſdictionẽ; ſed commune eſſe debeat exercitium, argum. l. ſi plures. C. de cond. inſer. Per clauſulam ergo illam exercitium accreſcit; At qui in iure accreſcendi in diuiduis non requiritur ſcientia; quia accreſcendi ius eſt de appendicijs rei principaliter cognitę; & ideò valet quod fit, ſicut quando accreſcit per prorogationem ignorante iudice in eius perſona factam, vt eſt caſus dicti. §. conuenire: Vides igitur, quòd Bald. ſentit ignorantiam, vel errorem delegati, quo ad qualitatem, vel iuriſdictionis adminiculũ non nocere, perindè ac non nocet in ordinario: & ſic ordinarius, & delegatus in his omnino de pari procedunt.

Non † ita autem in ſupremo iudice 17 eſt, ideſt in eo, qui Principis iura obtinet, & qui poteſt quod legiſlator poteſt; hic enim & ſi ſuam ignoret poteſtatem, vel erret, vel etiam credat non valere, tamen valet quod agit, arg. l. qui ſe pupillum. ff. de acq. hære. ob quam legẽ ductus Bal. in d. l. falſus, colum. 4. C. de fur. verſi. Ad primum redeo, docuit, ꝙ ſi decurionibus omnis ſit tributa poteſtas, & arbitrium à populo, ſuper pacifico ciuitatis ſtatu, in eos poteſtatẽ transferendo, valet, quod ab eis actum eſt, et ſi illi minus valere exiſtiment. Qua Baldi doctrina oſtenditur non modò in Principe ipſo procedere id, quod dictũ eſt, ſed in eo quoque, in quẽ Princeps ipſe ſuam omnimodam tranſtuliſſet poteſtatem: quam ſanè extenſionem intellexit Bal. niſi actus nudi officij, ac exercitij à voluntate dependens demandatus fuerit: Nam tunc non valet, ſi ab eo fiat, qui ſuam ignorat poteſtatem, ex d. l. quero. ff. de eo, qui pro tu. ſi verò actus iſte nudi officii a neceſſitate penderet, inquit Bal. valere omni caſu, ea ratione, quia non volũtas, ſed iuris authoritas ratum facit, d. l. 2. §. 1. ff. de iud.

Quæ autẽ de Principe dicta ſunt fortius

tius hoc argumanto confirmantur: nã
18 in † principe omnis iuriſdictio plenaria
eſt radicata, & in eo originaliter eſt, ut
cum princeps exiſtat, non poſſit eã non
habere iuriſdictionem, vt probatur in l.
1.ff.de conſt.& in §. ſed & quod princi
pi, Inſt.de iure nat.gent.& ciu.not. Bar.
in l.1.ſub num.15.circa finem.ff. de iu-
riſd.om.iu.vnde dignitates omnes, om
nia officia, & gradus ab ipſo Principe, ſi-
cut riuuli a ſuo fonte, profluunt, Bal.in
c.1.§.iudices, de pace iur.firm.in vſibus
feu.Ang.in rub.ff.de iuriſd. om.iud.Ma
ranta de ordine iud.par.4.diſt. 5, num.
3. Verum vbicunque aliqua qualitas in
aliquam perſonam eſt radicata, vt ab ea-
dem donec in eadem ſtatu permanet, e-
uelli non poſſit, nihil operatur, quo ad
inualiditatem, vt probat tex.in l.in ſuis.
ff.de lib.& poſthum. & in §.ſui autem,
Inſt.de hær.qual.& differ. cum concor-
dan.de quibus glo.in d.l.in ſuis, in ver-
bo, continuationem, iun.§.ſui aũt, Inſti.
de hær, quæ ab inteſt. defer.

## Caut. CXXX.

### De ſyndicatu in iudicem vitando, cum quæſtionem ſapientis conſilio conſulendam commiſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententiam iniuſtam, ſi ſecundũ ſapientis conſilium iudex tulerit, parte contradicente, poterit in ſyndicatu conueniri, & nu.4.*

*Limita vt nu.3.& 5.*

*Vt autem tute iudex ipſe ſententiam ſecundum conſi ſapientis, abſque eo, ꝙ in ſindicatu teneatur, dicere valeat, conſilium datur nu.2.*

6 *Doctori, iudici ve turpe eſt ignorare quę ipſe tractauit.*

IVDEX ſi de partium † volũ 1
tate cuidam conſulendã quæ
ſtionem commiſit, & ſenten
tiam iniuſtam, ſecundum cõ
ſilium dixerit, contradicente eo, contra
quem lata fuerit, tempore ſyndicatus cõ
ueniri poterit, nam conſilio iniuſto ſta-
re non tenetur, argu.l. quidam decedẽs.
§.pater.& l.Titium, & Mæuiũ, in princ.
in 2.reſpon.ff.de admin.tut. cum ſim.li
cet enim partes conſenſerint, vt cauſa cõ
mittatur, non tamen conſenſiſſe viden-
tur, quòd per iudicem ſententia profera
tur, ſi male conſultum fuerit, & ita Spe-
cu.tenet in tit.de requ.conſi.§.1.ſub nu.
12.facit quod tradit Bar.in l.1. §. ſi plu-
res, nu.10.ff.de exercit.& per leges p̃di-
ctas Bar.idem in his terminis decidit in
l.ſi conuenerit, ſub num.4.ff.de re iudi.
quodque tenet Ioan.And.in reg.nullus
ex conſilio, in Mercu.omnes in c. ſi pro
debilitate, ext.de offic del.Ang.in l.ſi fi-
lius.ff.de iudic.& idem in conſi.186.&
188.cum alijs concord.de quibus d.A-
lex.in d.l.ſi conuenerit, ſub num. 11.v-
bi inquit iſtam veriorem eſſe opinio. &
poſt eum ibi vide Iaſ.qui alias alleg.cõ-
cordantes authoritates, num.18.cum ſe
quen.Addo Sebaſt.Vant.de nullit.pro-
ceſ.in titu.de nul.ex defectu iuris. & vn
de, ac quibus mo.ſub nu. 152. ac clariſ-
ſimum tempeſtatis noſtræ iuriſcon.d.Ia
cob.Menoch. de arbit. iud.libro 2.caſu
339.num.16.vbi pariter alios referunt.
Vt autem iudex omnino ſapientis conſi
lium, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum ſequen
do, non teneatur in ſyndicatu, remediũ
adhibent Specu.in d.loco, & Bar.in d.l.
ſi conuenerit, cui poſt alios aſſentiunt
Alex.& Iaſ. quòd † in commiſſione ap-
poni curam habeat; quòd partes ex nũc
conſentiunt, vt ſecundum conſilium ta
lis conſultoris ſententia feratur; tunc.n.
iudex conueniri non poterit, pro qua re
allegat Bart. ipſam l.ſi conuenerit, Ad
quod etiam ſufficere Bar.putat, ſi † ſta- 3
tutum diceret, quòd iudex teneatur ſe-
qui

qui conſilium ſapientis, prout ſimile ex
tat ſtatutum Brixiæ in ciuilibus, rubr. de
cimaſexta in reform. §. fina. & iſtam Bar
toli doctrinam ſequitur Alexā. & ipſam
pariter approbat Iaſ. in d. l. ſi conuenerit,
ſub num. 20. verſicu. ſed d. Alexan. tenet
cum Bar. hic, & melius, &c. Bal. in l. ob-
ſeruare. §. proficiſci. quæſtio. trigeſima-
prima. de offic. procon. Calcan. conſi. 82
Scala de conſ. ſapien. libro 4. cap. 26. ver
ſicu. Tertio quando, & verſicu. quarto ſi
ex; & Menoch. in præcitato caſu 339. nu
mero 35.

4 Quò † ad id autem, quod ſuperius di
ctum eſt, iudicem ſecundum conſilium
iniquum ſapientis tunc iudicantē, quan
do ſimpliciter abſque cautela prędicta
partes conſulendam cauſam petierint,
teneri in ſindicatu, licet Bal. in d. l. obſer-
uare. d. §. proficiſci. quæſtio. decimater-
tia. de offic. proc. & in l. mancipia. C. de
ſeru. fugit. contra Bartolum tenuiſſe vi-
deatur; ac contra eum tenuerint Imola,
& Caſtr. in d. l. ſi conuenerit, vt refert A-
lexan. ibi num. 12. & Iaſ. ſub nume. 19.
ea ſcilicet ratione, quia iudex iuſtam, ha
bet ſequendi conſilium cauſam, maxi-
me cum partes in conſultoris perſonam
tanquam peritam, cōſenſerunt, argum.
l. ſecunda, cum ibi not. ff. quod quis. iur.
niſi modò conſilium manifeſtum conti
neret iniquitatem.

Tu tamen circa hoc dicas Bartoli pro
5 cedere opinionem, niſi † modò perſona
ad cōſulendum electa famoſus eſſet Do
ctor; tunc enim excuſaretur, niſi illud cō
ſilium manifeſtum contineret errorē, ut
per Bal. in c. veniens, circa med. ex. de te-
ſtib. quem refert Iaſ. in d. l. ſi cōuenerit,
ſub d. num. 19. in fin. Et Bartoli ſupradi-
ctam opi. contra Imo. & Caſtr. defendit
Alexan. ſub d. num. 12. quia etiam iudex
videtur ſe peritum aſſerere; iux. no. in d.
6 l. 2. ff. qd quis. iur. vnde † turpe videtur
ipſi iudici allegare, quòd imperito con-
ſultori crediderit, arg. l. 2. §. ſeruius autē
Sulpitius. ff. de orig. iur. clarè Bar. ad hoc
in l. in bonorum, in fi. ff. de bon. poſſ. tit.
generali, Bal. & Salycet. in l. iuris. C. qui
admitti, & quæ etiam reaſſumit Iaſo. ſub
d. numero 19.

## Caut. CXXXI.

## De eo, qui volens ad Papam appellare ab hoſtiarijs in Conſiſtorio non introducitur.

### SVMMARIVM.

*Copiam iudicis qui non habet, ſi prote- 1
ſtatur, proſequendæ appellationis tem
pus ei non currit, & ideo datur conſil.
pro eo, qui ad ſummum Pontificem ap
pellat, nec ab hoſtiarijs introducitur,
num. 2.*

IVDICIS † copiam non ha- 1
bēti tempus appellationis ꝓ-
ſequendæ currere nō incipit,
dummodò proteſtetur, ſecun
dum Bal. in c. plerunq;, de reſcri. quem
refert Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem
vtraq;, nu. 4. C. de iud. & iō ipſe Iaſ. ſub
d. nu. 4. ex Ang. in auth. ſed & lis. C. de tē
po. appel. narrat cautelam quandā de cō
ſuetudine in cur. Rom. introductā (quā
hic inſerere uiſum eſt.) Quòd † quando 2
quis ad ſummum Pontificem appellat,
quia per conſequens cā in eius conciſto-
rio introduci debet, ſi appellare volentē
prohibent hoſtiarij ingredi per id ab eo
negotio ille nō deſiſtit, ſed poſtq̄ ad por-
tam acceſſerit, & ad eam, pro cā in conci
ſtorio introducenda pulſarit, ſi viderit ſi-
bi ab hoſtiarijs negatam introductionē,
notarium coram teſtib. rogat & proteſta
tur, ꝙ per eum non ſtat, ſed p hoſtiarios,
qui ingreſſum denegant, quā cōſuetudi-
nem, & cautelā nota tu, qui Romę eēs a-
gis: quæque cautela in alijs ſimilib. cau-
tos reddat cauſidicos, vbicunq; ſint.

## Caut. CXXXII.

### De iuramento iudiciali, neceſſario, in litem, & extra.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum veritatis, litisq; deciſoriũ modò in iudicio, modò extra præſtatur & eius tam iudicialis, quàm extra diuiſio, & declaratio, nu. 22.*

2 *Iuramentum in iudicio delatum an recuſari valeat, & de intellectu l. manifeſte, de iureiur.*

*Et an ad ipſum præſtandum danda ſit dilatio, ſub nu. 3. verſ. bene. Ac quãdo data eſt dilatio an interim deferens pœnitere valeat, & ne valeat pœnitere cautela datur: quæ tamen cautela non facit quin ex iuſta cauſa reuocari poſſit, & quæ ſit iſta iuſta cauſa, ſub d. nu. 3. verſ. interim, vſque ad nu. 4.*

3 *Iuramẽtum iudiciale cum defertur, quo ſit agendum conſilio.*

*Iuramentum calumniæ non recipit dilationem, ſub nu. 3.*

4 *Iuramentum neceſſarium, quid ſit, & quare neceßarium dicatur, nu ſeq.*

*Idque neceſſarium iuramentum ſuppletorium alio vocabulo appellatur, numero 6.*

7 *Iuramentum purgationis, quid ſit remiſſiue.*

8 *Iuramentum in litem quid ſit, & quotuplex.*

9 *Iuramentum iudiciale ſimplex, & iudiciale neceßarium, ſiue ſuppletoriũ, in quo differant, & nu. 10. 15. 16. & in quo conueniant, nu. 19. 20. 21.*

11 *Actionem, & exceptionem ex iuramento iudiciali, vel neceſſario ortam, qualem iurantes habeant, ſecundum præſtiti iuramenti modum, declaratur, & n. 12. 13. 14.*

16 *Iuramentum neceſſarium ſuppletorium quando retractari valeat, & declarando ſequere, nu. 17.*

*Sententia iuramẽti prætextu lata, quãdo retractetur.* 17

*Probationes qui paratas non habet, ſed credit ſe ad eas inſtrumenta inuenturum, qua vtatur cautela.* 18

*Litigantes ad lites euitandas, quid agant.* 23

*Actio, & exceptio ex iuramento extra iudiciali litis deciſorio naſcitur.* 24

*Iuramentum extraiudiciale quandoq; ſolet eſſe confirmatorium, quandoque obligationis introductorium, & num. ſequen.* 25

*Obligationem vt introducas, cum aliàs introduci non poſſit, conſilium datur.* 27

IVramẽtum † veritatis, litiſque 1
deciſorium aliud in iudicio,
aliud extra iudicium præſtari
ſolet: quod in iudicium p̃ſtatur,
aliud eſt iudiciale, aliud neceſſarium
dictum, vt per gl. & Doct. in rub. & in l.
j. ff. de iureiu. & Pract. Pap. in for. iuram.
quod præſtatur a parte parti, in glo. 1. in
prin. & idem in for. reſp. rei in act. rea. in
ver. iuriſiurandi, ſub n. 2. iudiciale. i. qđ ĩ
iudicio pars vna alteri defert, iudice approbante,
vt declarant gl. & omnes in d.
rub. ff. de iureiu. Bar. in d. l. 1. per eũ text.
ff. e. gl. & Doct. in l. in bonæfidei. C. e. gl.
in c. fi. ext. e. ac Ripa in l. admonendi, n.
4. ff. e. quodque antequam iudex approber,
neceſſarium non eſt ſubire: imo antequam
ſuſcipiatur, recuſari poteſt, atq;
referri. l. generaliter. §. ſin autẽ is, cui. C. d
reb. cred. & iureiu. prout ita intelligitur,
vt inferius ſubijciam.

Olim † vero recuſari nõ poterat, ſed 2
bene referri. l. manifeſtæ turpitudinis. ff.
de iureiu. cum qua videtur concordare
tex. l. delata. C. e. vel illa antiqua lex, & d.
l. delata, ita eſt intelligenda; manifeſtã. ſ.
eſſe turpitudinem nolle, nec iurare, nec
iuſiurandum referre, cum. ſ. iam ſuſceptum
ſit iuramentum, ut per Azo. in sũ.
C. de

C.de reb.cre.& iur.ſub nu.5. & per glo. in d.l.manifeſtæ;ſed Bar.in d.l.generaliter.§.ſed iuramento,in quo.§.etiam expedit.d.§.ſinautem, nu.2.notat(quodq; ibidem tenet num.5.ſequitur Iaſ.in d.l. manifeſtæ, ſub nu.5.vbi dicit ita doctor ibidem,& in d.§.ſi nautem,limitare ipsā l.manifeſtæ(iuramentum ſcilicet a parte in iudicio delatum recuſari nō poſſe, niſi referatur, cum recuſationis legitima non ſubſit cauſa,ideoque ſolum per dictam l.generaliter in d.§.ſinautem is,cui legem antiquam obſcure loquentem declaratam eſſe,vt indiſtincte procedat,cū nulla exiſtat cauſa, qua iuramentum ipſum recuſetur. Verum Barto. ipſe in d.l. manifeſtæ,ſub num.2.iuncto num.3.ſe declarat,dicens hoc verum, quando iudex approbauit, vt & paulo inferius ego afferam;& cauſas legitimas Bart. ipſe ſubijcit in d.l.manifeſtæ,quas ibidem Docto. proſequuntur, quos pro his tu ipſe videre poteris ,cum Abb.in d.c.ſi. num. 5.ext.de iureiu.& cum alijs ibidem. Licet autem Papien.in pract.in d.for. reſp. rei,in d.verbo,iuriſiurandi,ſub num. 3. dicat, hodie eam eſſe approbatam opin. quòd ante ſuſceptum iuramentum recuſatio fieri queat, poſt vero nequaquam, niſi legitima ſuperueniat cauſa, & ita d. l.antiquam terminandam fore, per text. in d.c.ſi.ext.de iureiu.& ibi per glo.1. & iſtam quoque hodie eſſe communem opinio.tradat idem Papien.in for. iur. qđ præſtatur a par.parti,in d.glo.1. ſub nume.3. Tu tamen concluſionem iſtam intellige veram, niſi iudex iuramentum ipſum approbarit,& parti, cui erit delatū, præceperit, vt iuret, quia tunc recuſare non poterit, vbicunque legitima non aderit recuſandi cauſa, vt ita intelligit tex. dict.§.ſinautem is,cui,tradit Bart.in d.l. manifeſtæ,numero tertio,quem ſane intellectum communiter receptum affert ibidem Alexan.ſub numero ſecūdo, verſicu. Reſpondetur ergo communiter,& Iaſ.ſub numero ſecūdo,ad finem, quod & tradit ſub numero quinto. ad finem, & iſtud etiam ſequitur Rober.Mar.poſt eos,quos allegat,in tract.de ord.iud. parte 2.ſextæ par.prin.uerſ.nonus actus, nume.11.& l.ipſam, manifeſtæ turpitudinis eleganter declarat Barthol. Soc.regu. mihi 255.lim.2. vbi concludit cum Specu.in titu.de iur.del.§.1. verſic. ſi autem actor,& Abbate in d.c.ſi.ext. de iur. per Soci. ibi relatis, quòd ipſa lex procedat, vbicunque reliqua eſt pro deferente præſumptio: ſecus ſi nulla eſſet præſumptio, quia tunc indiſtincte recuſari iuramentum delatum poteſt:non enim tunc ille, cui defertur,aliquam committit turpitudinem,cum nulla adſit pro deferente pſumptio,& ita quoque tenet Hoſtien.in ſumma de iur.in rub.de iur.aſſertio.§. j. verſi.vel poſſet aliter intelligi,quē refert Soc.in ſupradicto loco: hanc opi.ſequitur etiam Ioan.And.in d.c.ſi.ext. de iur. ſuper tex.in ver.nihil præſtitit, & ſuper glo. 2. prout refert ibi Panor. qui etiam dicit,quòd ita videtur ſentire glo.& Barto.in d.l.in bonæ fidei.C.de reb.cred. & iur.& in d.l.admonendi, prædictā quoque ſententiam habuit ipſe Abb. Panor. in cap.2.in vlt.not.extra de prob. & hāc pariter opin.ſenſit Bald, in l. 2. in repet. ſi.de iureiu.Soc.conſ.184.volum.2. qui concludit, quòd pro iſta opinione eſſet iudicandum,& iſtam pariter ſententiam ſecutus eſt Cur.Iun.in d.l.manifeſtę,ſub nu.4.vbi iſtam putauit veriorem eſſe opinionem, & horum doctorum præcipuum eſt fundamentum in l.qui accuſare.C.de eden.& in d.c.fin.§.ſane,ext. de iur.vbi actore nihil probante dicitur reo non eſſe deferendum iuramentum, ſed ipſum abſolui debere. Contrarium autē ſenſit Alb.de Roſ.poſt Iac.de Ra. in d.l. in bonæ fidei,& in d.l.admonendi, vbi dicit,quòd ita vidit pluries practicari, & ꝙ fuit originale dictum Gui.de Suz.hāc quoque opin.tenuit Bal.in dic.l.manifeſtæ,in lect.antiqua,non tamen mentionem.facit de dicto Specu. idem videtur

etiam eſſe de mente Angel. in eadem. l.
manif.& tenet Caſtr.in l.iuſiurandum,
& ad pecunias. §.ait prætor. ff.de iur. &
in d.l. manifeſtæ, motus per eam. l. &
per d. §.ait prætor, qui & reſpondet ad
d.l.qui accuſare,quod limitatur per d.l.
manifeſtæ,& dicit etiam, quod tex.d.§.
ſanè, pro contraria parte pariter allega-
tus, loquitur in iuramento neceſſario,
ſeu purgationis, quod defertur à Iudi-
ce,non à parte,& hanc quoque ſenten-
tiam ſecutus eſt.d.Franc.de Aret.in d.c.
2.de prob. per tria fundamenta, & De-
cius ibidem: Lanfran.Brix.in d.l.admo
nendi, col.9.verſic. Dicebam enim per
glo.noſtram, Alex. & Iaſ.in d.l.manife-
ſtæ,& ibi ad ipſum Alex.Thom.Diplo.
in verbo referre vbi dicit, quòd ita pra-
cticauit,& obtinuit: Ripa poſt Iaſ. in d.
l.admonẽdi,ſub nu.65. vbi dicit, quòd
opinio.iſta in practica ſeruatur, ex qui-
bus ſanè patet paſſum. hunc valdè eſſe
controuerſum,& inquit Iaſ. in d.l.ma-
nifeſtæ,ſub num.3.verſi.& ſic ex prædi
ctis, quòd facile eſſet vtranque ſuſtine-
re opin. Qui tamen mox contra Spec.&
alios, & ſic contra primam opinionem
(vt dixi) tenet per ſex fundamenta, vt
& ipſe Iaſ. in repet. d.l.admonendi,ſub
num.72.in fine ait partem iſtam eſſe cõ
muniorem: pulchrè tamen (& verè opi-
nor) Ripa in loco prædicto opiniones
conciliat, dicens: Aut actor probare tẽ-
tauit,& non potuit,& tũc procedat opi.
Spec.& ſequacium, per tex.d.l.qui accu
ſare, aut probare non tentauit, & tunc
procedat contraria opin. & communis,
vt ſcilicet actor, etiam ſi nihil præſtite-
rit, iuramentum deferre valeat, iuxta d.
l.manifeſtæ.& hæc Ripæ cõciliatio mul
tam ſapit æquitatẽ, vt tu ipſe videre po-
tes, quã bene no. Quin & ſi ille, cui dela
tum eſſet iuramẽtum, illud recuſaret, di
cens ſe velle probare per teſtes, aut per
inſtrumenta, audiendus non eſſet, ſed
adhuc procederet tex. d.l.manifeſtæ, in
eum modum, quẽ ſupra declaraui, quæ
erit magna extenſio ad ipſam.l.manife-
ſtæ, quam tenere videtur Bar. (quem re
fert Iaſ.in mõdò citando loco) in l.fi.ff.
de in lit. iuran. qui tamen ſecus eſſe di-
cit in iuramento in litem, quia põt ipſũ
recuſare, ac illi renuntiare, & per teſtes
probare, cum ſit in eius fauorẽ introdu-
ctum: Et prædictam opin. de iudiciali
iuramento apertè tenet Iaſ.in d.l.mani-
feſtæ. q. 3. & iſtam quoque partem ſe-
quitur ibi Purpur.num. 13. cum duob.
ſeq. quem refert Boer. ad hoc in deciſ.
95.vbi num.2.ait ita in Senatu Burdeg.
concluſum fuiſſe. Erit † ergo ex prædi- 5
ctis pro eo, conſiliũ, cui iudiciale fuerit
delatum iuramentum, & iurare nolue-
rit, vt illud, ſi ſibi videbitur, deferenti re
ferat, vel iudice non approbante, ipſum
iuramẽtum omnino recuſet, (vnde ipſi
bonum erit propitium habere iudicẽ)
Aut ſi ſuſceperit, vel iudex approbaue-
rit, vt inſpiciat, an cã exiſtat, qua illud re
cuſare valeat. Et quando iudex cogere
voluerit, nec erit recuſandi cauſa vlla,
cautus quoq; ſit, ꝙ ſi id in litis occurrat
initio, & antequã de calumnia iuretur,
faciat deferẽtem de calumnia iurare, vt
pro hoc ſeparatam ponere caut. reſer-
uo, infra caut. 138. vbi pro hac re vide.
Ad quod, quidem vt ibi quoque dicam
præſtandum iuramentum calumnię ter
minus non datur, vt not.docto.inſuper
Abb.Sicu.in c.cum cauſam. extra de iu.
cal.Soc.reg.258.vbi duas ad id tradit li
mit.& Boer.deciſ.243.ſub nu.1.Bene il
li, cui iudiciale delatum eſt iuram. ad ip
ſum prçſtandum danda eſt dilatio, ſi pe
tatur. d.l.iuſiurandum, in prin. Interim
aũt, qui detulit, pęnitere poterit. l.nõ e-
rit.§.fi.cũ l.ſeq. ff.de iur. ideo, ſi ille, cui
ſit delatũ iuramentum iſtud obuiã ire
voluerit, ne remittũ poſſit ipſum iura-
mentũ, cautela erit, ꝙ incontinenti acce
ptet, & dicat ſe velle tp̃s ad deliberan-
dum quid iuret, quod fieri põt.d.l.iuſiu
randum & ad pecunias.§.1.per quẽ tex.
ita docet Bar.in d.l.non erit.§.ſi neque,
nume-

numero tertio, quem ibi communiter ſequuntur Doctores. Nam poſt talem acceptationem deferens non poterit, niſi ex iuſta cauſa, reuocare, vt per Bar. ibi. ſub num. 4. & Iaſ. in prin. poſt alios ibi; Doct. in l. ſi quis iuſiurandum. C. eo. & Boe. d. deciſ. 243. ſub num. 2. quænã autem ſit iuſta reuocandi cauſa, vide Bart. in d. §. ſi neque, & Doct. ibi. max. Ale. & Iaſ. & eſt tex. in d. l. ſi quis iuſiurandum, vbi Doct. puta, quia deferenti probationes ſuperuenerunt.

4 Neceſſarium † modò iuramentum, quod pariter in iudicio contingit, eſt illud, quod à iudice defertur in probationum ſupplementum, de quo plenè per Scrib. in d. l. admonendi, & maxime Iaſ. in 1. & 2. lect. ff. de iur. Doct. in d. l. in bonæ fidei. C. eodem. & in d. cap. fina. extra eodem.

5 Dicitur † autem neceſſarium iſtud iuramentum, quia ex neceſſitate defertur, parte petente, etiam altera parte inuita, vt probatur in d. l. in bonæ fidei, in uerb. oportet, prout conſiderat Mar. de ord. iudi. d. 2. par. 6. par. prin. verſi. nonus act⁹, qui ſucceſſiue emergit in iudi. aliàs iuramentum, num. 2.

6 Vocatur † & alio vocabulo ſuppletorium iſtud neceſſarium iuramentũ, eo, quia in probationum defertur ſupplementum, vt per Mar. d. prox. verſicu. in prin. Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſu 190 in princ.

7 Et † aduerte, quia hic attingo neceſſarium veritatis: nam eſt & aliud neceſſarium, & litis deciſorium, ſed purgationis, de quo in l. præſenti. §. ſic vbi. C. de his, qui ad eccle. confug. & in authẽ. no-

8 uo iure. C. de pœ. iud. qui male iud. † & eſt aliud, quod a iudice parte etiam inuita, ad inſtar neceſſarij, defertur iuramentum, in defectum probationis; pro lite. ſ. exiimanda, examinandave, &, vt vno dicam verbo, quod vocatur iuramentum ĩ litem, de quo in c. fi. extra quod me. cau. in l. tutor, qui repertorium. ff. de admin. tut. in l. ſi quando. C. vnde vi, & plene p to. ti. ff. & C. de in l t. iuran. & de quo tractatum fecit Plot. de in lit. iur. in ſolenni rep. l. ſi quando. C. vnde vi. Et dicitur id iuramentum in litem, quia nõ defertur niſi in lite, & litis decidendæ occaſione, Iaſ. in rub. ff. de in lit. iur. quodq́ue iuramentum in litem refertur ad litigatores & litis reſpondet æſtimationi; nam iurat actor, vel accuſator (non vnquam reus, vt colligitur tot. titu. ff. & C. de in lit. iur. & tradit Iaſ. in rub. ff. eo. in 2. differ.) in litem, quando per eius iuramẽtum declarat, & eſt in cauſa propria teſtis, cui creditur pro plena probatione, quamin pecunia non tantum litis ſumptus, ſed totam æſtimat cauſam cum omnibus damnis. l. videamus. §. iurare, & per to. titu. de in lit. iur. D. Io. Oldendorpius, in eius tract. de copia verb. & rerum in iure ciuili, ver ſi. lis. ibi, in litem iurare. Sic & in litẽ iurare eſt per ſacramẽti religionem æſtimare rem in litem deductam, & ab actore controuerſam, quãtum in litem affectionis, vel veritatis ipſe æſtimauerit actor. D. Ioach. Minſing. in §. actionum, numero ſecundo, Inſtitu. de actio. non quod actor ipſe ex ſe ipſo, & propria iuret authoritate, ſed iudice deferente. dict. l. uideamus. §. deferre: iudice inquam æſtimante ob rei dolum tantum, non etiam ob latam culpam. l. in actionibus, & ibi gloſſ. & Doctores communiter. ff. de in litem iuran. in quinta differentia, vbi tamen dicit ex lata culpa poſſe iurari contra tutorem. l. alio. C. eodem. Dic clarius contra tutorem poſſe in litem iurari etiã ob leuem culpam, at contra eius hæredem, niſi ob latam. l. is qui. C. eodem. & dict. l. alio, & ibi glo. & Salycet. Plot. ſua repet. l. ſi quando. §. tertio, ad finem, & §. quadrageſimonono, numero decimo ſexto. C. vnde vi. Iuramentum autem in litem triplex eſt, ſecundum Paulum de Caſtr. Iaſo. & alios in d. rubri. ff. de in litem iuran. Anton. Corſet. in tract. de iureiu. in §. euidentiali. Plot. in d. repet. l. ſi

quando.§.53.num.3.& Meno. de arbi. iud.libro 2.caſu 207.num. 2. primum eſt, quod præſtatur ratione particularis intereſſe, ſecundum particularem affectionem: exemplum, commodaui tibi librum meum, per ſententiam diffinitiuam es condemnatus ad reſtituendum: tu habes librum, quem reſtituere potes ſed es in dolo, ac contumacia: certe lex diſponit, quod iudex, doloſi contumacis odio, mihi deferat in litem iuramentum de affectione, ut quamuis liber ſecundum communem æſtimationē non æſtimaretur, niſi vno aureo, ego tamen poſſem de pluri habere affectionem, veluti de 20.vel 40.aureis: nam liber poſſet mihi ita eſſe carus, quia in eo diu ſtudui, & multas apoſtillas feci, & quæ requirantur, vt iſtud iuramentum poſſit pſtari, uide Iaſ.in d.l. in actionibus. ff. de in litem iur. & iſtud dicitur iuramentū affectionis, quia ita mihi cōuenit, quod nulli alteri conuenit, Corſet.in d.tract. de iur.in 5.euidentiali, verſi.aliud.Plot. d.§.53.ſub num.3. & de quo plene Meno.d.caſu 207.Secundum eſt iuramentum in litem, quod ſuper ſingulari inter eſſe, & extra rem præſtatur, puta quādo agitur pro tali re, in qua non cadit affectio, ut in nummis, nam tunc nō poteſt de affectione iurari, ſed de alio ſingulari intereſſe, quod mihi conuenit, ita, vt nulli alteri conueniat, & ſi ſit extra rem quia non cadit intereſſe intrinſecum. l. nummis, vbi etiam Iaſ.ff.de in litem iuran. dummodo agatur ex aliqua ex illis actionibus bonæ fidei, Plot.d.§.52. nume.3. qui allegat Corſet.in d.5.euiden. num.13.& exemplum ponit Iaſ.in d.rubri.de in litem iur.num.4. cum quis depoſuit pecuniam penes te, quā reſtituere condemnatus es, & quia non reſtituis perdidi pignora mea, vel in aliam pœnā incidi: iſto caſu debet iudex propter nō ſoluentis contumaciam deferre mihi iuramentum in litem, non quidem de affectione, quia in nummis (vt dixi) nō cadit affectio, ſed de meo intereſſe ſingulari extra rem; hoc eſt, vt ego iurem in litem, inquantum ſim damnatus per hoc quòd pecuniam non reſtitui. Tertium, & vltimum eſt iuramentum in litem, quod eſt de veritate, ſecundum cōmune intereſſe, & illud præſtatur, in actionibus ſtricti iuris, non etiam arbitrarijs, & quia aliàs difficilis eſt veritatis probatio, quando debitor ſpeciei fuit in mora & dolo reſtituendi, & poſt eius moram ſpecies eſt perempta, nam contra moroſum ad probandam æſtimationem rei peremptæ, non ſecundum meam affectionem, ſed ſecundum quod æſtimaretur communiter, iuratur, d.l.in actionibus.§.plane.cum l. ſeq.ſic & de iſta tertia iuramenti ſpecie tractat Menoch. de arb.iud.libro 2.caſu 208.Et id iuramentum in litem poteſt dici neceſſarium nō vere, ſed cauſatiue, quando deficiunt aliæ probationes, Bar.& Caſt.in l. fina.ff. de in litem iur. Iaſ.in d.rub.ff.eo.Plotus d.tract.de in litem iur.d.§.53.ſub num. 3.quæ autem ſit differentia inter iſtud ī litem appellatum iuramentum, & iuramentum voluntarium, vel iudiciale tradit Iaſ.in d. rub. de in litem iur. ubi 13. ponit differentias: & quanta ſit diſtātia inter iſtud iuramentum in litem, & iuramentum neceſſarium, ſiue probationis ſuppletorium, tu ipſe ex prædictis, & in illis locis, in quibus de his tractatur, facile colligere potes. Dicamus ergo quænam ſit differentia, & quæ ſimilitudo inter duo iudicij iuramenta hęc; uidelicet iudiciale ſimplex, & iudiciale neceſſarium ſuo loco caut. more noſtro ſubijciendo.

Eſt igitur ſciendum in primis, quòd † ſimplex quandoque euitari poteſt: neceſſarium vero non ita, prout ſupra habuiſtis: itidem iudiciale defertur a parte parti, iudice approbante, nullis etiam exiſtentibus probationibus, vt ſupra patet: neceſſarium autem a iudice defertur parte petente, etiam altera parte inuita, 9

in

in ſupplementum ſemiplenæ probatio-
nis.d.l.in bonę fidei, in uerbo, oportet
d.l.admonendi,iuncta gloſſ. & Docto-
ribus.

10 Pariter † ex iudiciali iuraměto datur
ei,qui iurauit, actio & exceptio,abſque
alia ſententia.l.nam & poſtea.§.iuſiurā-
dum,& l.duobus.§.exceptio, & §.fin.ff.
de iureiu.Pract.Papien.in d.for.reſp.rei
d.verbo,iuriſiurandi,nume.7, Iaſ. in d.
rub.de in litem iur.in x.differ. ex neceſ-
ſario autem nec actio, neque exceptio
datur, niſi lata ſit ſententia.d.l. admonē
di,& d l.in bonę fidei:ac tradit Pap. ubi
modò ſupra.

11 Et † quod ad actionem, & exceptio-
nem,quæ ad illos, qui vel ex iudiciali,
vel neceſſario iurarunt,ſpectat,aduertē-
dum eſt, quòd quo ad actionem quan-
doque eam habere poſſunt ſimpliciter
in factum, quādoque vtilem ex aliquo
contractu, (ſcilicet perſonalem utilem)
quandoque in factum,&vti em ad rem
12 vendicandam : in † factum ſimpliciter
habere poſſunt, ſi iurauerit,quid eis de-
beri,non adiecta forma, qua id debea-
13 tur;utilem perſonalem, † ſi iurarint,qd
ſibi deberi, adiecta forma, qua in eſſe
res producatur,ſecundum quod dicitur
in l.Iulianus.§.ſi quis,ff.ad exhib. ſed a-
14 ctionem † in factum, ac vtilem rei ven-
dicationem aliqui habere poſſunt,cum
rem ipſorum eſſe iurarint: quoad autē
exceptionē, eam ipſam illi habere poſ-
ſunt(non autem actionem) cū iurarint
rem alicuius certæ perſonę non eſſe, &
pro omnibus his,quę de actione, & ex-
ceptione dixi, vide quę tradit Azo in ſū
ma.C.de rebus cred. & iureiur. ſub nu-
mero 25.

15 Differunt † quoque iudiciale, & ne-
ceſſarium iuramentum : quia iudiciale
nunquam retractatur.d.l.non erit, §.da-
to.& d.l.admonendi,in fi.ibique nor.ff.
16 de iu . Neceſſarium † vero retractari po
teſt,tunc,cum quis ſentētiam pro ſe, ne
ceſſarij iuramenti,ſed falſi, prętextu,ob
tinuerit; nam inuentis de nouo inſtru-
mentis falſum ipſum demonſtratur iu-
ramentum, & proinde ſentētiam ipſam
retractandam eſſe,iuxta tex.d. l. admo-
nendi,vbi & Bar.ac cęteri; ſed † locum 17
id habet,cum ſententia ſuper ipſo iura-
mento fundatur, ſecus ſi ſuper alijs con
cludentibus probationibus,l.imperato-
res.ff.de re iud.& l.ſub ſpecie.C.eo.ibi-
que glo.& Scrib. declarant, vt etiam in
d.l.admonēdi:dum ergo dicitur, quòd
neceſſarium iuramentum per nouiter
reperta inſtrumenta retractatur, Papiē.i
d. ver.iuriſiurandi,nu.8.cautelam † pro 18
eo tradit,qui actionem ſuam, vel exce-
ptionem probare nequit, ſed ſuſpicatur
fortaſſe, ſe reperire poſſe ſuo tempore
actionis,vel exceptionis inſtrumenta,ꝗ
operetur cū iudice, vt ex officio ſuo par-
ti aduerſæ iuramētum id deferat, ſed tu-
dic ſecundum requiſita in d.l.admonē-
di. Vidimus in quibus differant iudicia-
le,& neceſſarium iuramentum , cōgruū
modò eſt,vt aliqualiter dicamus, in qui
bus inuicem conueniant.Dico † igitur, 19
ꝗ iſtud iudiciale veritatis iuramentum
cum neceſſario conuenit,ex eo, quia a-
ctionem,& exceptionem ambo produ-
cunt; dum tamen ex neceſſario ſentētia
oriatur,vt ſuperius dicebam,in uerſ.pa-
riter ex iudiciali, nu. 10.

Cōueniunt † & inſimul, quoniā am 20
bo in iudicium pręſtantur, vt d.l. 1.in fi
ne,& in l.3.ff.de iur.iuncta d.l.admonē
di,& d.l.in bonę fidei; ſimiliter conue-
niunt;† quia ambo ſunt veritatis,litisq́; 21
deciſoria iuramenta,vt per gl.in d.rubr.
ff.de iur.& per Papien.in d.ver.iuriſiurā
di,ſub num.2.& in d.for.iur.quod pręſ-
ti.a par.par.in glo.1.ſub num. 1. Quot
autem concurrere debeant ad hoc neceſ
ſarium petendum iuramētum, reſeruo
in ſeq.cautela, vbi aliqua addā, quę cir-
ca id ſunt dicenda. Hactenus de his iura
mentis,quę in iudicio pręſtari ſolēt, di-
ctum eſt; ſequitur de iuramento extraiu
diciali veritatis, litisq́; deciſorio : Et † il- 22
lud

lud eſt, quod conuentionale appellatur, & litigatorum ipſorum pactione præſtatur. d. l. 1. & ibi no. & l. iuſiurandũ, quod
23 ex conuentione. ff. de iur. Ex † quo bonum deſumitur conſ. vt litigantes ad euitandos litis ſtrepitus eorum extraiudiciali conuentione litẽ dirimere ſtudeãt:
24 nam † & hoc etiam modò actio, & exceptio naſcetur, vt per Bar. in d. l. iuſiurandum, quod ex conu. Sunt, & aliæ ſacramenti extraiudicialis (nõ litis deciſorij)
25 ſpecies: quia † quoddam eſt confirmatorium, quod contractum etiam inualidũ confirmat, de quo in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. & de hoc tractabo infra in caute. 134. & quoddam
26 † quoque eſt obligationis introductorium, cum aliàs nulla præcedente cauſa obligatio introduci non poſſit, & de his tractat Bar. in d. l. iuſiurandum, & plenꝰ in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ.
27 Circa † igitur iſtud iuramentum, tũc cautus ſis, vt ex ipſo ſcias obligationem introducere, cum aliàs introduci non poſſet.

## Caut. CXXXIII.

### De his, quæ requiruntur ad neceſſarium petendum iuramentum, & quando peti debeat.

SVMMARIVM.

1 *Neceſſarium iuramentum non præſtatur, cum ſemiplena probatio ex aliqua præſumptione eliditur: Itẽ cum actor ſemiplene, & reus quoque ſemip. probauit reo potius, quàm actori defertur num. 3.*

*Quod deferri poteſt, etiam poſt concluſum in cauſa, ſi ante petitum ſit, n. 22.*

*Et ad ipſum petendum ſufficiet clauſula ius, & iuſt. miniſtrari, nu. 21.*

*Item eſt deferendum actori bona conditionis, & ſemiplene probanti, non reo nihil probanti, nu. 16.*

*Quodque vt deferri poſſit, quæ requirantur, nu. 1. 2. 3. 5. 7. 9. 17. 20. 22. 25,*

*Et ob iſtud petendum practica datur, n. 23. & 26.*

*Item docetur index quid agere debeat ĩ deferendo hoc iur. nu. 13. & ſeq.*

*Ipſumq; iuramentum non defertur veriſimiliter deieraturo, nu. 14. & idẽ fœneratori non defertur, nu. 10.*

*Limita nu. 12.*

*Item non defertur hæredi, & quare, nu me. 8. Itẽ an ruſticus, & pauper ſint ſuſpecti, nu. 15.*

*Semiplena probatio quomodo inducatur, & nu ſeq.* 4

*Fama per duos ſaltem teſtes probari debet.* 6

*Vſurarij ſunt infames.* 11

*Cauſæ magnæ non admittunt iuram. ſuppletorium, ſed bene purgationis, & nume. 19. Limita nu. 18 Et vna etiã additur cauſa, quando non defertur iſtud iuram. ſ. cum quis agit ad pœnas l. ſi qs maior. C. de tranſ. quo caſu adimplemẽtum ſuum non poteſt probare per ſuppletorium iuramentum.* 17

*Index litem ſuam faceret, cum non daret dandum iuram. neceſſarium.* 24

*Citatio ſemper requiritur, cũ aliquid index, etiam ex ſuo officio facit.* 27

*Iudicis an ſtetur aſſertioni, dicentis, ſe iuram. detuliſſe cauſa cognita.* 28

IVramẽtum ergo neceſſariũ, ſiue ſuppletorium quale ſit, clare habes in ſuperiori cautela. Hic autem, nõ ab re, aliqua addenda duxi, quæ ad ipſum deferendum neceſſarium iuramentum cõcurrere debẽt. Sex igitur in effectu copulatiue requiruntur, quorum aliquo deficiente iuramentum id deferri non põt.

Et primũ † illud eſt (quod in præc. c. ſub nu. 9. tetigi) vt ſemiplene probatum ſit, quod videtur eſſe de mente gl. in l. ſi. in prin. in gl. magna. ff. quod met. cau. & 1

in

in l. 3. §. 1. in ver. ſi leuior. ff. de minorib. tradit aperte glo. in l. 1. in ver. non ſit. C. qui, & aduer. quos, ſic etiam ſentire videtur ipſa glo. fi. in l. in bonæ fidei, quæ eſt gl. magna. C. de reb. cred. & iur. & gl. pen. in l. admonendi. ff. de iur. ac ibi tradit Bar. ſub nu. 57. ver. his præmiſſis, Alex. nu. 33. Iaſ. in 1. lect. nu. 15. ſub num. 75. & ſub nu. 118. & in 2. lect. num. 86. ſub num. 258. ac num. 312. & Ripa ſub num. 2. Pap. in for. reſp. rei, in verbo, iuri ſiurandi, num. 9. Rob. Mar. de ord. iudi. par. 2. 6. par. prin. verſ. nonus actus, aliàs iuramentum, nu. 4. qui & ipſe ponit ſex requiſita, ſed ita non vt ego, nec illa omnia, quæ ego pono, comprehendens etiã in his illa pariter ſex, quæ ipſe ponit, ſic & de ſemiplena probatione ad iſtud iuramentum neceſſaria, tradit D. Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſu 190. num. 2. quo in caſu quinque tãtum ponit requiſita: & ita ſemiplenam requiri probationem communiter tenent & Theorici, ac

2 Practici: quod † intantum uerum eſt, vt ſi ipſa ſemiplena probatio eſſet in aliquo eliſa per contrarias probationes, iuram. iſtud deferri non poſſet, vt no. gl. & Bal. in d. l. 1. C. qui, & adu. quos, Rom. conſi. 91. col. pe. Alex. conſi. 31. in prin. vol. 1. & in conſ. 183. nu. 14. vol. 6. Marſ. ſing. 197. Miran. vbi ſup. nu. 9. Ripa in d. l. ad

3 monendi, nu. 210. cum ſeq. Quare † & ſi actor ſemiplene ſuam probaſſet intentionem, & reus quoque ſuam exceptionem ſemiplene probaſſet, actori nõ eſſet deferendum iuramentum iſtud, ſed reo in pari. n. cauſa magis fauendum eſt reo, quàm actori. l. Arrianus. ff. de act. & obl. & l. fauorabiliores. ff. de regu. iu. cum ſi. & ita expreſſe firmat Spe. in ti. de iuram. delat. §. 1. ver. quid ſi actor habet unam, num. 9. ibique Ioã. And. ad ipſum, litera B, & qui ſe ſcripſiſſe dicit in c. fi. in vlt. gl. poſt princ. ext. de iud. idemq; tradit glo. in §. ſi verò pecuniæ, in ver. iureiurando, in auth. de nup. quæ tamen vult, ꝙ iſto ĩ caſu honeſtiori deferatur, vt & voluit Gui. de Suz. quem refert Io. An. ad Spe. d. in loco, litera A. Et prædictam quoq; ſententiam, reo magis, ꝙ actori deferẽdũ iuramentũ, cũ vterq; ſemiplene probaſſet, ſequitur Alex. in d. l. admonendi, ſub n. 54. ac eãdem ibidẽ in rep. tenet Iaſ. ſub n. 313. ver. quinq; caſus, & Men. d. caſu 190. n. 19. Semiplena † aũt inducitur ꝓbatio, aut per vnum teſtem oĩ exceptione maiorem, aut per priuatã ſcripturam, aut per literarum comparationẽ, aut per fugã rei, vt per gl. fi. in d. l. in bonæ fidei, & in d. l. admonẽdi. in ver. exacto, & ibi late ꝓſequitur Bar. & Doct. latiſſime Iaſ. in 1. & 2. lec. qui ſane Doct. addunt ẽt famam: has † ſemiplenas ꝓbationes intelligẽdo ita prodeſſe, ſi ſint in ſe perfecte ſemiplenæ apparentes, & in ſua ſpecie perfecte demonſtratę, puta vnus teſtis de veritate, & duo de fama: nã † ad probandã famã, ut ſemiplenam faciat probõnem, duo requiruntur teſtes. c. veniẽs. 1. ex. de teſt. & ibi Doct. ac eſt de hoc gl. in l. 3. §. eiuſdem, in ver. confirmat. ff. e. de teſt. late Bar. in l. de minore. §. plurimum. ff. de q. tradit Iaſ. in rep. d. l. admonendi, ſub n. 256. verſic. iſtã concl. & cõem ex alijs, quos allegat, docet Iul. Clar. in prac. §. fi. q. 6. ver. ſciendum eſt aũt. Secundũ † eſt requiſitũ, ad hoc, vt neceſſariũ deferatur iuramentum, ꝙ actor iurare debẽs ſciat veritatem rei, per ueram ſcĩam, ꝙ ſenſu corporeo pcipitur, vt no. gl. magna in d. l. in bonę fidei, & in d. l. admonẽdi, in d. ver. exacto, & ibi Bar. ſub n. 57. in fi. Iaſ. ĩ rep. ſub n. 312. uer. ſecundus caſus, Mar. vbi ſup. n. 5. Menoc. d. caſu 190. nu. 5. & iõ hæredi † non defertur, quia veriſimiliter negotij ignorat veritatẽ, quod ꝓbat tex. in l. qui in alterius. ff. de reg. iu. tradit Bal. in d. l. in bonę fidei, n. 10. Soc. conſi. 194. ante n. 1. uerſi. confirmatur, uol. 2. Iaſ. Mar. & Menoch. vbi ſupra. Tertium † eſt requiſitum ad neceſſarium præſtandum iuram. ꝙ is, cui defertur, ſit perſona honeſta, ac bonæ uitæ, non vilis, ſeu infamis, vel aliàs illegalis, Bart. in d. l. admonen-

4 5 6 7 8 9

monendi,num.58.& ibi Iaſ. in rep.ſub
num.295.verſiculo.Trigeſimoſexto,&
ſub num. 313. verſiculo. Tertius caſus,
Abb.in c.fin.§.ſanè,extra de iur.Maran.
vbi ſupra,num.6.Menoch.d.caſu.190.
nu.12. vbi ait iudicis relinqui arbitrio,
quænam ſit circa id perſona legalis:
Quare cum illegalis perſona nõ admit-
10 tatur ad iurãdum,infertur, quòd † qui
fœnus exercent, iurare nõ poſſunt, Cy.
11 in d.l.in bona fidei.q.7. conſtat † enim
fæneratores infames reddi. l. improbũ,
C.ex quib.cau.infam.irrog.Dixi autem
fænus exercentes iurare non poſſe,nam
12 ſi † vſuras exercere deſijſſent, ſecus di-
cendum eſſet. Curt. in d.l.admonendi,
nu.73.quem ad id refert Menoch.d.ca-
ſu. 190.ſub nu. 14. Quatenus autem ſu
perius,ſub num.9. ad fin.attigi,in Iudi-
cis arbitrium eſſe,quænam ſit vilis, & il
legalis perſona, cui non ſit deferendum
iuramentum,monitum eum velim, vt
13 † conſiderata perſonarum conditione,
ex parentibus, ex patria, ex diuitijs, ex
paupertate,ex ſexu, ac demum ex ætate
iudicet, num deferendum ſit ipſum iu-
ram.nec ne,vt docet Io.Bapt. à S.Seuer.
in l.admonẽdi,nu.257.Soc.conſi.136.
14 num.3.vol.1.Sic † etenim iuramentum
illi non deferat, quem ipſe iudex veriſi-
militer crediderit deieraturũ,per text.&
ibi gl.no.in c.clericos,in gl.2.de cohab.
cler.& mul. & in §.nos igitur videntes,
in auth.de nupt.Bal.in l.2. in 2.not.per
illum text.C.de indic.vidu.tollen. & in
l.quæ ſub conditione,in prin. ff.de con
dit.inſtitut.Iaſ.in repet.d.l.admonendi,
ſub nu.299. verſiculo. Trigeſimoſepti-
mo,Socin.d.conſ.193.ſub nu. 1. vol.2.
Marſ.poſt Rom.in l.Maritus, nũ.51.de
quęſt.Marſ.ſing.74.& Menoch.de arb.
iud.lib.2.caſu. 192.nu.3.Qui & in hoc
propoſito refert Abb. in d.cap.clericos,
ſub num.2.in fine,ſtatuendum eſſe do-
centem: Ne ſcolaſtici iurent Rectori pa
rere,quoniam difficillimè iuramentum
ſeruarẽt.Sic & in propoſito noſtro ſcri-
pſit Socin.d.conſil.136. col.pen.vol.1.
ruſticum, † modicaſque habentem fa- 15
cultates ſuſpectos eſſe, quod tamen ita
pro abſoluto ego nõ habeo,ſi volumus
intelligere, vt procedat ex vna tantum
illarum qualitatum, maximè in paupe-
re, per tex.in l.ſuſpectum ff.de ſuſp.tut.
& Inſt.eod.§.fi.Niſi dicas,cum Socino,
quòd ſi concurrunt hæ, ruſticitas, vilis
cõditio,& paupertas, ſuſpicio ſumi po-
terit.Stante † ergo actoris legalitate, & 16
ſemiplena probatione, ipſi actori eſt de
ferendum id iuramentum,non reo,qui
nihil probaſſet,etiam ſi reus æque eſſet
honeſta perſona, vt poſt nonnullas rela-
tas doctorum opin.concludit Iaſ.com-
munem eſſe opin.in rep. d.l.admonen-
di, ſub nu.314.verſiculo.Tertia,& vlti-
ma.Quartum † eſt requiſitum, quo ne 17
ceſſarium poſſit deferri iuram. vt cauſa
magni non ſit ponderis, quia tunc iura-
mentum non eſſet deferendum, vt tra-
dit glo. in d.l.admonendi, in dicto ver-
bo,exacto,& ibi Doct.omnes,& in d.l.
in bonæfidei,Soc.d.conſil.136.num.6.
Maran. vbi ſupra, num.7. Men. d.caſu
190, nu. 17. Ac quæ dicatur cauſa ma-
gna, ne deferri poſſit iſtud iuramẽtum,
habes penes Iaſ.latè in rep.d.l.admonẽ-
di,num.272.cum nonnullis ſeq. & ſub
nu.281.iſtud dictum declarat,quòd ſci
licet in cauſis arduis,& magnis nõ poſ-
ſit deferri iuramentum actori,ſtante tã-
tum ſemiplena probatione,ſed † ſi eſſet 18
pluſquam ſemiplenè probatum, aliud
dicendum eſſe. Ibidem declarat, quòd
† in cauſis iſtis non defertur actori qui- 19
dem iuramentum neceſſarium ob ſolã
ſemiplenam probationem,ſed bene reo
tunc eſt deferendum purgationis iurã.
& ibi ad hæc iura, authoritateſque alle-
gat,vbi vide,& nota.Vna eſt etiam cau-
ſa excepta,præter cauſas magnas,in qua
ſuppletorium iuramentum non defer-
tur,vt in caſu.l.ſi quis maior. C.de trãſ.
cum quis ad eius. l. pœnas agit, contra
aliquem, quem iurato contractui con-

trauе-

traueniſſe prætendit, debet liquidiſſimè
ꝓbare ſe ex parte ſua adimpleuiſſe, nec
pro hoc admittitur iuramentum in ſup
plementum, vt per Bart. in d.l. ſi quis, &
Alex.conſil.291.col.2.vol.2. ac Rol. à
Val.conſi.57.num.19.vol.1. Quintum
20 requiſitum † eſt, quòd parte petente de-
feratur iſtud iuramẽtum, per l.4.§. hoc
autem iudicium.ff.de dam.infect. Bart.
in d.l.admonendi, num.60.& ibi Ang.
col.1.Iaſ.in 1.lect.ſub nu.15. quod ſex
comprobat fundamentis, & ad id etiam
allegat Ant.de Butr.in d.c.fi.col.fi.extra
eod. idem quoque ſequitur Poma. ad
Bart.d.num.60.litera.a. in verbo, vtrũ,
qui nouem comprobat fundamẽtis, &
in principio Apoſtillæ vnum ſingulare
addit, ex Alex. conſil.92. col.1. vol.5.
21 Quòd † ſufficiat hæc petitio ab initio fa
cta, per clauſulam peto ius, & iuſtitiam
miniſtrari, quod notabile eſt pro libel-
lis, qui pro actoribus fiunt, vt in eorum
concluſione hãc clauſulam ponas, quæ
multum erit proficua, quod & in ſimili
propoſito voluit Gozad.conſ.94.num.
22 34. ſin † autem clauſula hæc in libello
non erit, petitio prædicta, vt iuram. defe
ratur, fienda erit antequam concluſum
ſit in cauſa, qua ita facta petitione poſt
concluſionem in cauſa deferri poteſt,
vt per Alex.conſil.54.in fi.vol.1. quem
refert ad id Maranta. d. verſiculo. No-
23 nus, num.3.& 10. vnde † practicam cõ-
munem eſſe ait (& ad hoc tu, qui ſup-
pletorij iuramenti beneficium habere
cupis, cautus ſis) quòd facta publicatio
ne litigator compareat, & dicat, ꝙ cre-
dit ex his, quæ in proceſſu actitata ſunt,
plenè ſuam probaſſe intentionem, ita, ꝙ
victoriam reportare debet, ſi tamen eũ
non plenè, ſed ſemiplenè probaſſe con-
tigerit, petit ſibi deferri iuram. ſuppleto
rium, alioquin proteſtatur, &c. Tunc
24 † autem, inquit Maran. ſi requiſita con
currerent, & iudex tale non daret (cum
dandũ eſſet iuram.) litem ſuam faceret.
25 Sextum, † & vltimũ trado requiſitũ
in iſtius iuramẽti delatione, quod pars
aduerſa citetur, aliàs nullũ eſſet ipſum
iuram. ita probat tex.no. in d.l. in bonę
fidei, in illis verbis, cauſa cognita, &c. iũ
cta reg.l.in cauſæ. 1.§.cauſa cognita.ff.
de min.& ita expreſſe no.Ang. in d.l. in
bonæ fid. in 1.col. per eum text. dicens
† cautum eſſe debere aduocatũ, vt ſem- 26
per faciat id iuram. deferri aduerſario
pręſenti, vel ſaltem legitimè citato, aliàs
iuram. nullum eſſet, refert, & ſequitur
cum alijs, quos alegat, Iaſ. in 1.lect.d.l.
admonendi, ſub num.21. vbi num.ſeq.
confirmat per eam reg. quod † vbi iu- 27
dex aliquid facit, etiam ex officio ſuo,
& ad partis inſtãtiam, ibi ſemper requi-
ritur citatio alterius partis, c.Romana.
§. ſi verò, & c.non ſolum ad fi.extra de
appel. in 6. cum concord. de qu b.ipſe
Iaſ. Tu ad id adde pulchrum tex. in l.nã
ita diuus.ff.de adop. & in l.de vnoquo-
que.ff.de re iud.cum ſimil. An † autem 28
ſtetur Iudicis dicto, in ſententia aſſeren
tis, quod id iuram. detulit cauſa cognita
& ſic parte citata, habes penes ipſũ Iaſ.
in d.1.lect. d.l.admonendi, nu.23. vbi
concludit, quòd non, & pro quo com-
probando vide quæ ego inferius dicam
in littera S.caut.253.

## Caut. CXXXIIII.

## De iuramento ſuper contractu appoſito.

*SVMMARIVM.*

*Iuramentum ſeruatur, vbi in anima pernicicm non vergit, ex quo cautè fit, ſi in contractu iuramentum inſeri curetur. Et vnus effectus notabilis, ſub hoc eodem num. quem opera tur iuramentum, habetur.* 1

*Minor iurans, an reſtitutionis in integ. beneficium amittat, & remiſſiuè.* 2

*Impubes doli capax perinde, ac pubes iuramento ligatur.* 3

*Iura-*

4 *Iuramentum executionem habet paratam, ſicut ſententia.*

*Et quando contractus aliàs inualidus ipſum iuramentum firmet, nec ne, remißiue, num. 5.*

IVRAMENTVM plures ſecum aſfert effectus, quorum nonnullos habes ex glo. Bart. & doct. in l.qui iuraſſe,in fi. ff.de iur. ex doct.in cap.cum contingat,extra eod.ex Ang.Aret.Iaſ.& alijs,in §.Item ſi quis poſtulante, Inſtit. de act. Bertach. in ſuo reper. litera I. in multis verſiculis contentus ſub verſiculo iuramenti effectus. Emanu. Soar.in ſuo Theſ.recep.ſent.litera I.in ver.iuſiurandum,Bapt.à Villalob. in ſua collecta com.opin.litera I.num. 120. cum pluribus ſeq.& in ſpecie num. 123.cum ſeq. ampliationibus, ac alijs plurimis in locis habes paſſim penes docto. & præcipuè apud Ioan.de Selu. & Corſ.ac alios tractantes de iur. Similiter apud Euer. in topic.in loco à vi, energia, ſeu efficacia iuram. Aliquos tradidi effectus ego ſupra in litera C. Caut.23. nu.6.in litera E. Caut.57.num.2. cum ſeq.& in litera F.caut.68.num.6.& 8.& in alijs locis. Quos omnes effectus enumerare nimis longum eſſet, & extra propoſitam noſtram tractationem: Sat erit ponere nonnullos hic, & in ſequentibus nonnullis cautelis ſub hac litera contentis, & diuiſis: quas quidem cautelas non coniungo, quia in eis diuerſæ tractantur cautelæ.

Sanè præcipuum illud eſt iuramenti
1 vt † quandocunque abſq; animæ præiudicio ſeruari poteſt, ſeruandum ſit.c. ſi verò, & d.c.cum contingat, extra de iureiur. Vnde cauti contrahentes attendere ſolent,vt in contractibus iuramentum inſeratur, ne ob aliquam prætenſionem deſtrui poſſint ea,quæ inter partes acta ſunt, vtentes conſilio Curt.Ser. in l.ſi quis maior,col.1. C.de tranſa.ſic
2 etenim videmus, quòd † per iuramentum minor à reſtitutionis in integr.beneficio remouetur, prout eſt text. & ibi de hoc plenè traditur à ſcrib.in auth.Sacramenta puberum. C.ſi aduer.vendit. in cap.1.§.item ſacramenta, de pace iuram.fir.in vſib.feud.& de quo Papienſ. in pract.in for.libel.ſuper reſtit.in integr.in verbo,tunc iurauit,nu.1. Pro qua tamen re recurre ad ea, quæ tibi dicam infra in caut.ſeq. & plenius in litera M. caut.161.incip. Minor ſi ætatis. Adeò autem minori iuramentum id nociuũ
eſt,vt † impubes quoque, doli tamen 3
capax, eo, perinde ac pubes eſſet, ligetur, licet multi contrarium tenuerint,ac communem pro eis eſſe opi.voluerint, vt recitat Viuius inter communes opin. diuerſorum,litera M. in verbo,Minoris,opi.180.lib.2.vbi tamen nu.2. cum ea concurrit opin. quòd doli capax ipſo ſit aſtrictus iureiurando,ſequens Bartoli opin. communiter hanc receptam dicentis, in d.auth.ſacramenta puberũ, num.9. de qua meminit Afflict. deciſ. Neap.322.num.4.& ſecundum quam Bartoli opin.Afflict.ipſe dicta deciſ.ſub num.5.& deciſ.393.ſub num.10. dicit per ſacrum Neap. con. votatum fuiſſe. & ad hoc etiam, vltra alias authoritates à Viuio relatas, addo.d.Abb. conſi.39. ſub num.1.verſiculo ſecundo principaliter,lib.1.vbi ait communiter vtriuſq; iuris doct.ſententiam iſtam tenere,& latius de hoc tractabo infra caut. 222.

Non modò autem ſeruandum eſt à iurante ipſum iuramentum, cum in animæ perniciem non vergit, vt ſupra dixi
ſed † aduerſus etiam ipſum iurantem 4
executionem habet paratam, vt ſententia.l.ſed & ſi poſſeſſori. §.pen. ff. de iureiuran.expreſſius in l.poſt rem.ff.de re iud.per quos text.ita tenuit Bart. in l.2. num.7. cum quo tranſeunt ibi Fulg. & Alex.ff.de iureiur.Barto.in d.l. ſed & ſi poſſeſſori.§.fin. & ibidem Ang.Fulg.& Salyc. Pau.de Caſt. & Alex. in l.nam & poſtea.§.fi.ff.eod.& in d.l.poſt rẽ,Ang.

Aret.

Aret.in d.§.item ſi quis poſtuláte,nu. 5. Inſtit.de act.& inquit Poma. ad Bart.in d.l.2.de iur.litera B.in verbo, iuramentum,quòd eo audiente iſtam dixit communem Iaſ.& ſæpius conſuluiſſe, & obtinuiſſe:Id tamẽ intellige ſecundũ limitationes, quas tradit ibidem ipſe Poma.

5 Quando autem † cõtractus aliàs inualidos iuramentum firmet,nec nè, habes penes Papienſ. in d.for.lib.quo agitur ad reſtitut.in integr.dicto verbo,túc iurauit,à num.7. vſque ad fi.quod quidem ante eum eleganter tradidit Bar.in l. ſi quis pro eo. ff.de fideiuſ. & inde facilè colligere potes, quibus in caſibus bonum ſit contractui adeſſe iuramentum,vbi omnino vide,quia egregia admodum eſt doctrina,quam hic non extendo, quoniam facillimè eam apud prædictos habere poteris, & ideo fruſtra ea hic tranſcribere eſſet.

## Caut. CXXXV.

### De minore vigintiquinq; annis contrahente,& abſque certioratione iurante.

*SVMMARIVM.*

1 ***Minor vigintiquinque annis iureiurando contrahens aduerſus contractum reſciſſionem petere nequit, ob læſionem tamen reſtitutionem petere poteſt, ſi non eſt certioratus nu.3.***

***Limita num.2.id quod dictum eſt, non poſſe aduerſus contractum reſtitui.***

4 ***Minor iurans quomodo eius conſulet indemnitati.***

1 IVRAMENTVM † dixi in præcedenti cautela, num.ſecundo, ſi in cõtractu minor vigintiquinque annis inſerit,aduerſus ipſum contractum reſtitutionem petere non poſſe, per tex.in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ. vend. Quod † verum intellige, niſi læſio ſit contra minorem vltra iuſti precij dimidiam, quia tunc benè illi ſuccurrẽdum eſſet, ſiue iurauerit non contrauenire ratione minoris ætatis, ſiue ſimpliciter iurauerit contractui non contrauenire, vt per Bar.in l.2. ſub nu.10. & nu. 12. C.de reſcind. vend. & communem aſſerit eſſe concluſionem ibidem Cagn. ſub nu.103.& ſub nu.111.probat Franciſc.Turzan.in ſuis com.opin.q.159.& communem quoque eſſe opi. habes ex Socino cõſi.48.in fine,lib.4.Quod maxime verum eſſet, ſi peteretur abſolutio à iuramento, quæ denegari non debet, iuxta tradita per Turza. dicto loco, ſub num.2.& vt tradit, communemque ait Laur.Chircou. in 3.centuria com.opin. concluſ.45.quæ eſt in litera M. nu.10. 2

Veruntamen † minor ipſe licet ad contractus reſciſſionem agere tunc non valeat,cum vltra dimidiam læſus non eſt, tamẽ ſi de beneficio reſtitutionis in integrum omnino certior factus non fuerit, beneficium reſtitutionis in integrũ, non quidem ad contractus infirmationem, ſed aduerſus læſionem læſo non impedietur,& prout latè deducere reſſeruo inferius in litera M. caut.161. Ex † quibus cõſilium erit pro minore prorſus nõ certiorato de reſtitutionis in integrum beneficio,vt contractum reſcindi non petat, quia non poteſt, ſed aduerſus læſionem petat reſtitutionem in integrum aduerſus ſolutionem conſumptam,ſi contigerit,iuxta ea,quæ tibi tradam in præd.caut.161. 3 4

## Caut. CXXXVI.

### De effectu iuramenti, quod ſe contra non ſeruantem promiſſa in contractu extendit.

*SVMMARIVM.*

***Iuramentum operatur, vt contrahens promiſſa non attendens infamis ſit, ab*** 1

*ab actione cadat, pęnam contractus ſoluat, & data reſtituat, quę omnia ſeruanti parti applicentur.*

*Item operatur, vt moræ impediat purgationem, ſub num. 2. verſic. & ideo.*

2 *Lex, ſi quis maior. C. de tranſ. non modo in tranſactione, ſed & in alijs omnibus contractibus vires ſuas extēdit.*

3 *Vendat ſi quis fundum pro x. & ad duplum pro euictione ſe obliget, emptorque quinque ſoluat, ac reſiduū infra tres menſes ſoluere promittat, & inter contrahentes de non contraueniendo iuratum ſit, emptor in termino ſoluere omittens cogetur ad ſoluendum, & venditor ab euictionis periculo liberabitur.*

4 *Compromiſſarij ſi laudent, quòd partium altera alteri intra mēſem quid faciat, altera verò intra annum, primus qui contrauenerit, alteri laudū ſeruare cogetur, alterque ab eo, ob contrauētionem, liberatus erit, vbicunque compromiſſo inter partes facto iuratum ſit de non contraueniendo.*

*Iuramentum in omni contractu apponi, propter eius mirabiles effectus, conſilium datur, ſub num. 4. & nu. 8.*

5 *Venditori datur cautela, quo poſſit quandoque fugere euictionis periculum.*

6 *Dies pro homine interpellat, & ideo qui iurat tali die ſoluere, ſi deſinit, patitur pœnas. l. ſi quis maior. C. de tranſa. abſque eo, quòd interpelletur.*

7 *Tranſactionis iuratæ vigore, ſi quis ſummam pecuniæ quandam ſoluere promittat in tot terminis, & in primis terminis portionem ſoluat, mox in vno deficiat, reſiduum totū, etiam non extante termino, ſoluere cogi poterit.*

IVRAMENTVM quoque præter ef-
fectus, quos in proximis duabus p̄-
cedentibus cautelis tradidi, & alios ope
ratur infradicendos, & notatu dignos.
Nam † iureiurando contrahens pro 1
miſſa non ſeruans infamis fit, ab actio-
ne cadit, pœnam in contractu inſertam
ſoluit, & data reſtituit, quæ omnia ſer-
uanti parti applicantur. l. ſi quis maior.
C. de tranſact. Quæ † quidem lex non 2
in tranſactione duntaxat (vt prima fa-
cie dicendum videbatur, arg. l. Impera-
tor. ff. de in diem adiect.) Sed & in om-
nibus, ac quibuſcunque contractibus
procedit, vt per Bart. ibi, num. 13. ac per
ſcrib. omnes ibid. cuiuſque rei commu-
nem eſſe opin. dicunt Dec. conſil. 352.
ſub nu. 7. & Rol. à Val. conſi. 57. ſub nu
mero 15. vol. 1. & conſ. 31. nu. 2. vol. 2.
& ideo ob d. l. ſi quis maior, Bart. in l. ſi
inſulam, num. 20. ff. de verb. oblig. dice-
bat, quòd ſi in contractu eſt promiſſa
pœna, & iuratum non contrauenire, iu-
ramentum impedit moræ purgationē,
quam etiā rem tradit Bart. in d. l. ſi quis
maior, nu. 11. Alex. num. 7. Iaſ. nu. 26.
Cur. num. 44. Parp. nu. 78. Cagn. num.
110. & 111. & iſtam opin. communi-
ter ſequuntur doct. vt teſtatur Alexand.
conſi. 59. vol. 2. Poma. ad ipſum Bar. in
d. l. ſi inſulam. d. nu. 20. in verbo, & iu-
ratē, litera C. ſequitur Ripa, poſt alios,
quos alleg. qui & communem dicit, in
d. l. ſi inſulam, num. 90. & ſub num. ſeq.
& communem quoque tradit ipſe Ri-
pa, in l. fi. q. 32. nu. 112. C. de reuoc. do
nat. & Laurentius Chircou. cū eis, quos
alleg. in 3. cent. com. opin. conclu. 49. in
litera M. num. 14. Proptereaque Mathę
ſyl. no. Limita incip. Nota magnum pe-
riculum, quem referunt Dec. d. conſil.
452. nu. 8. Rolan. d. conſi. 57. ſub d. nu.
15. & 16. & d. conſi. 31. num. 4. ac Tho.
Ferrat. caut. 20. ſub nu. 5. dicebat, quòd
† ſi tibi pro 10. fundum vendidi, meq; 3
ad duplum pro euictione obligaui, &
tu mihi quinque ſoluiſti, ac reſiduum
intra tres menſes ſoluere promiſiſti, &
per nos contrahentes de non contraue-
nien-

niendo iuratum fuerit, ac tu emptor in
termino ſoluere ommiſeris, cogeris
ad ſoluendum, & ego venditor ab eui-
ctionis periculo liberatus ero, ſubdens
dictum id admodum vtile pro eis eſſe,
4 qui † in arbitratores, & amicabiles com
poſitores compromiſſum fecerint (in-
tellige de compromiſſo voluntario, nō
de eo, qđ cogente ſtatuto fit, quia tunc
non procedet. d.l. ſi quis maior, vt ver-
ba ea ibi indicant, nullo cogente impe-
rio, per quæ ita etiam ſenſit Bar. in l. qui
fidem, nu. 7. ff. de tranſact.) ac non con
trauenire iurauerint, quia ſi arbitrato-
res laudant, quod vnus alteri intra men
ſem certum quid facere debeat, alter ve
ro alteri aliud intra annum. Primus, qui
contrauenerit, cōpromiſſum alteri ſer-
uare cogetur, alterque ab eo liberatus
erit: Illudque dictum Mathæſ. vt nota-
bile, ſequi Iaſ. in d. l. ſi quis maior, ac
Cur. Sen. ibid. refert Roland. d. conſil.
31. ſub num. 4. & num. 5. refert Cur. di
centem, quòd ad Mathæſ. ſit ſemper re-
currendum, ideoq; in omni contractu
iuramentum apponi (prout & ego di-
cebam ſupra caut. 134. poſt num. 1.)
Quia innumerabiles, & mirabiles ope-
5 ratur effectus: Et † certè ex prædictis
venditor, ſi cautus erit, facilè euictionis
periculum hoc modo euitabit, quia ple
rumque accidit, vt in termino empto-
6 res non ſoluant, qui † neque ad ſoluen-
dum interpellari debent, nam dies in-
terpellat pro homine. l. magnam. C. de
contrah. & commit. ſtipula. & ita ſenſit
Dec. d. conſi. 452. num. 8. & 9. Similiter
Ferrat. d. cau. 20. ſub d. num. 5. verſic. &
ſimiliter, refert Bapt. de S. Seuer. in ſuo
tract. de tranſact. in 15. quæſt. dicentem
ſe indicatum Bononiæ per D. Manfre-
7 dum de Forliu. vidiſſe, quod † cum ex
iuratæ tranſactionis cauſa quidam ſe-
ptuaginta ducatos in ſeptem terminis
ſoluere promiſiſſet, & primis duobus
terminis ille ſoluiſſet, mox tertio termi-
no in moram fuiſſet, quod poterat com
pelli ad ſoluendum totum reſiduum,
non expectatis alijs dilationibus, & hoc
ratione periurij, in quod, ob ceſſationē,
inciderat: Adhibe † igitur in tuis con- 8
tractibus iuramentum, quia facile ad-
uerſarius tuus tibi, ſecūdum. d.l. ſi quis
maior, & dicta doctorum, per eam. l.
obnoxius remanebit, & tu prædictorū
memor ſis, vt ſuis loco, & tempore in
praxi eis vti non ignores. Legis autem
huius requiſita, & practicam latius tra-
ctabo infra in litera L. caut. 145. incip.
Legis, ſi quis maior, vbi ad pleniorem
ſatisfactionem recurre, & vt ſcias quan-
do ipſius legis beneficio vti poſſis.

## Caut: CXXXVII.

### De infirmanda per ſtatutum iuramenti virtute, quo ad minores.

*SVMMARIVM.*

*Iuramentum eſt quid ſpirituale.* 1
*Statutum contra iuramentum, vel eius obſeruantiam nihil diſponere poteſt.* 2
*Amplia, nu 5.*
*Limita, nu. 3.*
*Facta difficilius tolluntur, quàm fienda impediantur.* 4
*Statuentibus conſilium datur, quo caueant, ne minores iuramento lædantur. Quod dilucidatur, nu. 13. & 14.* 6
*Aliud melius traditur conſil. nu. 16 & ſeq & nu 22. declaratur quo pacto procedere debeat.*
*Statutum ſi prohibeat, ne minor, aut aliqua perſona cum eo contrahat, & minor contrahat, ſed iuret, an iuram. contractum roborabit. & numero 10.* 7
*Legis præceptum qui ſpernit, contra illud faciendo, peccat mortaliter, quod*

*quod intellige ſecũdum tradita ſub numero 12.*

9 *Iuramentum peccati inductiuum nihil operatur.*

11 *Lex, vel ſtatutum quando aliquid præcipit, quod eius reſpiciat fauorem, cui præceptum eſt factum, præceptum illud eſt potius conſilium, quã neceſſarium habeatur præceptum.*

12 *Iuramento ille contractus firmari nequit, qui principaliter ob publicæ vtilitatis fauorem prohibetur.*

15 *Iuramentum dolo inductum ſeruandũ non eſt.*

18 *Iuramen. non firmat contractum ſimulatum.*

*Limita num. 19. & 20.*

21 *Simulationis exceptionis licet renunciatio, quando incontinenti fit, non valeat, tamen ſecus eſt, ſi ex interuallo interueniat.*

22 *Statutum ſimpliciter diſponens, quòd contractus ſine decreto per minorem factus dolo initus fingatur, vel ſimulatus, ad contractum iuratum non extẽdetur, ſecus ſi diceret, quòd etiam ſi iuramentum interuenerit, dolus, aut ſimulatio præſumatur, iuxta ſupra tradita, num. 16.*

IVRAMENTVM quantæ ſit virtutis in ſuperioribus tribus cautelis au diſtis, hic quædam aliæ eius virtutes dicendæ ſunt, & mox docendum, quonam pacto ſtatuto ipſius iuramenti virtutes, quoad minores infirmari valeãt, quod tradere voluimus, reſpiciẽtes minorum ipſorum fragilitati, & imbecillitati. Pro introductione igitur ſcias, ꝙ
1 † iuramentum eſt quid ſpirituale. c. 2. extra de iureiur. in 6. Et ideo, quia laico
2 rum † ſtatutis nihil de ſpiritualibus diſponi poteſt. c. tuam, cum ſim. extra de ord. iud laicorum ſtatuta ipſa contra iuramentum, vel eius obſeruãtiam diſponere nequeunt, prout etiam tenuit Bar. in l. omnes populi, in 2. q. 3. q. principalis, ſub num. 22. ff. de iuſtit. & iu. ad qđ vide doct. in c. eccleſia. S. Mariæ, & præſertim Fel. vbi diffuſè, extra de conſt. & tradunt ſcrib. in c. cum contingat, extra de iureiuran. & iſtam communem eſſe opin. tradit, quantumcunque magna ſit principis ſtatuentis authoritas Thom. Ferrar. caut. 16. in prin. ubi plures refert concord. Iſtud † autem verum intelligas ſuper iuramento iam pręſtito, ſecus ſuper præſtando, quia tunc ſtatutum iuramentum præſtandum prohibens valet pro quo facit tex. in l. quæ ſub conditione, in princ. & §. quoties. ff. de cond. inſt. gl. quæ ita intelligitur, in l. adigere. §. quamuis in verbo, lege Iulia. ff. de iure patron. & ita poſt Imo. diſtinguit Domin. de S. Gem. in c. quamuis, col. fi. extra de pact. in 6. & Iaſ. illam gl. declarãs, in auth. ſacramenta puberum, num. 82. C. ſi aduerſ. vend. Dominus meus Ioã. Cephal. conſi. 466. num. 67. Rationem autem, quare magis ſuper præſtando, quam ſuper præſtito ſtatutum diſponere valeat, tradita habes per Iaſ. in loco præd. ſub dicto, nu. 82. Nam † facilius 4
ea quæ fienda ſunt, impediuntur, qua quæ iam facta ſunt, tollantur. l. patre furioſo, & ibi not. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. cum ſimil. & ideò etiã Iaſ. ipſe veriorem putat opin. vt ſtatutum præſtiti iuramenti virtutem infirmare non poſſit, imo plus dicit, quòd † nec 5
id ex rationabili cauſa facere valeat, vt ipſe in d. anth. ſacr. pub. nu. 83. Statuentes † igitur minorum fauore, ne iura- 6
mento lędantur (iuxta text. d. auth. ſacr. pub.) diſponere contra ipſam authenticam volentes, prohibere poterunt: Ne a modo ſuper eorum contractibus iurare poſſint, cum (vt dixi) ſuper præſtando iuramento diſponere valeant, pro quo tamen ſequere vt dicã infra nu. 13.

Quidam † autem illud afferrent remedium, vt ſcilicet ſtatuentes (etiam ſi iuramentũ de futuro non prohiberent) ſimpliciter eorum verba in minorum, 7

vel

vel in eorum perſonā qui cum minoribus contraherent, dirigerent; videlicet ſtatuendo, ne minores, aut aliqua perſona cū minoribus contrahat; quia tunc iuramentum per minorem contrahentem præſtitum nihil operaretur, iux. tradita à Bart. in l. ſi quis pro eo, in 3. & 5. memb. tertij memb. principalis, ſub nu. 9. & 11. ff. de fideiuſ. & in d. authen. ſacr. pub. nu. 15. quibus in locis tenet, quòd ſi lex, vel ſtatutum præcisè prohibet perſonam contrahere, contractus iuramento non firmatur; ſecus ſi ſimpliciter, abſque ſpeciali perſonæ prohibitione, contractum ſolum prohibeat; puta dicendo, quòd non valeat contractus cum tali perſona initus; quia tunc, cum præceptum ad perſonam nō dirigatur, inquit Bar. iuramento contractus firmatur: Caſus autem prioris, de perſonali prohibitione quam cōtra iuramentum extare dicit, rationem illam affert, quòd tunc, cum contra legis præceptum iuramentum appoſitum reperiatur, nihil
8 operatur; nam † qui contra legis præceptum facit, mortaliter peccat. c. 2. ex. de
9 maior. & obed. & ideo † iuramentum peccati inductiuum nil operatur. d. c. cū contingat, extra de iur. & d. c. quamuis, ex. de pact. in 6. cum ſim. & iſtam Bartoli opi. ſequi videtur Papien. in for. libeli, ſuper pet. reſtitu. in integ. in verbo, tunc iurauit, ſub nu. 11. verſic. ueruntamen, & Ioan. Ceph. d. conſi. 466. nu. 48. & 62. vbi & Bartolum in alijs locis, & authores alios pro hac re adducit: ſed
10 † certè remedium iſtud ſtatuto adductū nihil proficeret; quoniam hæc Bartoli traditio iure non ſubſiſtit; nanque (vt in d. auth. ſacr. pub. Saly. col. fi. inquit) talis Bartoli differentia magis eſt verbalis, quam realis; & idem contra Barto. tenet Fulg. in d. auth. ſacr. puberum, qui dicit, quòd plura vidit Canoniſtarum conſilia contra Bar. & quòd pluries ipſe contra talem ſententiam reſpondit; idem tenent Pau. de Caſt. in d. l. ſi quis pro eo, & in d. auth. ſacr. pub. D. Ant. Io. de Lig. Imo. & Panor. in d. c. cum contingat, quos refert Iaſ. in ipſa auth. ſacram pub. ſub nu. 51. vbi Bartoli communiter, tam per Canoniſtas, quam per legiſtas, damnatam ſententiam inquit. & certè pro communi opinione, ac Bartolo contraria, optimè illa facit ratio, ſaltem quoad prohibitionem perſonæ minoris; Nam
† quando lex, ſtatutumve aliquid præ- 11
cipit, quod eius fauorem reſpiciat, cui præceptum factum eſt, præceptū illud potius conſilium, quàm neceſſariū mādatum, habetur. l. 2. §. fin. ff. man. & facit tex. in l. cum pater. §. mando. ff. de leg. 2.
bene verum eſt, quòd † quando lex, aut 12
ſtatutum aliquem reprobat, principaliter in publicę vtilitatis fauorem, contractum, iuramento contractus ille firmari nequit. cap. ſi diligenti, circa fin. de foro comp. & vt tradit Bar. in d. l. ſi quis pro eo, nu. 8. de fideiuſ. Papienſ. in d. verbo, tunc iurauit, num. 9. Quo ſanè caſu dici poſſet, mortaliter eum peccare, qui contra talem legem faceret. Iſtud quoque remedium ex Bartoli ſupradicta doctrina de ſumptum reprobat Iaſ. idem, in d.
auth. ſac. pub. in fine. Quatenus † autem 13
ſuperius dixi, quòd ſi ſpecialiter ſtatutum prohiberet, ne iuramentum de futuro præſtaretur, valeret, illud remediū ſolidum adeo non trado, vt cum mox contra ſtatutum iuramentum ſit præſtitum, obſeruari non debeat; Nam & d. lex, quæ ſub cōditione, ſuper qua tale fundatum eſt remedium, id mihi non probat; bene probat, præſtandū remitti poſſe iuramētum, & pariter ratio, quam ſupra tradidi contra Bartolum volentē iureiurando pactum illud non firmari, quod perſonaliter prohibetur, hic etiā militat; quia ſcilicet ex ſtatuto prohibente, ne minor iuret, cum prohibitio principaliter minoris reſpiciat fauorem, videtur conſilium magis, quam neceſſitas inducta. d. l. 2. §. fi. ff. man. & d. l. cum pater. §. mando, de leg. 2. Bene verum eſt,

A a quòd

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

14 quòd † cautela illa, & maximè ĩ modũ,
in quem ego poſui ( videlicet vt ſtatutũ
dicat, quòd minores in contractibus iu-
rare non valeant) ſaluari poteſt, non per
gl. in d. §. quamuis, nec per d. l. quæ ſub
conditione; ſed per tacitam rationem ex
ſtatuto reſultãtem; Ne ſcilicet minores,
quid agant ignorantes, ad tale iuramen-
tum dolo inducantur, ac proinde deci-
piantur; ex qua ratione videtur oriri do
li præſumptio in tali contractu iurato;
quæq; ratio, tanquam vnica, videtur in
ſtatuto expreſſa, arg. l. 2. ff. de lib. & po-
ſthu. & iuxta tradita à Soci. conſil. 1. ſub
nu. 1. vol. 1. & Dec. cõſ. 372. nu. 5. Dolo
15 † autem iuramentum introductum ſer
uandum non eſt, d. c. quamuis, de pact.
in 6. cum ſim. Huic tamen conſideratio
ni Bartoli obſtat authoritas, in d. l. om-
nes populi, nu. 25. dicentis, quòd ſi ſta-
tutum diſponeret, vt minoris contra-
ctus, etiam iuratus, non teneat, niſi duo-
rum conſanguineorum interueniat con
ſenſus, non valeret. Vt ergo omnia tol-
16 lantur dubia, ſtatuentes † dicant, quòd
minorum contractus ſine decreto facti,
vel abſque duorum conſanguineorum
præſentia, etiam ſi iurati extiterint, non
valeant; & ſi aliter fiat præſumantur mi
nores ipſi ad contrahendũ dolo, vi, me-
tuue inducti; quia tunc ita ſtatutum in-
directè iuramenti vires infirmare pote-
rit, vt tradit Barto. in d. l. omnes populi,
ſub d. nu. 25. qui eſt in d. 2. q. 3. quæſtio
nis prin. & ita iudicari vidiſſe dicit Bart.
ſequitur Bal. Pau. de Caſt. Sal. in d. auth.
ſacr. pub. & ibi Iaſ. nu. 85. vbi alias alleg.
authoritates, iſtamque communem tra
dit, quanq; communem affert Cur. iun.
conſ. 118. nu. 6. quem refert Bap. à Villa
lob. in ſua collecta com. opi. litera. I. nu.
152. adde Ferratiũ, d. caut. 16. vbi egre-
giè de hoc diſſerit, & ipſum omnino vi
dẽdum trado; & pro qua etiam re vide
omnino Panor. in d. c. cũ contingat, ſub
nu. 11. verſ. & dico ſic, & conſi. 71. vol.
1. vbi declarat, quomodo hęc Bartoli, &
aliorum opinio procedere poſſit. Idem-
que † eſſet, ſi ſtatutum fingeret contra- 17
ctum ſimulatum; quãdoquidem † iura 18
mentum contractum ſimulatum nõ fir-
mat, glo. eſt ſing. in l. emptione. C. plus
val. quod ag. quam ſequuntur ibi Doc.
& Franc. Zabar. in c. ad noſtram, in 2. q.
ex. de emp. & vend. ac tradit Bal. in l. ro-
gaſti. §. ſi tibi, col. vlt. ff. ſi cer. pet. Ang. in
rub. ff. de iureiur. col. vlt. Caſt. in l. con-
tra legem. ff. de legibus. Cæpo. in tract.
de ſimul. contractuum, in 7. pręſump. 3.
caſus prin. nu. 46. Gloſ. conſ. 59. ſub nu.
11. vbi ait, quòd iuram. facit cõtractum
magis ſimulatum, & ſuſpectum, arg. eo
rum, quæ habentur in c. ſuper hoc, de
renun. gl. no. vbi Bart. in l. ſi qs ſub cõd.
ff. de cond. inſt. quod † tamen Cæpo. di 19
cto loco limitat, niſi expreſſe iuratum
fuerit, omnia, & ſingula in inſtrumento
contenta vera eſſe, quia tunc quis ſimu-
lationem allegando cõtra iuramentum
veniret; ſecus quando quis ſimpliciter
non contrauenire iuraſſet: tunc enim iu
ramentum non obſtaret, ſecundum Io.
de Imo. in d. c. ad noſtram, ad fi. Pro hac
luni. adde D. Ant. in d. c. cum contingat,
Alex. conſil. 37. vol. 2. Goz. d. conſil. 59.
nu. 17. tenentes id verum etiam ſi eſſet
petita, & obtenta abſolutio à iuram. &
communem dicit op. Goz. ibid. ſub nu.
22. Similiter † limitat Cæpo. procedere 20
illud, quod dicitur, iuramentum in con
tractu ſimulato appoſitum non opera-
ri, ſi incontinenti apponatur; ſecus ſi ex
interuallo; quia tunc (inquit Cæpo.) cõ-
tractus talis validaretur, arg. l. 2. cum ibi
no. C. quod met. cau. & pro qua re addu
cit Cæpo. notata per Bar. in l. nemo po-
teſt, ver. quęro an renuntiatio exceptio-
nis, num. mihi 11. ff. de leg. 1. vbi dicit,
quòd † licet exceptionis ſimulationis re 21
nuntiatio non valeat, quando inconti-
nenti fit, ſi tamen ex interuallo, poſt in-
ſtrumentum, ſiue cõtractum, fiat, ſecus
eſt. Adde D. Ant. de But. in d. c. cum con
tingat, D. Card. & Pet. de Anch. ac Io. de
Imo.

Imo in d.c.ad noſtram, Lud.Rom.in l. ſi quis,cum aliter.ff.de verb.oblig.quatenus autem dictum eſt,quòd fictio per ſtatutum ſupradicto modo inducta, introduci poſſit, & contra iuramentũ operetur,Laſ.in d.auth.ſacr.pub. nu.86.aduertẽdum ſubdit, quod † ſi ſtatutũ ſimpliciter diſponeret, vt contractus per minorem ſine decreto factus, dolo factus fingatur, vel ſimulatus præſumatur, ipſum ſtatutum ad contractum iuratum non extenderetur: ideo ſtatutum mentionem expreſſam de iuramento faciat.

## CAVT. CXXXVIII.

De iuramento calumniæ, ſuper delatione iuramenti, parti facta, præſtando: Et de obuianda delati iuramenti reuocatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum qui alteri defert, prius de calumnia iurare debet.*

2 *Iuramẽtum calumnię licet hodie in initio cauſæ generaliter præſtetur, tamen quando iuramentum ante litem conteſta.à parte parti defertur, ſpeciale requiritur calumniæ iuramentum; nam generale poſt lit conteſt. pręſtatur: ſecus eſt, ſi iuramentum poſt lit.conteſt deferatur, & ſic poſt præſtitum calumniæ generale iuramentum, nu.3.*

*Et ideo ſi antequã generale præſtetur calumniæ iuramentum alicui iuſiurandum deferatur, conſilium ei, cui delatum eſt,datur,vt deferentem de calumnia iurare faciat, nu.4.*

5 *Terminus ad præſtandum calumniæ iuramentum non datur; ſed bene ad præſtandum iuſiurandum delatum reo terminus, ſi petat, dabitur.*

6 *Iuſiurandum deferens pęnitere poteſt, & illud reuocare intra tẽpus, quod reo ad illud ſuſcipiendum cõceditur.*

*Ne tamen pęnitere, vel reuocare valeat, conſ.datur, nu.7.*

IVRAMENTVM † deferẽs prius de calumnia iurare 1
debet. l.iuſiurãdum & ad pecunias. §.qui iuſiurandum.ff.de iureiu.& l.quęſtionem. C.de fideic.gl. & Doct.in c.ſi. ſuper verbo,famoſa,in fine, ex.de iureiur.Pract. Papienſ. in forma iuramenti, quod præſtatur à parte parti, in verbo,
dicit,nu.3.Boer.deciſ.243.nu.1. Et † li 2
cet hodie in cauſæ initio generale præſtetur calumniæ iuramentũ. l.2.in prin. C.de iur.cal. tamen quando iuramẽtum ante lit.conteſt.defertur,ſpeciale calumniæ iuramentum neceſſarium eſt; quoniam generale poſt lit.conteſt.defertur,
d.l.2.C.de iu.cal.ſed † ſi poſt litem con 3
teſtatam iuramentum deferatur,tunc calumniæ generale prius præſtitũ ſufficit, ita per Phil.Cor.d.l.quæſtionem,nu.3.
Boer.vbi ſupr.Ideo † caueat reus,cui ab 4
initio delatum eſt iuramentum, quòd actorẽ de calumnia iurare faciat, vt ita docet Boer. d.deciſ.243. ſub d.nu.1. Et
† ad illud præſtandum terminus nõ da 5
tur,vt no. Doct.in c.cum cauſam,ex.de iu. cal.Soc.reg.258.litera.I.Boer.vbi ſupra; ſed bene ad præſtandum iuſiurandum reo, ſi petat, dilatio danda eſt.d.l.
iuſiurandum, in princ.interim † tamen 6
actor pęnitere poterit,& reuocare.l.non erit.§.fi.cum l.ſeq.ff.de iur. Ideoq; cautelam dedi ſupra caut.132.ſub nu.3.ſecũdum Bar.quẽ ſequuntur Doc. Quòd
† ſtatim reus delatum acceptet iuramẽ 7
tum;ſed dicat,quòd ſuper eo deliberare vult,quid iuret; Nã poſt talem acceptationem deferens, niſi iuſta de cauſa,reuocare non poterit,vt p Doc.in l.ſi quis iuſiurandum.C.eo.tit.& Boer. d.deciſ.243.ſub num.2. Materiam autem iuramenti huius, quod defertur à parte parti, latè tractaui ſupra d.caut.132.

## CAVT. CXXXIX.

De feudi conceſſione, quę merum quoq; contineat imperium.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuriſdictio in genere ſumpta merum etiam, & mixtum comprehendit imperium.*

2 *Caſtro cum iuriſdictione à Principe cõceſſo, merum quoque & mixtum veniet imperium.*

*Intellige tamen vt nu. 6.*

*Ac quia aliqualem illud patitur controuerſiam, quod dixi in Caſtri conceſſione merum ineſſe, & mixtũ imperium, vtere conſilio tradito nu. 4.*

3 *Beneficia Principis latiſsimè ſunt interpretanda.*

*Limita nu. 7.*

5 *Caſtrum, quod alteri loco ſubeſt, ſi à Principe concedatur, ut merum etiã imperium veniat, quę verba in conceſſione eſſe debeant.*

8 *Verba ſuperflua in priuilegijs eſſe non debent.*

9 *Princeps alteri expreſſe præiudicare poteſt. Et quando conceſſionis Principis verba alteri prǫiudicare interpretentur, nu. 10.*

11 *Cumulatio verborum magis, quam ſimplex diſpoſitio, operatur.*

1 IVRISDICTIO † in genere ſumpta merum quoq; & mixtum complectitur imperium, vt tradit glo. in l. imperiũ, in verbo, mixtum, verſ. & dic, quòd nomine iuriſdictionis, & ibi ſequitur Bar. in 3. q. nu. 4. ff. de iuriſ. om. iud. Idem voluit glo. in §. iuſiurandum, in verbo, iuriſdictione, in Auth. de defenſ. ciui. & Alex. in l. 1. nu. 3. ff. de offic. eius. & hæc ſententia communi eſt Doctorum calculo recepta, ut tradit Iaſ. ſub nu. 9. ĩ fi. & Dec. in d. l. Imperium, num. 26. Alc. in c. quod ſedem, nu. 38. de offi. ord. Mich. Graſſus in li. 2. cõ. opi. c. 7. iuriſdictio. 1. E manu. Soar. in ſuo Theſ. recep. ſent. litera. I. nu. 264.
Propterea que † infertur, quòd ſi alicui 2
Caſtrum à Principe, cum iuriſdictione conceſſum fuerit, merum etiam, & mix
tum inerit imperiũ; Etenim † Principũ 3
beneficia latiſſimè ſunt interpretanda. c. cum dilecti, ex. de don. l. fin. ff. de conſt. Princ. Et ita merum, & mixtum venire in hac conceſſione imperiũ, tenuit Old. Laud. conſi. 252. incip. ad quæſtionem, ver. mihi autem Old. Io. And. ad Spec. in ti. de iuriſ. om. iud. §. 1. ſub nu. 16. in verbo, paſtoralis, litera. L. Bald. in d. l. fi. col. 2. ff. de cõſt. Prin. vbi dicit, quòd ſi Princeps donat mihi ſimpliciter Caſtri iuriſdictionem, videtur omnem donare iuriſdictionem, & ſic illam, quæ eſt nomẽ generis, & ſic omnes redditus cauſarũ ciuilium, & criminalium ad me pertinebunt, arg. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfec. vrb. Idẽ & fortius tenet ipſe Bal. in l. cum multa, poſt Gui. & Rav. ibi. C. de bon. quę lib. q. ſi Caſtrum alicui concedatur ab Imperatore, vel eccleſia Romana ſimpliciter, nõ ẽt aliquo dicto dę iuriſdictione, tamen intelligitur cũ pleniſſima iuriſdictione conceſſum, per d. l. 1. §. cum vrbem, & in l. 2. C. de fun. limitro. lib. 12. Intellige tñ, ſm eum, de iuriſdictione, quæ territorio circunſcribitur; non de ea, quæ ratione priuilegij perſonæ alicui competijſſet, fortè anteceſſori, per no. à Dyno in l. ergo. ff. de acq. rer. do. ſecundo intelligitur ſaluo iure vaſſallorum, per no. in c. 1. de cap. qui cu. ven. ſupradictam quoq; opin. tenent Card. Alex. in d. c. 1. de cap. qui cu. ven. in vſibi feu. Alex. cõſ. 35. viſo proceſſu, nu. 1. & ſeq. vol. 4. Pract. Papienſ. in for. libelli pro act. confeſ. pro ſer. in verbo, plenam, & omnimodam, nu. 2. vbi nu. 3. ait, quòd etiam ſi Princeps vtatur verbo, concedinus, iſtud verbum tranſlationem importat iuris totius iuriſdictionis, arg. c. Abbate, ex. de verbo. ſignifi. in l. 1. ff. de conſtit. Princ. & d. l. 1. d. §. cum vrbem, de offic. prefecti vrb. non autem nudum iuriſdictionis exercitium, vt

quidam

quidam dixerunt, argum. eorum, quæ
de huius verbi ſignificato tradũtur per
gloſſam, & Bar. in l. fin. in prin. ff. de do-
nat. ſic & ex conceſſione Caſtri prædi-
cta merum, & mixtum tranſire impe-
rium communiter, imò ab omnibus te-
neri aſſerit Iaſ. nu. 11. (licet mox in con
trarium reluctetur) communemq́; ſen
ſit Dec. in d. l. imperium, ſub d. nu. 26.
ibi, ſolus Iaſon, vbi cum nu. 27. & ſeq.
reſpondet fundamentis Iaſonis contra-
rium tenentis in eadem. l. Imperium, &
iſtam quoq; communem exprimit, ad-
ductis argumentis in vtranque partem,
& limitationibus. Alciat. in d. c. quod ſe
dem, nu. 26. cum ſeq. quem refert, com
munem iſtam dicens Laur. Chircouius
in 2. cent. com. opin. litera I. concluſ. 99.
ſub num. 32. Quia tamen iſthæc opin.
aliquam patitur dubitationem, vt pe-
nes Iaſ. vides, in d. l. Imperium, nu. 11.
& Alcia. vbi ſupra, & apud alios videre
potes: Ad hoc, vt omnes tollantur diffi
cultates, & controuerſiæ, & abſque du-
bio ſub hac iuriſdictionis conceſſione,
merum, & mixtum veniat imperium,
4 conſilium † eſt, vt in inueſtitura vaſſal-
lus apponi cautus ſit, quod Princeps ta
lem locum, cum omnimoda, ſeu pleniſ
ſima iuriſdictione concedit, tunc enim
merum, & mixtum imperium contine
ri apertiſſimum erit, vt probat tex. in l. ſi
in aliquam. §. cum pleniſſimam, vbi gl.
1. ff. de offic. proconſ. & vt per gl. in cle.
1. in verbo, omnimodam, de foro com-
pet. & ita tenet quoque Iaſ. in d. l. Impe-
rium, num. 12. & ſub num. ſeq. in fine.
5 Et † fortè talis proderit adiectio, vt etiã,
cum Caſtrum, quod alicui ſubſit Ciui-
tati, ſic conceditur, merum, & mixtum
veniat imperium, ob verborum eorum
6 prægnantiam, cõmunem † enim opin.
contra Iaſ. procedere duntaxat opinor,
quando locus aliquis cõceditur, qui de
per ſe regitur, & ſuperiorem alium non
habet locum, quoniam quando alteri
loco ſubeſſet, conceſſio talis in loci ſupe
rioris detrimentum reſultaret: At † prin 7
cipum beneficia ſimpliciter conceſſa in
alterius præiudicium extendi non de-
bẽt. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco pub.
Quòd modò verba illa prægnantia (ple
niſſimam, ſeu omnimodam iuriſdictio
nem) etiam in loci dominantis damnũ
extendi valeant, facit quia in † priuile- 8
gijs, ſeu talibus conceſſionibus verba ſu
perflua haberi non debent, c. in his, de
priu. & c. ſi Papa, eo. tit. in 6. & facit tex.
in l. ſi quando, de leg. 1. cum ſim. verba
autem prædicta (ſi tradita ſupradicta cõ
tra Iaſ. concluſio vera eſt) ſuperflua ha-
berentur, niſi plus operarentur, quàm
etiam nudum, & ſimplex iuriſdictionis
nomen, ergo. Quinimo (ex † quo Prin 9
ceps alteri expreſsè præiudicare poteſt.
d. l. 2. §. ſi quis à Principe, ne quid in lo-
co pub. faciunt tradita à Dec. conſ. 588.
ab initio, vſque ad nu. 7.) Decius inquit
in c. ſuper eo, de officio delega. in 1. no.
& in l. 1. ſub num. 21. C. de ſecun. nupt.
Quòd † de Principis mente apparet, eũ 10
tertio præiudicare voluiſſe, quãdo aliàs
ipſius conceſſionis verba nihil operarẽ-
tur, & ita quoq; refert Dominus meus
Io. Cephal. in conſi. 87. nu. 11. Prædicta
corroborantur, nam dici ſolet, q † ver- 11
borum cumulatio plus, quam ſimplex,
& nuda diſpoſitio operatur. l. ſi ſtipula-
tus. ff. de vſur. Ideo cum in conceſſione
talis adeſſet ſermonis plenitudo, in alte
rius quoq; detrimentum extẽdi poſſet,
quod nota, & perpetuo memoriæ com
menda, quia maximi ponderis, & com-
pendij talia verba tibi quandoque eſ-
ſe poterunt.

## Caut. CXL.

## De reſcindẽda vẽditione, vel ne.

*SVMMRIVM.*

*Venditore læſo vltra iuſti precij dimi-* 1
*diam, in emptoris arbitrium eſt, vel*

*rem reſtituere, recepto tradito precio, vel iuſtum ſupplere valorem, ꝙ & è conuerſo locum habet, cum emptor læſus ita eſt, nam ſcilicet in venditoris eſt arbitrio, aut reddere quod ſupra iuſtum precium eſt, aut rem venditam recipere reddito precio. Ideò & in hoc conſilium in concipiendo libello traditur, quod tamē pro neceſſario non aſſignatur. Et quę ſit vltra dimidiam læſio traditur ſub eodem num. 1. verſi. Et læſio.*

2 *Læſionis vltra dimidiam prætextu ne quis conqueri valeat, remedia traduntur, nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

*Et læſionis citra dimidiam prætextu vt quis conqueri poſſit, remedia dantur, num. 8. & 9.*

*Quæ tamen dubia ſunt, vnum autem trado indubitatum remedium, n. 12.*

10 *Bono viro non conuenit, vt alterius rē contra conſcientiam habeat.*

11 *Bonus quilibet in dubio præſumitur.*

13 *Renunciatio euangelica locum quando habeat, ac nu 15. & iudic s partes quæ ſint in hac exercenda denuntiatione, num 14.*

*Et quid ſuper ea in procedendo ſeruandum ſit, num. 16.*

*Minor in contractu vltra dimidiam læſus, etiam ſi iurauerit, habet beneficium l. 2. C. de reſcind. vend niſi modò ipſi legi renuntiaſſet, ſub num. 7. verſi. Item circa. cum ver. Niſi ipſe.*

1 LÆSO † vēditori vltra iuſti precij dimidiā (ſcis) ꝙ vel res reddi debet, & precium reſtituat, vel iuſtū ſupplendum eſt precium, quòd in emptoris arbitrium exiſtit, vt eſt text. in c. cum dilecti, ex. de empt. & vend. & eſt tex. & gl. fi. ac ibi Bal. hoc dicit, in l. 2. C. de reſcind. vend. Pract. Papien. in forma libelli in cauſa vend. in verbo, pro precio, num. 3. Ludouic. Gozad. conſil. 44. nu. 10. Iaco. Phil. Por. in 1. lib. com. conclu. reg. 36. in princ. quem omnino pro hac materia vide late ponentem & ampliationes, & limit. Adeo aūt verum eſt, illud in emptoris eſſe arbitrium, vt non defuerint doct. dicentes, ꝙ ſi vnum tm̄ peteretur, actor ſuccumberet, vt inter alios practicus Marā. de ord. iud. par. 3. ſextæ par. prin. ver. ſecūdus actus principalis, aliàs incipit, appellatio, nu. 81. & nouiſſimè Rolā. à Valle conſi. 59. nu. 8. vol. 1. Nam & libellū alternatiuè cōcipi magis laudauit Bar. in d. l. 2. ſub nu. 16. ver. vel aliter (qui tñ non dicit, ꝙ ſi aliter fiat, libellus ſit ineptè conceptus) & ad quod eſt tex. & ibi no. oēs, in c. ad noſtram, extra de emptio. & vendit. tradit Iaſ. in l. vbi aūt. §. qui illud, ſub n. 2. ver. adde primo. ff. de verb. obl. Ripa in l. 1. §. quia aūt, ſub nu. 6. ff. quorū leg. & in l. edita, ſub nu. 17. ad fi. C. de eden. Qui tñ Doct. neq; ipſi dicunt, ꝙ de neceſſitate ita ſit concipiendus libellus, prout & crebrior eſt ſnīa ſic neceſſario non eſſe concipiendum libellum, ſed ſi concipiatur, ad bene eſſe erit, & ſi nō alternatiuē concipiatur libellus nō vitiabitur, quia ſm ſubiectam materiā intelligi debet, vt dicit Sal. in d. l. 2. cōem ita eſſe oīum op. quam tenet. d. Abb. in d. c. cū dilecti, & ibi oēs ſequuntur, & ſubdit Abb. ꝙ ſi iudex ad alterū duntaxat cōdemnauit, appellationis iudex ſnīam reformare pōt, & alternatiua reum condemnare, & ita quoq; refert Lud. Gozad. d. conſil. 44. nu. 11. Quæ aūt pro venditore ſunt dicta, ex aduerſo locum ēt habent in emptore vltra dimidiā læſo, vt vel res recipiatur, reddito precio habito, vel qđ vltra iuſtū eſt precium, reſtituatur, idq; in venditoris arbitrio pariter poſitū erit, & hæc expreſsè dicit gl. in d. l. 2. in verbo, iudicis ver. Item hēt locum lex iſta è cōtra, & in gl. fi. & ſequitur Bar. ibi, & alij oēs tradunt & alij, de quibus Port. in d. reg. 36. ampl. 9. & Papie. vbi ſupra. Conſilium itaq; ſit (quod & ad benè eſſe & ad omnes ꝑderit vitandas difficultates) vt ille, qui vltra iuſti precij dimidiam

læſus

læſus eſt, alternatiuè intentionem ſuam
potius concipiat videlicet, vel contra-
ctus reſciſſionem, vel firmo manente
contractu, indemnitatem à leſione, con
cludat: Sed an hoc in caſu neceſſaria e-
rit proteſtatio, per actorem fiẽda, quòd
alterã duntaxat actionem proſequi in-
tendit? Breuiter dic quòd non, iuxta tra
dita per Salyc.& Fulg. in l.quod in hæ-
redem.§.eligere. ff. de tribut. act. ac per
Canoniſtas communiter in cap. conſti-
tutus, extra de in integ.reſtit. (licet glo.
contrarium ſenſerit in d. §. eligere, per
tex.in d.l.1.d.§.quia autem. ff.quorum
leg.) & ita cum cõi opi.tranſit Ripa.d.§.
quia autem ſub nu.11. Et læſio hæc vl-
tra dimidiam erit, cum vel venditor ali-
quo minori precio citra dimidiam valo
ris illius rei, rem vendiderit, vel emptor
vltra iuſtum preciũ, aliquo maiori pre-
cio ſupra iuſti ipſius precij dimidium
emerit, vt cõem dicunt Fabian.de empt.
& vend.q. 8. Ant.Gomez. de contract.
c.2.num.22. quos refer. Eman.Soar.in
ſuis com.opi.litera L.nu.1. vbi de læſio
ne vnius dũtaxat nũmi loquitur, quod
& firmat Cagn.in d.l.2.nu.138.& ſeq.
C.de reſc.vend. Pro quo etiam vide Pa-
pien. exemplum ponẽtem in d.for. lib.
in cau.vendit. d.verbo, pro precio, ſub
nu.4. Vt autem læſionis huius prætextu
nulla poſſit oriri querela, nonnulla hic
tradere remedia operę precium duxi.

2 Et primũ illud eſt, quòd † in inſtru-
mento venditionis inſeratur, ꝙ quis ꝓ
tanto rem vendidit, & illud plus, quod
valebat dedit emptoriq́; donauit, ſiue
venditor ſciat, ſiue iuſtum ignoret pre-
cium, vt voluit Barth.Soc.reg.281. lite-
ra L.fallen.1.qui allegat Bart. ante alios
in d.l.2.C.de reſcin.vend. ita not.quod
ego in meis codicibus, iuxta id, quod
Soc.dicit per Barto.notatum non inue-
nio, nam video, quòd & in l. ſi quis cũ
aliter, nu.7.ibi, Quæro dicitur in inſtru
mento venditionis, & c. ff.de verb.obl.
& in d.l.2. vbi Socin. allegauit Bartol.
num.14.& 15.diſtinguit, vtrum vendi
tor rei valorem ignorauerit, nec nè, pri-
mo caſu dicit non poſſe ita donanti au-
ferri beneficium ſuum, niſi ad modicũ
tantum hęc adiectio relata eſſet, l.cũ fur
ti. ff.de in lit.iur. & l. hæc adiectio. ff.de
verb.ſign. Secundo caſu ſibi præiudica-
re in quamcunque ſummam, nam non
videtur deceptus qui ſciuit.l.1.ff.de act.
empt.& vend.& l.nemo videtur frauda
re.ff.de reg.iur.& ita Bar.vtroque in lo-
co, & in vtroque caſu communiter ſe-
quuntur ſcrib. & in alijs locis Docto.vt
latè docet Hier.Cagno. in d.l.2.ſub nu.
124.& ſub num.129. ad quod etiam vi
de Port. & quos alleg. in d.reg.36. lim.
1. Dominum Iacob.Menoch.de arb.iu-
di.lib.2.caſu 144. nu.2.num.13.& ſub
nu.ſeq. verſic. Erit tamen cogitandum.

Tutior ergo erit hæc ſecũda cautela,
quam Bart.ponit in d.l. ſi quis cum ali-
ter, ſub d.nu.7.ver.dicatur ergo, vt † ſci 3
licet curam gerat emptor, venditorem
in inſtrumento dicere, ꝙ illud pluris va
lẽs, ſiue modica, ſiue immodica ſit quã-
titas, dedit, ac donauit, & c.quod etiam
procedet, ſi dicatur, & illud, quod plus
eſt, quantuncumque ſit, &c. vt de hoc
meminit Socin. conſil. 48. ſub num.8.
circa fin.vol.4.& in præd.regu.d.lim.1.
cerca fin.ac Port.d.reg.36.d.lim.1.ver-
ſiculo.Bene verum eſt, & ad quod facit
tex.in l.Baliſta.ff.ad Trebel. & quod ibi
nota. Vel ſi dicatur, quòd ſi res vendita
plus valeat, id totum ſponte, & ex ſui
certa ſcientia, nullo ductus errore, dedit
& donauit, ſiue in parua, ſiue in magna
conſiſtat quantitate, etiam quòd valde
iuſti precij dimidiam excederet, vt per
Salyc.in dicta l.ſecunda, ad fin.quæſt.8.
Socin.dicto conſil.48. ſub num.8. Ca-
gno. d.l.2. ſub numero 130. verſiculo
Tutius tamen erit. Menoch.de arb.iud.
dicto caſu.144. numero 16.

Aut vtatur emptor tertia hac cautela,
vt † venditor huic legi.2. & ſimilib.re-
nuntiet, nã Bar.in d.l.ſi quis cum aliter,

ſub d.num.7.d.ver.Dicatur ergo, ait, ꝙ
hæc renunciatio donationi, in prox.præ
ced.cautela per eum demonſtratæ, æqui
paratur, quod tñ Bartoli dictum repre-
hẽdere vr̃ ibi Io.Fr.Ruer.ad ipſum Bar.
litera C.cum idem Bar.in l.fi.§.idẽ quę-
ſijt.ff.de cond.indeb.ſit ſibi in caſu ſimi
li contrarius, vnde dicit, ꝙ Iaſ. in d.l.ſi
quis cũ aliter, notat Bartolum ſibi cõtra
rium, qui Iaſ.ſubdit, ſub nu.20. qđ nul-
lus de hac contrarietate perpendit, ſed
Bartoli cautelã hanc tenent Bal.in d.l.2.
q.4.C.de reſc.vendit.Fab. in d.tract. de
emp.& vend.in 8.q.prin.Bened.de Ca-
pra reg.87.nu.91.Soc. d.conſil.48.ſub
nu.1.& 7.Dec.conſ.180.ſub nu.4.ver.
Tertio ſpecialiter, cum nu.8.& commu
nem ſententiam eſſe tradit Ruyn.conſi.
16.lib.4.Didac.à Couaruu.lib.2.varia-
rum reſol.c.4.& Bap.à Villal.in ſua col-
lecta com.opi. litera L.num.105.ad qđ
ẽt vide omnino Portiũ. d.reg.36. limit.
12.Verum ſecunda ſuperior cautela for
tior vr̃, cui ad abundantẽ cautionẽ hanc
quoq; coniũgi cõmodè curare poteris.

Dixi autem in hac tertia cautela vten
dum ſpeciali huius remedij renũciatio-
ne, quo ob læſionem nequeat aliquis re
clamare: Nam per generalem eã renun-
tiationem, quam Tabelliones in inſtru
mentis apponere ſolent, videlicet renũ-
tiando oĩ iuris, & legum auxilio, & be-
neficio, doliq́; exceptioni, non intellige
ret̃ renũciatum beneficio, de quo loqui
mur, quod per generalem non tollit̃ re-
nunciationem, idq́; voluit dicere Bar.in
d.l.ſi quis cum aliter, ſub nu.7. ad fi. in
illis verbis, vel renuntiet, &c. & ſub nu.
ſeq.ver.non autem, traditq́; Bal. in d.l.
2.C.de reſc.vend.q.5.Imo.in cap.cum
cauſam, ext.de emp.& vend.Iaſ.in d.l.ſi
quis cum aliter, nu.22.Soc.d.conſi.48.
nu.7.facit Decius, conſi.27. nu.3.& Ca
gno. in d.l. 2. nu.134. vbi iſtud limitat
niſi ſimul iuramentum fuerit appoſi-
tũ, vt probatur ex authoritatibus, quas
refert. In prædicta autem fienda ſpecia-
li renunciatione, vel donatione, de qua
in ſecunda caut.teneo, quod ſeruari de-
beat modus.l.pen.C.de dona.vt ſcilicet
cum in donatione quingentorum eorũ
ſolidorum quantitas excederetur, inſi-
nuationi locus foret, quod locum ha-
bet in quacunq; donatione merã libe-
ralitatis cauſam continẽte, vt dixi ſupra
litera D.caut.47. vbi & pro hac vitanda
inſinuatione remedia tradidi.

Quarta erit cautela, vt † iudicis de- 5
creto vẽditio fiat.l.1. C.de præd.decur.
lib.10.quem ad hoc ponderat Bart. ibi,
in verbis, vt nec immoderatus venditor
& emptor iniuſtus inueniatur, & cum
Bartoli opi.cõcordat Ang. in conſ.139.
Tutor vxori, in fine, & idem tenuit ipſe
in l.precia rerũ.ff.ad l.falc. per tex.d.l.1.
quem ſing.dicit, in qua ẽt.l.1. Bal.idem
ſentit, & in c.cum dilect. ext.de emp.&
vend.& in eadem l.1.cum Bar.ſentiunt
Ang.& Io.de Plat. & alios adde doct. à
Portio relatos.d.reg.36.lim.2. & com-
munem videri opi.tradit Dec.cõſi.110.
ſub nu.8.verſi. Tertio etiam principali-
ter: Cautelam tamen hanc ſubuertunt
Io.de Imo.& Lud.Roma. in d.l. ſi quis
cum aliter, per text. in l.2. C.de fide in-
ſtrum.& iure haſt.fiſ. li.10. vbi propter
iniuſtum precium venditio reſcinditur
etiam ſi in illo contractu interuenerit iu
dicis requiſitum decretum, vt ibi, iũcta
l.2.C.ſi prop.pub.penſ.Porrò etiam ſo-
let in venditione à minore facta iudicis
interuenire decretũ, & nihilominus ex
læſione reſtitutio in integrum petitur.l.
ſiquidem.C.de præd. min. & Bartolus
idem contrarium ſenſiſſe videtur, in l.
1.C.de præſc.30. vel 40.ann. vbi Bart.
dicit, quòd defectus fuit ibi circa pretij
iniuſtitiam ad eam ſubhaſtationem fiẽ-
dam, & ſic reſcinditur, vt idem cenſuit
Imo.in d.l.precia rerum, vbi reſpondet
ad dictã legẽ primã. C. de præd. decur.
quòd ibi non dicitur, quod non poſ-
ſit probare ſe deceptum, ſed bene dici
tur, quòd ſi probauit ex rei familiaris

neceſſitate factam eſſe venditionem, & appareat eam eſſe cum iudicis decreto factam, quòd venditor allegare nõ poteſt dolo ſe inductum, nec oppreſſum per emptoris potẽtiam: vel aliter etiam poſſe reſponderi ait, prout ſe reſpondiſſe dicit in d.l.ſi quis cum aliter, ubi tandem approbat iſtam ſolutionẽ pro meliori: ſimiliter iſtam ſententiam tenet Bald in rep.d.l.2.in ve .ſuper 4.C.de reſcin.vend.& pro hac re facit glo. not.in d.l.prima.C.de præſcri.triginta annorũ in verbo, vili precio: partemque hanc tenuit Abb.in dict.cap.cum cauſam, ext. de emptio.& vendit. & iſtam veriorem aſſeruit Alexan.in dict.l.precia, ſub numero nono, verſic.propter hæc, ubi fortius ſubdit, quòd etiam ſi principis interueniret authoritas, non tamen denegaretur remedium, quod læſionis prętextu eſt indultum, & iſtam pariter veriorem de iure videri tradit Socin.d. regula 281.limita. ſecunda, in fine; & alij eam tenuerunt, de quibus Por.in dict.regula 36.d.limitat.ſecunda, verſicu. opi. verò contrariam, vbi inter alios refert Iaſ.in l.pacta nouiſſima.C.de pact. communem dicentem iſtam opin. Sed aliã tuendo partem forte dices tu aduertendum eſſe, quod partem, de qua modò ſupra, Doctores defendunt ſolis ijs fundamentis, quę in eorum caſu iudicis decretum neceſſarium habent: ideo nimirum ſi ille actus, lęſionem continens, iudicis eo decreto actui ipſi principaliter infixo, non ſuſtinetur: duo enim tũc intreruenirent ſingularia ex illo decreto reſultantia; vnum ſcilicet, quòd actus, qui aliàs conſiſtere non poſſet, firmaretur: alterum verò, quòd aduerſus lęſionem indemnitas peti nõn poſſet: Certum autem eſt, duo ſpecialia inſimul concurrere non poſſe, vt nota.in l.cum poſt.§. gener.de iure dot.& in l.prima.C. de dot. promiſſ. per illum textum ſaltem cum hęc ab eodem fonte proueniunt, ut tradit Bar.in l.ex facto, numero vigeſimo-quarto.ff.de uulga. Nos verò ſumus in caſu, in quo iudicis non eſt neceſſarium decretum, unde eo interueniente ſpeciale iſtud operari poſſe dicendum videatur, quòd lęſus reclamare nequeat, cum maxime eius prẹſentia, & authoritas ſuperflua eſſet, quę quidem ſuperflua dici non debeat, nam ſi verba inania non haberi interpretantur.l.ſi quando.ff. de legat.primo, cum ſimilibus; multò minus fruſtratoria debet iudicis exiſtimari authoritas, argumentum authen. multo magis. C. de epiſcopis, & clericis, cum ſimilibus. Huic tamen conſiderationi breuiter reſpondeo, iudicem, de quo admodum lex confidit.capit.bonę memorię.primo, de electio.& capitu.in prẹſentia, de renunt.deceptionis, & malitiæ authorem eſſe non debere; Hic enim ad bonum duntaxat finem contractibus adeſſe ſolet; non ergo eius interuentus malum euentum operari debet, argumentum l.Aurelius.§. teſtamento. ff.de liber.leg.& l.legata inutiliter. ff.de adimen.leg. ſatius igitur ſit, quòd eius authoritas fruſtra intercedat, & nihil operetur, quàm quòd quis indebite damnum patiatur, argumen.eorum, quę tradit Ceph.dominus meus conſi. 198.nume.10.cum prẹſertim interpretatio illa fieri ſoleat, per quam ęquitas naturalis, & bona fides ſeruatur, vt per Crau.cõſi. 70.num. 14. quem refert idem domin' meus conſi. 28.nume.28. quæ quidem naturalis ęquitas eſt, vt alter cum aliena iactura non locupletetur.l.nam hoc natura.ff.de cond.indeb.

6 Quinta modò erit cautio, ſi † uenditio ad publicum fiat incantum, Ang.in rep.l.ſciendum, in 6.col.ff.de uerb. obl. per eundem tex.not.in d.l.prima. C.de pręd.decu.lib.10. qui idem tenuit in d. l.precia.ff.ad legem falci.& in d.l. 1. C. de pręſcr.30.annorum, Gui Papę ſingu. 553.ſed Bart. (vt ſupra paulo ante dicebam) cõtrarium ſenſit, in d.l.j. C. de pſ. 30.an.per tex.i l.ſi quos.C.de reſc.vẽdi.

Imo.

Imo.& Ludo. Rom. idem tenuerunt in d.l.ſi quis cum aliter, Pau. de Caſtr. & Imo.in d.l.precia, vbi etiam Alexand.d, verſi.propter hæc: Ang.autem in dic.l. precia,reſpondet ad dic.l.ſi quos,quòd ibi clare probatum fuit,fraudem,& am bitionem in ſubhaſtatione interueniſſe quam tamen reſponſionem inquit Soc. in eius præcitata reg.281. fallen.3. (vbi Bartoli ſequitur opi.) violare,d.l.ſi quis cum aliter,cuius tex. procedit nō modo cū dolus eſt in ſtipulatione adhibitus; ſed etiam ſi in ſe ſtipulatio dolum contineat: puta ſi emptio facta patet citra iuſti pretij dimidiam partem,vt ibidem glo.& Docto.exemplificant. Ad tex.d.l. 1.C.de præd.decu.reſp.vt in prox. præce.caut.ſecundum Imol.dicebam hic in hac tractatione. Sed tu hic cogita ſuper tex.in l.quæcunque.C.de fide inſtru. & iure haſtæ fiſc.lib. 10.qui tex.pro Ange. facere videtur,dum ibi dicitur,quod ne que etiam minori ſubuenitur,cuius bona a fiſco fuerint ſubhaſtata. Puto ego, quòd tota conſiſtat reſolutio ex illius tex.verbis,ibi ſcilicet, ſub haſtæ ſolẽnis arbitrio;nam ſtante eo,quod tex.oſtendit,ſolenniter factam ſubhaſtationem, venditionem talem omnino valere etiã innuit; quia, inter alia ad ſolennitatem requiſita,illud quoque interuenerit, ꝙ precij vilitate res illa licitanti non fuerit addicta, iux.tradita per glo.in d.l.1.C. de præſcr.30.ann.in verbo,vili precio, & vt etiam not.in d.l.1. C. de fide inſtr. & iure haſ.fiſ.libro x.in verbo, omni or dine, vbi inter alias ſolennitates ſubhaſtationis,requiri dicitur etiam iuſtũ pretium;quocirca patet,non pro Ang. tex. hunc facere,ſed optime aduerſus eius opinio,retorqueri poſſe:adde etiam, ꝙ ille tex.loquitur in caſu ſpeciali: vnde etiam dato,quòd ille tex. velit eam diſpoſitionem procedere, quandocunque ẽt ineſſet læſio, non poteſt trahi in aliorũ caſuum conſequentiam.l. quæ propter. ff.de regu.iu. & ideo tenenda eſt contra ipſum Ang.opinio, cum Barto.ſ. quod hæc.l.2.C.de reſcin. ven.etiam in uenditionibus ſub haſta factis locum habeat, vt & communem hanc aſſerunt Ari⁹ Pinel.in d.l.2.par.2.ca.2.Emanu. Soar. in ſuo theſau.recep.ſent.litera L,nu. 148, vbi etiam addit Alex.conſi.117. nume, 8.lib.7.magis communem hanc eſſe opinionem affirmantem, quam pariter magis communem aſſerit Aymo conſi. 29.colum.prima,quem cum Alexan.& alijs refert ad hoc Port.dic. regula 36,li. mita.tertia.

Sexta ſit igitur cautela,vt † fiát,quòd venditor ſuper contractu iuret contractũ omnino obſeruare,& nullo contrauenire modo,vt eſt gloſ.in d.l.2. quam ibi communiter ſequuntur Doct.C. de reſcin.uend. vt & frequenter placitum aiunt Cremen.ibidem,num. 175. Cag. quæſt.8.num.51.vbi late probat,quem omnino vide per totam eam qõ. Arius Pin.par.3.c.1.num.1.& idem Cagn.in l.ſi quis maior,nume.36. quem ad hoc vide vſque ad num.40.C.de tranſ.Soci. conſi.136.num.10.volum. 1. quod eſt repetitum in conſ.155. ſub num.14.volum. 2. & idem communiter receptum tradit ipſe Soc.d.conſi.48.num.10.uolum.4.Iaſ.conſi.76.num.2.volu.1.Crauet.conſi.114.num.9.Gozad.conſi.32 num.13.& Rolan.a Valle,d. conſil. 59, num.8.volu. 1. ad idem uide late penes Port.vbi multas alleg.authoritates,in d. reg.36.lim.11. 7

Circa quam tamen cautelam, ſi apparebit,aduerſarium illecebris,perſuaſionibusque venditorem ipſum ad iurãdum induxiſſe, tunc,tali iuramento minime obſtante,locus erit remedio.d.l.2. C.de reſc.ven.ut eſt tex.in c. cum contingat, in illis verbis,ſine vi,& dolo ſponte præſtita,extra de iureiu. & facit tex.in auth. ſacramenta puberum,ibi, ſponte facta. C.ſi aduerſ.vend. vide Port.limit.11.Itẽ circa iſtam ſextam cautelam ſcias, quòd in maiore 25. annorum procedere põt;

ſexus

ſecus autem eſſet in minore; nam iura-
men.repreſentat eum maiorem ſolum,
& non plus operatur, vt per glo.Bart. &
communiter Doct.in d.l.2.C.de reſcin.
vend.& vt dixi ſupra caut.135.num. 2.
Niſi ipſe minor iuraſſet etiam occaſio-
ne minoris precii non venire cõtra, vel
expreſſe renuntiaſſet beneficio huius l.
2.cum iuramento, tũc enim ipſius l. be-
neficio vti non poſſet, glo.in d.l. 2. & vt
per Ioan.And.& Ancha. in c. quamuis,
ext.de pact.in 6.quos ad hoc refert Tur
zan.in ſuis comm.opin.q.132. An autẽ
certiorari debeat minor non contraue-
nire iurans, late dicam infra in litera M,
cau.161.Quia autem dictum eſt, quòd
huius l.2.C.de reſcin.vend.beneficium
locum non habet, niſi iuſti valoris dimi
diam læſio egrediatur.

Cautela etiam erit, qua citra eam læ-
ſionem contractus reſcindi poſſit; aut
8 ſaltem ad indemnitatem agi: ut † ſcili-
cet per procuratorem (non habentem
tamen ſpeciale mandatum) vẽditio fiat:
quia ſufficeret, quòd deceptus tantum
eſſet in ſexta parte totius, vt ſing. voluit
Barto.in l.ſocietatem.§.arbitrorum, ſub
num.25.ff.pro ſoc.per text.d.l. ſocieta-
tem, in prin.iun.l.inde ſi Neruæ.ff.eod.
quod tamen non firmat: idem tradunt
Caſtren.in d.l.2.colum.1.in 1.limit. &
Anto.de But.in c.quintauallis, extra de
iureiu.Contrarium autem tenuit Ludo.
Rom.in d.l.ſi quis cum aliter, per l.ſi de
voluntate.C.de reſcin.vend.Alex. in ea
dem l.ſi quis cum aliter, colum. penul.
Imo.in d.c.quintauallis, & in l.ſi quis ar
bitratu, colum.fi.ff.de verb.obl.Are.cõ-
ſil.125.Corne.conſi.240.colum.pe.vo
lum.4.& alij, quos refert Port.in ſepe ci
tata reg.26.ampliat.7.& ea ratione pro-
cedit hæc contraria opinio, quia ſibi im
putare debet, qui talem elegit procura-
torem, ad quod vide Soc.in præd.regu.
281.lim.5.Et quæ hic tradidi ſuper ven
ditore læſo, eadem etiam emptori læſo
applicari, ob rationis identitatem, quam
inter vtrunque in ſimili caſu eſſe dixi,
poſſunt.

Eſt igitur alia ſingularis pro eo, qui
citra iuſti precij dimidiam læſus eſt; vt
† iudicem adeat, & coram eo petitionẽ 9
ſuam, via ordinaria, (iuxta Bar.doctrinã
in d.l.2.C.de reſcin.vend.num.16.) fa-
ciat; mox poſitionum tempore hæc in
ſpecie fiat poſitio: uidelicet, pono, quòd
talis meus aduerſarius eſt vir bonus, uel
etiã id p iudicis officium fieri procurari
poteſt, iuxta l.vbicunque.ff.de inter.act.
& interrogatus proculdubio reſponde-
bit, ſe bonum eſſe virum; imo ſi contra-
rium reſpõderet, repelleretur.l.cõgruit.
ff.de offic.præſ.facta igitur reſpõſione,
quòd eſt bonus vir, deſiderij tui cõpos
eris; bono † enim uiro non conuenit, vt 10
alterius rem contra eius conſcientiam te
neat, ſecundum glo.not.& ſing.in l. sẽ-
per in contractibus.ff.de regu.iu. quam
ſane ſing.dicit Bal. in c.proponente, de
reſcrip.& in c.quanto.colum. 2. ext. de
iureiu.ac in authen.ad hæc, colum.pen.
C.de uſuris, & dicit idem Bal. in l. cum
ipſe, in prin.C.de contrahen.emp.quòd
ad bonam fidem ſpectat iuſto uendere
pretio, & in terminis noſtris ita tenuit
Ioan.de Ana.in c.in ciuitate, verſic. ulti-
mo pro iſta parte adduco glo.ordinariã
in 8.colum.ext.de uſur.qui dicit, quòd
conſulendo apud Ferrariam, tradit iſtã
cautelam, & teſtatur, quòd ita fuit factũ
& ita quoque obtentum, quem ſequitur
Iaſ.in l.pen.colum.2.verſi.adde tamen.
C.de pact.& in §.aliæ, verſi. & aduerte,
ꝙ quamuis contrahentibus, colum. 24.
Inſti.de act.quoſque refert, & ſequitur
Thom.Ferratius Brix.caute.4.ſub num.
2.vbi & ipſe hanc tradit cautelam, ſub-
dens tamen, quòd aduerſarius ad talem
non poterit cogi reſponſionem, ut late
docet ibidem.Verum ſcias, quòd Deci.
in d.l.pen C.de pact.ſub num.11.verſ.
vlterius ad intellectum, inquit, quòd ad
intellectum.d.glo.in d.l. ſemper in con
tractibus, cõſiderandum eſt, quòd licet
glo.

glo.dicat,quod non conueniat bono viro,non per hoc ſequitur,quòd cogatur bonus vir ad iuſtum ſoluendum pretiũ in foro contentioſo, quia gloſ.loquitur de honeſtate,& idem quoque tradit ipſe Dec.in d.l.ſemper,ſub num.8. verſi. vlterius.ff.de reg.iu.& iſta quoque cautela diſplicet Ar.Pin.viro erudiuſſimo, in rep.d.l.2.C.de reſcin.uen.par.2.c.2. num.34.& puerilem eam uocat captionem, quem ibi ad hoc vide,& ea, quæ adducit:quam quidem opi.ego nec laudo pro nunc,nec damno:Non damno; quia dici poteſt, quòd ſi vera eſſet modò tradita cautela,lex illa.2.C.de reſcin den.vend.de vento ſeruiret:quinimmo eius conditores de leuitate, ac fatuitate argui poſſent (quod admodum abſurdum exiſtit)cum ſcilicet eam introducẽtes minime vnquam valituram non reſpexiſſent, ſi bonus vir in eã nõ comprе
10 hendi diceretur;nam ſemper † quilibet in dubio bonus præſumitur.c.fi.ubi nota.de ſcrut.in or.d.fac.c.fi.& ibi Doct.de præſumpt. qua de re neque etiam opus eſſet tali poſitione,ſiue interrogatione: cum eſſet præſumendum, quòd ille aduerſarius bonus eſſet vir (niſi modò dicas tu,quòd expreſſa nocent, nõ expreſſa non nocent.l.ſi quis Sempronium.ff. de hær.inſt.l.nonnunquam.ff.de cond. & dem.& l.expreſſa.ff.de regu.iu. vnde quis exprimendo ſe bonum eſſe virum ſibi præiudicet,non exprimendo non ſibi præiudicetur.)Nec etiam eam Decij, & Pinelli opin.laudo, quia re vera pro conſcientia tuta non eſt,& ad id ſuſtinẽdum nititur,quod contra caritatem apparet.

Vides igitur adhuc ſuper traditis iſtis cautelis pedem figi non poſſe,quò citra dimidiam læſio uitetur : vnde cogitaui ego, an aliquod eſſet dari tutum remedium, quo aduerſus ſimilem læſionem quis ſe reparare valeat.

Et vnum mihi occurrit notabile, &
12 pulchrum:vt † ſcilicet, cum omni pror ſus ad læſionem reſarciendam deſtitutum te videris iuris ciuilis auxilio, ad euangelicam recurras denuntiationem: facta ſcilicet prius aduerſario tuo bina admonitione:primum.ſ.inter te, & eũ, iterumque coram vno teſte,duobuſve; mox ſi te non audierit,dicas eccleſiæ (& hæc erit Euangelica denuntiatio fienda, vt ſtatim dicam) prout habetur Matthęi c.18.& Lucæ c.17. Cum igitur ad hanc euangelicam perueneris denuntiationẽ formalis libellum coram eccleſiaſtico iudice:narrando, qualiter talis rem tuã cum peccato,& contra conſcientiam tenet,propterea ipſum eccleſiæ denũtias, vt eum a peccato corrigat, & ipſum ad damni refectionem compellat: pariterque narres, qualiter bina illa præceſſit, iuxta Euangelij formam,monitio:aliàs enim hæc non procederet denuntiatio, vt per Specu.in titu.de denun.§.2.verſi. item opponitur,ſub num. 1. & uerſicu. quod autem,num.3. & Bar. in extraua. ad reprim.in ver.denuntiationem, ſub num.5.ac per alios, quos refert Maran. de ord.iu.parte 1.ſextæ,& ult.par.prin. verſi.expedita, ſiue verſic. denuntiatio, ſub nume.5.quo loci inquit,quòd † ad 13
hanc denuntiationẽ recurrere poſſum, vbicunque aliquis indebite aliquam rẽ contra conſcientiam, ac cum peccato te
net:ideo † iudex per denuntiationẽ iſtã 14
quia principaliter a peccato denuntiatũ remouere intendere debebit,nec peccatum remoueri poterit, niſi rem male detentam aduerſarius reſtituat,ut declarat Abb.in c.ad noſtram.2. extra de iureiu. per neceſſariam conſequentiam denuntiatum ipſum adſtringet, ut quod iniuſte detinet,reddat; ad quod iſte denuntiatus non per eccleſiaſticas cenſuras ſolum,ſed & per miſſionem in poſſeſſ.cogetur,vt tradit Marã.& alij,quos refert, in d.verſi.denunciatio,ſub num.5.ad fi
nem. Verum † ſcias quòd hęc denuntia 15
tio niſi in ſubſidium, ſiue in iuris defectum datur,aut in caſibus ijs,de quibus

Bar.

Bart.in d.extrau ad reprimen. in d.verbo, denuntiationem, num.6. & de hac etiam denuntiatione in ſimili propoſito dicam infra in litera.S.caut.242.quæ incipit, ſententia poſtquam in rem iudicatam:Et de qua latè Doctor.in capit. nouit,extra de iudic.In procedendo autem ſciendum eſt, quod † ſuper ea libel
1 lus offertur, lis conteſtatur, & ſententia in ſcriptis fertur, ſecundum Hoſtien.& Ioan.And.in d.cap.nouit, quos refert, & ſequitur Bar. in d. verbo, denuntiationem,nu.7.

## CAVT. CXLI.

### De dote vxori leganda.

***SVMMARIVM.***

1 ***Dotem, quam non recepit, ſi maritus legat, quando legatum valeat, nec ne.***
***Ideo conſ.datur, vt in ſimili caſu dotis valeat legatum, nu. 2.***
***Quod quidē conſ.aliud pro vxore operatur commodum, vt nu. 3.***

1 LEGATA † dote vxori, ſi nō deſignata certa quātitate, id maritus fecerit, neceſſaria erit numeratæ pecuniç probatio, quandocūq; legatum vxor cōſequi voluerit: Quod ſi quantitatē expreſſerit, vel certum corpus; aut dotis inſtrumēta, in quibus cōfeſſus fuerit, ſe dotē recepiſſe, quam nō receperit, demonſtrauerit in prælegando, legatum debebitur, etiam ſi quantitas, vel ſimilia ea in dotem data non ſint, de hoc eſt caſus in l.3.& fin. C.de fal. cau. adiec. lega. & Inſtitu. de lega. §.ſed ſi vxori, verſicu. ſed ſi quam. facit text. in l.ſi ſic. ff.de lega. 1. & in l.legaui. §.contra autem.ff.de lib.lega.& de hac re aliàs ego plenius tractaui ſupra caut.69. a numero 20. vſque ad nume. 25. Erit † igitur conſ. pro vxore, aut pro 2
marito vxorem honorare cupiente, vt in ſimilibus certum quid, non incertum, vxori leget, quod & vxori vtile erit, ſi etiam re vera dotis nomine marito talem dederit quantitatem, aut rem, quia ex ſimili legato facto, per prædicta iura, ab omni probationis onere releuabitur, & ita quoque vide Aretinum.in dicto §.ſed ſi vxori. Ioan. Dilect. de arte teſt. titu.6. de lega. cau. 17. numero 2. vbi numero 3. aliud ponit commodum, quod conſequitur mulier, ſi vir dotem prælegget quantitate deſignata; quia † ſcilicet hæredes viri 3
expenſas tunc deducere non poterunt, quas fecit vir in recuperanda dote, vt per Salyc.in dicta l.3.C.de falſa cau.ad. leg.Angelus Aretinus in tracta. de teſtamen. verſic. Item reliquit. B.eius vxori, in fi.cum allegatis ibi per eum.

## CAVT. CXLII.

### De legatario appellante ab actu extraiudiciali in eius læſionem facto.

***SVMMARIVM.***

***Appellare poteſt legatarius à tranſactione, quam hæres cum eo facit, qui hęreditatis mouet quęſtionem.*** 1
***Et ideo infertur, quòd ſi appellatione pendente quid innouatur, attentata per iudicem, ad quem, etiam antequàm in cauſa appellationis vincatur, reuocantur, numero 2.***
***Quod tamen intellige, vt in verſ quæ tamen.***
***Secus eſſet, ſi actione ex teſtamento ageretur, nu.3.***

Pro-

*Propterea cõſi.datur, vt hoc in caſu magis quis appellationis beneficio, quam ex teſtamento actionis, vtatur, num. 4.*

5 *Appellatio extraiudicialis, an cauſæ requirat expreſſionem.*

1 LEGATARIVS, † ſi hæres inſtitutus cũ ea pſona tranſegerit, quæ ipſi hæredi hæreditatis cõtrouerſiam faciebat, appellare ab eo actu poterit, etiam ſi ſit extraiudicialis. l.à ſententia. §.idemque reſcripſit. ff.de appella. Gloſ.ibi inquit, quòd non appellare, ſed actione ex teſtamento agere poterit; quam, tanquam textus literam deſtruentem, Bar. reprehendit in l. fin. ſub nu. 4. verſi. cuius rei gratia, & ſub d. nu. 4. verſ. Quidam ſunt actus, qui exercentur. ff. de appel. recip. ſentit legatariũ ab ea poſſe appellare tranſactione: Cuius ſanè opinio ad pulchrã facit cautelam; Quia † ſi appellat legatarius, attentata per iudicis, ad quem appellatur, officium; etiam antequam in appellationis cauſa vincatur, reuocabuntur. l.ſi cuius, ff.de appellat. recip.& ibi Bar. Quæ tamen poſt appellationem attentata retractabuntur, ſi directo contra ipſam tẽdant appellationem; & hæc eſt vna inter iudicialem, & extraiudicialem appellationem differentia; nam in iudiciali id etiam retractatur, quod non directò contra ipſam appellationem attentatur; & iſtam differentiam tradit Innoc. in c.cum nobis olim, de elect. Phil. in c. j. in vlt. not. ex. de appel. Socin. conſ. 45. num. 5. vol. j. Maran. de ord. iud. parte 3. ſextæ, & vlt. partis prin. verſ. Secũdus actus, aliàs incipit, appellatio, nu. 290. co mmunem dicit Dec. in c. bonæ, num. 18. extrà de appel. & Nicol. Ant. Grau. ad Veſtrium, lib. 3, c. 7. nu. 5. Alias autem differentias inter iudicialem, & extraiudicialem appellationem habes penes Abb. in d. c. bonæ, & in c. cum ſit, ext. de appellat. Sat igitur erit poſſe reuocari attentata, quæ directò contra ipſam appellationem, poſt eam introductam, tenderent. At ſi † legatarius eo in caſu ageret ex teſtamento actione, id non contingeret; & ita de appellatione ad actionem ex teſtamento differentiã conſtituit Bar. in d. l. fi. ſub dicto num. 4. verſicu. ſed antequàm. Vides igitur, quod † cautius erit appellari, quàm ex teſtamento agi. & Bar. in d. l. fi. num. 5. de appel. recip. inquit eſſe aduertendũ, quod † in tali extraiudiciali appellatione oportet, quòd inſeratur cauſa legitima, & probabilis; vt, ſi dicatur in fraudem appellantis factum, vt expreſsè dicere, ait tex. in d. §. idemq; reſcripſit. Vel meliùs dic exigi cauſæ expreſſionẽ, aut probabilis coniecturæ, cum à Iudice extrà iudicium appellatur, ſecùs cũ à parte, vt communem dicit Abb. in d. c. cum ſit, ſub num. 20. quem refert Villalob. in ſua collecta commu. op. litera A. nu. 124. & Emanuel Soarez in ſuo Theſ. recep. ſenten. litera A. num. 194. qui inſuper allegat communem pariter dicentem Nic. Ant. Grau. ad Veſtrium, lib. 3. c. 7. num. 3. Tu tamẽ non errabis, ſi cauſam ſemper exprimes.

(Right-margin numbers in order: 3, 4, 5; left-margin 2 beside "lam; Quia".)

## CAVT. CXLIII.

### De teſtatore dubitante, an quis ſit legati capax, vel non.

*SVMMARIVM.*

*Conditio vltima in legato attenditur, ſi interpellatis vicibus plures apponantur conditiones; ſecùs ſi incontinenti; quia tunc erit in legatarij voluntate electio; niſi ſecunda conditio ſub cõmemoratione primæ ſcriberetur. Ratio eius, quod dictũ eſt, de differentia ex interuallo, & incontinenti, pro conditionibus in legato inſertis, traditur, num. 5.* 1

*Et*

*Et q̄d ſuperiùs dictum eſt, amplia: nu. 2.*
*Electio quę, quæ hiſce in caſibus legata rijs datur, quid eis proſit, nu. 3.*
4 *Legare ſi quis ei voluerit, quē incapacē eſſe dubitat, quo vtatur remedio.*

1 LEGATI † facti, ac ſub diuerſa conditione repetiti, nouiſſima ſpectatur conditio, ſi id ex interuallo contingat; ſed ſi incontinenti, legatarij eſſet electio, niſi ſecunda conditio ſub commemoratione primæ ſcriberetur, vt eſt tex. in l. quod traditum, iuncta l. non ad ea. ff.
2 de cond. & demon. Idq; † (vt in d. l. nō ad ea) non modò locum habet in legatis his, quę ſępè ſub diuerſis conditionibus; ſed ad ea etiam, quę purè primū, deinde ſub conditione dantur: electio
3 † autem legatario conceſſa in his, quæ primò purè legantur, & poſteà, antequā ad alium diuertatur actum, ſub conditione fiunt, ipſi legatario in hoc proderit; quia ſi vno tēpore erit capax, & alio non, poterit ſibi in capacitatis tempore legatum eligere: Item ſi præſentia bona donaſſet, vel eius bona eſſent publicata; nam conditionale poſſet eligere legatū, in quo donatarius, vel fiſcus non ſuccederet, vt tradit gl. in d. l. nō ad ea, in ver bo, præſens, & Bar. in d. l. quod traditū, ſub qua etiam d. l. non ad ea, expedit (& de iſta materia quando cōditionalia in fiſcum tranſeant, necne, latè dixi ſuprà Caut. 42. ſub nu. j. vbi omninò vide pro cautela, quam modò hic ſubijcio; & ne in ea introducenda errare contingat.)
4 Qua propter † teſtator cautus dubitans de legatarij conditione; an ſcilicet ſit capax, vel non; & volens, vt omninò legatarius commodum conſequatur, purè primùm legare poterit, & ſtatim deinde ſub tali cōditione relinquere, ex qua capax futurus ſit; & pro qua cautela uide tex. in l. in tempus. ff. de hær. inſt. & Io. Dilectum de arte teſtandi, tit. j. caut. 10. ſub nu. 3. dum loquitur de eo, qui bāni to relinquere vult; facient & ea, quę ego infrà dicam de eo, qui filio ſpurio relinquere vult, in litera. S. caut. 255. nu. 20.
Ratio † aūt differētiæ inter id, quod ex 5
interuallo, & id, quod incontinenti mutatur, eſt in gl. prędicta; quia ſcilicet nō pręſumitur, nec eſt veriſimile, illud corrigere teſtatorē, quod paulò antè, & ſtatim fecerat, pro quo alleg. tex. in l. pacta. ff. de contr. emp. & in l. ſi quam. ff. de reſcin. vend. Quæ quidem correctio eſſe creditur in eo, quod ex interuallo fit, vt ego pro hoc addo tex. in l. per retentionem. C. de vſuris.

## CAVT. CXLIIII.

### De legato eorum omnium, & quoruncunque, quæ quis in domo habet.

#### SVMMARIVM.

*Venalia non veniunt, ſi legentur omnia, quæ quis in domo habet; & quare, num. 2.* 1
*Limita, vt num. 4. cum duobus ſeq.*
*Vt autem venalia quoque veniant, remedium eſt, nu. 3. & 4.*
*Dictio, omnis, vniuerſalis eſt, & apta vnumquodque comprehendere.* 2

LEGATVM † eorū omniū, quę quis in domo habet, factū, venalia non cōprehendit. l. generali. §. vxori. ff. de vſufr. leg. Li 1
cet † enim dictio illa, omniū, vniuerſalis ſit, & vnumquodque cōplecti apta. 2
l. Iulianus. ff. de leg. 3. & l. à procuratore, & ibi no. C. mand. & vt tradit Dec. in l. oīa. ff. ſi cer. pet. tamen adiecta ea (quę in domo habet) vniuerſalitatē illam reſtringit. l. ea tamen adiectio. ff. de leg. 3. & ideo venalia nō veniunt, quia ea nō vidētur eſſe in domo, vt tradit Bar. in d. §. vxori. Proinde infertur, q̄ neque ēt pecunia venit, quia ſemper dicitur venalis, & alienationi parata. l. vxorē. §. legauerat,

uerat,& qđ ibi notatur. ff. de leg. 3.vbi eſt tex.no.Bal.in l.fi.C.de comp.& in l. certi. q.7. C.loca.& ita tradit Apoſt. ad Barto.in d.§.uxori,in uerbo,non uenit. Si igitur etiam venalia teſtator contine
3 ri voluerit,conſilium eſt, quod † exprimat; ſiuè ſint uenalia, ſiuè non, vt per text.in l. ſeruos.§.fi.de leg. 3.& vt probat text.in l.pediculis.§.item cum quęreretur, in fi.ff. de au. & arg. leg. ac vt docet Bartol. in l.nam quod liquide.§. item ſi quis. ff. de penu. leg. Idem ait apoſt. ad Bart. in d. §. vxori, in verbo, Item no.Dec.conſ.381.ſub num. 5.circa fin. Io. Dilect. de arte teſt. titu. 6.de leg.caut. 29. ſub num. 2. Idemque eſſet, vt venalia etiam comprehẽdantur,
4 ſi † diceret teſtator,quæ domi quoquo modo erunt,vt idem tradit Bart.in d.§. vxori,in fine, ſequuntur Alexa. conſ. 118.in caſu, colum. 1. vol. 5. Dilect. caut.19.nume.2.Gozad. conſ. 14. ſub num. 22. & de huius dictionis virtute vide quæ ego dixi ſupra litera. I. caut. 111. quæ hic non repeto.
5 Supradicta † autem remedia non eſſent neceſſaria, cum teſtator in domo vllam aliam rem non haberet, quam venalem,& oculis exemplum,quod facile contingere poteſt,ſubijcio; nō omnium quidem bonorum generaliter; ſed ſpeciei alicuius: Puta quod legaſſet quis frumentum omne quod in domo habet, & non haberet in domo niſi venale,tunc illud,quamuis venale,deberetur,vt gloſ. in d.l. pediculis.d.§. item cum quæreretur.ff.de auro, & arg. leg. quam ibi ſignandam, & menti tenendam dicit Bart.& ſequitur Bal. in rubr. Caſtr.& Iaſ.in l. 1.C.de verb. ſign. Dilect. vbi ſupra. Qui etiam ſubdit,quod
6 † legato huic triticum venale cederet, quod teſtator ex prædijs ſuis percepiſſet, quia in frumento huiuſmodi negociari dominus non dicitur, vt per Abb. conſi. 6. ſub nu. 2. lib. 1.& ita etiam tenet Dec. conſil.472.in fi.

## Caut. CXLV.

### De practicanda. l. ſi quis maior. C.de tranſact.

*SVMMARIVM.*

*Veniens contra pactionem, vel tranſactionem iuratam, quas patitur pœnas.* 1

*Et quæ requirantur ad has pœnas, nume. 2.6.8.9.& 10.*

*Legis, ſi quis maior, ad pœnas agens maioritatis qualitatem probare debet.* 3

*Quæ vt etiam contra minorem locum habeant, conſi. datur, numero 4.*

*Minor ut iuramento ligetur, doli capax eſſe debet.* 5

*Metus ne à quibuſdam perſonis allegari queat rem. datur, remiſſiuè.* 7

*Dolus ex eo probatur, quod illud non fit, quod in contractu fieri promiſſum eſt. Exemplum nu. 12.* 11

*Dolus in eo arguitur, qui promiſſa, quatenus debet, & poteſt, non ſeruat.* 13

*Et in eo, qui non facit, quod facere tenetur, num. ſeq. Item in eo dolus arguitur, qui multa promiſit, & non impleuit, num. 15.*

*Et quis non excuſatur ob iuſtæ cauſæ allegationem, niſi eam probet, nu. 16. & ſub num. 17.*

*Facta non præſumuntur, ſub nu. 15.*

*Cauſa qualibet, etiam iniuſta, excuſat à dolo.* 17

*Cauſa vt excuſet à dolo, debet priùs eſſe orta, quã in pœnam incidatur.* 18

*Ideo conſ. datur, vt de cauſa præcedenti notum fiat, nu. 19.*

*Abſolutio ſi à iur. petatur ex iuſta cauſa, quomodo iſta cauſa attendi debeat, ſub num. 19.*

*Legis, ſi quis maior, diſpoſitio extenditur,* 20

*tur, & nu. 21.22.23.*

25 *Exemplumque vnum ponitur virtutis ipſius legis, nu 24.*

*Tempus certum quando ad negligentiã probandam appoſitum eſt, alia non requiritur monitio.*

*Dies interpellat pro homine, ſub numero 25.*

26 *Legis, ſi quis maior, ad pœnas agens debet probare prius, ſe ex parte ſua impleuiſſe. Ideo conſ. datur nu. 30.*

27 *Promiſſa non ſeruaſſe aliquem dicere non potes, niſi prius appareat, quòd tu ex parte tua ſeruaueris, & numero ſeq.*

29 *Vſurarius ad vſuras reddendas agere nequit, niſi ipſe uſuras extortas reſtituat.*

*Fruſtra legis inuocat auxilium, qui in eam committit, ſub nu. 29.*

31 *Promiſſa ſibi non fuiſſe ſeruata quis de contrauentione conuentus opponere poteſt in caſu l. ſi quis maior. C. de tranſ. non obſtante iuramento.*

*Amplia, nu. 32.*

*Iuramentum inter alias conditiones eam habet, ſi iuranti fides ſeruetur, ſub nu. 32.*

33 *Legis, ſi quis maior. C. de tranſ. pœnas quis petere poterit contrauenīens ſecundo loco, contra agentem, qui primo contrauenit.*

LEGIS, ſi quis maior. C. de tranſactionibus, requiſita, & practicam ad eam hoc cautelarum numero, ſuperius caut. 136. in fi. tibi tradere pollicitus ſum. In primis ergo ſcias, quòd eius diſpoſitione cauetur,

1 † quòd cõtra pactionem, ſeu tranſactionem iuratã veniens, infamis ſit, ab actione cadat, pœnam luat, dataque reddat, & parti aduerſæ pactum ſeruanti applicentur hæc; ſuper cuius materia Iacobus Philip. Portius in 2. li. com. concluſ. reg. 10. ponit 27. ampliationes, & 15. lim. tationes, ex quibus ego hic, multa addendo, aliqua tangã, & nonnulla ab eo non tacta addã, prout melius propoſito modo conuenire videbitur. Tu mox in alijs ipſum Port. ad omnimodam ſatisfactionem cernere poteris.

2 Lex igitur prædicta locum habet vbicunque quinque concurrunt requiſita: Primum, † quòd contraueniens ſit 25. annis maior, vt per eum tex. Bar. & cæteri communiter ibi, Cor. cõſi. 96. in prin. conſi. 121. col. pen. conſil. 208. col. pen. vol. 1. & conſ. 268. litera. g. vol. 3. Guido Pap. conſi. 33. in 8. dubio, Iaſ. conſil. 92. verſi, vltra motiua, vol. 1. Ia. Phil. Port. & alij, quos allegat. d. reg. 10. lim. 6. qui etiam in limit. 13. inquit ipſius. l. ſi quis maior, diſpoſitionem non procedere, ſi qs re vera minor eſſet; ſed ex legis fictione, per veniæ ætatis impetrationem, maior diceretur, vt ita voluiſſe alleg. Ioan. Petr. & Lancel. Dec. in d. l. ſi quis maior. Quapropter Parp. in d. l. ſi quis maior. admonet, notãdum eſſe in praxi, † quòd 3 ad eius. l. pœnas agens, qualitatem maioritatis hãc in actis deducere, & eam probare debeat: Veruntamen † etiam aduer 4 ſus minorem poſſe locum habere hanc legem puto, ſi remedium id in contractu adhibeatur, videlicet, quòd ipſe minor & vinculo iuramenti, & omni legũ auxilio, & reſtitutionis in integrum beneficio renunciet; ac de ipſo in integrũ reſtitutionis beneficio certioretur, iuxta ea, quæ tradam infra, litera. M. cautela 161. iunctis & his, quæ dicam in litera R. caut. 232. Ac per rationem eandem, quæ ponitur, ad hoc, vt de reſtitutionis in integrum beneficio minor certificari debeat, puto bene eſſe, ipſum minorem etiã certiorari debere de huius. l. ſi quis maior, conſtitutione, qui & ipſi renunciet in ſpecie, quatenus minorem excludit, & in ipſa aſſerat ſe, vti maiorem, cõprehendi velle, licet aliàs non comprehendatur, qui † quidem minor ad hoc, 5 vt iuramento ligetur, doli capax eſſe de-

 bet,

bet, ſecundum ea, quæ dicam infra, litera P.caut.222.

Secundum requiſitum, quod ad pœnas d.l. ſi quis, concurrere debet, eſt, vt cõtractus nullo ſit cogente imperio, ſed ſpontè celebratus, vt in ipſa.l.pręcisè di-
7 ſponitur: quia † autem. nonnullæ ſunt perſonæ, quæ ob ſuperiorum ſuorum poteſtatem facilè imperio, & metu ſuperiorum eorundem coactas eſſe demonſtrare poſſent, vt dicã infra, litera.V.caut. 305. quæ eſt caut. fin. Ideo in eis caſibus adhibeatur remedium ibi datum.

8 Tertium eſt requiſitum, † quod contractus ſit iuratus, vt per eam. l.ſi quis, Doct. ibi.

9 Quartum † eſt, quod promiſſis contraueniatur, de cuius contractus contrauentione ſufficit, quòd cõſtet per ipſius contractus inſtrumentum, vt per Corn. conſilio 40.litera F.volum.3.Crau.conſilio 192.num.15. Parpal. in d. l.ſi quis maior.

10 Vltimum † eſt requiſitũ, vt dolus ex contrauenientis parte adſit, vt per Bal.in l.obſeruare. §.proficiſci. ff.de offic.proconſ. quem ſequitur Alex.in l.fi.circa fi. ff.qui ſatiſ.cog.& in conſ.92.vol.2.Cur. ſen.in d. l.ſi quis, vbi inquit Baldi dictũ ſtupendum eſſe, & memoriæ ſeruandũ, ac Fel.in c.1. verſi.tertius caſus, extra de iureiur. vbi ait hoc Baldi dictum ſingulariſſimum, & Dec.conſi.452.ſub nu.4. in quo conſ.latè huius legis intellectum diſcutit, idemque tradit Iac. Phil. Port. d.reg.10. limit. 1. vbi & allegat Doctores contrarium tenentes.

11 Dolus autem † manifeſtè ex eo probatur, quòd nõ fit id, quod in contractu fieri promiſſum eſt, vt per Crau. conſil.
12 1072.num.3. veluti † ſi debitor in tempore ꝓmiſſo id, ad quod obligatus erat, non ſoluit. l. ſi procuratorem. §. dolo, & l.dolus. ff.man. Rom.conſil.332. in 2.dub. Corn.conſil.116. ad fi.vol.1. Crau.cõſ.6.nu.96. vbi inquit, quòd † do-
13 lus in eo arguitur, qui promiſſa non ſeruat, quatenus debet, & poteſt; ad id affero quoque Crau.conſ.75.nu.6. vbi do-
lus † præſumitur, inquit, cõtra eum, qui 14
id nõ facit, quod facere tenetur. l. dolo. ff.ad l.falc. idemque pariter Crau.conſ. 100.nu.9.conſ.115. col. 1.& conſ.192.
nu.15.inquit, quòd † dolus ex propoſi- 15
to arguitur, quando quis multa promiſit, quæ impleta non fuerunt, etiam ſi pars adimpleuiſſe contendat; nã ad eandem partem adimplere debentem probandi onus pertinet, nõ ad eum, cui implendum eſt, vt per Bart.in l.in illa. 1.ff. de verb.obl.& Alex. conſil.101.in fine, vol.2.ad idem adduco Corn.conſil.40. litera F.vol.4.Planè dici ſolet, quòd facta non præſumuntur, niſi ab eo probentur, qui ſuper eis ſe fundat. l.in bello.§. factæ.ff.de cap.& poſt.reuerſ. Cęph. Dominus meus, conſ.452.nu.34. Nec cer-
tè † à dolo prædicto, ſicque à pœna ex 16
eo emergente, contraueniens ſe excuſabit propter iuſtam cauſam, quam prætenderet, & allegaret, niſi eam probaret
(licet † quęlibet cauſa, iniuſta etiam, ab 17
ipſo dolo excuſare ſoleat. l.igitur. §.poteſt.ff.de lib.cau.l.1.in fi.& quod ibi no. ff.de abig.no. Bald.in l.1.in fi. C.vbi de cau.ſtat.agi opi. Alex. conſi.43.col.1.& conſi.236.nu.12.vol.2.Affl.deciſ.365. nu.6. Crau.conſi.46.nu.14.Iaſ.in d.l.ſi quis maior, nu.3. vbi quoq; dicit, quòd omnis credulitas, etiam fatua, à doli pęna excuſat; Imò ab hac pœna propter temeritatem etiã excuſari ſubdit) & quòd cauſam, quam quis allegar, probare debeat, eſt tex.in l.1.C.ad l.Corn.de fic.& tenet Cor.conſi.280.litera F.vol.4.facit tex.in l.2.ff.de prob. Idque ratione quoque euidenti patet; nam ſi hęc cauſa pro dolo, eiuſue pœna vitanda, allegata, probanda non eſſet, abſurdum ſequeretur, quòd quis ſemper à dolo excuſaretur; cum quilibet cauſam aliquam allegare poſſet, id igitur non eſt ferendum, argu. l.nam abſurdum. ff.de bon. liber. quinimò † licet cauſa quælibet poſſet hoc in 18

casu

caſu à dolo excuſare, vt per Iaſ. habe-
tur in d.l. ſi quis, d.num. 3. tamen illa
non ſufficit, niſi prius orta ſit, quam in
pœnam contraueniens incidiſſet; quia
tunc ille dicere poſſet, quod tali cauſa
motus eſt, &cæt. aliàs ſecus, vt per Ang.
& Imo. in l. ex conſenſu. §. fin. ff. de ap
pellat. & Dec. d. conſ 452. ſub num. 11.
verſ. Non ob. quòd ſaltem; idque de ſe
patet: Et ideò cautos eſſe, moneo aduo-
19 catos; vt † cum cauſam pro doli excu-
ſatione allegant, probent eam, ita pro-
ceſſiſſe antequàm mora fiat, vt dici poſ
ſit, quòd ex tali cauſa ad non ſoluēdum
in termino quis impeditus fuit, & ita
etiam vide Alexan. conſ. 103. lib. 1. col.
penul. In ſimili etiam videmus, quod
qui velit petere abſolutionem ex iuſta
cauſa à iuramento, cauſa ea iuſta conſi-
deratur antequam quis incideret in
periurium; poſtea enim cauſa non ſuf-
ficeret, vt not. dicit Feder. in conſ. 300.
Factum tale eſt, debitor promiſit, in fi.
Pet. de Anchar. conſ. 98. prædictis ſub-
tiliter, in fi. & Abb. in c. 1. col. pen. ext.
de iureiur. cum ſimilib. prout Fely. ibi,
verſ. ſeptimo quæro.

20 Et † prædicta pœna legis, ſi quis ma-
ior, non modò in actore contrauenien
te (vt voluit Alex. conſ. 69. in fi. uol. 4.
& vt videtur probari ex legis litera, ibi,
actionem perdat, per quam apparet lo-
qui de actore, non de reo, cui non com
petit actio, ſed exceptio) verum etiam
locum obtinet in reo, vt per glo. in d.l.
ſi quis, in verbo, cōſecutus fuerit, Ruy.
conſ. 172. colum. 1. volum. 4. quem re-
fert Portius, d. reg. 10. lim. 3. & ita ſenti
re Doct. communiter in d.l. ſi quis ma-
ior, inquit ibid. Parpal. q. 14.

21 Similiter † ipſius l. diſpoſitio non
in tranſactione ſolum locum habet, ſed
& in quolibet alio contractu, ſecūdum
communem Doct. opin. ibi, & Alexan.
ibid. in prin. dicit, & Iaſ. num. 11. quòd
per illum text. probatur, ibid. aduerſus
pacta, vel tranſactiones, nā ex eo, quod
dicit, pacta, quemcunque comprehen-
dit contractum, vt per Bar. ibi, in fi. quē
ſequuntur omnes, idem tradit Port. d.
reg. 10. ampl. 4. vbi cum Barto allegat
Bald. & Alex. in d.l. ſi quis. Adde quod
idem cenſuit Corn. conſ. 96. in princ.
& conſ. 121. litera. X. volum. 1. conſ.
130. litera. I, volum. 4. d. conſ. 40. lite-
ra. F, volum. 4. vbi loquitur de vendi-
tionis contractu, Ruyn. conſ. 198. nu.
6. vol. 1. & hanc quoq; communem at-
teſtatur Dec. d. conſ. 452. ſub num. 7. &
Guido Pap. conſ. 31. verſ. Ad tertium
dubium, & conſ. ſeq. verſ. Ad ſextum,
vbi inquit, d. l. locum habere † in qua- 22
cūque alia promiſſione iurata, & in pa-
cto nudo iuramento firmato, & Ripa
reſpon. 8. num. 1. lib. 5. vbi dicit, † etiā 23
locum habere in donatione iurata, &
Decius d. conſ. 452. ſub d. nu. 7. refert
Matth. no. 50. inc. Nota magnū pericu-
lū, verſ. Quid ſi vendidit. quē D. Iaſ. in
d.l. ſi quis, d. nu. 11. refert pro not. 51.
ponentem † caſum in eo, qui fundum 24
vendidit pro 10. & precij recepit par-
tem, reſiduumque emptor infrà tres
menſes ſoluere promiſerit; ſi non ſol-
uerit in termino, pœnam incurret ſe-
cundum d.l. ſi quis. cum enim certum
tempus appoſitum eſſet, lapſo dicto tē-
pore incidit contraueniens in pœnam,
vt Matthæſil. ait; & pro hoc vide quod
not. tradit Bal. in l. 2. C. de ſponſ. vbi in-
quit, † quòd quādo certum tempus ad 25
negligentiam probandam appoſitum
eſt, alia non requiritur monitio; nam
pro homine dies interpellat, l. magnā.
C. de contr. & commit. ſtip. tradit An-
char. conſ. 65. in fi. Domin. in c. licet ca
non. §. 1. de elect. in 6. Eſt † autem ad- 26
uertendum, quòd ille, qui ad pœnas ta-
les agit, probare priùs debet pro parte
ſua promiſſa adimpleuiſſe, l. Iulianus. §.
offerri. ff. de act. emp. not. glo. in l. ædi-
les. 1. §. fin. ff. de ædil. edic. & Alexand.
conſ. 66. colum. pen. vbi ait, quòd † ad- 27
uerſarius meus dicere non poteſt, me ſi

bi promiſſa non ſeruaſſe, & in aliquam
incidiſſe pœnam, vel priuationem, niſi
ille priùs liquidiſſimè probet, ſe mihi
omnia promiſſa pro eius parte adim-
pleuiſſe, l. quero. §. inter locatorē. ff. loc.
vbi ſecundum Bar. ſub num. 1. verſ. &
generaliter, eſt ad hoc ibi caſus not. &
Soc. conſ. 273. nume. 2. volum. 2. Por-
28 rò † nunquam mihi quis imputare po
terit, ſibi promiſſa non ſeruari, quando
priùs ipſe non ſeruauit, l. cum propo-
nas. 2. C. de pact. idem tenuit Dec. d.
conſ. 452. nu. 3. eo etenim caſu obijci
illud poteſt, Nil Hebræus Hebręo, nil
Catilina Cethego, & aliud non abſimi-
le, Clodius accuſat mæchos, Catilina
Cethegum, pro quibus eſt tex. in l. quo
niam. §. inter ſe. C. de hæret. & in l. vi-
ro. ff. ſol. matr. & in illis locis not. gloſ.
multas alias afferens concor. in d. §. in-
29 ter ſe. In ſimili videmus, quod † vſura-
rius, niſi ipſe extortas reſtituat vſuras,
aduerſus alium de reddēdis vſuris age-
re nequit; quia fruſtrà legis auxilium
inuocat, qui in legem committit, text.
eſt, & ibi pulchra glo. fi. in c. quia fru-
ſtrà, & in cap. Michael, ext. de vſur. In-
tellige tamen ſecundum Dec. d. conſil.
452. ſub num. 10. ſupradicta non pro-
cedere, ſi qui ad pœnam agit, quid ad-
implere debebat, quod in vtriuſq; par-
tis fauorem reſultaret, vt in fienda agri
menſuratione, ſecundum quam pre-
tium vel minui, vel augeri deberet, ſed
ſolum procedere, cum quid in aduerſa
rij fauorem tantum conuerteretur, &
ideo in caſu iſto ſecundum conſ. Par-
pal. in d. l. ſi quis, q. 10. actorem admo-
30 neo, vt † ſit cautus in allegando, & pro
bando adimplemento ex parte ipſius li
quidiſſimè, quia non ſufficeret proba-
re adimplementum, prout in alijs con-
tractibus; cum in d. l. caſu iuramentum
in probationis ſupplementum non ad-
mittatur, prout in alijs contractibus ad
mitteretur, vt per Bal. ibi, & Alex. conſ.
292. colum. 2. volum. 2.

Et † prædictam obiectionē ille, qui 31
conuenitur, facere poteſt, non obſtan-
te etiam iuramento, quod eo caſu iurā-
tem non adſtringit, nam quis conuen-
ta ſeruare non tenetur, ex quo prius ſi-
bi contrauentum eſt, & ſi in contractu
adſit iuramentum, vt eſt caſus in c. per-
uenit. 2. ext. de iur. Ruyn. conſ. 136. ver
ſtc. Quod ad aliud, volum. 5. Gozad.
conſ. 31. num. 5. vbi † & hoc ampliari
dicit, etiam ſi ſit adiecta clauſula, quòd
etiam pœna commiſſa, vel ſoluta con- 32
tractus maneat firmus, quia talis clauſu
la non obſeruanti non prodeſt, l. cum
pater. §. libertis, vbi Bart. & alij in l. qui
fidem. ff. de tranſ. cū alijs, quæ in præd.
loco Gozad. ipſe adducit; Iuramentum
enim, inter cæteras tacitas conditiones
eam habet, ſi iuranti fides ſeruabitur,
glo. in c. quemadmodum, in verbo, cō-
ditio, ext. de iur. Corn. conſ. 96. litera.
L, volum. 1. & conſ. 246. verſ. item ſi.
volum. 3. Fortius inquit Parpal. d. l. ſi
quis, q. 12. quod † ſecundo loco con- 33
traueniens agere poterit ad d. l. pænas
contra agentem, qui primo loco con-
trauenit, vt per Bald. in l. 1. §. cum arie-
tes. ff. ſi quadr. pau. fec. dic. & Alex. in l.
ſemel mora, ſol. matr. ac Grat. conſ. 66.
volum. 1. quem refert Por. d. reg. 10.
ampl. 25.

## Caut. CXLVI.

## De legitima filio auferenda.

*SVMMARIVM.*

*Filius ſua legitima, neque etiam in vſu* 1
*fructu, fraudari poteſt; & omne gra*
*uamen de ea reijcitur, contra tamen*
*remedium eſt nu. 5.*
*Statuto in totum legitima tolli non po* 2
*teſt, ſed benè minui, & comproba-*
*tur num. 4. intellige de legitima fi-*
*liorum, ſecus autem eſt in legitima*
*parentum, vt nu. 12.*

*Dimi-*

*Diminutio tamen enormis nimis eſſe
non debet nu. 3.*
5 *Pater quomodo filium legitima in to-
tum fraudare valeat.
Et pro intelligentia ſequere num. 7.
Quomodo autem filij aduerſus frau-
dem ſe tueantur, habes ſub num. 11.
verſic. ſciendum, & ſub eodem nu-
me. remiſſiuè, verſ. Alia mox.*
6 *Legitima poſt deductum æs alienum de
betur.*
7 *Promiſſio bonorum per patrem, poſt
eius mortem facta, vt filium legi-
tima fraudet, quando ſuſtineatur,
necne.*
8 *Patre filium data opera, & abſq; cau-
ſa eius debita legitima fraudante
peccatur mortaliter.*
9 *Hæres cauſam legitimam teſtamento
inſertam ob filij exhæredationem
probare debet, ſi filius agit quærela
inoff. teſtamenti.*
10 *Teſtamentum nullum dici nequit; ſed
benè agi inoff. querela, quando in eo
eſt iuſta inſerta cauſa exhæredatio-
nis; & quæ ſit differentia inter nulli
tatem, & querelam, nu. 11.*
13 *Legitima, quæ parentibus debetur,
ſola pietatis, non naturæ ratione de-
betur.*
14 *Statutum tantum operatur in ſua ci-
uitate, quantum ius commune in
uniuerſo.*

1 LEGITIMA † filius fraudari,
neq; etiam in vſufructu, po-
teſt pęr text. in §. prohibe-
mus, & ibi not. Bar. Auth. de
trien. & ſemiſſe, & eſt textus, ac ibi gl.
& Doctores communiter, in auth. no-
uiſſimâ. C. de inoff. teſt. & de ipſa legiti
ma omne reijcitur grauamen, l. quoniã
in prioribus. C. de inoff. teſt. de quo la-
tè tractauit Iacob. Philip. Port. in 1. lib.
com. concl. reg. 46. vbi ad id 2. poſuit
ampliationes, & 29. limitationes.
2 † Nec etiam ſtatuto legitimâ iñ totũ
tolli poteſt: ſed benè minui, ſecundùm
opinionem Richar. Malumb. quem re-
fert Cy. in l. ſancimus. C. de nup. & Bar.
in l. Titio centum. §. Titio genero, num.
6. ff. de condit. & demonſt. quam licet
non approbent Cyn. & Bar. dictis in lo-
cis, & etiam contrarium ſentiant Dy. in
reg. indultum, ex. de reg. iur. in 6. Ang.
Alber. Oldr. Iacob. de Belu. Lud. Ponta.
quos refert Soc. conſi. 150. ſub num. 2.
vol. j. ac alijs in locis infrà allegandis: &
nonnulli alij, qui volunt etiam contra
Richar. eſſe com. opinionem: quinimò
magis communem dixit Alex. conſi. 3.
vol. 7. Soc. conſi. 5. in prin. vol. j. (qui ta-
men dixit, quòd contraria opi. eſt ma-
gis ęqua.) Tamen quicquid pręddicti
Doc. & alij ſenſerint, ęquior eſt, & meo
iudicio verior (ac magis fortè commu-
niter admiſſa) ipſa Richardi opinio; cui
inter alios adhęret ipſe Soc. conſi. 30.
ſub num. 3. attentis his, quę ſub num. j.
& 2. dicit, vol. j. ac idem ſenſit d. conſi.
150. d. vol. j. num. 3. ubi communem at
teſtatur; & hanc partem æquam magis
dicit; † adeò quòd nec ita minui de- 3
beat, vt nimis enormis diminutio fiat;
iſtam etiam opin. tenet Ripa, de legib. re
ſpon. 7. & hanc quoque communem eſ
ſe concluſionem tradit Dec. conſi. 106.
num. 4. Cagno. in l. iura ſanguinis. ff. de
reg. iur. Laur. Chirco. in 3. cen. com. op.
concluſ. 19. ad fi. ſub num. 15. in litera
L. qui cum Cagn. adducit alium inter-
pretem ex Moder. multas adducentem
pro hac opin. authoritates, & ſententiã
iſtam crebriorem, ac veriorem eſſe oſtẽ
dentem, ſic etiam communiter magis
id receptum dicit Boer. deciſione 188.
num. 6. & idem tenet dec. 204. nu. 12.
Quodq; verius meritò atq̃ue receptius
nonnullos affirmare Doctores, quos re-
fert, tradit Eman. Soar. in ſuis com. opi.
litera L. num. 65. idque euidentiſſima
patet ratione: Quoniam † legitima, & 4
ſi non omnis, quæ authenticorum iure
hodie filijs debetur, aliqua tamen iure

naturæ filijs ipſis debetur, arg.l.ſcripto, in fi.ff.vnde lib. l.fi.in princ. ff.de bon. damn.& per quem textum iſtius.l.fi.de bonis damnat.ita ſent.Rol.à Vall.conſi. 97.nume. 10.vol.2. & probat optimè tex.in Auth.de trien. & ſemiſ.in princ. cum ibi notatis, in verbo, debitum: At qui ſtatuto ea, quæ naturæ ſunt, tolli nequeunt. §. ſed naturalia, Inſt. de iu. nat.gent.& ciuili,& declarat Barto. in l. omnes populi, numero 21. ff. de iuſt. & iure. ergo legitima hæc filiorum omnino per ſtatutum tolli non poteſt; licet, cum ſit de iure ciuili aucta, ut in d.Auth.de trien. & ſemiſſe, poſſit per ipſam quoque ciuilem municipij conſtitutionē minui, iuxta. d.§.ſed naturalia. cui & iam naturali legitimę, ubi eſſet eius certa determinata naturalis quantitas, aliqualiter derogari poſſet, ſecundum tradita per Bar.in d.l.omnes populi.d.num.21. & dicit etiam Cardina. in conſi.2. quod tale ſtatutum legitimam tollens, de iure canonico non valet, & quod ita Rom.curia tenet, alleg.Rot.deciſ.21. ipſumque Card. refert Additio ad Bar.in d.§.Titio genero, ſub d.num. 6.litera. C. in uerbo, per ſtatutum. In hoc autem propoſito inquit Nico.in addi.Alc.de preſum.reg.1.preſ.8. quòd aut ſtat rationabilis ſtatuendi cauſa: & tunc ex toto legitima tolli poteſt: aut nō eſt rationabilis cauſa: & tunc in totum tolli nequit: & iſtam opin. dicit magis communem; dummodò ex toto alimēta non tollantur. Et ex hac diſtinctione poteris ſupradictas contrarias conciliare opiniones, prout & ita ſenſit Bap. à Villalob.in ſua collecta com. op. litera L.num. 62.ibi, & ſic eſt intelligendus; quam etiam opin. ſequi Nico. Bello. conſi. 23.num. 21. ait Ioan. Fichar. ibi ad Villal.& ad hoc adde Panor.& alios, quos refert Laur.Chirco.d. conclu.19. circa prin.& ita quoque tradit eſſe com. & receptam Doctorum ſententiam Mich.Graſ. in lib.j. Com.op.cap.3. ſtatutum.q.5. ſic etiam magis com. ait Soc. iu.in l.in quartam, ſub num. 110. ff. ad l.Falcid. Aſt vt etiam in totum legitima filius fraudari à parente queat remediū eſt (imò peſſima fraus, quam tradit Dy. quem refert Bar.in l. hęreditarium, nu. 1.ff.de bon. auth. iud. poſſiden.de quo etiam Soc.conſi.93. ſub num.15. verſ. vnde datur cautela, vol.j.& Cępo.caut. 21.Pater volens.) † Quòd parens om- 5
nia eius bona poſt mortem ſuam alicui promittat; † Nanque legitima poſt 6
deductum æs alienum debetur, l. Papinianus.§.quarta ff.de inoffic. teſtamen.
† Quod quidem procedit, niſi ex lu- 7
cratiua cauſa talis fiat promiſſio; quia, ſi ex cauſa ipſa lucratiua fieret, reuocaretur, per tit.C.de inoff. don.& ita ait Bar. in d.§.prohibemus, Auth.de trien.& ſemiſ.& in d.l. hęreditarium, ſub num. j. ff.de bono.auth.iudi. poſſid. vbi Bartolus conſulit, † Quod id fieri non 8
procuret qu[illegible]m; quod & ego hic vitandum a[illegible]o; nam hoc conſilium, licet effectum ſortiri poſſet, eſt tamen animæ pernicioſum; quia ex eo aufertur filio iure naturæ debitum; & ideò omninò caue; niſi modò filius deperditæ prorſus ſpei iuſtam, legitimamque, & grauem attuliſſet cauſam; qua iuſtè parens ad illum penitus paternis bonis priuandum moueretur, de quibus eſt tex. in §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appel. cogn. eo etenim caſu tollerabiliùs pater ſupradicto poterit remedio vti: & quod remedium tutius erit, quàm ſi nominatim ob illā cauſam exhæredem faceret filiū; † Cum 9
cauſa mox ad excludendum filium probari deberet, vbicunque ipſe filius inofficioſi teſtamenti querela ageret, vt tradit glo.Bar.& Doctores in l.liberi, ac in lege, omnimodò, per illum tex. ibi, ſi tamen non ingrati legitimis modis non arguantur.C.de inoff. teſt. & eſt tex. in l.ſi quis filium. C. eodem, & communem dicens eſſe opinionem Cur. iun.in

auth.

auth. licet,num.27. C.de liber. præter.
Vigl.in Rub.poſt prin.Inſt.de inoff. te-
ſtam.Ant.Gomez.de teſt.c.11. nu. 10.
ac ex ipſo Cur. iun. in d. loco.Iul.Clar.
in §.teſtamentum. q. 40.verſi. Aut talis
10 cauſa ; † vbi dicit, quòd teſtamentum
patris,filium ex iuſta cauſa in eo inſerta
exhæredantis, iuſtæ ſi quidem cauſæ il
lius aſſertione nullum dici non poſſet;
etiam ſi per hæredem de cauſa manife-
ſtum non fieret;ſed benè aduerſus eum
inofficioſi querela agi poſſet (licet mox
hærede cauſam probante , actio nullius
redderetur momenti, vt dixi. ) Et com-
munem iſtam eſſe ſententiam tradit in
d.verſi. in fine; huiuſque rei vtilitatem
in ſequenti verſi.declarat,atque differē-
tiam , videlicet quid pluris in ſe conti-
neat , poſſe ipſo iure nullum dici teſta-
mentum,quàm non poſſe;ſed poſſe in-
11 officioſi querela agi : † Nam ſi nul-
lum dicere poſſet teſtamentum filius ex
hæredatus , ex eo quòd nulla in eo eſſet
legitima cauſa expreſſa , triginta an-
norum ſpatium haberet , prout ita ait
eſſe communem concluſionem: quod
& tenet Balb.in tract. præſcrip.4.par.4.
par.prin.q.21. At ſi duntaxat de inoffi-
cioſo agere poſſet, quinquennio exclu-
deretur,vt & eſt tex.clarus in d.l.ſi quis
filium,in fi.C.de inoff. teſta. & ibidem
Bar.& ſcrib.notant,Balb.in d. 4. par. 4.
partis prin.q.22.& Clar.in d.q.40.ver.
neque putes.ad finem ; idque ex prædi-
cto textu exploratiſſimi iuris habēt om
nes. Sciendum autem eſt , quatenus in
cautela dixi , ex cauſa oneroſa patrem
debere bona promittere , vt ipſa valeat
promiſſio , quòd adeò verum id eſt, vt
Io.de Pla. in §.iſem ſi quis,Inſt.de inu-
tilib. ſtipul. dixerit, ipſam non tenere
promiſſionem , niſi de actuali pecuniæ
numeratione,in teſtium præſentia facta
appareat;quod erit vnum pro filijs , ita
deceptis,auxilium : Alia mox remedia
pro ipſis filijs iniquè ſecundum Dyni
doctrinam de fraudatis tradit Io.Dil.de
arte teſtan. titu. 3.caut. 17. quem vide
poſt num.4. Hic te etiam monitum ve-
lim circa ſecundam , quam affert caut.
Cœp.d.cau. 21.ſub num.2.verſi.tamen
cautela eſt, quòd ſcilicet pater filium in
omnibus bonis hæredem inſtituat, &
alij omnium bonorum vſumfructū re-
linquat,nam inquit Cœp. quod valebit
talis vſusfructus relictus , & filius non
poterit ſe grauatum dicere,vt eſt glo. in
d.§. prohibemus. quam cautelam verā
inquit ipſe Cœp. quando nuda ea pro-
prietas filij ſibi tantum valeret , quan-
tum plena legitima : Monitum inquam
velim,quòd hæc caut. tuta non eſt , per
ea,quæ tradunt Doctores in d.auth.no-
uiſſ. & maximè Iaſ.num. 44. & in qua
auth.gloſſa cōtrarium eius tenet , quod
in d. §. prohibemus . † Reuertendo 12
autem ad id, quod ſuperiùs dixi,nō poſ
ſe ſtatuto filiorum legitimā tolli , ſcias;
Quod id verū non eſt in legitima aſcen
dentibus ex bonis deſcendentium debi
ta ; nam eam omninò ſtatutum tollere
poteſt,vt eſt communis Doctorum opi
nio,ſecundùm eos, quos referunt Bapt.
Villalob.in collecta com. conclu.litera.
A. numero 153.& Eman. Soar. in ſuis
com.opin.in litera L.num.66. Quod &
ea ſuadetur euidenti ratione ; † Nam 13
aſcendentibus ipſis naturali iure legiti-
ma non debetur ; ſed ſola miſerationis
ratione à iure ciuili in amiſſorum li-
berorum ſolatium inducta,vt eſt textus
& ibi not.in d.l.ſcripto,in fi.ff.vn. lib.&
in l.nam & ſi parentibus.ff.de inoff. te-
ſtam.ac facit textus in l.iure ſuccurſum.
ff.de iure dotium ; Ideò nimium , ſi ius
ciuile,ſeu municipale,( † quod tantum 14
in ſua ciuitate operatur , quantum ius
commune in vniuerſo.d.l.omnes popu
li,ibique not. ff. de iuſt. & iure ) tollere
illud in ſua ditione valeat, quod ab alio
ciuili iure ſtatutum eſt.d. §. ſed natura-
lia,Inſt. de iu. nat. gent. & ciu. & facit
tex.in l.nihil tam naturale. ff. de reg.iu-
ris,& in l.generaliter, C. de non nume-

rata pecunia.& quod ibi not. gl. 1. in fi. & in verbo, ſcriptis, quæ eſt gloſ. maior, in prin.

## CAVT. CXLVII.

De legitimandis, & emancipandis infantibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Comes Palatinus, vt legitimare valeat, quid in eius priuilegio requiratur, & ideo conſilium habes, num. 3. & numero 6. aliud ad hoc traditur conſilium.*

2 *Argumentum valet de emancipatione ad legitimationem.*

4 *Legitimare infantes, aut furioſos, quare nō valeat Comes Palatinus, cum nō habet de eis legitimandis ſpeciale priuilegium.*

5 *Clauſula, quę generalia, & vniuerſalia verba in conceßione legitimationis continet, facit, vt etiam infantes legitimari queant.*

7 *Emancipare vt quis valeat infantes, quo remedio agat.*

1 LEGITIMARE † vt poſſit infantes Comes Palatinus requiritur, quòd in eius priuilegio adſit ſpecialis eos legitimandi facultas, vt tradit Angelus in l. finali per illum tex. ff. de his qui ſui, vel alieni iuris, & in quæſt. nobilis quidam genere, col. 4. Socin. conſil. 215. num. 11. vol. 2. Iaſ. in l. eam, quam, in 1. no. C. de fideicomm. ſub num. 9. ad finem, Paris. conſil. 2. col. pen. in prin. & conſil. 80. col. fi. in princ. vol. 2. Gozad. conſi. 6. nu. 45. & nu. 47. ac Cur. iun. in conſi. 32. col. 2. & conſil. 145. in fine, vbi hanc eſſe magis communem opinionem atteſtatur, ad idem vide Iacobum Phil. Por. in primo libro com. concl. reg. 25. verſi. ſi autem: cuius ſanè opinionis argumentum eſt præcipuum tex. l. iubemus. C. de emancip. liber. & quæ pariter de emancipandis infantibus liberis tradit Azo in ſum. C. eodem nu. 3. † valet enim arguméntum de 2
emancipatione ad legitimationem, ſecundum Doctorum communem opinionem, vt per Curt. ſen. conſil. 19. col. 2. & conſil. 65. col. 3. Iaſ. conſil. 184. col. 2. vol. 2. & conſi. 40. col. 4. vol. 3. & Rui. conſ. 71. nu. 4. vol. 3. quos refert Rolan. a Val. conſ. 61. nu. 5. vol. 1. vbi poſt non nulla ad huiuſce rei comprobationem nu. 7. ex dictis Præpoſiti in c. per venerabilem. §. quod autem, verſicul. conſequenter, qui fil. ſint legi. conſilium tradit, † Quòd qui legitimandi priuilegiū 3
impetrat, procuret, vt ſpecialiter in priuilegio exprimatur de infantibus, atque furioſis legitimandis, & de hac re ipſe quoque docet communem eſſe opinionem ex alijs ab eo relatis. & ratio eſt etiam, quare tales abſque ſpeciali priuilegio legitimari nequeant, † quia cōſen 4
tire non poſſunt, vt per Az. in d. ſum. C. de emancipatione lib. d. nu. 3. & per gl. in d. l. iubemus, in vet. & ſine. verū quia in legitimandis liberis ipſorum exigitur cōſenſus. §. generaliter. in Auth. quibus mod. nat. effic. ſui, ideo eorum legitimatio, abſq; ipſorum conſenſu, & ſine principis expreſſa conceſſione, non tenet, tamen Rol. ipſo d. conſi. nu. 33. & Port. d. regula, verſicu. contrariam partem, non nullos tenentes poſſe etiam abſque ſpeciali priuilegio Comitem Palatinum infantes legitimare recēſent, & ex eis quoſdam Rolandus refert, de communi teſtantes, & de ipſa quoque Doctorum contrarietate ſcripſit poſt Rol. Laurentius Chircouius in ſuis com. concluſ. litera L. concl. 27. centu. 3. Rolan. autem in præcitato conſ. nu. 34. admiſſo quòd prior opinio ſit vera (vt & magis communem deduxit) eam limitat non procedere † vbicūq; in priuilegio talis clau 5
ſula

ſula adeſſet, quod talis poſſit legitimare
ſpurios, naturales, manzeres, inceſtuo-
ſos, & alios quoſcunq; illegitimos pro-
creatos, & procreandos ex illicito coitu;
cuius rei poſt longam ad hoc Doctorũ
cateruam, communem opinionem ape-
6 rit, † quã ideo clauſulam poni in priui-
legio ille, qui impetrat, aduertat, vel per
alia verba priuilegium procurare pote-
rit, vt per Port. & quos allegat, d. reg. 25.
verſi. ſed quando. ſed tutior erit illa ſpe-
cialis conceſſio, ſic enim omnes remotæ
erunt difficultates. quapropter tibi quo-
7 que cautelam trado, † vt cum infantem
filium ſui iuris conſtituere volueris id à
Principe, precibus illi porrectis, impe-
trare ſtudeas, ac principale reſcriptum
apud iudicem competentem, ad cuius
iuriſdictionem emancipationis pertinet
actus, inſinuari caueas. d. l. iubemus, ac
per Azo. in d. ſum. de emancip. d. nu. 3.

## CAVT. CXLVIII.

### De concipiendo alternatiuo libello.

*SVMMARIVM.*

1 *Libellus incertus eſſe non debet. limita num. 2.*
*Neque contraria continens, nu 4.*
3 *Generalitas obſcuritatem parit.*
6 *Libellus alternatiuus eſſe poſſet, ſi reus eius facto alternatiuè eſſet obligatus, exemplum eſt nu. 8.*
*Licet regulariter alternatiuus libellus concipi non debeat nu. 7.*
*Vt autem alternatiuè concipi queat, remedium datur nu. 9.*

7 LIBELLVS † regulariter certus
eſſe liberare non ignoret, an
debet, vt reus decedat, vel
contendat. c. j. & ibi gl. & Do-
ctores, de lib. oblat. l. 1. ff. de edendo. &
eſt tex. & ibi no. in l. edita. C. eod. † Nec 2
admittitur libellus generalis. c. 2. de lib.
obl. & l. ſi in rem, prima ff. de rei vend.
† quia generalitas obſcuritatem parit. c. 3
pen. de confir. vti. vel inut. & l. ita fidei.
ff. de iu. fiſ. † Nec libellus contraria con- 4
tinens admittitur, quia vbi repugnãtia,
ibi incertitudo c. ſolicitudinẽ, ex. de ap.
l. 1. C. de furtis. † ſed ſuprad. regula non 5
procedit, vbicunque aduerſarij facto
actor certo, quid petat, neſcit. l. 1. §. quia
autem, & ibi Doct. ff. quor. leg. Bar. in d.
l. edita, ſub nu. 18. Iaſ. ſub num. 33. Ripa
nu. 16. & Alex. in l. vbi autem non appa
ret. §. qui illud, aut illud, ſub nu. 2. ff. de
verb. obl. dicit iſtam eſſe magis commu
nem concluſ. & ibid. quoque Iaſ. ſub nu.
3. idem tradit. Et ideo † ſi reus eius fa- 6
cto ſit alternatiuè obligatus, libellus al-
ternatiuã continens petitionem, & nar-
rationẽ, procedit, vt eſt tex. in d. §. quia
autem, & in d. §. qui illud, aut illud, fa-
cit tex. in l. 2. & quod ibi no. C. de reſcin
denda vend. cuius ego rei memini ſup.
in caut. 140. ſub nu. 1. verſic. conſilium
itaq; iunctis præcedentibus. † licet alias
alternatiuus nõ admittatur libellus, quia
alternatio dubiam rẽ facit. l. prætor edi-
xit. §. quod autem. ff. de iniur. † factum 8
igitur, ſi quis tibi promiſerit, nec fecerit,
quia præcisè ad factum cogi non pote-
rit. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de
verbo. oblig. cum ſim. (& de qua re tibi
cautelam feci ſup. litera F. caut. 68.) libel
lum alternatiuum contra eum concipe-
re poteris, petendo aut factum, aut inte-
reſſe, ſecundum gloſ. Bart. & alios in l. 1.
ff. de act. emp. † verum quãdo ſimilem 9
alternatiuum concipies libellum, nõ in-
conſultè ad abundantem cautelã egeris,
ſi proteſtatus fueris, ex altera duntaxat
actione, quod tuũ eſt, conſequi te velle,
quã proteſtationem neceſſariam ſentit
gl. in l. quod in heredem, §. eligere. ff. de
tribut. act. licet cõtrarium velint ibi Sal.
& Fulgoſ. Innoc. Imola, & communi-
ter canon. in c. conſtitutus, extra de in

integrum

integrum reſtitutione, quos refert Rip. in d. §. quia autem, ſub num. 11. Proteſtatio igitur adhibita omnes tollet dubitationes. Nam certè tex. d. §. quia autem, multum vrget.

## CAVT. CXLIX.

De Articulis, qui ad aliquem probandum actum fiunt; & de his, quę lite conteſtata in iudicio ſuperueniunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Lite conteſtata, ſi quid accidit non acceſſorium ad id, ſuper quo lis conteſtata fuit, an noua inſtantia opus in eo ſit, & numero 3. Et an reus exceptione lit. conteſtata, orta in eo iudicio vti poſſit, num. 6. remiſſiuè.*

2 *Articuli quales eſſe debeant, cum reũ ex contractu inter te, & eum inito conuenis.*

4 *Rei iudicatę exceptio, quando reo competat in his, quę in eod. iud. contingunt, & mox actor victus iterum agit.*

5 *Libellus qualiter ſit concipiendus, cum quis ex cauſa pręcedenti agit, ſed nondum actio orta eſt, quam durante iudicio, oriri ſperat, remiſſiuè.*

1 LITE † conteſtata, quod accidit non ad id acceſſorium, ſuper quo lis conteſtata fuit, in illo iudicio venire non poteſt, ſed noua inſtantia opus eſt, vt eſt tex. & per eum Bar. in lege, non poteſt videri. ff. de iud. & eſt tex. in l. Atheius, in fi. ff. de aqua plu. arc. l. ſi mater. §. penul. & l. cum quæritur, & l. agri. ff. de ex. rei iu. tatio eſſe poteſt, quia ſententia quoties ferretur ſuper non acceſſorio eo, quod poſt lit. conteſt. contigiſſet, abſque litis conteſtatione lata reperiretur, & ideò nulla eſſet. l. pro latam, ibique not. C. de ſent. & inter locut. Ideoque Bar. in d. l. non poteſt, num. j. per eum textum, conſilium tradit, † quòd quando ex contractu cum aliquo facto agis, cautus ſis, vt articuli tui contractum, ſuper quo agitur, ante cęptum iudicium factum eſſe concludant: alioquin inquit ſuccũberes, & ita notare ait Ioannem Andreã in capitulo, Abbate ſinè, extra de re iudicata, in 6. ſin autem aliquid acceſſorium contingit, & tunc id in primo iudicio venire poteſt. l. ediles etiã. §. item ſciendum. ff. de ædil. edicto, & l. 1. C. de iud. not. Bart. in d. l. non poteſt, nume. 2. ac pro his omnibus vide Bart. ipſum in l. edita, nume. 7. & poſt eum Doct. ibi. C. de edendo. Io. Fabr. in §. ſi minus, & Iaſ. colum. vlt. Inſtitut. de act. & Alexan. conſ. 39. in quinto uolumine. Verùm quod dixi, illud, quod non acceſſorium euenit, poſt litem conteſtatam noua indigere inſtantia, ſic indiſtinctè non pertranſit, ſed aliqua eget declaratione: Quo circa ex Bart. ipſo ſub d. num. 2. d. l. non poteſt, duos principales ad hoc colligo caſus: † Primus eſt quando non extitit iuris defectus ex parte agentis; ſed ex parte conuenti; Puta ſi rem ego à te petebam, dicens, ipſam te poſſidere, quam non poſſidebas, & poſt litem conteſt. poſſidere incępiſti: tunc accidens illud hoc iudicio veniet. l. 4. & lege, ſi quo tempore. ff. de pet. hæred. l. ſin autem §. 1. ff. de rei vẽdicat. l. tigni §. ſi quis. ff. ad exhib. & l. quæſitum, in princ. ff. de peculio. Secundus eſt è conuerſio caſus, quando ex agentis parte iuris defectus erat; Puta, ſi quis debitum peteret ex obligatione in eſſe nõdum deducta, quo caſu dic; aut ius ex cauſa de præterito, ſiue ex facto, contractu uel præcedenti ſuboritur, vt quia pignoratitia actione ante factam debiti ſolutionem aliquis ageret, & mox in iudicio pecuniam offerret, rem pignoratam, & quod ſua intereſſet

(margin numbers: 2 beside "ſilium tradit"; 3 beside "principales ad hoc")

eſſet in eodem iudicio conſequi debe-
tet, ſicq́ue hoc in caſu id, quod ſuperue
nit in eodem iudicio inſeritur, vt eſt te
xtus in l. ſi rem. §. fin. ff. de pign. actio-
ne, & ad idem eſt tex. in l. ſi mandauero
tibi, vt à Titio. ff. mandati, & illis in lo-
cis notatur, prout etiam notatur in d.l.
non poteſt videri, de iudic. tradit Bart.
in l. ſi Titius & Seius, num. 2. ff. de ver-
bo. oblig. vbi nume. 1. circa hoc mul-
tum notabiliter loquitur: Aut modò
ex cauſa noua deficiens ius ſuperuenit;
vt, quia agat quis in contractu nul-
latenus præcedenti, ſiue ex debito,
quod ſcilicet neque purè, neque condi-
tionaliter, neque vllo modo debetur;
quodq́ue poſtmodum, durante iudi-
cio, ſuperuenit, & eo in caſu id noua
egebit inſtantia, vt d.l. non poteſt, ibi-
q́ue not. & in d. l. Atheius, in fi. cum l.
ſeq. ff. de aqua plu. arcen. & d. l. mater.
§. pen. ibique no. ff. de exc. rei iud. vides
igitur, quod bona eſt ſuprà [illegible] dita cau-
te. vt cùm ex pręcedenti contractu agis,
articules contractum ipſum ante iudi-
ciũ conſtitiſſe: Ex his autem rectè col-
4 ligere potes; † Quòd quandocunque
id, quod lite conteſtata ſuperuenit, in
eodem iudicio clauditur, & reus abſo-
lutus fuerit, agenti iterùm obſtabit rei
iudicatę exceptio; Quod non eueniet,
ſi illud, quod lite pendente contigerit,
in ipſo non claudetur iuditio, vt etiam
animaduertit Bar. in l. & an eadem. §.
actiones, num. 23. ff. de excep. rei iud.
5 † Verùm quando ex ea cauſa agis, quę
ab initio nondum tibi aduerſus reum
efficacem parauit actionem; ſed mox
per ſuperuenientiam, abſque alia in-
terpellatione, ſiue noua inſtantia, in il-
lo continetur iudicio iuxta ſuperiùs tra
dita, vt libellum tuum concipere non
ignores, aduerte ad illa, quę tradit Bar.
in d. §. actiones, num. 19. cum ſequenti
bus, quæq́ue ad literam tranſtulit addi-
tio ad ipſum Bar. in d. l. non poteſt, lite
ra R. in verbo, actio propoſita, quæ hic
ego tranſcribere non curo: † Quid au 6
tem in exceptione poſt litem conteſta-
tam ſuperueniente ſit, vtrumnè ea vti
reus valeat, tradit Bar. in l. 1. num. 9. ff.
de excep. vbi additio ad eum in verbo,
quæro quid, circa hanc rem not. & latè
proſequitur, quam omninò vide.

## CAVT. C L.

### De litis conteſtatione.

### *SVMMARIVM.*

*Litis conteſtatio qualiter inducatur.* 1
*Reus ad litem conteſtandam compel-
litur ſub num. 1. Et quomodo fiat pro
teſtatio per reum, ne litem conteſta-
ri videtur, num. 2.*
*Quid autem aduerſus proteſtationem
hanc, vt conteſtetur lis, facere de-
beat actor, traditur num. 2.*
*Procurator an, & quomodo poßit co-
gi litem ſuſcipere, ſub num. 3. verſi.
Quid modo ſit, remißiuè.*
*Tutor ſimilesq́ue perſonę poſſunt cogi* 4
*cauſatiue litem ſuſcipere, aliàs officio
priuantur.*

LITIS conteſtatio, ſcis, † quod 1
inducitur per negationem,
vel confeſſionem, vel per ver
bum dubitatiuum, videlicet
ignoro; aut narrata non credo; item ſi
dicatur, mentiris per gulam, vt per Ma-
ran. latè probantem, in tractatu, de ord.
Iud. par. j. ſextæ, & vlt. part. principalis,
verſi. Decimum, & vltimum membrũ,
aliàs incipit, litis conteſtatio; vbi etiam
num. 8. inquit ſecundùm communem
concluſionem, quem ad conteſtandam
litem cogi poſſe, captis pignoribus, ac
etiam per perſonæ detentionem; ſed, vt
per ſupradicta lis non conteſtetur, re-
medium eſt, † Quòd fiat in reſponſio- 2
ne proteſtatio; videlicet eam fieri re-
ſponſio-

ſponſionem, non animo item conteſtandi &c. quoniam per eam proteſtationem lis pro conteſtata non habebitur: Bar. in l. j. num. 15. 16. 17. 18. C. de lit. conteſtat. Ant. & Panor. in c. j. ex. eodem, Panor. & alij in c. cum M. Ferrarienſis. ex. de conſtitutionibus, vbi Rip. num. 97. inquit iſtam eſſe communem opinionem, licèt quidam contradixerint, ſecundùm Alex. conſ. 130. lib. 4. & iſtam quoque opinionem communiter dicit approbatam M.tran. dicto loco num. 10. Verùm pro actore contraria
3 erit cautela, † vt caueat priùs per Iudicis iuſſionem litem conteſtari debere; nam tunc ob impoſitam neceſſitatem proteſtatio prædicta nihil releuabit, argu. l. alimenta, & quod ibi not. iunctiſque his, quæ tradit ibi Bar. ſub num. j. C. de neg. geſt. quemque textum ad hoc adducit Maranta, ſub num. 10. & iſtam opinionem, quòd à Iudice reus præcisè cogi ad litem conteſt. poſſit, tenent Iac. de Are. Pet. Cy. Bal. & Sali. in d. l. j. C. de lit. conteſt. Ant. de Butr. in c. j. circa pen. colum. ex. eodem, & Bald. in l. quoties, in prin. ff. de noxal. & ita etiam eſt de mente Bar. in l. ſed & hę. §. pręter. ff. de procur. vbi Bar. reſpondet ad legem, ſatiſque. ff. de in ius vocan. quę in contrarium facere videbatur; & ita reſpondeas etiam ad notata per gl. in l. j. C. vt nemo inuit. & iſtam quoque ſententiã ſequitur Caſt. in l. ſi domus. §. in pecunia. ff. de leg. j. & Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus, ſub nu. 30. ff. de dam. infec. vbi dicit ſibi videri, hanc eſſe communem opinionem, & idem Alex. dicit eſſe magis communem in l. qui in aliena, num. 9. ff. de acq. hæred. & id verius dicit in l. inter ſtipulantem. §. 1. ſub num. 11. ff. de verb. oblig. & hæc quò ad reum principalem; quid modò ſit in procuratore, vide penes gloſ. magiſt. in dicto §. præter, ad quam ibi ſe remittit Bar. dicens eam benè, & clarè diſtinguere, & melius, quàm alibi, & uide quoque Cy. in l. inuitus, in ſexta quæſtione, C. de procurator. quid autem in tutore, & ſimilibus, habes in l. eum qui. C. eodem, vbi habetur, † Quod cau- 4
ſatiuè tales perſonæ, compelli poſſunt, aliàs officio priuarentur, ad quod etiam vide dictam gloſ. in l. prima, C. vt no. inuit.

## CAVT. CLI.

### De ęo, qui prędium ruſticum conducit, ne omnia p alm in fundum conductum inducat.

*SVMMARIVM.*

*Colonus quando inuecta, & illata in* 1
*prędio ruſtico obligata habeat. Et quid locator probare debeat, verſ. ſciendum igitur.*

*Et illi conſilium datur, volenti aliqua in prædio ruſtico inferre, & neutiquam obligata habere, nu. 2.*

*Ex quo & coloni aduocato conſilium traditur, nu. 3. & 4.*

LOCANS † prædium ruſti- 1
cum, ſi in eo colonus quędam, inſcio domino, inferat, ea ipſe dominus tacitè obligata non habebit: ſecus eſt in inquilino; nam etiam ea, quæ ignorante domino in vrbanum prædium inuecta ſunt, erunt domino tacitè obligata, tex. eſt ad hoc in l. certi iuris. C. locati, & ibi ſcribentes, declarantes differentiæ rationem, & gloſ. ac Doc. in §. item Seruiana, Inſt. de action. Neguſ. in tractatu de pignor. in 4. membro, 2. part. prin. num. 145. verſ. ſecundo limita, & in eodem quarto memb. Neguſ. numero 128. verſiculo, Duodecimus caſus, ponit regulam, qua habetur, quòd inuectę, & illatæ res in domum conductam, tacitè ſunt locatori

obligatæ

obligatæ pro penſione, ſeu domus affictu; quæ quidem regula probatur per tex. in l. item quia. ff. de pactis, in l. quarta, ff. quibus modis pign. tacite contra. & dicta l. certi iuris. quam poſtea regulam latè ipſe Neguſ. tractat, cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, quem omninò pro huius materiæ intelligentia vide: ego ex his ea tantum attingam, quæ inſtitutum noſtrum reſpiciunt. Sciendum igitur eſt, quòd locator probare debet, talia inuecta, & illata fuiſſe in prædio locato, alioquin ea per eum nec peti, nec retineri poſſent, tanquam tacitè obligata, vt per tex. & ibi Barto. Bald. & Salyce. in l. ſi non inducta. C. in quibus cauſ. pig. tac. cōtra. ſimiliter ſupradicta intelligē da ſunt, ſi eo animo ſint inducta vt ibi perpetuo ſint; non ad tempus. l. debitor. ff. de pig. & l. in prædijs. §. primo, ff. in quibus cauſ. pign. tac. contr. Negu. vbi ſupra, ſub numero 150. Igitur
2 † ex prædictis conſilia colono dare poteris, vt ignorante domino non nulla inferat; nam caſu eueniente, quòd dominus, vel Seruiana; vel Saluiano interdicto (de quibus dicam infrà in litera S. cautela 148. incipiente Seruiana actio) aduerſus colonum agat, ipſe colonus præcipua ea habebit, quæ inſcio domino intulerit per. l. prædictam, certi
3 iuris. † Pariter & ex eadem lege tu, qui colonom defendes, conſilium ſumere poteris, vt perquiras, nunquid ſciente domino, vel ignorante quicquam inuectum ſit, quia quod ea, quæ non ſciente domino illata fuerit ipſi do-
4 mino actio non dabitur: & idem † attendas quò ad colonum, & inquilinum etiam an illa illata fuerint, vt perpetuò, vel ad tempus duntaxat ſint: & illud ex rerum qualitate probabitur, vt colligitur ex dicta l. debitor, & dicta l. in prædijs. dicto §. primo, ſicque erit in iudicis arbitrio poſitum, qui illud, attenta ipſa rerum qualitate, iudicabit: puta ſi eſſet vnus lectus, & ſimilia, ex quibus ſolent ornari cameræ; vel inſtrumenta, ad panem conficiendum, & id genus, ex quibus intelligi daretur, ea eſſe inducta, vt permanerent durante locatione, & ita etiam vide Neguſ. vbi ſupra, ſub numero 150.

## CAVT. CLII.

### De Articulis ob locationis inducendam renouationem fiendis.

*SVMMARIVM.*

*Locatio, quando renouata cenſeatur, necnè; & nu.* 2. 3. 5. *&* 6. 1

*Quæ intellige in prędij ruſtici locatione; ſecùs enim eſt in prędio vrbano, prout habetur, num.* 8.

*Declara etiam ea, quę de prædij ruſtici renouatione dicuntur locum habere, ſi locatio ſolo conſenſu procedit; ſecùs ſi in ſcriptis, num.* 9. *Vel per ſtipulationem contractus vallatus ſit, num.* 11.

*Item intellige in immobilibus, ſecùs eſt in mobilibus, vt nu.* 12.

*Conſilium autem traditur, dum quis renouatam tacitè locationem probare intendit, nu.* 2. *&* 7.

*Locationis renouatio, quę per domini patientiam prouenit, quanti temporis ſit.* 4

*Locatio, quando in ſcriptis fieri dicatur.* 10

*Equum ad vecturam acceptum ſi quis poſt locationis tempus retinet, an furtum faciat, & quando quis conuertendo rem acceptam in alium vſum, de furto teneatur, habetur ſub dicto numero* 13. *verſi. ſimiliter dicendum eſt.* 13

*Voluntas*

*Voluntas & propoſitū maleficia diſtin guūt, ſub nu 13. ver. volūtas enim.*

14 *Mobiles res qui poſt finitam locationē retinet, aut acceptas ad vnum vſum in aliam conuertit, vt furti perſecutionem uitet, quo remedio utatur, & declarando ſequere nu. 16.*

15 *Delictum in dubio non præſumitur.*

17 *Iactare rem ſuam quis nō præſumitur.*

18 *Commodati actione an ille agat aduer ſus eum. qui pro furto vitando ob res mobiles poſt tempus, quo com modantur, detentas, probat, & veriſſima deducit, ſe credidiſſe dominum permiſſurum.*

*Et domino non valenti furti agere pro mobilibus poſt commodati tem pus retentis, conſilium datur, quòd agat commodati actione, pro commodatarij culpa, num. 19.*

20 *Lata culpa in criminalibus actionibus dolo non æquiparatur.*

*Furtum non committitur ſine furandi affectu.*

1 LOCATIO † renouata videſ, cum colonus locationis tem pore finito in conductione ſcientie domino, & non con tradicente, remanet, text. eſt in l. item quæritur. §. qui impleto, & l. ſequenti, ibique Bart. Caſt. & alij. ff. loca. & l. le gem. C. eodem Bar. in l. ſi quis nec cau ſam. §. res pignori, in fi. cum quo ſcribentes cæteros tranſire dicit ibi Iaſ. ſub num. 4. ad fi. ff. ſi cert. pet. ad quod etiá vide Bened. de Capra, de communi aſſerentem, reg. 56. num. 8. cuius dicta ſunt tranſlata in communes opiniones variorum, litera. L. num. 32. tom. 2. & pignoris durat obligatio, ſi eiuſdem cō ductoris pignora erant; ſed ſecùs, ſi alterius, qui ea pro conductore obligaſſet, quia tunc illius nouus requireretur conſenſus. d. §. qui impleto, & l. ſi cum Hermes. C. eodem, & tradit Boer. deciſ. 284. num. 14. ac facit tex. in l. fin.
ff. de pactis, in l. ſtipulatio, & quòd
ibi notat. in verbo, conſtituenda. ff. de
iure dot. & l. inſulam. §. fin. ff. ſolut.
matrim. Quatenus autem eſt dictum,
domino ſciente cenſeri factam reno-
uationem, remanente colono ipſo in
fundo poſt locationis elapſum tem-
pus, Bar. in d. §. qui impleto, nu. 2. con-
ſilium tradit. † Quòd aduocatus, cum 2
tacitè renouatam locationem probare
vult, poſitionem faciat, quòd colonus
domino non ignorante in cōductione
remanſit. † ſi enim dominus ignoraſ- 3
ſet, nec conſenſiſſe videretur, nec pro-
pterea renouata crederetur locatio, arg.
l. qui ad certum tempus. ff. eodē, quod
que Bart. explicat, & Doc. ſequuntur in
d. §. res pignori, ſed eo caſu ad negotio-
rum geſtorum actionem recurrendum
eſſet, vt Bart. ait in præd. §. qui impleto.
d. num. 2. † Et illa quidem renouatio 4
vnius duntaxat anni eſt, non verò vl-
terius extenditur, licet longioris fue-
rit temporis locatio prior, vt in prædi-
cto. §. qui impleto, dicitur. † Dum au- 5
tem dictum eſt, quòd per domini pa-
tientiam conductio renouata cenſetur,
id ex modico tempore non intelligitur,
arg. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimplici
ter. ff. ex quibus cau. maio. per quē text.
Bar. id ſentit in d. §. qui impleto num.
12. vbi inquit, † quòd boni viri arbi- 6
trio inſpiciendum hoc erit, ſcilicet, ſi
conductor ibi eo remanſerit tempore,
quo ad agriculturam quid erat operan-
dum; ad quod etiam vide Odofr. &
Bald. in d. §. qui impleto. † Ideo in 7
poſitionibus caue etiam, vt domini pa-
tientiam nō in modico tēpore colloces;
ſed in tempus, inter quod in agro faciē
dum aliquid extitit. † Et prædicta lo- 8
cum obtinent in ruſtico prædio; In vrba
no autem loco per patientiam non re-
nouatur, niſi quanto temporis ſpatio
poſtmodū ſit abſq; domini controuer
ſia habitatum, vt in d. §. qui impleto, in
fi. ſecundùm communem lecturam, de
qua

qua Bartol. ſub num.7.& Caſtr.ibi. &
ratio eſt ſecundum intellectum, quem
communem vocat Bartol. ibi, ſub nu-
me. 18. quia ex vrbano prædio fructus
in qualibet anni parte percipiuntur, ex
quo ibidem infertur per Bartol. quòd
ſi domus eſſet conducta, quæ exiſteret
in loco, vbi nundinæ fiunt, locatio non
cenſeretur tantùm renouata pro eo
tempore, quo habitatum eſt, ſed pro to
to anno; quia licet conductor ibi vni-
formiter pro qualibet anni parte habi-
tet: plus tamen illis quibuſdam nun-
dinarum diebus lucratur, quàm in qua
libet anni parte, & id quidem maxi-
mam ſapit æquitatem, quæ oculis pa-
tet; vnde in his cautus ſis. Prædicta au-
9 tem † renouatio, de qua ſupradictum
eſt, procedit (vt in d. §. qui impleto
habetur) ſi ſolo conſenſu locatio prior
emanauerit; ſecus, ſi in ſcriptis facta
10 ſit; † In ſcriptis autem facta locatio nō
poſſe ità renouari tunc dicitur, cùm
ſcriptum eſt de contractus ſubſtantia
iuxta formam. l. contractus, vbi vide
quod ibi not. ſcrib. C. de fide inſtrum.
quod tradunt Odofredet. Bartol. in d.
§. qui impleto, ſub num. 7. vbi etiam
vide Fulgo. colum. 3. circa finem; id-
11 eo Bartol. nu. 13. inquit etiam, † quod
ſi ſtipulatione nullatus fuerit contra-
ctus; & verba de contractus fuerint ſub
ſtantia, hoc eſt quòd non aliter vale-
ret actus, niſi verba interuenirent,
tunc contractus per ſolam patientiam
12 renouatus non videtur. † Sed an idem
in rebus mobilibus dicatur, quod de
immobilibus dictum fuit? opinio Bar-
to. eſt in d. §. qui impleto, num. 11. ſe
cundum gloſ. not. ibi, quòd non, quia
qui eas poſt tempus retinet, furtum fa-
cit, niſi permiſſurum credat dominum,
per text. in l. inter eos. §. rectè, & l. qui
re commodata. ff. de furtis, & facit In
ſtit. de oblig. quæ ex delic. naſc. §. pla-
cuit. Volũtas enim maleficia diſtinguit.
cap. cum voluntate, de ſenten. excom.

l. quod te. ff. ſi cer. pet. l. qui iniuriæ, in
princip. ff. de furt. l. quod reipublicę.
ff. de iniurijs, & l. 1. ff. de ſicar. ac not.
in l. 3. §. ſi quis dolo, in ver. animo.
ff. de tab. exhib. Ex quo ad quæſtio-
nem infert Barto. † ſi quis poſt condu- 13
ctionis tempus equum retinet, an re-
conduxiſſe videatur? & reſoluit, quòd
ſi equum illum ad vecturã dare domi-
nus conſueuerat, reconductio facta cre
ditur, & non furtum, ſed ſi vnum alicu
ius momenti equum accepiſſet, quẽ do
minus, niſi pro modicis diebus, non de
diſſet, tunc furtum ille faceret, qui poſt
præſtitutum tempus retineret, niſi do-
minum permiſſurum crederet. d. §. re-
cte, & d. l. qui re ſibi commodata, ac d.
§. placuit, & de quo habes etiam penes
Ang. in d. §. recte, quem refert Augu-
ſtinus ad Angelum de maleficijs, in ver
bo, etiam veſtem celeſtem, poſt nu. 33.
ſimiliter dicendum eſt, quòd ſi quis e-
quum tibi commodarit, vt ad vnum
locum vadas, & tu ad alium locum te
conferas; vel librum commodarit, vt
in eo ſtudeas, & tu in alium vſum
conuertas, puta in eo tranſcribendo;
vel tibi conceſſum eſt, vt argento va-
ſeo in cœna vtaris, & tu Hebręo pi-
gnori tradas, furti teneberis, l. qui fur-
tum, & quod ibi not. glo. 1. & Paul.
Caſtr. ff. de condic. furtiua, l. ſi vt cer-
to. §. quinimò, & §. deniq; ait. ff. cō-
mod. & §. furtum Inſt. de oblig. quæ
ex delict. ac not. glo. in l. qui ſeruum.
§. ſi is, in verbo, ſurripuerit. ff. de act.
& oblig. & tradit Angel. de maleficijs,
in d. verbo, etiam veſtem cœleſtem,
num. 32. qui ſubdit idem eſſe, ſi quis
rem pignori acceperit, & ea vtatur,
aut illam vendat, antequam poſſit, vel
pacto, vel de iure, furti tenebitur actio
ne, l. ſi pignore, & l. ſi is, qui pigno-
ri. ff. de furt. & d. §. furtum, vbi etiam
dicitur, quod ſi re depoſita vtatur
quis, idem eſt. Quæ omnia vera dicit
Ang. ſi vtens re ad alium vſum, quam
deſti-

deſtinata fuerat, veroſimiliter ſciebat,
vel ſcire, aut veroſimiliter credere debebat dominum non permiſſurum &
allegat gloſ. in d. §. denique; ſed eſt
gloſ. d. §. quinimò: & tu adde iura
ſuperiùs, per me adducta: & quod Angel. innuit, furti etiam teneri eum, qui
credere debebat dominum non permiſſurum, licet reuera crederet permiſſurum, corrige, vt hic in fine dicam.
14 † Aduertendum igitur eſt in ſimilibus
ſi caſus contigerit (ſingula ſingulis referendo) vt vel probetur tales res locari ſolitas eſſe, vel ad furtum euitandum
in his mobilibus rebus, quæ cùm ad
modicum tempus conceſſę ſint, in longius fuerint retentæ, vt deducatur,
quòd ille, qui retinuit, dominum permiſſurum credidit, aut in rebus cōmodatis, quæ in alium vſum conuerſæ fuerint. dominum pariter conceſſurum demōſtret reus, idq; facilè quem, pręſumptiuè ſaltem, oſtēdere ſola poſſe allegatione quoſdam putaſſe audiui, ex eo
15 † quia in dubio delictū nō pręſumitur;
arg. l. meritò. ff. pro ſocio, cū ſim. Ideoq́ue aduerſario contrariū probādi facultatem competere; uerum iſti Bar. nō vi-
16 derant, † qui d. §. rectè, ſub nu. 2. tenet,
quod hęc ſola allegatio non ſufficeret,
niſi reus aliqua oſtenderet veroſimilia
indicia, propter quæ credēdum eſſet, ipſum putaſſe, dominum permiſſurum:
niſi enim hæc oſtenderet, contra eum
17 iuris eſſet præſumptio; † Quia dominus rem ſuam iactare non præſumeretur. l. cum de indebito. ff. de prob. & l.
qui vas. §. vetare. ff. de furtis. & alioqui
dicit Bart. ſi ſola ſufficeret ea allegatio,
nemo de furto cōdemnaretur, cùm ſemper reus diceret, credebam, dominum
permiſſurum, & cum Bar. tranſit etiam
Auguſt. ad Angel. de maleficijs, in d.
verbo, etiam veſtem, poſt nume. 36.
18 † Sed an iſte, cui res fuit commodata
præter modum pręfinitum, aut tempus vtens, commodati teneatur actione, etiam ſi veroſimilia inducat, ſe dominum permiſſurum credidiſſe? dic
quòd ſi non debuit dominum permiſſurum exiſtimare, tenetur, d. l. qui re ſibi commodata, in princip. de furt. † Et 19
propterea pro domino conſilium eſſe
poterit, vt cùm de furto agere nequeat
ſaltem commodati actione pro commodatarij culpa agat: & ex his apparet
bonam non eſſe Angeli ſupradictam
opinionem, qua tenere videtur, furti
quem teneri, cum in alium vſum rem
conuerteret, non modo ſi ſciret veroſimiliter, dominum non permiſſurum;
ſed etiam ſi non ſciret, ſed ſcire, & credere deberet, nam nec gl. quam voluiſſe allegare oſtendi, id dicit, nec id etiā
in crimin. actionibus, prout Angel.
† loqui videtur quiſquam diceret, cum 20
in criminalibus actionibus ipſius culpa
etiam lata, dolo nō ęquiparetur, vt not.
glo. & ſcriben. communiter in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & communem quoque dicit eſſe opinionem Cagn. in l. contractus, num. 10. ff. de reg.
iur. & alij, quorum meminit Clar. in
prat. crim. §. fin. q. 85. in prin. & † fur- 21
tum non dicitur, niſi aſſectus, & furantis interueniat intentio, ut eſt tex. in l. 1.
§. furtum. ff. de furt. in d. §. placuit, in
fin. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſcuntur, & not. in d. l. qui re commodata, in glo. 1.

## Caut. CLIII.

### De legis Aquilię actione magis, quàm locati intentanda, cū in re locata damnum datum ſit.

*SVMMARIVM.*

*Locati actione, & ex lege Aquilia locator pro dāno in re locata dato agere poteſt, ſed unica duntaxat contentus eſſe debet.* 1

*Conſi-*

*Conſiliumque traditur, vt magis legis
Aquiliæ actione agat locator tunc,
quàm locati, nu. 2. propter maiorem
utilitatem, quæ mox demonſtratur.*
3 *Locati actio rei tantum perſecutoria
eſt, ſed legis Aquiliæ actio, et rem, et
pœnam perſequitur.*
*Idque, quod de commodo pœnæ perſe-
quendę ex lege Aquilia traditur, am
pliatur, num. 4. & exemplum tradi-
tur, nu. 5. & nu. 7.*
6 *Legis Aquiliæ actione agẽs ob occiſum
animal, ad illud plus, quod eo anno,
quo occiſum fuerit, valuiſſet, non ſin
gulari affectione, ſed communi æſti-
matione id conſequetur.*
8 *Locati actio in ſimplum tantum com-
petit, ſed actio l. Aquiliæ quandoq;
in duplum.*
9 *Legis Aquiliæ actione agens quãdo ob
inficiationẽ dupli cõmodum ſentit.*
10 *Iuramento facta probatio legitima non
habetur.*
11 *Legis Aquilię actio non competit con-
tra hæredes.*
*Amplia, nu. ſequenti.*
13 *Locati in actione dolus, lata, & leuis
culpa, non leuiſſima præſtatur, niſi
res fuerit, quæ leuiter frangitur, ſed
in legis Aquiliæ actione etiã leuiſſi-
ma culpa uenit, nu. 14.*
15 *Seruus ſi fuerit occiſus, et l. Aquilia, &
l. Cornelia de ſic. agi poterit, quod ad
intelligentiam huius rei proſequere,
ut nu. 16. 17. 18.*

1 LOCATOR † aduerſus condu
ctorẽ pro damno in re locata
dato & l. Aquiliæ, & locati
actione experiri poteſt, ſed al-
tera tantum actor contentus eſſe debet,
tex. eſt in l. ſi vulneraueris. ff. locati, & l.
qui ſeruum. §. ſi is, ver. & hoc, ibiq; not.
ff. de act. & obl. notatque gl. fi. in prin. le
gis. 3. C. de loc. & cond. ſed quam harũ
2 actionum eliget? Conſulo, † quod ex l.
Aquilia agat, cum hæc maiorem ſit alla-
tura vtilitatẽ, quàm locati actio. Etenim
† actio locati rei ſolum perſecutoria eſt, 3
actio verò legis Aquiliæ, & rei, & pœnæ
perſequendæ gratia fuit cõparata. §. ſe-
quens illa diuiſio, verſiculo rei perſe-
quendæ, & §. ſequenti, verſiculo, ſed &
legis Aquilię act. Inſt. de act. † Idque pę 4
næ perſequẽdæ commodum ex l. Aqui-
lia procedit, non modo ſi aduerſus infi-
ciantem in duplum agitur (in quo etiam
pinguiorem, quàm altera locati eſſe in-
ferius dicam) ſed etiam ſi duntaxat in
ſimplum agatur, vt in dicto verſiculo,
ſed & legis Aquiliæ actio. † quoniam ſi 5
locatum animal ex his, de quibus in pri
mo legis Aquiliæ capite (puta ſeruum,
quadrupedemue, quæ gregatim paſca-
tur) conductor occiderit, quod locatio-
nis tempore fuerit defectuoſum, ſed
in eo anno, quo occiſum eſt (habita
conſideratione ab occiſionis die retro)
integrum magnique pretij extiterit, tan-
ti ille, qui occiderit, damnatur, quanti
in anno illo plurimi fuerit. l. 2. ff. ad le-
gem Aquiliam, & Inſt. de act. §. ex malefi
cijs, in d. verſic. ſed & l. Aquiliæ actio,
ac Inſt. de lege Aquilia, in princ. & §.
his autem verbis. † habita tamen conſi- 6
deratione nõ ex ſingulari affectione, ſed
ex communi æſtimatione. l. ſi ſeruum
meum ff. ad l. Aquiliã. Quod autem de
ſeruo dictum hic eſt, amplia, & intel-
lige, vt in fine huius cautelę dicam, † ſed 7
ſi aliud damnum, quàm mortis illatio,
in tali animali ſub 1. capite l. Aquilię cõ
tento, datum ſit, vel aliqua alia beſtia
conducta, quæ pecudum numero non
ſit, occiſa fuerit, aut in quacunq; re dam
num datum erit, tertij. l. Aquiliæ capitis
ordinatione, non quanti in eo anno plu
rimi res fuerit, ſed quanti in diebus tri-
ginta proximè peractis res extiterit,
obligatus erit is, qui damnum dederit.
l. ſi ſeruus ſeruum. §. tertio capite. ff. ad
l. Aquil. & §. capite tertio Inſt. eodem.
Præterea hæc. l. Aquiliæ actio pinguior
erit, quàm actio locati, alia de cauſa:

8 † nam locati actio in ſimplum tantũmo
do competit. §.omnes autem, Inſtit.de
act. ſed ex. l. Aquilia actio deſcendens
etiam in duplum quandoq; vtilitatem
affert, quando ſcilicet per inficiationem
creſcit. d. l. 2. & l.inde Neratius. §.hæc
act. ff.ad l.Aquil.l.contra negantem. C.
eodem, & §. in duplum, iuncto. §.ſed
furti quidem nec manifeſti, Inſt.de act.
9 † & eo ſanè caſu contra negantem in du
plum actio competit, ſi legitimis proba-
tionibus reus conuincatur, per teſtes ſci-
licet, vel per alias ſimiles probationes,
non autem per ſacramenti delationem.
l.eum, qui.ff.de iure iurando.gl.in dicta
l.contra negantem, ac in dicto §.ſed fur-
ti quidem nec manifeſti, in verbo, du-
plicantur, Inſt.de act.& per hoc inciden
10 ter ſcias, † quòd per iuramentum proba
tio legitima non cenſetur, ad quod eſt
& vna gl. in l.cum de indebito.in princ.
in verbo, legitimis. ff.de probat. & ita
Iaſ.d.§.ſed furti quidem, Inſt.de act. Eſt
11 autem aduertẽdum, † quòd legis Aqui
liæ actio contra hæredes non competit,
quia pœnalis eſt, dicta l. inde Neratius.
§. hanc actionem. ff.ad l. Aquiliam. di-
cto §.his autem verbis, Inſt.eodem, &
§.non aũt omnes, Inſtit. de perpet. &
temp. actionibus. niſi hæredes ex hoc
locupletiores facti eſſent, dicta l.inde
Neratius, dicto §.hãc actionem, vel niſi
contra defunctum lis fuerit conteſtata,
dicto §. non autem omnes, verſic. pœ-
12 nales autem. † & intantum procedere
intellige illud, quod dixi, hãc actionem
contra hæredes nõ competere, vt etiam
locũ habeat, ſi cõtingeret, quòd aliquo
in caſu ad pœnam non extenderetur.
Ratio eſt, quia ex ſui natura pœnalis eſt,
ita gloſ.fin. & ſcriben. ibi in dicto §.his
autem verbis. Et ideo hoc caſu, quando
nec hęredes locupletiores facti ſunt, nec
iam contra defunctum lis eſſet conte-
ſtata, age locati, nõ autem legis Aquiliæ
actione. Eſt & pinguior legis Aquiliæ
actio quàm illa locati, tertia de cauſa

† quandoquidẽ in locati actione dolus 13
lata, & leuis ſolummodo culpa præſta-
tur, non etiam leuiſſima, niſi in rebus
his, quæ facilè franguntur, vt notat glo.
in l.ſi merces. §.qui columnam, in ver-
ſiculo, diligentiſſimus. ff.locati, & not.
per gloſ. in §. qui pro vſu, in verb.dili-
gentiſſimus, Inſt.eodem, de loca. quam
gloſ. communiter approbatam recenſet
Syluest. ibi, & eam ſequitur Dec. in l.
contractus. in 5.not. ſub numero 33.ff.
de regulis iuris. verũ † in legis Aquiliæ 14
actionem etiam leuiſſima culpa venit. l.
in lege Aquilia. 2. ff.ad l.Aquiliã, & tra-
dit gloſ. in l.illud, in verbo, aliter. ff.de
liber. cau. & in l. homo liber, in verbo,
grauiorem.ff.de acquirendo rerum do-
minio, ac in §.iniuria, in verbo, non mi-
nus, Inſt.de l.Aquilia. AQuatenus autem
ſuperius dixi, pro ſeruo occiſo legis
aquiliæ actione agi poſſe, ſciendum eſt,
† quòd ſi iniuria, & dolo factum id fue- 15
rit, liberum ei erit, cuius fuerit ſeruus, &
priuato. l.aquil.iudicio, ſecũdum quod
dictum eſt, damnum perſequi, & publi-
ca legis Corneliæ de ſicarijs actione eũ,
qui damnum dederit, reum facere.dicta
l.inde Neratius. §. ſi dolo ſeruus. l.qui
ſeruandarum. §. 1. ff.præſcr.verb. l. 1. §.
1. & quod ibi not. ff.ad legem Corn.de
ſicar.& §.liberum, Inſt.ad legem Aqui-
liam. Nec † tunc ciuilis actio crimina- 16
lem perimet, ſed vtraque agi poterit.di-
cto § ſi dolo, & probat tex.in dicto §. 1.
dicta l. qui ſeruandarum, & in dicto §.
liberum. Hæ † tamen duæ actiones in 17
eodem iudicio cumulari non poterunt,
ſed vna paracta, & alia agetur. l. 2. §. 1. &
quod ibi not. ff. vi bon.rap. l. 4. & quod
ibi no.gl.Bar.& communiter ſcrib.ff.de
pub.iud. l. 1. & ibi Bar. & Doct.C.quan.
ciu.act.crim.præiu. & not.in d.§.liberũ,
ĩ verbo, capitalis criminis, & alias addu-
xi ad id authoritates ego ſupra in caut.
22.nu. 1. vbi † etiam nu. 2. docui, quali- 18
ter vtraque actio, ciuilis ſcilicet, & cri-
minalis, cumulari poſſit, vbi vide.

CAVT.

## CAVT. CLIIII.

### De colono in locatione ſtare cogendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Colonus in locatione ſtare non tenetur, vbicunq; locator rem in ſingularem transfert ſucceſſorem.*

*Vt autem cogatur, remediũ traditur, tam quãdo fit inter uiuos alienatio, quàm etiam quãdo in ultima uoluntate fit, nu. 2. 3. & 4.*

1 LOCATOR † ſi in ſingularẽ ſucceſſorem rem locatam trãsfert, colonus locationis nexu ſolutus remanet, ſicut & ſingularis ipſe ſucceſſor conductioni ſtare nõ tenetur. l. qui fundum. ff. loc. & cond. Vt autem colonus in locatione ſtare cogatur, etiã ſi ad ſingularem ſucceſſorem res perueniat, remedium ponit Barto. in d. l. qui fundum, num. 3. ubi Fulg. iſtud notandum tradit, † quòd ſcilicet in inſtrumẽto apponatur, prout fieri conſueuit: Talis uendidit talem rem, & omne ius, omnemque actionẽ, tam realem, quàm perſonalem, quæ in d. re competit, uel pro dicta re eiuſve occaſione, faciens talem emptorem procuratorem in rem ſuam, tunc enim emptor contra colonum agere poſſet, quaſi actione ſibi ceſſa: Idque remedium, licet in uenditione proditum ſit, tamen, idẽtitatis ratione, in donatione quoque interuenire poterit; verum circa iſtud ceſſionis remedium, quæ in donatione fieret, caue, vt ceſſionem ipſam facias iuxta ea, quæ ſuperius dixi cau. 17. ſub nume. 22. ſed quia ſupradictum remedium tãtum in contractu inter uiuos ſubuenit, ideo, vt etiam in vltima voluntate ſuccurratur,
3 duo ſunt conſilia, † quorũ alterum eſt, quòd locator rem locatam tit. vniuerſali relinquat: nam tunc õmnia iura, tam actiua, quàm paſſiua tranſibunt. l. nihil aliud eſt. ff. de verb. ſign. & l. hæreditas. ff. de reg. iur. Alterum † autem eſt conſi- 4
lium, quòd ſi titulo ſingulari veluti legati, relinquere vult, cedat pariter iura, & actiones quas dicta in re habet, conſtituẽs dictum legatarium procuratorem in rem ſuam, quam quidem ceſſionem facere poteſt. l. nomẽ debitoris, ff. de le. 3. Circa aũt ceſſiones has pro omnium intelligentia me refero ad d. cautelam 17. vbi ago de iurium ceſſione, & quomodo fieri valeat in caſibus omnibus, cum cautelis ſuis. Hactenus remedia cõſtant contra colonum: pro colono aũt, vt ſingularis ſucceſſor eidẽ ſtet, ac pro locatore ipſo, vt ad intereſſe colono nõ teneatur, attende, vt in ſequenti cautela ſtatim trado.

## Caut. CLV.

### De ſingulari ſucceſſore colono, ſeu cõductori ſtare cogendo.

*SVMMARIVM.*

*Conductor, ſi in ſingularem ſucceſſorem per locatorem res transfertur, habet aduerſus ipſum locatorem ad intereſſe congreſſum.* 1

*Ne autẽ ad intereſſe tunc locator teneatur, remedium traditur, nu. 2.*

*Et pro colono, vel conductore traditur remedium, nu. 3. & plenius traditur conſilium, nu. 6. propter rationem traditam, num. 5. Pleniſſimum autem traditur, nu. 7.*

*Hypotheca eſt ius reale.*

LOCATOR † etenim, quando rem, quam locauit, in ſingularẽ transfert ſucceſſorem, conductor, ſi id inter uiuos fit, aduerſus locatorem ipſum ex conducto 1

ad intereſſe, ſi in vltima voluntate contra hęredem aget; Quoniā ſucceſſor ſingularis (vt & in præcedenti cautela dicebam) colono, vel inquilino ſtare non tenetur, hęc habentur l. arbores. §. 1. ff. de vſufruc. in l. ſi merces. §. 1. & in l. qui fundum. ff. locati, in l. nihil. §. fin. ibiq; not. ff. de leg. 1. ac in l. emptorem. C. loc. & no. in l. Iulianus. §. ſi fructibus in verbo, ei cedere. ff. de act. emp. & vendi. & facit tex. & quæ ibi tradūt Doctores & maximè Ripa, in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Treb. cū alijs ſimilibus, de quibus glo. & Doctores in d. §. ſi hæres. ſupradicta tamē plenius declara, & intellige, vt per Bart. & Doct. in l. ſi filiofam. §. ſi uir. ff. ſolut. matr. & de hac materia tractat Iran. Viuius in 2. tomo com. opin. variorum, litera. C, op. 61. latè Dominus meus Ceph. in conſ. 255. cum ſeq. per tot. quos omnino vide, cū Euerar. in top. in loco à feu. ad emph. num. 52. vbi nonnullis modis limitat: & aliam adde limitationem, vt ſcilicet ſucceſſor teneatur ſtare colono eccleſiæ, vt uoluit Apoſt. ad Barto. in l. cognouimus. C. de mun. & col. patrimo. libro 11. & communem ex Rom. Grato, Ario Pin. affert Eman. Soar. in Theſau. recep. ſent. litera. C. nume. 212.

2 † vt autem locator damnum, quod in ſingula rem ſucceſſorem transferendo ſentire poſſet, euitet, remedium eſt, vt cum inter viuos alienat paciſcatur, cū, in quē alienat, conductori ſtare debere; ſin autem in vltima voluntate, veluti in legatarium transfert, id hoc, vt hęres non teneatur, eidem legatario legē imponat, vt pariter locationis pacto cōſentiat, & in eo permaneat, conductoremq; recipiat; quod quidem remedium ponitur per Iuriſcōſultum in d. l. ſi merces. d. §.

3 1. & per Imp. in d. l. emptorem, idē poni videtur, ac tradit Dom. Ioānes Ceph. conſi. 225. num. 36. (& hoc quando voluntariè fit hæc alienatio; ſed ſi neceſſario, dic, vt per Bart. & Doc. in d. §. ſi vir. & per Cepha. vbi modo ſupra, nume. 39.) Quia autem per iſtud, hic traditum remedium, colono, atq; conducto ri ſemper conſultum eſſe non poteſt, cum forte dominus eo non vteretur; & licet ad intereſſe agat colonus, ſeu conductor, tamen aliquando euenit, vt melius ei ſit in re conducta permanere; Ideo remedium † pro eo eſſe id poteſt, quod, quando de locatione inſtrumentum fit, curam habeat, clauſulam apponi, quòd dominus pro prædictorum obſeruatione bona locata ſpecialiter obligauit; tunc enim non poterit expelli ab emptore, vel alio acquirente, ſecundùm Barto. Bald. & Salycet. in d. l. emptorem, Caſtr. in d. l. ſi merces. §. 1. ff. loca. Imo. Aret. & Alexan. in l. qui abſenti. §. 1. ff. de acq. hæred. Abb. in c. querelam, col. pe. & ibi Ana. nu. 9. ne præl. vices ſuas, Are. & I. ſ. §. fin. Inſtit. de loca. & conduc. Corn. conſi. 6. vol. 4. Neguſ. de pign. memb. 1. ſecundæ partis, nu. 6. & eſſe comm. opin. teſtatur Viuius ex his, quos ipſe adducit, in 1. lib. comm. opin. variorum, litera. C, d. opinione 61. Nam ſi res locata alienetur, conductor dicere poteſt, ego in hoc fundo pignoris iure, & hypothecæ, pro meo intereſſe ſto; † Nam 4
hypotheca eſt ius reale. l. pignoris. ff. de pignor. & l. pignoris. C. eodem. ſicque aduerſus quemcunq; ſucceſſorem tranſit, & ita tradit Alexand. in d. §. ſi vir, ſub nume. 2. & 4. dicit tamen ſub d. nume. 4. quod non obſtante hac ſpeciali hypotheca, ſingularis ſucceſſor conductori ſtare non tenetur, ſi ipſi cōductori intereſſe ſoluat, ad quod allegat l. Paulus, aliàs Sempronius. §. qui pignoris. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. & l. cum ſecundus. ff. de diſtr. pign. & aliàs ad hoc adducit Doctor. authoritates, ſubdens in verſi. ex quorum verbis, quòd licet talis ſucceſſor colono ſtare non teneatur; etiam ſi conductor in re conducta hypothecam habeat; ipſe

tamen

tamen colonus fundũ retinere poterit, donec ſibi ſoluta penſio reſtituatur, eiq; de intereſſe ſatisfiat. verum quia difficilis eſt eius, quod intereſt probatio, ideo curandum eſſe ſubijcit Alex. vt notabilis adhibeatur cautela, quòd ſcilicet in locationis contractu locator conductori promittat, fundum ſe in ipſius conductoris præiudicium nõ alienaturum, pro quibus omnibus obligentur omnia locatoris bona, & ſpecialiter fundus locatus: nam talis conuentionis vigore, inquit Alex. non poſſe aliquo modo fundum ipſum in conductoris detrimentũ alienari, & ad hoc dicit eſſe tex. valde ſing. in l. ſi creditor. §. fin. ibi, nullam eſſe venditionem. ff. de diſtr. pign. ſuper quo tex. inquit ipſe Alex. ob magnam alterationem, Bar. Piſas vſque, ad librum Pandectarum miſiſſe, & vera litera reperta eſt, vt & teſtatur Bart. ibi, & in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. & in l. pen. ff. de pactis, & in l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege, ſub num. 3. ff. de verb. oblig. & in l. ea lege, C. de con. ob cau. hãc quoq; cautionem tradere Alexander ait Imolam, in d. l. filius fa. d. §. diui. ff. de leg. 1. & in d. l. qui abſenti. §. 1. & ibi ſequitur Rom. ff. de acquir. poſſeſ. & hæc eſt communis opin. vt hic num. 7. dicam. Præhabitum autem, quòd tibi tradidi remedium, de hypotheca pro eius, quod conuenit, obſeruatione, procedit nõ modo ſi ſpecialiter fundus locatus obligetur, ſed etiam, ſi in locatione ſimpliciter omnia bona ſua obliget cõductori locator, vt ita ſenſit Bar. in d. l. qui fundum. Bart. & Sal. ac alij in d. l. emptorem, Bart. in d. §. ſi vir, in fi. & in l. 1. §. quod autem ait, num. 6. ff. de ſuperfic. Caſt. in d. l. ſi merces. §. 1. ff. locati, & in d. l. nihil, in fi. de leg. 1. Plotus, & quos allegat, in tract de in lit. iur. §. 4. ſub. nu. 83. qui iſtam refert eſſe cõmunem concluſionem ex d. Hier. Grato, conſ. 95. verſi. quia reſpondetur, vol. 1. quam etiam communem docet Negus. de pign. d. 1. memb. 2. par. ſub d. num. 6. & D. Rolan. à Valle conſi. 6. ſub nume. 4. volum. 1. intelligendo tamen communem iſtam opin. prout poſt Bar. & alios, tradit Neguſan. d. loco, Rol. d. conſ. 6. nu. 13. & prout in ſpeciali hypotheca intellexiſſe dixi ſuperius Alex. in d. §. ſi vir, ſub. d. num. 4. & ita quoque vi deas Viuium in prædicto loc o. Maximè autem illud, quod de generali bonorum hypotheca dicitur, verum eſſet, ſi in contractu iuramentum eſſet appoſitum, vt tradunt d. Ant. de Butr. in d. c. ſi. ne prel. vices ſuas, Soc. conſilio 90. numero 10. verſic. 2. reſpondeo, volum. 3. & Gozad. conſ. 24. ſub nu. 9. quorum ſanè Doctorum eſt opinio, vt etiam ex ea ſic iurata conuentioue locator præciſè ad facti obſeruationem teneatur, & ideo ſingularis ſucceſſor, etiam intereſſe offerendo, conductorem nequeat expellere, quod Soc. veriſſimum exiſtimat. quòd an verum ſit, tu ipſe puta. Cæterum reuertendo ad id, quod de generali bonorum hypotheca dicebam, omiſſa pro nunc Anto. de But. Socini, & Gozadini prædicta de iureiurando opinione, quæ, ſi vera eſt, valde eſt notabilis. ſciendum erit, oportere, † ꝙ conductor antequàm per ſucceſſorem ſingularem compellatur, incipiat poſſidere, ſeu pignoris iure detinere: nam ex eo, quòd conductionis iure 5
tenet, repelli poteſt, vt ex relatis legibus patet, & ita tradit Bart. in dicta l. qui fundum, ſub numero 1. ideoq; ne Barto. ibi, numero 2. plenius conductori ſuccurrebat, † quòd caueat, vt in inſtrumento, 6
penes prędictam cautelam apponatur, quòd ex nunc colonus, conductor, aut inquilinus dictam rem pignoris, vel hypothecæ iure detineat, pro obligatione prędicta, & aſſerit Bart. ſe aliquando fieri ita feciſſe: † ſed tutiſſimum remedium eſt (cuius etiam ſuperius memini ex Aleandro) vt apud ſpecialem eam hypothecam caueat colonus, quòd locator promittat ſe non alienaturum bona locata in coloni præ- 7

 iudicium,

iudicium, aliàs alienatio ſit nulla: nam alienatio fieri non poterit in conductoris, ſeu coloni præiudicium, ipſo non conſentiente, Negus. poſt alios, quos alleg. in d. 1. memb. 2. partis, ſub numero 2. vbi magis communem docet eſſe opin. Gozadin. conſ. 78. ſub num. 6. Rol. conſ. 6. num. 11. lib. 1. qui de communi opin. teſtatur.

## CAVT. CLVI.

### De vitanda ſolennitate, quam locus ex quo quis orinndus eſt, inducit.

*SVMMARIVM.*

1 *Solennitas, quam locus, in quo ſit contractus, inducit, per forenſes etiam attendi debet.*

2 *Locus exemptus à iuriſdictione ſtatuentis facit, vt in eo contrahentes ſtatuti ſolennitati non ſubiaceant, etiam ſi ille locus ſit de ipſius ſtatuertis territorio.*

3 *Locum eſſe extra territorium, vel in territorio, ſed in loco exempto, paria ſunt.*

4 *Delinquens in loco diœceſis exempto puniri non poteſt ſecundum ſtatutum epiſcopi illius diœceſis, quia locus ille exemptus extra eius diœceſim eſt.*

5 *Delictum in eccleſia commiſſum iudex ſecularis punit, & qua ratione id fiat.*

6 *Loca, quæ de prouincia, vel diœceſi ſunt, habentia tamen dominium ſeparatum, nō debent eſſe de illo regno, aut diœceſi.*

7 *Exemptus extraneo æquiparatur.*

8 *Ius dicenti extra territorium non parens impunis euadit.*

9 *Leg. fi. ff. de iur. omnium iud. textus ampliatio.*

10 *Statuta Florentina in dubio ad loca exempta in territorio exiſtentia non extenduntur.*

11 *Statuto epiſcopi ſi dicatur, quòd quicunque tali ludo ludere auſus ſit excommunicatus habeatur, ſi quis luſerit in loco exempto intra ſtatuētis territorium in excommunicationem non incurrit.*

12 *Statuto diſponente, ne quis ad quæuis monalium monaſteria, ſub excommunicationis pœna, accedat, & aliquis ad exempta acceſſerit monaſteria, pœnæ ſtatuti non erit ſubiectus.*

13 *Locus vniuerſæ non ſubditus iuriſdictioni ſtatutis eiuſdem non ligatur.*

14 *Epiſcopo ſubditus infra eius diœceſim ipſius non ligatur ſententia, ſi in loco exempto intra diœceſim delinquere contingat.*

15 *Matrimonia clandeſtina qui contrahere volunt, atque excommunicationem propterea ex ſtatuto epiſcopi inductā euitare, qua cautela vtātur.*

16 *Epiſcopus aliquis quando habet aliquam parochiam ſibi ſubditam in diœceſi ſtatuentis epiſcopi, per ſtatuta ea illius parochię ſubditi non ligantur, licet intra ſtatuentis diœceſis limites ipſi ſubditi exiſtant, & quare, num. 17.*

*Quod amplia, nu. 18.*

19 *Solennitates proprij territorij qui fugere cupit, quid facere debeat.*

1 LOCVS † celebrati contractus, vel teſtamenti attēdi debet circa ſolennitatem; etiam in forenſium actibus, tam inter viuos, quàm in ſupremis voluntatibus, cum ſcilicet ſtatutum ſimpliciter, & indiſtinctè loquitur, id eſt ciuium perſonas non limitat, Barto. in rep. l. de quibus, à nume. 27. vſque ad numerum 30. ff. de legibus, & in l. cunctos populos, nu. 14. & nu-

& numero 24. ac 25. C.de ſumma Trinitate, ad quod allegatur. l.ſi fundus.ff. de euictionibus, & l.2. C.quę teſt.aper. facit ad idem tex. in l.ſemper in ſtipulationib.ff.de reg.iuris, & Bartoli opinionem cōmuniter comprobari per ſcrib. inquit Soc.conſ.14. nu.5.vol.4. Ad idē vide Anchar. in c.canonum ſtatuta,col. 49. verſic. quid dices de obligat. perſonali,extra de conſt. Bald. in conſil.386. volum.1.Alexand.conſ.44.circa finem, verſic.poſtremo, & conſil.96. in princ. vol.5. ac Socin.iun. in conſil.99. nu. 4. volum.2. vbi inquit in teſtamentis ſeruandam eam eſſe ſolennitatem, quæ in loco, vbi conduntur, reperitur,& idem conſilio 148.numero 5.volum.3.ſimi-
2 literque dicendum eſt, † ſi in territorio contrahatur, vel teſtamentum fiat quidem, ſed in loco à ſtatuentis eius territorij iuriſdictione exempto, veluti in aliquo monaſterio: nam perinde haberetur,ac ſi non in territorio actus factus
3 eſſet, † cum paria exiſtant, locum eſſe extra territorium, vel in territorio, ſed in loco exempto,ſecundum gl.in clem. 1. in verbo, aut earum parte, de foro comp.per.c.luminoſo.18.quæſt.2.vide Angelum in conſil.233.col.2.verſic.1. quia ſtatutum. propterea Ioan. Andr. Gem.Franc.& alij,in cap.vt animarum. §.ſtatuto,extra de conſtit.in 6.dixerunt,
4 † quòd ſi quis delictū in diœceſis exempto loco commiſerit, puniri iuxta illius diœceſis epiſcopi ſtatutum non poterit, cum exemptus locus extra eius iuriſdictionem ſit.c.cū epiſcopus, de offi.ord. in 6.Nec obſtat tex.in l.ſiquis in hoc genus. C.de epiſc.& clericis, vbi habetur,
5 † quòd ſecularis iudex delictum in eccleſia commiſſum punit, & tamen eccleſia à iuriſdict. ſeculari eſt exempta, quia reſpondetur,quòd exemptio in eccleſiarum fauorum inducta eos non cōplectitur,qui ibi delinquūt,& ſic exemptio ad eum non trahitur caſum, vt cap. inter alia, de immun. eccleſ. & ita ſoluit Dec. in l.fin. ff.de iuris. omnium iudi.ſic igitur patet, locum exemptum in locum eum continentem non computari,Ioan.And.poſt Hoſt.c.nimis, extra
de iur.& ibi Abb.vbi concludit, † quòd 6
per dictam æquiparationem, loca, quæ de prouincia, vel diœceſi ſunt, habentia tamen ſeparatum dominium, non dicūtur eſſe de regno illo, ſeu diœceſi,ſequitur Card. in clement.2. §.1.quæſt.4.de
priuil. etenim † exemptus æquiparatur 7
extraneo.c.1. iuncta gloſ.de priuil.in 6. ideoque æquiparationis prædictę virtute Caſtr.Ang.Iaſ.Dec.Curt.iun.& Marſ. in dicta l.fin. de iuriſdict. omnium iu-
dic. (vbi dicitur, † quòd extra territo- 8
rium ius dicenti impunè non paretur)
firmant & ipſi, † eius legis diſpoſitio- 9
nem procedere etiam in loco exempto intra territorium exiſtente,& Socin.conſilio 271. ſub num.7. verſicu. in ſimili
dicimus,volum.2.ait, † quòd Florenti- 10
na ſtatuta in dubio ad exempta loca in territorio exiſtentia non extenduntur: ex hac etiam æquiparatione Baptiſta Trouam. in ſum. Roſel. in verſicu. ex-
communicatio.7.dicit, † quod ſi epiſco 11
pi ſtatuto caueatur, quòd quicunque ad azardum ludens ſit excōmunicatus, ſi quis luſerit in exempto loco, intra ſtatuentis territorium, in excommunicationem non incurrit.eademque ratione
ſubdit, † quòd ſtatuto diſponente, ne 12
quis ad quæuis monialium monaſteria ſub excommunicationis pœna proficiſcatur, & aliquis ad monaſteria exempta iuerit, in excommunicationem per iſtud ſtatutum inductam non incurret. eandem ſentiunt æquiparationem ſum. Tab.in verſ.excommunicatio, 4.quæſt. 4.circa fi.Ang. de Claua.in ſum.Ang.in verſicu. ſtatutum, num.2.ſum. Sylu.in verſic. excommunicatio.2. §.& hoc verum, verſi.circa præd.Mart.de Laud.in tract. de priuileg. & reſcript.numero 6. Rimin. conſ.9. numero 23. vbi tradit,
† quòd locus vniuerſæ non ſubditus ir- 13

riſdictioni,ſtatutis eiuſdem non ligatur.
Ant.Roſell. in tract.de indulg. nu.323.
& 326.Pet.de Palu.in 4.ſententia.diſtin
ctione 18.in 2. q.verſi.circa ſecundum.
14 vbi dixit,† quòd epiſcopi ſubditus infra
eius diœceſim illius non ligatur ſenten-
tia, ſi in loco intra diœceſim exempto
delinquit, quia extra territorium ius di-
centi impune non paretur (vt etiam di-
ctum eſt) & multo minus non ſubdi-
tus,& opinionem hanc de qua verba fa-
cimus, cõmunem eſſe dixit Henr. Boic.
in tract.de Syn.epiſc.in 2.art.numero 9.
15 vbi ſubiungit,† quòd ad euitandam ex-
communicationis ſententiam, per epi
ſcopi ſtatuta aduerſus clandeſtina con-
trahentes matrimonia, latam,cautela ex
hoc deſumi poteſt; Nam oportet,quòd
tale matrimonium contrahere volentes
ad aliquem erant locum, qui ab epiſco-
pi iuriſdictione ſit immunis, ſicque nõ
erunt excommunicati idem numero
43. verſic. limita.2. dicto loco inquit,
16 † quòd quando epiſcopus aliquis ali-
quam habet parochiam ſibi in ſtatuen-
tis epiſcopi diœceſi ſubiectam, hoc caſu
ſtatuta ei parochiæ illius ſubditos non
arctarent,licet intra ſuę diœceſis limites
exiſtant, quia ipſius ſubditi non ſunt,al-
legat Anchar.cap.1. in 12.quæſt. princ.
verſi.ſubijcio quæſtionem,extra de con
17 ſtit. & mouetur, † quoniam epiſcopus
ſtatuta condens iuriſdictionem ibi non
habet, nec ibidem eam exercere poteſt,
vnde mirum illud non eſt, ſi ſtatuta ea
ipſorum effectum ad dictam parochiã
minimè extendunt, vt in clem. paſtora-
lis. §.ruſus, de re iudic.ſequitur Feder.
de Sen. conſil.99.vbi hoc etiam proce-
18 dere ampliat,† ſi quo ad ſacramenta epi
ſcopo ei reſponderet, in cuius diœceſi
parochia ſita eſſet, vt per Cardin.in cap.
cum omnes,quæſt.12.extra de conſt.&
ſimiliter prædictam ſentẽtiam commu-
ni eſſe Doctorum calculo receptam tra-
dit Gomes.in d.c.vt animarum.§.ſtatu-
to, nu.85. ex his igitur optimum datur
illi conſilium, qui vel in contractu inter
viuos, vel in vltima voluntate territo-
rij ſui ſolennitates effugere vult, † vt ex 19
tra territorium ſe conferat, in locum,
vbi ſolennitatis minus exigatur, vel in
locum quidem territorij, ſed ab eiuſ-
dem territorij iuriſdictione exemptum:
Nec contra remediũ iſtud releuat,quod
per Cagn. in ſimili dicitur propoſito,
in d.l.fi.num.6.& 13.ff.de iur.omnium
iud.& in l.ſi librarius, nu.69. ff.de reg.
iur.quòd ſcilicet ſi verum eſſet,poſſet ad
locum exemptum recurri, vt ſtatutum
inane reddatur ſtatutum ipſum de ven-
to ſeruiret, quia omnes loca exempta
adirent, & facilè ſtatuto fraudem infer-
rent,quod lex abſurdum reputare vide-
tur. l.ſi prætor. ff.de iudic. & l.fin. ff.ne
quid in loco publ. Nanque reſpondeo,
quòd Cagn. ratio non eſt attendenda
quoniam ſtatutum ipſum non prohi-
bet quin locum ſuũ ſubditi exeant, ſed
duntaxat ſtatuit, vt talis in loco forma
ſeruetur, & ideo, quod ipſum ſtatutum
non prohibet, nec nos arctè ita inter-
pretari debemus, vt ſubditi omnino in
loco ſtatuti actus celebrare debeant, ar-
gumen. l.de pretio. ff.de pub. in rem
act. & plurium concord. de quibus ibi
in gloſ. proindeque talis Cagnoli ratio
nihil refragatur, præſertim cum tanto-
rum patrum authoritates in contrarium
exiſtant, qua etiam non obſtante ratio-
ne ita cenſuit Henric. in d.tract. de Syn.
epiſ.in 2.art.nu.10. vbi data caut.quam
ſupra per eũ eſſe traditam dixi, quærit,
an de tali caut.dubitari poſſit,cum in ſta
tuti perniciem tendere videatur? & poſt
non nulla concludit, in foro contentio-
ſo veram eſſe cautelam,ergo & ſic in ca-
ſu noſtro dicendum, vt dicta non refra-
gante ratione, ſi fiat inter viuos contra-
ctus, vel teſtamentum in loco exempto,
illud ſeruandum veniat, cum à iure ita
cautum eſſe reperiatur: Ad quod bene
facit tex.in l.proſpexit. ff.qui,& à quib.
ſimilem quoq; tradã cautelam circa vi-

tandas in teſtamento ſolennitates, ſed multò breniorem infrà litera. T. Caute. 263. vbi apparebit, talem cautelam, etiam quò ad bona extrà eum locum, in quo teſtamentum fit, ſuum extende re vigorem, non modò in ſubditorum, ſed etiam in forenſium perſonis, ibidem teſtantibus.

## CAVT. CLVII.

### De formanda accuſatione, vel inquiſitione, vt quis de vulnere, & de auxilio teneatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Plures ſi delictum committant, omnes inſolidum tenentur quò ad pęnam criminalem, & quò ad pœnam parti debitam ità, ut vnius pœna alios non liberet: & an quilibet de delicto, & de auxilio teneatur, num. 2.*

3 *Inquiſitio, & accuſatio qualiter ſit concipienda, vt cum plures inſimul diuerſa perpetrant maleficia, omnes & de ipſo maleficio principaliter, & de auxilio teneantur, & quid ſit ſeruandum, quando rei ſunt plures, quàm duo, num. 4.*

5 *Verbum, alter alteri, niſi duobus, non conuenit.*

1 MALEFICIVM †aliquod ſi plures cõmiſerint, puta furtum, aut homicidium, omnes inſolidum tenebuntur, quò ad criminalem pœnam, ita, vt vnius pœna alios non liberet, vt eſt tex. in l. ſi quis id, quod, in fi. & in l. ſequenti. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, l. item Mella. §. ſed & ſi ſeruum, & l. ita vulneratus. §. fin. ff. ad legem Aquil. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod ui aut clam. l. ſi plures. ff. arbo. furt. cæſar. l. ſi plures. ff. de iniur. l. prima, C. de condic. fur. Doct. & maximè Anan. in capitulo ſicut dignum, de homicid. Bar. in l. ſi in rixa, numero 11. (& in qua. l. ad iſtam materiam ipſum vide.) ff. ad l. Corneliam de ſicarijs, tradit que Ang. de malef. in verbo, & Andr. Mará. lanifi. ſub numero 11. & materiam proſequere, vt per eundem numeris ſequentibus, vbi hanc materiam declarat, Boſſius in tit. de pœnis, numero primo, vbi etiam penes eum vide pro huius materiæ declaratione in non nullis numeris ſequẽtibus; & ſupradictam ait eſſe communem regulam Natta in conſilio 79. numero decimo, quem refert Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. quæſt. 74. in fi. ſubdit etiam Boſſius ſub d. numero 1. verſicu. & hæc concluſio, quòd etiam quò ad pœnam parti debitam omnes in ſolidum tenentur, ita, vt vnius pœna alios non liberet, per tex. & omnes ibidem, in dicta l. prima, C. de condic. furti. ſed
tunc queritur, † vtrùm eorum quilibet 2
de homicidio, ſiue furto, & de inuicem preſtito auxilio teneatur? & de vtroque quempiam teneri dicendum videtur, per. l. qui ſeruo. §. fi. ff. de fur. Bar. autem ſic determinat in dicta l. qui ſeruo. d. §. fi. Aut plures vnum duntaxat committunt maleficium, videlicet vnum vulnus vnicumve furtum, & tunc quiſque vt principalis tenetur, non etiam de auxilio; aut plures maleficia diuerſa peragunt, vtpurà diuerſas furantur res, vel vnus facit in vno loco vulnus, & alius in alio, quo caſu eorum quiuis, vt principalis de vulnere, aut de furto ſuo, & vt opem vulneri, vel alterius furto prębens poteſt teneri, & ita procedit dict. §. fin. quod etiam tradit ipſe Bar. in dicta l. ſi in rixa, ſub numero 10. verſiculo, tamen aduerte, & ad hoc adde Salyc. in l. prima, verſiculo, ſexto quæro. C. de rap.
virg. † Aduertendum tamen eſt circa 3
ſecundum hunc caſum iuxtà eundem Bar. dicto §. fi. nu. 2. quem ſequitur Angel. de malef. in verbo, dicto maleficio, num. 2.

num.2. quò ad formandam accuſationem, ſeu inquiſitionem, ne dicatur Titius percuſſit talem in tali loco, & Seius in alio tali loco, & ad prædicta commit tenda præſtiterunt ad inuicem auxiliū, & fauorem; ex hoc enim condemnatio de auxilio ſequi non poteſt; nam intelligeretur, quòd ex eius percuſſione vnus alteri in ipſius percuſſione opem præſtitiſſet; ſed dicendum eſt, vnus alteri præſtitit opem, aſſiſtendo, vt alius faciliùs delictum committeret, cuius quidem Bartoli opinio licet Auguſt. ad Angelum in d. ver. d. maleficio, poſt num.4. aduerſari videatur, eam tamen in praxi ſeruari ait; & ita quoque tradit Clar. in d. pract. crim. d. §. fi. q. 90. verſi.
4 aduerte etiam. Scias † autem, quod ſi iſti rei ſint plures quàm duo, non dicas alter alteri, &c. ſed dicas vnus alij, vel alijs auxilium præſtitit, &c. aliàs inqui-
5 ſitio non procederet: quoniam † verbum, alter alteri, ſecundùm rectum ſermonem, non conuenit, niſi duobus, vt ita ait Bal. in l. ancillæ, num. 3. C. de fur. ſubdens, quòd ita in facti contingentia iudicatum fuit; & benè; & ita in practica ſeruari aſſerit Ang. in d. verbo, dicto maleficio, num. 7. refertque Clarus d. q. 90. verſi. item aduerte. De materia autem & auxiliatoris pœna vide penes Angel. in d. verbo, dicto maleficio, & Aug. ad eum, incipiendo à num. 10. vſque ad fin. verbi eius, Boſſ. in tit. de homic. num. 33. cum duobus ſequentibus, & Clarum d. q. 90.

## CAVT. CLVIII.

De præſtanda cautione de rato per procuratorem, & de ea præſtatione tollenda, ne dominus per falſum procuratorem geſta ratificare queat.

### SVMMARIVM.

*Procurator certum habens mandatum de rato cauere non tenetur; ſed ſi certum eſt, quòd mandatum non habet, nec etiam cum ſatiſdatione admittitur num. 2.* 1

*Sin autem dubium ſit, in eiuſdem procuratoris electione erit, vel de rato cauere, aut mandatum probare, num. 3.*

*Quando autem dubium ſit, habetur num. 4.*

*Mandatum procuratorem habere, quo modo pars poſſit nec confiteri, nec negare.* 5

*Procurator falſus, quando comparet, qualis fiat proteſtatio, ne etiam dominus per eum geſta rata habere valeat.* 6

MANDATVM † indubitatum habens procurator cauere de rato non tenetur. l. j. C. de ſatiſdat. & §. ſin autem per procurato- 1
rem, Inſt. eodem. † ſi verò certum eſt mandatum eum non habere; nec etiā cum ſatiſdatione admittitur. l. ſi pupillo. §. fi. ff. de neg. geſt. & ita tradit gloſ. magna in l. non ſolum. §. qui alieno, & ibi Bar. num. 1. & alij ſequuntur. ff. de procur. Bar. & Doct. in l. 1. C. eodem, & glo. in d. §. ſin autem. in verbo, habitu- 2
rum. † Quòd ſi dubium eſt, vtrùm mādatum habeat, nec ne, in procuratoris electione vtrùm caueat, vel de mandato probet, erit, vt per gloſ. in d. §. ſin autem. in d. verbo, habiturum, glo. Bar. & 3
Doct. in d. §. qui alieno. † Tunc autem de mandato dubium eſt, quando aliquid per procuratorem probatum exiſtit, quod tamen plenam non faciat probationem; non autem per ſimplicē procuratoris aſſertionem, vt declarant Doctores omnes in l. 1. C. de procuratoribus, 4

bus,& in ſpecie Bar.num. 12. verſi. dicendum eſt ergo. & idem Bar. ac Doct. in d.§.qui alieno,& tradit Sylu. ad glo. in d.§.ſin autem.in d.verbo, habiturũ. Quando autem ad hoc ſemiplena fiat probatio, habes (ultra Doct.in d. §.qui alieno,& in d.l.1.) penes Bar. in l.vulgo,in fine.ff. de admin.tut. & in l. 3. §. cauſa.ff.ad Carb. Bald.Ang. Caſtren.& Imo. in l.maritus.ff.ſol.matr. intelligẽdo,vt per Imol.in c.coram, de off. delegati,& uide etiam Rom. conſ.346.Sed glo.in d.§.qui alieno, & in d.l. 1. C. de procur.aliter ſentit, videlicet,quòd per negationem partis aduerſę mandatum dubium reddatur, cuius opinionem nõ nulli ſequuntur,quos refert Iaſ. in d.l.j. ſub num. 11.licet concludat, quòd magis communiter Doctores eam reprobant, vt & communiter reprobatam ante eum dixit Bar. in d.§. qui alieno, ſub num.3. & in d.l. 1. ſub num. 12:ac in eius legis rep.verſi. Quærit gl. qualiter, & pręcipuè mouentur contra gl.Doctores ea ratione, quia abſurdum quoddã ſequeretur, nam cum quis ſe procuratorem dicit, pars aduerſa, aut confitebitur,aut negabit; confitendo non cauet, negendo cauet, & procuratorio admittetur nomine,vnde vtroque modo pars aduerſa in laqueum incideret:ſuſtinendo tamen gloſ. opinionem dicere potes, Quòd ex eo,quia Doctorum opinio cõtra gloſſam in eo reſidet, vt ſemper vel confiteri,vel negare çogatur,pars;ſi probari poterit,quòd & poſſit ipſa pars nec confiteri nec negare, eorum opinio nul
5 lius momenti reddi videbitur: † Quòd autem probari poſſit haud difficile patet; quia cum procuratorem ſe eſſe quidam aſſerit, pars ſimpliciter dicere poteſt, vt ipſe mandati copiam ſibi faciat, ſi quod mandatum habet; hæc enim nec confeſſio nec negatio erit, vt & tenuit Bar.d.l.1.num. 14.qui ad euadendam gloſſæ huius opinionem, conſilium tale dedit; ſcilicet, quando quis ſe procuratorem aſſerit, tu nec neges,nec eum procuratorem fatearis: ſed dicas, peto mihi fieri copiam mãdati, ſi quod habes: & iſto quidem conſi. vſurum te admoneo;ſic nanque cum(vt dixi) gloſſæ opinio ſuſtineri, & Doctorum contrarium tenentium ratio deſtrui poſſe videatur,abſque controuerſia aduerſus mandati aſſertionem tutus eris; idem conſilium tradit Bar. in l.licet, num. 3. C.eod.de procu.& Panor. in c. 1. col. 1. extrà eodem,& dicit Bar.in d.l. 1. C.de proc. in fi. quòd procurator copiã ſuis debet fecere expenſis,per tex.l.2.§. defendi.ff.quib. ex cau.in poſſ. eat. vbi ẽt vide gl. Cautelam aliam hoc in caſu tibi tradidi ſuprà litera G. cautela 97.
† Quod ſcilicet ab initio proteſteris, te 6
nolle cum tali procuratore litigare,niſi, & in quantum legitimum, & ſufficiens habeat mandatum; Quo caſu mox dominus per falſum procuratorem geſta rata habere non poſſe dixi:vnde melius conſilium illud apparet: nam ex hoc licet tolleretur ſatiſdatio, non tamen ratihabitio euitaretur.l.licet. ff.de iud.

## CAVT. CLIX.

### De proponenda non receptæ dotis exceptione, vel excludenda.

*SVMMARIVM.*

***Maritus ſi dotem receptam confitetur conſtante matrimonio, etiam ſi animo donandi feciſſe probetur, ſibi non præiudicat; ſed eius morte talis animo donandi facta confeſſio confirmatur.*** 1

***Maritus dotem confitens futuræ numerationis ſpe, habet non numeratæ dotis exceptionem.*** 2

***Quod quomodo intelligendum ſit, habes traditum, num. 3.***

***Marito,***

4 *Marito, aut eius hæredibus non numeratę dotis exceptionem proponere nolentibus conſilium datur, intra quod tempus id faciant.*

1 MARITO † dotem cōfitenti, conſtante matrimonio etiam ſi donandi animo illud feciſſe probetur, prę iudicium non affertur, ſed eius obitu talis dotis confeſſio animo donandi facta confirmatur, l. quod de ſuo. C. de dote cau. non nu. & quod ibi not. Bart. & alij communiter, in l. ſi diuortio. ff. de verb. obliga. communem ſententiam dicit Curtius iun. cōſ. 95. num. 6. Non ita erit ſi vel diuortio aut mulieris ante virum morte ſuperueniente, matrimonium diſſoluatur. l. ſi interim. §. fin. & l. ſed ſi mors. ff. de do. inter virum, & vxorem, per quę iura ita cenſuit Bart. d. l. ſi diuortio, ſub nume.

2 3. † ſi autem futuræ numerationis ſpe maritus dotem confitetur, vtique non numeratæ dotis exceptione munitus erit l. 1. C. de dote cau. non num. Quod tamen perpetuum non eſt; ſed hęc exceptio proponenda hoc pacto termina-
3 tur; † Quia ſi intra triennium matrimonium diſſoluetur, maritus eius uè hæredes poſt diſſolutum matrimonium, anni ſpatium ad hanc proponendam exceptionem, tam contra mulierem ipſam, quàm contra eius hæredes, habebunt; ſi verò poſt biennium, & intra decennium diſſoluetur matrimonium, tres tantum menſes, tàm marito; quàm hæredibus contra mulierem ipſam, aut hęredibus eius, ad proponendam exceptionem competent; vltrà verò decem annos ſoluto matrimonio; numeratio facta cenſebitur, nec amplius exceptio opponi poterit, permiſſa tamen erit re-
2 ſtitutio in integrum, ſpecialiter ſi minor ille fuerit qui hanc dotis fecerit cōfeſſionem, hęc habentur in l. fin. & in auth. ad eam ſubnexa. C. de dote cauta, non nume. Regulam autem prędictam, quatenus dictum eſt dotis confeſſione marito pręiudicium non afferri, potes ampliare, & limitare ex traditis per Socynum regu. 97. littera. C.
† Cautus igitur ſit maritus, vel eius hæredes, exceptionem opponere intra prędicta tempora, intra quę aduerſę partis onus erit probare de numeratione, arg. l. ſi ex cautione, & quod ibi notat. C. de non num. pec. probat text. in d. l. 1. C. de dote cau. non nume. ſed aduerſus maritum confitentem, ne mox exceptioni non numeratę dotis locus eſſe poſſit (ſi verè dos numerabitur, alioquin prauum eſſet pro anima conſiliū) adhibeantur remedia illa, dum fit numeratio, quę ego appoſui ſuprà in littera, C. caut. 30. num. 8. & 23. Hęc quo ad maritum, eius ue hęredes non numeratę dotis exceptionem habentes, vel eam amittentes dixi. Quid autem in creditoribus mariti circa hanc non numeratę dotis exceptionem cenſendum ſit, dixi ſuprà littera. C. caut. 27. 4

## Cautela. CLX.

## De Medici relatione, & quomodo recipienda ſit.

*SVMMARIVM.*

*Denūtiatio, quæ fit per medicum ſupra alicuius infirmitate, vel remanſura ex vulnere cicatrice, aut ſimili nihil facit, niſi diligens iudicis inquiſitio pręcedat.* 1

*Ideoq; cōſilium aſſeſſori traditur, vt in ſimili caſu in actis regiſtrari faciat, talem medicum ſuper tali denūcirtione diligenter fuiſſe examinatum, & cæt. vt nu. 2.*

MEDICI

1 MEDICI aſſertionem, ſeu † relationẽ, ſuper alicuius infirmitate, vel remãſura ex vulnere aliquo cicatrice, nihil niſi iudicis diligens præcedat inquiſitio, operari notat Bart. in l. ſemel, num. 1. C. de re milit. lib. 12. per eum tex. quem ſing. appellat, & idem ibi tradit Ang. quem cum Barto. ad hoc refert additio ad ipſum Barto. in procemio. ff. in princ. poſt numerũ 8. in verbo, eis credi, littera. D. & ideo in d. l. ſemel, Bartol. ipſe conſi-
2 lium aſſeri tradit, † quòd in actis in caſibus ſimilibus regiſtrari faciat, Quòd iudex ſuper tali determinatione, vel relatione medicum diligenter examinauit, vtrum & cæt. & diligenti facta perquiſitione, medicus ipſe ita retulit, &c. Aliàs autem inquit Barto. medici dicto ſimplici non ſtaretur, & de hac re vide latius, quæ inferius dicam in littera. P, Caut. 188.

## Cautela CLXI.

### De Minore, etiam iurante, certiorando de reſtitutionis beneficio.

*SVMMARIVM.*

1 *Minor cum iurat non contrauenire ratione minoris ætatis an videatur beneficio reſtitutionis in integrum renunciaſſe, & ſub nu. 2. verſ. contrarium, ac ſub nu. 6. vbi verſ. quicquid tamen, pro affirmatiua communem eſſe opinionem habetur: limita tamen communem ipſam opinionem, vt num. 8.*

2 *Iuramentum ad id, quod quis ignorat, non porrigitur.*

3 *Iuramentum tres comites habere debet, veritatem, iudicium, & Iuſtitiam.*

4 *Minor firmum non hẽt animi iudicium.*

*Generalis adiectio non extendetur ad ea, quæ quis ſpecialiter nouit. ſub d numero 4. verſic. idque etiam probè.*

*Frumentum ſi quis habeat, & ſciens illius pretium eſſe minuendum, vnde cariori vendat pretio antequam ordinatio publicetur, emptori ad intereſſe tenetur, ſub d. nu. 4. verſ. & ideo Bart.*

*Minor non certioratus iuramenti vim neſcire præſumitur.* 5

*Voluntas in facti qualitatem ignorante non conſiſtit.* 6

*Iuramentum magnifaciendum eſt, & animæ potius, quàm minoribus eſt fauendum.* 7

*Lex debet intelligi ſecundum Rubr. ſub qua ſita eſt, ſub nu. 8. verſ. quoniam cum qualibet.*

*Iuramentum in vna cauſa præſtitum vlterius vires ſuas non porrigit.* 9

*Minor, etiam ſi contractum propter iuramentum reſcindere non poſſit; tamen læſionem ſibi refici petere poteſt.* 10

*Iuramentum per aliquem præſtitum, quod non rapuerit, ad furtum non extenditur.* 11

*Idemque eſt ſi mulier iurauerit ſe non mouiſſe cauſa diuortij, & mox rri vendicatione conueniatur, ſub numero 12. verſiculo ad idem facit.*

*Separatorum ſeparata eſt ratio.* 12

*Minor ne vllo pacto reſtitutionis beneficio vtatur, quo conſilio vtendum ſit.* 13

*Minori tripliciter reſtitutio in integrum competit, videlicet aduerſus contractum, aduerſus læſionem firmo manente contractu, & aduerſus ſolutionem, quam minor conſumpſit.* 14

MINOR

1 MINOR † ſi ſimpliciter ſuper contractu iurauit, vel iurauerit, non retractare contractum ratione minoris ætatis, reſtitutionis in integrum beneficio non renunciaſſe credendum, cum in iuramento reſtitutionis in integrum ſcientia non includatur; quia eſt ſolennitas extrinſeca, vt no. in l. ſciendum. ff. de verb. obliga. & ideo illud ſibi nõ competere beneficium ſciuiſſe minimè præſumendum conſuluit Dyn. conſ. 5. cuius ſentẽtiam refert Cy. in l. 2. nu. 6. verſ. 6. quæritur in minore. C. de reſcinden. vendit. vbi etiam ipſe idem tenet; & ipſum Dynum refert quoque Bart. in d. l. ſciendum, num. 8. & in auth. ſacramenta puberum, num. 16. C. ſi aduerſus vend. ac in d. l. 2. num. 10. & 11. C. de reſcinden. vend. ea ſcilicet ratione motus eſt Dyn. quia ſi non præſumitur ſcire, ergo nec renuntiare, vt l. ma-
2 ter. §. nec enim. ff. de inof. teſtam. † Sicque iuramentũ ad id non porrigi, quod quis ignorat, probatur per text. in l. fin. ff. qui ſatiſdare cogantur. in l. fi. in prin. ff. ad municip. & in l. fi. C. de non num. pecun. Contrarium autem ſe conſuluiſſe Barto. inquit in d. l. ſciendum, ſub d. num. 8. in d. authen. ſacr. puberum, ſub num. 16. in d. l. 2. C. de reſcin. vend. ſub num. 10. ac in l. ſi duo, §. idem Iulianus, ſub num. 6. ff. de iureiuran. quod Bartoli conſilium eſt mihi in eius conſ. 90. lib. 1. & incipit, dilecto Domino, & rationem reddit Bart. quia ad hoc, vt quis ſibi per iuramentum præiudicet, non requiritur, quòd illud ſciat, ſed ſuper facto iurare ſufficit; allegat d. §. idem Iulianus, & l. duobus. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiuran. in quibus ſanè teſtibus, præter Iaſonis ſolutionem, & aliorum, quos alleg. in d. auth. ſacr. puberum, ſub num. 58. & in d. l. ſciendum, ſub num. 33. verſi. ſed iura allegata per Bart. dico ego, quòd licet re vera appareat iuramẽtum ſuper facto vno ſimpliciter præſtitum videri ad illud omne extẽdi, quod eo facto comprehenditur; nullum tamen ineſt verbum, quo coniectura fiat, non requiri ſuper eo, de quo iuratur, ſcientiam. Planè haud difficile ſuſtineri poteſt (vltra ea, quæ tradit Iaſ. in hanc inclinans, in d. auth. ſacr. pub. ſub d. nu. 58. ad fi. verſ. & in hanc inclinat animus meus, vbi & ad contraria reſpondet) ꝙ dũ iurat minor virium iuramenti ſcientia ineſſe debeat, per textũ in c. animaduertendum. 22. q. 2. & c. & ſi Chriſtus,
extrà de iureiur. vbi habemus, † Quòd 3
tres comites iuramentum habere debet veritatem ſcilicet, iudicium, & iuſtitiã, quorũ aliquo deficiente, & ipſum corruit iuramentum; adde Card. in clem. 1. in §. fi. q. 10. de iureiur. & habetur Hierem. c. 4. num. 2. vbi dicitur; & iurabis in veritate, & iuſtitia, & iudicio. & ratio eſt ſecundùm Sanctum Bonau. in lib. 3. ſenten. diſt. 39. de periu. ſuper verſ. Aduertendum eſt, quod iuſiurandum, &c. dub. 1. quia iuramentum ad tria comparatur; videlicet ad eum, qui iurat; & ſic iudicium, diſcretionis ſcilicet, debetur; ad rem, de qua fit; vnde veritas, quo ſit rei adæquatio ad ſermonem, requiritur; & ad cauſam comparatur, pro qua fit; & ita iuſtitia deſideratur; vt ſcilicet pro cauſa iuſta fiat: ad idem, quod tria hæc requirat iuramentum, ſecundùm communem Doctorum concluſionem, addo Eman. Soar. ex nonnullis authoritatibus, ita alleuerantem in ſuo Theſauro receptarum ſen. in litera. I. num. 270. & Rolã. à Valle, poſt eos, quos adducit, in conſ. 48. vol. 5. quod & tradit ipſe Rol. cum alijs nonnullis, in conſi. 98. vol. 1. & in conſil. 75. in 4. volu. & tria pariter hęc concurrere debere, communem dicit Cur. iun. conſ. 141. num. 9. Bap. Villalob. in communib. opinionib. litera. I.
num. 99. † At minor firmum animi iu- 4
dicium non habet. l. 1. ff. de minoribus, & Inſt. de cur. in principio, ergo, &c. Idque etiam probe confirmari poteſt per

textum.l.quęro.ff. de act.emp.& vend. vbi habetur, quòd generalis adiectio ad ea, quę quis ſpecialiter nouit, contra eũ, qui ignorabat, & certioratus non fuit, non extenditur; & ideo Bar.in d.l.quæro, inferebat ad egregiam, & notab. q. quòd ſi quis in horreo habeat frumentum, & in Palatio verſans cognoſcat futuram ordinationem minuendi pretij ipſius frumenti, proindeque ſtatim antequam ordinatio publicetur, cariori vẽdat pretio, abſque eo, quòd emptorem certiorem reddat de eo, quod futurum eſt, emptori ad intereſſe tenetur; & ita quoque ait Bar. ſenſiſſe gl.in l.contra legem, vbi ipſe Bar. poſt Gul. de Cug.idẽ tradit. ff. de leg. ad quod alias vide auth.per apoſt. ad Bar. dictis in locis allegatas. Cum igitur in caſu noſtro ſimpliciter ſit pręſtitum iuramentum à minore, qui ignorat, (vt dixi) reſtitutionis in integrum beneficium ſibi competere; nec ab eo, qui ſcit, vel ſcire debet, fuerit certioratus, iuramenti illius adiectio generaliter præſtita ad ipſam reſtitutionẽ in integrum excludendam extendi non videtur. Nec obſtat textus in d.auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit. quia ſi linceis (vt aiunt) oculis ille inſpiciatur, probare apparebit, tunc demũ puberes ex iuramento obligari, quandocunque, dum iurant, certiores de omni eo fiant, quod ſub eo continetur iuramento; ob quam rem probãdam ipſius auth.textum induco, & in c.1.§. item ſacramenta, de pace iur. firm.in vſib.feu. vbi idem eſt tex.in illis videlicet verbis, ſponte facta, &c. Quæ quidem verba liberã minoris, & abſolutam requiri voluntatem denotant, cum ipſe iuramento ſe arctat; quo ſtante dico ſic: minor
5 † non certioratus iuramenti uim neſcire præſumitur, vt ſuperiùs dictum eſt, & vt non contradicit Bar. ac, vt probatur in l.regula, circa prin.ff.de iu.& facti
6 ignor. † Voluntas autem in facti qualitatem ignorante non conſiſtit, vt probatur in l.ſed hoc ita.ff.de aqua pluu.arcẽ. & per eum textum, ibi Bar. in l.cum teſtamentum, num. 1. C. de iur. & facti ignor. ergo minor ad hoc vt ſacramenta per eum præſtita ſponte dicantur, & aduerſus eum inuiolabiliter cuſtodiantur, certiorari debet, & in ſpecie, quòd ignorantiæ, vel erroris prætextu iuramentum nihil operetur, tradit Rolan.à Valle, conſ. 13.num.30. & ſeq.libro 1. Proinde igitur additio ad Bar.in d.l.ſciẽdum, ſub d.num.8. in verbo, conſului, litera.B. nonnullos graues admodum refert Authores, tenentes neceſſariam eſſe in caſu iſto certiorationem, quod & tenuit Franciſcus Marc.dec.21.nu.2.par. 2.& nonnulli alij grauiſſimi Authores; & Ant.de But.in c.pen.ex.de cont.emp. inquit hanc eſſe com. opinionem, nec deſunt, qui etiam magis cõmunem verioremque aſſerunt, quos lib.4.conclu. apud Iacob.Phil. Port. habes, concluſ. 33.in prin. Quicquid tamen ſit, reperio Bartoli opinionem communiter eſſe receptam, referunt Iaſ. in d.l. ſciendum, nu.34.& in d. auth.ſacr. pub.ſub num. 59.verſ.non recedas, concludit, non recedendum ab hac op.in iudicando, & conſulendo, licet antea ipſe Iaſ. in contrarium inclinauerit; licet communem recenſet Cagno.in d.l.2.C.de reſcindenda vend.ſub num.303.verſ. ſecunda cõcluſio, Soc.conſi.279.in prin.vol.2. Decius in conſ.31.ſub num.3. verſ.& ſtante.qui ſubdit ſecundum Are.Io.And.& Doc.in c.quamuis, ex.de pac.in 6.quòd neque etiam poteſt peti abſoluto à iuramento; communem quoque prędictã tradit opin.ipſe Decius ſub nu.3. Marã. de ord.iud. in 3.& vlt. par. vltimæ par. prin.in 2.actu, num.91. Franc. Turz.in com.opi. q.132. ad ſi. qui magis communem hanc eſſe opinionem putauit, Lauren.Chircouius in 3.centuria communium opin.concl.46.quæ eſt in litera.M. Marius Pin. in rep.d.l.2. C.de reſcind.vend.par.3.c.1. ſub nu.10.& alij

quam

quam plures tenent, quos habes in modò ciuius legibus, & in d. auth. ſacramenta puberum. & plurimas ad hoc refert authoritates Port. i d. côclu. 33. ver. contrarium, tandem & ipſe Bar. opinionem, tanquàm magis communiter receptam, ſequens: iſtis addo Soci. iu. conſi. 3. num. 46. vol. 2. quem refert, & ſequitur Dominus meus Io. Cephal. conſilio 466. num. 31. diſtinguentem, quod ſi minor iurauit ſciens ſe minorem, contractus tunc confirmetur, ſecùs ſi minorem ſe eſſe ignoraret, & vti maior contraheret. Et certè Doctorum prædictam op. tenentium præter alias eorum rationes, quibus facilis patet reſponſio, ipſa auth. ſacramenta puberum, potiſſimum eſt fundamentum; licet illa intelligi poſſit, prout ego eam induxi, quibus fortè verbis Doct. non animaduerterunt, attamen communi ipſi Bartoli, & aliorũ opinioni, propter iuramenti fauorem

7 acquieſco; † nam profectò iuramentum magnifaciendum eſt, & animæ potius eſt conſulẽdum, quàm minoris vtilitati fauendũ, arg. c. non ſolũ, & c. ſi

8 aliquid. 22. q. 4. † Non omitto tamen quòd Bal. in d. l. 2. C. de reſcin. ven. conatur relatas contrarias concordare opiniones, in 9. q & idem in c. 1. § . item ſacramenta, in vlt. q. de pace iuram. firm. quem ſequi videtur Alexan. conſi. 211. vol. 2. Dicit enim Bal. quòd ſi maior iurauit, interueniente curatoris ſui authoritate, tunc procedat Bar. opinio, vt reſtitutionis benef. amittat: quia curatoris ſcientia habetur adulti ſcientia. l. pupillus ſi fari. ff. de acquirenda hæreditate. ſin autem curator non interuenit, tunc Dyni procedat opinio, & ſi iudicis interueniret decretum, ſed hanc Baldi cõcordiam reprobant rationibus per eos adductis Salyc. in dicta auth. ſacramenta puberum, & in dicta l. ſecunda, C. de reſcindenda venditione, Raph. Cum. Lud. Ro. in dicta l. ſciendum, vbi etiam Iaſon, ſub numero 33. Imo. in capitulo penultimo, extrà de emptione, & venditione, & in cap. cum contingat, extrà de iureiurand. ego autem ipſam communem intelligo (ſaltem in terminis, prout ego poſui ſuprà, numero primo, quòd ſcilicet ſimpliciter iurauerit, vel iurauerit non reuocare contractum) dũtaxat procedere quò ad contractum non reſcindendum; non autem vel quò ad læſionem reſarciendam, quæ ex contractu inito proueniret; non quidem vt contractus retractetur; ſed vt tantùm aduerſus læſionem reſtitutio petatur: aut quò ad conſumptam ſolutionem; vt tantùm iterum ſoluatur, quod minor ſui facilitate conſumpſit; prout hæc infrà fieri poſſe, non obſtante dicto iuramento, probabo, numero 14. & ſub numero decimo, (niſi modò etiam iuratum eſſet non petere aliquam in integrum reſtitutionem, quæ ex contractu competere poſſet) & ita poteris Bartoli, & Dyni ſupradictas conciliare opiniones. Et quod minor iurans contractum ratione minoris ætatis non reuocaturum, reſtitutionis beneficium tunc non perdat, cum tantummodo à læſione; aut pro conſumpta ſolutione indemnem ſe ſeruari petit, firmo manente contractu, probo per tex. ipſius auth. ſacramenta puberum, & in dicto § . item ſacramenta, ponderando verba illa, ſuper contractibus non retractandis, quæ à contrario ſenſu denotant, quòd dum minor ad contractus iurati reſciſſionem non venit, iuramentum nihil operabitur, quæ etiam verba, ſi non extarent in dicta authentica, tamen id optimè probaretur, ex ſituatione ipſius auth. ſub Rubrica, ſi adu. vend. in integrum reſt. poſtuletur. quoniam cùm quælibet lex debeat intelligi ſecundum Rubricam ſuam, vulg. l. Imperator. ff. de in diem adiectio. ex Rubrica ipſa apparet; quòd tantùm operatur iuramentum, vt aduerſus venditionem, ſiue con-

contractum reſtitutio in integrum peti non poſſit: cum ergo alia ex cauſa reſtitutio petatur de iuramento, quid
9 ad rhombum? † Nam cum in vnam cauſam præſtitum ſit, id eſt ſuper contractu non retractando, vlterius vires ſuas non porriget, arg. l. ſi pro fure, primo reſpon. ff. de condic. furt. iuncta gl. in dicta l. ſi duo. §. idem Iu l. in verbo, condictio, circa princip. ff. de iureiuran.
10 † Verùm minor ipſe etiam ſi contractum per iuramentum præſtitum reſcindere nequeat: tamen læſionem ſibi refici petere poteſt, vel conſumptam iterum ſolui pecuniam, quoniam reſtitutio in integrum etiam competit, quando minor ex contractu, quem reſcindere nequit, læſus eſt; aut non eſt quidem læſus, ſed acceptum precium conſumpſit, vt tradit Barto. & Doctores communiter in l. ſi quidem. C. de præd. min. refert Gozadinus conſilio 44. dicendum ergo venit, quòd non obſtante prçſtito iuramento de non reſcindendo contractu, minor lęſionis reſpectu, vel ſolutionis iterum fiendę, reſtitutionis in integrum beneficio vti poteſt, idque confirmatur per tex. ipſius Barto. quem pro eius allegat opin. qui textus eſt dictę l. duobus §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiuran. vbi habetur,
11 † quòd iuramentum per aliquem præſtitum, quòd non rapuerit, ad furtum non extenditur, ea ſcilicet ratione, quoniam aliud eſt furtum feciſſe, quàm
12 rapuiſſe; † & ideo ſeparatorum ſeparata eſt ratio. l. Papin. exuli. ff. de minoribus, cum ſimilib. ad idem facit tex. in dicta l. duobus. §. quæ iurauit diuortij cauſa, vbi dicitur, quòd ſi qua mulier iurauit, ſe diuortij cauſa rem non amouiſſe, & actione in rem mox conueniatur, iuriſiurandi exceptione non iuuabitur, quia actio eſt ſeparata, & diuerſa à prima. Cum igitur reſtitutio in integrum, quæ ob læſionem, aut ob iterum fiendam ſolutionem præſtatur, ſeparata admodum ſit ab ea, quæ ob reſcindendum contractum competit (vt dixi,) & penes Barto. in dicta l. ſi quidem, cernere eſt, dicendum venit, iuramentum ſuper contractu prçſtitum, & ſic ſuper reſtitutione ob retractandum contractum non petenda, ad aliam reſtitutionis ſpeciem, quæ aduerſus læſionem aut ob aliam fiendam ſolutionem competit, non extendi; & certè per fundamenta iſta ad communis opinionis limitationem aut ad Doctorum opinionum conciliationem prędictam maximè trahor; & ita verè, & æquè ſentiendum arbitror. vt tamen controuerſiæ omnes vitentur, & vt indiſtinctè reſtitutionis beneficium minor iurans non habeat, vtere hoc conſilio; † quod 13
ſcilicet minorem, cum eſt iuratus, per Notarium de beneficio in integrum reſtitutionis certiorari facias, de qua certioratione meminit Barto. in dicta l. ſciendum, & Cagno. in præcitato loco: ſed aduertas hortor, vt cum minorem iurare, & eum certificari facis, non facias illum ſimpliciter iurare, ſe contra contractum minoris ætatis reſpectu non venturum, & ſuper eo certum reddit reſtitutionis in integrum beneficio, ſed caueas, vt generaliter iuret, ſcilicet, quòd nunquam illius contractus reſpectu reclamabit, nec vllam prorſus in integrum reſtitutionem, & ſuper eo iuramento, ſic præſtando certiorari curam habeas de in integrum reſtitutionis beneficio; quia ſi ſimpliciter minor iuraret ſe contractum non reuocaturum, fortè contentio oriri poſſet, quòd minoris iuramentum licet certioratus eſſet ſolùm operaretur quò ad reſtitutionem; quam ob reſcindendum contractum petere poſſet; non quò ad læſionis reſtitutionem, vel ſolutionem iterandam reſpectiuè, vt prædixi: quam, firmo manente contractu, implorare poſſet: Quando-

Dd qui-

quidem, vt ſcias, † minori tripliciter in integrum reſtitutio competit; vno modo aduerſus contractum, quando ſcilicet eidem minori illum feciſſe non expediebat: ſecundo modo aduerſus læſionem, firmo manente contractu, videlicet quando contractum feciſſe expediebat, ſed in eo læſus eſt: tertio, & vltimo modo aduerſus ſolutionem, quam minor conſumpſit, quando ſcilicet pariter contractum feciſſe expediebat, nec etiam in eo deceptus, vel læſus eſt, ſed ſolutionem, ſiue pecuniam, quam habuit, conſumpſit, nam iterum aduerſarius per reſtitutionem in integrum ſoluere tenebitur, ſi voluerit, quòd contractus in ſuo per maneat robore, & ita docuit Barto. in dicta l. ſi quidem, cuius doctrina communiter recipitur, vt & Gozadinus, dicto cõſilio quadrageſimoquarto. Quod autem dictum eſt, minorem habere aduerſus conſumptam ſolutionem beneficium reſtitutionis in integrum: Limita non procedere, quando pecunia eſſet caſu fortuito deperdita, non autem ipſius minoris facilitate, ita probat tex. & ibi, ſecundum vnum intellectum, not. gloſ. tradit, in l. verum. §. ſciendum. ff. de minor. quod ibi Bar. ſequitur, & dicit eſſe notandum, & ſing. eam gloſ. reputat Caſtren. in l. prima, C. ſi aduerſ. ſolut. & idem quoque tradit Bartholo. Socin. regula 321. in litera M. incipiente, Minor aduerſus ſolut. in vnica, quam affert, limitatione. Et hæc tene menti; nam in hoc graues Iuriſconſultos errare audiui, credentes ſemper, cum minori in integrum reſtitutio datur, contractum reſcindi, quod verum non eſt, prout intellexiſti.

## Caut. CLXII.

### De minore, qui per procuratorem, cum iuramento conſtitutum, vel per ſe ipſum, cum iuramento litigat.

*SVMMARIVM.*

*Minor reſtituitur, vt omiſſam allegationem, vel probationem iterum inducat.* 1
*Limita num. 2.*
*Minor cum iuramento in iudicijs intereſſe poteſt: Ideo datur conſilium pro minore, vt caueat, quod vel per ſe, cum iuramento, vel per procuratorem iuramento conſtitutum non litiget, quia tunc reſtitutionis in integrum beneficium amittet, numero 4. Et ex aduerſo parti cautela datur, quòd minorem in iudicio, ſine curatore comparentem iurare faciat. num. 5.* 3

MINOR † reſtituitur, vt omiſſam allegationem ſiue probationem iterum inducat. l. minor viginti- 1
quinque annorum, omiſſam allegationem, & ibi per Barto. ff. de minor. vigintiquinque annis.
† Qui tamen minor, ſi vel per ſe ipſum cum iuramento, vel per procuratorem iuramento conſtitutum litiget hoc beneficio non vtetur, vt per auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendit. quam hoc caſu allegat Barto. dicta l. minor, ſub numero primo. 2
† Quoniam, vt ipſe Barto. cum gloſ. tenet, in dicta auth. ſacramenta puberum, numero vigeſimoſecundo, etiam in iudicijs minor cum iuramento intereſſe poteſt, & ita omnes cum gloſ. & 3

Barto.

Barto. tenere inquit Iaſon, in dicta auth. ſacramenta puberum, ſub numero 76. Sic etiam ipſum minorem litigantem per procuratorem cum iuramento conſtitutum non poſſe petere reſtitutionem in integrum, tradit ex ipſo Barto. in dicta l.minor, Rob. Maran. de ord. iud. in tertia, & vltima parte, ſextę & vltimę partis prin. verſicu. ſecundus actus, aliàs appellatio, numero 92. qui iſtud non procedere limitat in muliere litigant per procuratorem cum iuramento conſtitutum, ſtante conſtitutione (vt eſt in Regno,) quòd mulieres, etiam maiores, habeant beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus iudicia, quod ipſe Maranta rationibus comprobat, tradens etiam differentiæ rationem inter mulierem, & minorem; quæ eſt, quia in minore iurante iuramentum eum maiorem repræſentat, vt tradunt Doctores per eum textum in dicta auth. ſacramenta puberum, gloſ. & Doctores in l. ſecunda, C. de reſcindenda venditione. quod non eſt in muliere, & iſta habes penes ipſum Marantã, dicto loco, numero 94. cum ſequenti, qui dicit in facto ſe ita obtinuiſſe aduerſus quendam magnum practicum Doctorẽ, & quòd conſilio ipſius Marantæ quam plures Doctores Neapolitani, & prouinciales ſe ſubſcripſerunt: vnde tu iſtam limitationem nota, qui es Regnicula; vel qui habes in ciuitate tua ſimilem conſtitutionem. Itidem minorem, vt ſuprà, cum iuramento litigantem, non habere reſtitutionis in integrum beneficium alij multi cum Barto. tenuerunt, quos refert, & ſequitur Boer. dicens ita fuiſſe iudicatum in curia, deciſione nonageſimaſecunda. Sebaſt. Vant. in tractatu de nul. titu. de nul. ex defec. inhab. ſeu manu. ſub numero trigeſimoquinto. Propterea conſilium eſt, ſecundum ipſum Barto. in dicta l. minor, dicto numero primo,

† Quòd minoris Aduocatus caueat, 4
vt ipſe minor, vel per ſe ipſum cum iuramento non litiget, vel per procuratorem iuramento conſtitutum, quia tunc reſtitutionis in integrum beneficio vti non poteſt: † ex aduerſo autem 5
tu, qui cum minore litem habes, quando ſine curatore comparet, cautelam ſume, vt eum iurare facias, de non veniendo contra proceſſum, & ſententiam, nam ſi iurabit, valebit iudicium, ſententia, atque proceſſus, & ita limitatur tit. C. qui legit. perſo. non habent ſtandi in iudicio, quatenus de vigintiquinq; annis, minore loquitur, prout & tradit Iaſon in dicta auth. ſacramenta puberum, ſub numero ſeptuageſimoſeptimo, verſi. Nota perpetuo. Quando autem ita minor iurat, facias plenè eum certiorari, ad abundantem cautelam, de reſtitutionis in integrum beneficio, quia tunc & ea ſilebunt, quæ in prox. præcedenti cautela dicebam; licet (vt dixi) communis ſit Doctorum opinio, quòd, etiam ſi ſimpliciter iuret, amittat reſtitutionis in integrum beneficium; ne ſaltem id retractaret, ſuper quo iurauit, quemadmodum ego communem ipſam concluſionem limitabam.

## Caut. CLXIII.

### De minore emente, & rei emptæ pignus, donec ſoluat, conſtituente.

*SVMMARIVM.*

*Pignus non valet per minorem, curatorem habentem, conſtitutum, quando prædium emit, & donec ſoluat pignori ſubditum conſtituit.* 1

*Remedium tamen traditur, vt poſſit obligari, num. 3. & 4.*

2 *Dominium minori, vbi eſt quæſitum cœpit non poſſe obligari.*

5 *Dotem cum minor recepit, qualiter eius bona obligare debere cauendum ſit.*

1 MINOR † annis viginti-quinque curatorem habens, ſi à priuato prædia emerit, vt quoad pretium ſolueretur, pignori eſſent obligata, Vlpiani ſententia eſt, pignus non valere. l. prima, §. finali, ff. de rebus eorum: quia (vt ibi Iu-
2 riſconſultus ait) † vbi dominium minori eſt quæſitum, cœpit non poſſe obligari. Paulus tamen in l. ſequenti. §. ſi igitur, venditorem admonet,
3 † vt Principis reſcripto pignus confirmari cautus ſit: ego quoque & illud adijcio conſilium, quo fiet, vt Principis confirmatione opus non ſit fu-
4 turum; † vt in tali contractu venditor curam habet, quòd minor præmiſſa omnia attendere, & nullatenus contradicere iuret: quia iuramenti fauore pignus conſtitutum erit, argum. auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. vt & per dictã authen. in ſimili docuit Barto. cum minor do-
5 tem recepit; † Quòd uxor, ſeu qui pro ea interueniunt expreſſam bonorum obligationem, cum iuramento, accipiant, de qua re ſtatum in ſequenti cautela ſubijcio. Deficiente igitur iuramento ad principale reſcriptum (vt dixi) demùm recurrere poteris.

## CAVT. CLXIIII.

### De minoris bonis obligandis pro dotis reſtitutione.

*SVMMARIVM.*

*Dotem recipiens minor an tacitè eius bona non obliget: & pro inducenda obligatione conſilium datur, numero 2. & 3.* 1

*Minor curatorem habens cui aſſimiletur; & ſi curatorem non habet, omnem peragit cõtractum, licet in integrum læſus reſtituatur.* 4

*Minor curatorem non habens, ſi dotem reciperet, tacitè eius bona obligaret.* 5

MINORIS † dotem recipientis 1
bona tacitè nõ obligari, ideoque vxorem ad dotem agere non poſſe, ipſo ad inopiam vrgente, probari videtur in l. prima, ff. de rebus eorum, & in l. lex, quę tutores. C. de adminiſtratione tut. per quas leges ita cenſuit Barto. in l. ſi conſtante, quarta quęſtione, tertia quæſtione prin. quæ incipit numero 74. & definit poſt numerũ 79. ſed in ſpecie pro Barto. opinione attende, quę dicit numero 76. 77. & 78. cuius tamen concluſio communiter damnatur, vt patet ex traditis ab Alexandro in dicta l. ſi conſtante, numero vigeſimonono, & vt expreſsè tradunt hi, quos refert Mich. Graſſ. in libro primo com. opin. capitulo 6. quæſtione decimaquarta. verùm, vt tutè agatur duobus remedijs pro dotis cautione, & conſeruatione vtendum conſulo,
† vt ſcilicet cum minori res aliquę dan- 2
tur, eæ æſtimatę dentur, vel ex mobilibus immobile comparetur; nam tunc res cum hypothecæ obligatione tranſibunt, vt docet ipſe Barto. d. l. ſi conſtantes dicto numero 77. cuius doctrinam communiter approbatam inquit Goza. conſilio 16. numero 2. Alterum eſt remedium, quod tradit idem Barto. dicta
l. ſi cõſtante, nu. 79. † Quòd ille, qui mi- 3
nori

nori dotem dat, obligationem bonorum expreſſam, cum iuramento recipiat; nam caute pro dote actum erit, auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. ſupradicta autem dixi pro mino-
4 re illo qui curatorem haberet: † Nam cum minor curatorem habet, ei aſſimilatur cui à prætore, curatore dato bonis interdictum eſt; ſed ſi curatorem non habet, quemcunque contractum, vti maior, peragit; licet reſtitutionis in integrum beneficium habeat. l. ſi curato-
5 rem. C. de in integrum reſt. minor. † Et ideo, ſi minor curatorem non habens dotem conſtitueret, eius bona pro dote tacitè abſque dubio eſſent hypothecata; quo caſu ſupradicta remedia ſuperflua eſſent, niſi illis ad abūdatiorem cautelam vti velles, & vt cautius pro muliere ageretur.

## CAVT. CLXV.

### De eo qui in poſſeſſionem mittitur ex primo decreto.

*SVMMARIVM.*

1 *Decreto primo qui mittitur in poſſeſſionem ſua non debet authoritate, ſed per executorem poſſeſſionem apprehendere: ſed licentia Iudicis abſque nuncio ingredi poteſt nu.2.*
*Quod limita, vt nu.4. Et ſub nu.6.*
*Ideo datur conſilium, ne quis ex primo decreto poſſeſſionem ingrediatur, niſi cum executore, aut ſine, ſed iudicis id permittente authoritate, num.9.*

3 *uncius quis in re propria eſſe poteſt. Limita, nu.10.*

5 *Domum alienam quis etiam ad propriā vtilitatem perquirere poteſt.*

6 *Intellectus ad l non eſt ſingulis. de regulis iuris.*

7 *Executor, etiam Papæ per vim executionem, niſi licentiam habeat facere non poteſt, & num.8.*

MIſſus † in poſſeſſionem 1
ex primo decreto ſua non debet authoritate, ſed per executorem, poſſeſſionē appræhēdere. l. is, cui. §.
miſſus. ff. vt in poſſ. legatorum. † Iudex 2
autem miſſo poteſt authoritatem præſtare, vt abſque nuncio ingrediatur, per l. pignoris. C. de pign. act. & per l. dotis. C. ſol. matr. & facit rubrum, cum nigro in. C. vt nem. liceat ſine iud. auth. ſigna imponere reb. &c. & ita ille, iudicis habens authoritatem, nuncius in re pro-
pria erit, † Quod eſſe poteſt. l. eum, qui. 3
§. ſi epiſtola. ff. de fur. & per Iacobū de Are. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. quod notabile eſt, & menti tenendum dicit Bar. ita tenens in l. ſi finita. §. Iulianus, ſub num. 21. ff. de dam. in fecto, & in l. iuſtè poſſidet, ibique Ang. Imola, Raph. Cum. Caſtren. & alij. ff. de acquir. poſſ. vbi dùm reſpondet Bar. ad l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. per Dy. in contrariam partem allegatam, ait,
† quòd ſcilicet prædicta concluſio non 4
procedat, quando quis habet ingrediendi propria authoritate licentiam, & reſiſtentem inueniret; quia tunc, ne maioris tumultus cauſa ſit, ingredi non poteſt, nec debet. Idem quoque voluit ipſe Barto. in repe. l. creditores, in quarta quæſtio. prin. verſ. non tamen, C. de pign. & in l. alia. §. eleganter, num. 11. ff. ſol. matr. Cy. idem tenet in l. iubere cauere. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & ſequitur Saly. in dicta l. dotis. C. ſolu. mat. & in auth. ei, qui iurat, verſ. 9. prin. quærit. C. de bon. auth. iud. poſſid. & Bald. in auth. omninò. C. ne vxor pro marito, circa 8. columnā. ipſe autem Bal. in diſputatione incip. accuſatus de vi turbatiua dixit, quòd etiam ſi reſiſtentem inueniat quis habens propria authoritate ingredi licentiam, po-

reſt licentia ſua vti, cum non faciat tan-
quam priuatus; ſed tanquam perſona
publica, vigore licentiæ, ſibi à magiſtra-
tu conceſſę, quod comprobatur per l.
continet. §. 1. ff. quod met. cauſa, iuncta
l. diuus. ff. de ſer. fug. vbi habetur, quòd
5 † licentia alicui dari poteſt perquirendi
per domum alienam, & ad vtilitatem
propriam; quia facit iure publico: ad di
ctam l. non eſt ſingulis, reſpondetur,
6 † Quòd ibi loquitur, quando quis iure
proprio, tanquam priuata perſona, ali-
quid faceret, circa quam Bal. opin. Ro.
in d. l. iuſtè, dicit veriorem eam eſſe in
puncto iuris; ſed ſecundum eum Barto
li opinio æquior videtur, & pro Bar. ad-
ducit, quod not. Inn. in c. olim 2. de pri
7 uilegijs, vbi dixit, † Quòd nudus nun-
cius, ſeu nudus executor, ſed neque etiã
Papæ nuncius poteſt executionem per
vim facere, per id quod habetur in cap.
8 cum inter, de conceſſ. pręben. † Quod
tamen verum dicit, niſi in mandatis ex-
preſsè haberet, per vim etiam executio-
nem facere poſſe, quia tunc poſſet, ex
quo videtur; quòd alicui poſſit licentia
dari propria ingredi authoritate; etiam
ſi reſiſtentem inuenerit; & ſequuntur In
nocẽtium, ac de eius dicto mentionem
faciunt Ang. & Imo. in d. l. iuſte, & Ang.
in l. ſi quis miſſus. ff. ne uis fiat ei, & in
l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.; & ſemper ipſe
Ang. illud ſequitur dictum, & in l. à di-
uo Pio, in prin. ff. de re iud. & in l. qui
reſtituere. ff. de rei vẽd. & in l. 1. in prin.
ff. ſi quis iuſd. non obtemp. & in l. 1. in
ſi. C. de iud. quod tamen dictum eſt cõ-
tra Bar. opinionem in d. l. iuſtè, num. 3.
ſtante igitur concluſione Barto. ſupra-
dicta, poſſe quem etiam propria in-
gredi authoritate, Iudice permittente,
ipſe Barto. propterea tradit miſſo in
poſſeſſionem conſilium, dicto §. Iul. &
9 dicto numero 21. † Quòd non intret
ſine executore, vel Iudicis authoritate,
alioquin ſuum ius amitteret, per l. mi-
les. §. qui iudicati. ff. de rei vendic. ſed
† nec etiam Iudice permittente quis in 10
re propria executor eſſe poteſt, cum eſ-
ſet talis cauſa, in qua executio fieri non
poſſet, niſi aliqua interueniente cauſę
cognitione, prout euenit in caſu dictę
l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iu.
ſecundùm opin. Abb. in c. de cætero, ex
trà de re iud.

## CAVT. CLXVI.

### De eo, qui morbo ſontico laborat, vt iudicium prorogет.

*SVMMARIVM.*

*Sontico morbo laborans in iudicio ex pectare, vel in peremptorio compa rere non tenetur. Per morbum enim hunc iudicium differtur, vt num. 2.* 1

*Et quod dicitur de morbo, amplia ad alia iuſta impedimenta, vt nu. 9.*

*Sonticus autem morbus quis ſit, habetur num. 3.*

*Expectare in iudicio regulariter citatus quis tenetur; propterea cum licentia recedere debet, nu. 5.* 4

*Sententia lata abſente infirmo quandoque non valet omninò, quandoque valet, ſed ægrotanti datur reſtitutio.* 6

*Sententia lata contra infirmum, vt prorſus non valeat, quid ſit agendum. Quòd & in alijs ſimilibus caſibus, in quibus quis pręſto eſſe non poteſt, ſeruandum erit, nu. 8.* 7

MORBO † ſontico laborãs 1
expectare non tenetur,
vel in peremprorio com-
parere, & ideo, ſi iudex
abſente eo pronuntiaſſet,
ſententia non valeret, textus eſt in l.
quęſitum. ff. de re iud. & facit tex. in l.
ſecunda, §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis

caut.

2 caut. vbi habetur, † Quòd propter mor
3 bum hunc iudicium differtur; † Morbus autem ſonticus eſt, quicunque peragendæ rei nocet. dicta l. quæſitum. §. ſonticus, & l. morbus. ff. de verborum
4 ſignifi. Nota ergo, † quod aliàs quis in iudicio expectare tenetur, arg. l. 1. §. hu-
5 ius rei. ff. de officio eius; † Ideoque licentiatus quilibet recedere debet, vt & Barto. in l. ſi finita. §. Iulianus, ſub numero vndecimo, ff. de dam. infec. quod longius proſequere, vt per Alexand. in dicta l. quæſitum, numero ſecundo, & de hac re ego tractaui ſuprà
6 in litera .C. cautela 33. † Sed circa hoc aduertendum eſt, quòd iudex aliquando pronuntiat abſente eo, qui infirmatur, & eum ægrotum non ignorat, aliquando verò pronuntiat, neſciens abſentiæ cauſam, primo caſu ſententia ipſo iure non valet, ſecundo autem caſu valet, ſed valetudinarius reſtituitur, & ita ſentit Barto. dicta l. quæſitum, num.
7 ſecundo. † Vnde ad hoc, vt abſque reſtitutione ſententia reſcindatur, conſilium pro infirmo citato dabat, quòd iudici abſentiæ cauſam notificaret, & terminum prorogari peteret, ad quod etiam vide ibi Alexan. ſub numero 7.
8 † Quod conſilium, & in alijs caſibus, in quibus quis comparere non tenetur, ſumendum eſt, vt per Bartolum in prædicto loco, quod & innuit Alexan. ſub
9 d. numero 7. Planè † communis eſt concluſio, vt non ob infirmitatem ſolùm; ſed in alio aliquo etiam ſimili iuſto impedimento, ſi iudex ipſum ſcit impedimentum, ſententia ipſo iure nulla ſit, vt per Imo. in dicta l. quæſitum, & ibi Alexan. numero ſexto, cum concord. de quibus per eum: vbi ipſum Alex. pro hac re latius omninò vide, & de hac re circa omnes legitimas abſentiæ cauſas cautelam faciam infrà, litera. P. caut. 245. vbi etiam numero ſexto, vide quid agere debeat iſte excuſator ad allegandas abſentiæ cauſas miſſus, & quid iudex, dum cauſa probatur, facere debeat, num. 7.

## CAVT. CLXVII.

### De dotis conſequendæ tuitione.

*SVMMARIVM.*

*Vxor pro dote viri bona tacitè habet obligata, & ideo poteſt eius dotis priuil. mariti domum, quam cum eo viuente inhabitabat, eo mortuo, propria poſſidere authoritate, num. 2.* 1

*Et pro qua muliere ad dotis cautionem conſilium datur, num. 3. fortius datur, num. 4.*

MVLIER † pro dote, quam in virum confert, bona viri ipſius tacitè, ex legis diſpoſitione, abſque eo, quòd hominis, circa ipſam conſtituendam hypothecam, factum vllum interueniat, hypothecata habet, textus eſt in l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vx. act. & in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. habeantur. quid autem ſit in mariti minoris bonis, vide ſuprà in cautela 168. & in tantum verum illud tacitę hypothecæ eſt, 1
† quod mortuo viro vxor propria poteſt authoritate, abſque aliqua iudicis licentia, in domus detentione remanere, quam familiaritatis viro cum marito viuente, tanquam vxor, inhabitabat, & eam propria pariter authoritate pro dote ſua poſſidendi facultatem habet, vt multùm ſignanter voluit Bal. in l. penultima, §. primo, C. de pignor. act. in l. penultima, in primo not. C. de non numerata pecunia, & in l. cum tibi. C. qui pot. in pign. habeant. quemque refert Iaſon, in §. item Seruiana, numero 72. Inſt. de act. vbi id admonet 2

notandum, quia ſępiſſimè in facto contingit: & circa eandem rem vide quoque Dec. conſilio 232. numero ſecun-
5 do, conſilio 400. numero quinto, † Tu igitur aduocate id memoriæ tradas, vt quandoque pro uiduis optimè hoc con-
4 ſilio vti non ignores: † Sed vnum hic ego trado optimum pro mulieribus, quæ nubunt, conſilium, quòd quando marito dotem dant, expreſſam in bonis mariti, ſibi hypothecam parent, cum clauſula, quòd maritus conſtituit ſe omnia bona ſua precario vxoris nomine poſſidere; nam præterquàm alijs poſteriorem habentibus expreſſam hypothecam pręferentur (licet expreſſam habentibus anterioribus potiores tunc dici non poſſint, vt ego dicebam ſuprà cautela 27. numero 9.) aliud eis erit reſeruatum adminiculum, quòd ſi ex bonis quid maritus alienarit, poterunt à tertio illo ſingulari ſucceſſore auocare, non facta etiam in viri bonis excuſſione, prout in ſpecie tradit cautelam hâc Alexander conſilio 33. numero ſecundo, libro ſexto, Boer. deciſ. 200. numero octauo, & Gozad. conſilio 42. numero 12. & pro hac re plurimas ego allegaui authoritates ſuprà caut. 20. in fine, dum & id tradidi non mulieribus duntaxat, ſed omnibus quoque creditoribus.

## Cautela CLXVIII.

### De iuramento per mulierem præſtando, quod dotale prędium non alienabit.

*SVMMARIVM.*

*Vxor quæ mariti alienationi cum iuramento conſentit, alienationem reuocare non poteſt.*

*Limita num. 2.*

*Cui quidem mulieri conſilium traditur, vt etiam ſi cum iuramento conſentiat, reclamare valeat, nu. 4.*

*Iuramentum peccati cauſam tribuens ſeruandum non eſt.*

MVlier † cum dotalem fundum per maritum alienari conſentit, & iurat, alienationem reuocare nequit. cap. cum contingat. extrà de iureiurando, & capitulo, licet mulieres, extrà eodem, in ſexto, Barto. in l. ſi quis per eo, numero nono, ff. de fideiuſſ. Doct. Inſt. quibus lic. alien. vel non, in principio, & Papien. in form. libelli, quo agitur ad reſtitutionem in integrum, in verbo, tunc iurauit, numero quarto, & numero decimoquarto, & latius tibi dixi ſuprà, alias plures adducens authoritates, cautela 95. numero quinto, vnde hic vlterius non progredior; idque verum dictis numeris ſubdit Pa- 1
pienſ. prædicto in loco, † niſi fortè ip- 2
ſa mulier prius iuraſſet, vel ſe nunquàm conſentire velle alienationi, vel nunquam alienaturam; ſequens enim iuramentum nullius redderetur momenti, & repetens fundum mulier eo caſu, non obſtante iuramento ſecundo, audiretur, quod menti tenendum admonet ipſe Papin. ſub dicto numero quarto, & pro hac re adducit Hoſtien. & Ioan. And. ita determinantes in dicto capitulo, licet, quos ante eum ob hanc limitationem adduxit Barto. ſub dicto numero nono, dicta l. ſi quis pro eo; idque receptum communiter teſtatur Emanuel Soarez, in ſuis comm. opin. litera. I. numero 278. quibus adde quos tibi allegaui in prædicta caut. nonageſimaquinta, numero ſexto, & ob eam rationem id procedit, quia ſecundum iuramentum, cùm primo aduerſaretur, peccati cauſam ſuggereret,
quod quidem ferẽdum non eſt, † nam 3
iuramentum, quod peccati cauſam tribuit, ſeruandum non eſt. c. ſi vero, & d. cap. cum contingat, extrà de iureiuran.

† Ex

4 † Ex prędictis igitur mulieri conſultum eſſe poteſt, cum timuerit, ne maritus prędium dotale alienet, & eam ipſam ad cōſentiendum inducat, vt primum (ſaltem coram duobus teſtibus. l. vbi numerus ff. de teſtibus, & coram publica perſona de hoc rogata ſcripturam conficere) iuret, & proteſtetur, ſe nunquàm alienationi conſentire velle, quia ſic tuta erit, & mox alienatum fundum, non obſtante ſecundo iuramento, ab emptore vendicare poterit, ſed hic dicit additio ad Bart. in d. l. ſi quis pro eo, ſub d. nu. 9. in verbo, ſecunda alienatio, ſecūdum Baldum, quod verum eſt, non valere iuratam alienationem, propter primum iuramentum, quando emens habuit primi iuramenti notitiā, aliàs ſecus, idemq; tradit additio ad Papienſ. in d. verbo, tūc iurauit, ſub d. nu. 14. in verbo, niſi prius, litera A. quæ Baldū pariter allegat. Certè iſtud nō procedit ſine aliquo ſcrupulo, quia ementis ignorantia non tolleret, quòd ſecundum ſeruando iuramentum peccato locus nō fieret, & iuramentum (vt dictū eſt) quod in animæ perniciem vergit, ſeruandum non eſt. Veruntamen ſupradictam modo traditam limitationem plurimi, & grauiſſimi viri tenuere, de quibus ego in prædicta caut. 95. ſub nu. 6. verſ. iſtud tamen verum eſſet.

## CAVT. CLXIX.

### De negatione in iudicio per reum fienda, & de annullando proceſſu modus.

*SVMMARIVM.*

1 *Neganti ſe poſſidere, & nihilominus poſſidenti aufertur poſſeſſio.*

2 *Negans damnum iniuria dediſſe, & de mendacio conuictus in duplum punitur, limita non procedere in minore, ſub d. nu. 2. verſic. quod tamen.*

*Fideicommiſſum eſſe relictum negans, & de mendacio conuictus, non poteris poſtea ea ſe exceptione iuuare, quòd ſcilicet in minus ſolenni voluntate relictum ſit.* 3

*Negatio vt in iudicio tute fiat, conſilium datur, & per ampliora verba, num 7.* 4

*Quod tamen conſilium attende, vt in verſi ſed hæc ita clauſulata.*

*Limitatum quod eſt, limitatum ad id producit effectum, ad quod limitatio porrigitur.* 5

*Res quælibet ad propriam naturam reuerti deſiderat.* 6

*Reus quomodo quærat in eius reſponſione totum proceſſum nullum reddere.* 8

NEGANS per mendacium puniri ſolet, ut putà in caſu. l. fin. ff. de rei ven. & in l. qui ſeruū. §. in iure. ff. de inter. actio. ibi nanque dicitur, † quòd ſi quis ſe poſſidere negauerit, & poſſideat, aufertur ab eo poſſeſſio, ad idem uide Iac. Pli. Port. & quæ allegat, in primo lib. com. concl. reg. 30. in prin. & Roland. à Val. conſil. 88. num. 8. vol. 4. Ac etiam vt in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. vbi dicitur, ꝙ † contra negantem damnum ſe iniuria dediſſe, & de mendacio conuictum, in duplum actio datur. (Quod tamen in minoribus non procedit; ipſi enim ſimili in caſu de mendacio conuicti reſtituuntur, vt pro confeſſo habeantur; ſicque in ſimplum tantum teneantur. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minoribus.) & vt in l. fin. C. de fideicom. hęred. vbi habetur, † quòd fideicommiſſum eſſe relictum negans, & de mendacio conuictus, non poterit poſtea ea ſe exceptione adiuuare, videlicet in minus ſolenni voluntate relictum, (prout tibi verba feci ſupra cautela 74. litera F.) ſimilia alia habes exempla latè penes Bald. in authen. contra qui

pro-

propriam. C.de non num pec. Port.d.
reg.30.ubi eum vide: Iaſ.in d.l.fi.nu.4.
vſque ad 11. incluſiue. C.de fideicom.
Duen. reg.325. & 329. & Rol. à Valle
conſil.88.vol.4.ſed, vt aduerſus hæc ſi-
milia te obuiam facias, & tuta poſſit ſie-
4 ri negatio, Remedium eſt, †quòd negen
tur narrata prout narrãtur, quo caſu im-
plicita quædam reſponſio introducta di
citur, quæ neque verè negationem, neq;
verè cõfeſſionem inducat, vt voluit Bar.
in l.ſi dubitetur.§.ita demum, & ibi Io.
de Imola, & Caſt. ff.de fideiuſ. & idem
tenent Imola, & Caſt.in l.ſed hoc ita.§.
1.ff.de re iudicata, Saly.in l.1.C.de con-
feſſ. Alex.in l.etiam. §.licet, ſub num.9.
verſic.ſecundo limita. ff.ſolu. matr. Iaſ.
in l.eum, qui.nu.15. ff.de iureiur.vbi id
verius eſſe ait, licet Bald. nonnullis alijs
in locis contrarium ſenſerit, quem ipſe
Iaſ.refert.eandem ſententiam, tanquam
communem, recitat Mich.Graſſ.in 2.li.
com.opi.in c.15. litis conteſtatio.q.3.&
idem quoque quod Barto. & alij Doct.
voluit Pract. Papien. in for. reſp.rei, in
verbo, narrata, prout narrantur, & iſtud
tradunt alij Doctores, de quibus Port.
d.reg.30. limit.3.quibus adde Iacob.de
feu. in verbo, dicti vaſalli.1.num.35.&
Iul.clar.in §.feudum.q.59. in fi.ſed hæc
ita clauſulata reſponſio tantum eo caſu
tuta eſſe videtur, quando ex narratis po-
teſt aliqua introduci pars, quę prout nar
ratur, vera non ſit: Puta, ſi maritus neget
narrata, prout narrantur: nam eo caſu nõ
perdit illud beneficium, quod maritis
tribuitur, ne conueniantur vltra quàm
facere poſſunt, de quo in l.maritum. ff.
ſoluto matr. quia generalis illa negatio
videtur tantum referri ad principalem
dotis petitionem, non ad negandum,
quod ipſe ſit maritus, prout intellexit
Alex.in d.§.licet, ex eo, quod ibidem vo
luit Bart.dicens, quòd cum maritus ma-
trimonium non negat, ſed dotem datã,
beneficium non amittit, maximè, quia
principale tantum, quod petitur, nega-
tũ videtur, & verba ambigua, quatenus
in aliquo poſſunt in proferẽtis commo-
dum intelligi, intelligũtur, & per talem
generalem negationem, nõ videntur rei
qualitates negatæ, ſed res ipſa principa-
lis tãtum, vt ita reddunt ad hoc rationes
has Alex.d. §.licet, & alij ſuperius citati
Doctores: Idem quoque futurum exiſti-
mo, ſi quis conueniatur rei vendicatio-
ne, dicendo reum conuentum poſſidere
actoris talem rem, & reus, prout dictum
eſt, reſponderit, quia conſtito, quòd poſ
ſederit, non auferetur ab eo poſſeſſio ex
d.l.fi. ff.de rei vend.eo, quia & verba ea
generalia aptari poterunt, quòd quate-
nus actor dixerit, talem rem eſſe ſuam,
reus ad illud intentionem ſuam dire-
xerit, & ſic dicas in omnibus alijs ſi-
milibus, in quibus bene per clauſulam
eam reſponderi poterit, negat narrata,
prout narrantur, vt relatiua illa verba,
prout narrantur, aptari valeant ad id tol-
lendum, quod pręter veritatem creditur
narratum eſſe, & proinde clauſula ha-
beat vnde referatur, †vt ea limitata ad 5
illa duntaxat quæ prout narrantur, non
putantur vera, limitatum producat effe-
ctum, quod ſcilicet vera non neget, quæ
autem non ſunt vera neget, argum. l.in
agris.ff.de acqui.rerum dom. & eorum
omnium, quæ tradit Dec.conſilio 423.
num.18.ſed ſi clauſula prædicta non ha
beat, vnde referatur, quia vera ſint nar-
rata, prout narrantur nihil proficui ver-
ba ea (prout narrantur operabuntur, ſed
ſtabunt ſub omnimodæ negationis mæ-
ro termino, argum. l.eius, qui in prou.§.
quòd ſi ſtipulatus, verſicu. quoniam, &
ſcrib.ibi. ff.ſi cert.pet. puta ſi quis ſuper
vno duntaxat, ſuper quo tantum fiat nar
ratio, ut ſuper matrimonio, vel ſuper
poſſeſſione ſola interrogatus ita clau ſu-
late reſpondeat, talis clauſula ei non pro
derit, quod indicant verba Bartoli in d.
§.licet, in illis verbis, vt ſi negat matri-
monium, & d.l.fin.ff.de rei vendic.iun-
cto tex.l.2. ff.de lib.& poſth.& his, quæ
tradit

tradit Soc.conſi.primo,ſub nu.1.vol.1.
dum ibidem probatur,quòd cum vnica
tantum res eſt in diſpoſitione, ad eam
verba non expreſſa, tanquam ad ipſam
ſpecificata,reducunt,& ideo,veritate de
tecta,contra negantem pœnæ locus fiet.
Ad quod corroborãdum optimè facit,
6 † quia vnumquodque, quandocunque
poſſibile ſit,ad ſuam propriam naturam
reuerti deſiderat.l.ſi vnus.§.pactus,ver.
quod & in ſpecie dotis. ff.de pactis. ſed
ea clauſula negationem continet, vt du-
bium non eſt, quæ cum mox,quantum
ad id(prout narrantur)ad aliquid appli-
cari nequeat, ad meram tranſibit nega-
tionẽ. Hæc nota,quia in caſu hoc mihi
videntur vrgentia, quæ ab alijs tacta nõ
fuerunt, licet nõ nulli ſimpliciter etiam
contra Bartolum ſenſerint. Et ſupradi-
ctum remedium per eadem fundamen-
ta,ac per eoſdem Doctores tradidit ver-
bis amplioribus, & maiorem denotanti
bus cautionem (quibus etiam prædicta
poteſt dari limitatio per prædictas ratio-
nes) vt hoc videlicet pacto negetur; ne-
7 go † narrata,prout narrantur ſaluis iuri-
bus, & defenſionibus ſuo loco, & tem-
pore producendis, &c. Maranta in tra-
ctatu de ordine iudic.partis.6.parte pri-
ma,verſi.Decimum, & vltimum mem-
8 brum,ſub nu.4.† Sed vt poſt conſilium
iſtud valeas etiam in eadem reſponſio-
ne ad libellum actorem eludere,vt fortè
proceſſus omnis nullus reddatur, petes
in aliqua ſcripturæ parte, quæ multum
ponderari nõ ſoleat, per actorem ipſum
de calum.iurari,nec vlterius inſiſtas,q̃a
ſi ipſa iuramenti calumniæ præſtatio
omittetur, totus proceſſus nullus redde
tur,vt latè per Rol. à Valle in conſi.71.
num.8. vſque ad numerum 13. volum.
primo, & hanc cautelam eleganter tra-
ctauit Thom. Ferrat.caut.12.Ideo vlte-
rius non proſequor, ne facibus ſolem
adiuuare videar.

## CAVT. CLXX.

De extrahenda aliqua perſona,etiam pro debito ciuili,de domo ſua.

*SVMMARIVM.*

*Domo ſua nemo extrahi debet, quod* 1
*etiam amplia,vt in verſic.quinimo:*
*limita num.1.non habere locum, ſi*
*quis in porticu domus maneret.*
*Limita pariter ſub num.2.non habere*
*locum in caſu criminali.*
*Vt autem etiam in ciuilibus poſſit ex-*
*trahi remedium datur, nu.3.*
*Contra quod remedium contraria re-*
*media debitori dantur, nu.6.*
*Aduerſus tamen debitoris malitiam*
*creditori cautela datur,nu.7.cui etiã*
*creditori volenti pro ciuili debito de-*
*bitorem in carcerem detrudi poſſe,*
*aliud datur remedium, quo vtatur,*
*cum contractum facit cum debito-*
*re, num.8.& 9.*
*Item et aliud,quo vti poſſit etiam poſt*
*contractum, nu.11.*
*Contumacia delictum dicitur.* 4
*Pœna cum fiſco applicatur,criminalis*
*efficitur cauſa, ſub nu.4.*
*Carceratus debitor pro debito etiam* 5
*priuato ibi etiam recommendari po-*
*teſt.*
*Iuramentum intelligitur ſecundum na-* 10
*turam contractus, ſuper quo inter-*
*ponitur.*

NEMO † de propria domo 1
inuitus extrahi poteſt, tu-
tiſſimum enim cuique do
mus ſua debet eſſe refu-
gium. l.plerique & l. ſed
& ſi.2. ff.de in ius vocãdo,& l.nemo de
domo.ff.de reg.iur.vnde Cicero pro do
mo ad Pontif. dixit quid ſanctius, quid,
omni

omni religione munitius, quàm domus
vniuſcuiuſq; ciuium? Hic aræ ſunt, hic
Dij penates; hic ſacræ religionis cerimo
niæ continentur, hoc profugium eſt ita
ſanctum omnibus, vt inde arripere ne-
minem fas ſit. ad regulam iſtam nonnul
las notabiliter tradit ampliationes & li-
mitationes, poſt Alex. Socinum, & Iaſ.
in d.l.plerique, Iac.Philip.Portius in lib.
3.concluſion.regu.20. quorum aliquas
ego hic attingam: Quinimò hæc reg.am
pliatur vtiliter procedere in debito ma-
gno quoque, ſecundum omnes, & maxi
mè Alb.de Roſ. & Iaſ.num.15. d.l.ple-
rique, vbi communem iſtam perhibent
2 ſententiam, † ſed eadẽ reg. limitatur nõ
habere locum, quãdo debitor in domus
porticu commoraretur, inxta tradita
per Bart.ac cæteros, in l.hoc ſenatuſcon.
de leg.1.Bald.in d. l.ſed & ſi ff.de in ius
vocando, & in rub.ff.ſoluto mat.col.1.
Bal.Ang.Alex.cum alijs per eum citatis,
nu.4. Soc.nu.47. (intelligẽdo, vt ibi per
eum, niſi porticus, aut clauſtrum portã
haberet, & clauderetur) & Iaſ. nu.19.d.
l.plerique. ex quibus habes, iſtam eſſe
communem concluſionem, licet (vt ait
Port.d.reg.20. limit.3.) Baldus in d.§.
Senatuſcon. & Calcan.conſil.70. & 77.
contrarium ſenſerint: ſimiliter limitatur
hæc regula, vt in criminalibus non pro-
cedat, vt per gl.in d.l.ſed & ſi ff.eodem,
de in ius voc.& in d.l.nemo, per §.quo-
niam, in Auth.vt nulli iud. Idemque tra
dit Iaſ.in l.fin. C.de procur. Ang. Caſt.
Alex. Soc. & Iaſ.in d.l.plerique, Cæpo.
caut.51.num.2.Ferrat.caut.22.nu.2. &
alij, de quibus Port.d.reg.20.limit.12.
Vt igitur creditor quis eius debitorem è
domo arripere queat, ac ei ſatisfiat, reme
dium eſt (prout & Ang. in d.l.plerique.
infert, & poſt eum Alex. ibi nu.7. Soc.
num.26.& Iaſ.ſub nu.27. cum alijs au-
thoritatibus, quas ibi ipſi referunt)
3 † quòd iudicem adeat, qui debitori præ-
ceptum faciat, quod coram ipſo ſub ali-
qua pecuniaria pœna fiſco applicanda,
compareat: nam ſi non comparuerit iu-
dex illum in ea pœna, fiſco applicanda
condemnabit, quam pœnam, ſi non ſol-
uet, poterit etiã de domo extrahi: † quia 4
cum alicuius contumacia delictum eſſe
dicatur. l.omne delictum, in princ.& in
verſi.contumacia.ff.de re mil.& ibi Bar.
no.gloſ. in c.in ſumma, 4.q.1.& pariter
no.gl. in l.1. §.fi.in ver. merã pœnam.ff.
ſi qs ius di.nõ obtem.& ibi Alex. in ſpe
cie, nu.17.ad hoc alias latè adducens au
thoritates, & idẽ Alex. in l.ſi mora, ſub
num.15.ff.ſol.matr.concludit, quòd cõ
tumacia ſaltem impropriè delictum di-
ci poteſt, alleg. l.vbi autem. §.qui id,
quod. ff.de verb.obl. Atque cum ex iſto
contumaciæ maleficio fiſco applicetur
pœna, criminalis efficitur cauſa, vt per
gl.in l.3.in prin.in verbo, centum aureo
rum, ff.de ſepulchris violat. quam com-
muniter tenere ſcribentes demonſtrat
Clar.in practica. §.fin.q.1.verſic.quarta
igitur: † Cum ergo carceratus ſit debi- 5
tor, pro debito etiam priuato, ibi recom
mendari poterit, vt per Bart.in l.2.§.qui
exhibendi, ſub nu.4.verſic.quandoque
vtraque. ff.de cuſt. reorum, & ſupradi-
cta fuit cautela ipſius Bart. in l.cum eo,
nu.3. ff.ad legem Iul. pecul. quæ l.alias
eſt.§.Labeo.l.ſacrilegij.ff.eodem, ſecun
dum quem & ita fieri docuit Cępo. d.
caut.51. † aduerſus hanc debitoris cau- 6
telam duobus modis ſe poteſt ſaluare
debitor, primo ſi procuratorem pro ſe
mittat, iuxta notata in d.l.fi.C.de procu.
& de quo Alex. in d. l.plerique, ſub nu.
7.verſic.ſed aduerte, & Iaſ.ſub num.27.
verſic. ſed d.Abb. ſecundo ſi condemna
tionem illam pecuniariam potius ſol-
uat, quàm quòd in carcerem tradi patia-
tur, ſecundum Old.in l.4.§.prætor.ff.de
damno infecto, & Cępo.d.caut.91.ſub
nu.3. † Creditor tamen debitoris mali- 7
tiæ obuiare hoc pacto poteſt, ut ſcilicet
curam habeat, quòd iudex eum citet, vt
perſonaliter compareat; quia cum de
cauſis ad ſuam ſpectantibus iuriſdictio-
nem

nem alloqui vult; Nam ſi procuratorem mitteret, non excuſaretur. cap. cum dilecta, in verbo, perſonaliter, de reſcriptis, & c. fin. §. is autem, de offic. delegati. & de hac creditoris cautela vide Bartol. & Alexan. in dicta l. fi. C. de procuratoribus. Alexand. in dicta l. plerique, ſub d. num. 7. Socyn. ſub d. num. 26. & Cæpo. d. caut. 51. in fine. Pro qua tamen re vide Iaſ. ſub dicto nu. 27. dic. l. plerique. Sed ſupradicta quidem cautela, licet ſit pulchra quidem, & ingenioſa, tamen in ea practicanda non ſatisfacit Ferratio, dicta caut. 22. propter difficultates, quas recitat, quarum duæ debitori ad cautelam prodeſſe poterunt.

8 † Aliud eſt pro creditore remedium, vt etiam pro ciuili debito poſſit faciliter quem de domo extrahi facere; Quòd ſcilicet cum contrahit cum eo, faciat ipſum huic legis auxilio, vel omni renuntiare legum beneficio, & auxilio, iuxta ea, quæ tibi dicam infra in litera R. caut. 232. & de quo Iaſ. in dicta l. plerique. numero 29. & Socin. numero 69. concludens cum genitore ſuo, id eſſe indubitanter verum interueniente iuramento:

9 & † quod quidem iuramentum in contractu per debitorem inſertum, etiam ſi ſpecialis non interuenerit renuntiatio, potens erit, vt debitore exiſtente in mora, non obſtante prædicta prohibitione, de domo extrahi poſſit, vt docet Ferrat. d. caut. 22. ſub numero 3. verſic. ſi vero nunc vis. quod ego quidem verum puto propter ipſius iuramenti religionem, & propter periurij labem, quam ipſe Ferrat. conſiderat; ſed non propter aliam rationem, qua dicit, iuramento fieri, vt quis præciſe ad factum teneatur; nam illud quidem in ſe verum eſt, & in faciendi obligatione procedere poſſet, ſecundum Baldi, & Iaſ. mentem, volentium diſpoſitionem dictæ l. plerique, cum ſim. non procedere, vbi quis ad factum præciſe tenetur, quos Ferratius ipſe allegat: namque ſcire debes, quòd ex ſimplici ad faciendum obligatione quis ipſi facto præciſe non eſt adſtrictus; ſed ſi adimplere nolit, ad intereſſe tenetur, vt eſt textus in l. ſi quis ab alio. §. fina. ff. de re iudic. cum concord. de quibus ego ſupra, caut. 68. in princip. at ſi iuramentum contractui aſſuiſſet, ad factum præciſe quis obligatus eſſet, vt probat Ferrat. & vt ego latius probaui in dicta caut. 68. numero 6. vnde hoc ſiquidem in caſu Baldi, & Iaſ. ſuccederet opinio, quòd ſcilicet pro facto ſpecificè ab obligato ipſo adimplendo, de domo trahi poſſet; quia iuramentum ad factum præciſum eum arctaſſet: verùm quòd ex iſta ratione id in dandi obligatione (prout ipſe Ferrat. caſum ponit) locum habeat, nihil facit ad propoſitum. Planè etiam abſque iuramento quis in tali obligatione præciſe ad dandum tenetur. l. vbi autem. §. fina. ff. de verb. obligat. & tamen ex prædictis legibus, cum earum materia apprime conſtat, quod, niſi adhibeatur caut. aliqua, de domo quis extrahi non poterit; nec ipſum iuramentum efficiet, vt obligatio, quæ eſt in dando, vertatur in faciendi obligationem, ſtante eo,

† Quòd iuramentum contractus, ſuper quo interponitur, naturam non alterat, iuxta textum l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. & l. fin. C. de non num. pec. Attingo denique cautelam eam, quam tradit Roman. quem refert, & ſequitur Alexand. in dicta l. plerique, ſub num. 7. & Iaſ. limit. 8. nu. 24. Ferrat. in dicta caut. 22. ſub num. 3. verſic. tu autem; & Port. dicta reg. 20. limit. 8. 10

Quòd † ſcilicet procuret creditor, vt debitor ad aliquod publicũ deſignetur officium, quo caſu de domo ad acceptandum officium extrahi poterit, & eo extracto. poterit ſibi conſulere creditor; ſed non ſemper erit in promptu occaſio, qua id fiat, & de raro contingere poterit, 11

CAV-

Cautela C L X X I.

De fienda per debitorem creditori debitoris ſui ceſſione, ita vt mox creditor ipſum cedẽtem debitorem amodo cõuenire non valeat.

*SVMMARIVM.*

*Debitor licet creditori ſuo contra ſuum debitorem actionem cedat; ceſſione tamen non obſtante contra ipſum agere, & exigere eius creditor poterit.*

*Ne tamen amplius valeat exigere remedia dantur. nu. 2. & 3.*

1 NOMEN † debitoris, actionemue, quam aduerſus eum habet quis, licet eius creditori ceſſerit, ceſſione tamen non obſtante contra ipſum agere, & exigere eius creditor poterit. l. 3. C. de nou. Vt autem amplius, poſt hanc factam ceſſionem, creditor ipſum cedentem debitorem moleſtare non poſſit, remedia

2 duo trado; Primum ẽſt, † Quòd in ceſſionis inſtrumento exprimatur, quòd fit ceſſio creditori, & quòd omnia cedantur iura, & quod cedens non modo transferat omnem, quam habet actionem cõtra debitorem ſuum, ſed etiam cedat, & transferat ſpem omnem, & actionis exercitium, ita quòd apud cedentem nullæ remaneãt reliquię actionum; cum enim eo in caſu cedẽs nullo caſu experiri valeat, nec contra debitorem agere, contra quem facta eſt ceſſio, ſequitur, quòd ille, in quem huiuſmodi ceſſio collata eſt, non poſſit amplius contra cedentem agere, cum propter talem delegationẽm ſit obligatio nouata, prout ita notabiliter tenuit Fran. de Cor. in eius opere iudiciali, in vltima parte. q. 9. Alterum vero eſt remedium, quòd delegatario fiat, ſicq; quòd debitor illi ſoluere promittat, cui iura cedũtur; quia tunc etiam delegans nullo modo contra debitorem, nec delegatarius contra ipſum delegantem agere poterit, vt eſt caſus in d. l. 3. C. de nouat. ſed quia iſtud non ſemper fieri poſſet, primum autem remedium ſic, ideo ipſum primum melius eſt. Et hęc quidem duo remedia ex duabus limitationibus ad regul. traditis per Bar. Soci. collegi, reg. mihi 109. litera. D. incipit, debitor licet creditori.

CAVT. CLXXII.

De atteſtatione Notarij in inſtrumento ſe de eo eſſe rogatum.

*SVMMARIVM.*

*Notarius an in dubio rogatus præſumatur, concluditur, quòd non: amplia ſub nu. 2. verſ. & prædicta.* 1

*Ideo conſilium traditur, quod ipſe Notarius atteſtetur, ſe de conficiendo inſtrumento rogatum. nu. 2.*

*Rogitus Notarij eſt quid facti, & ſolennitas extrinſeca, nu. 7.* 3

*Facta non præſumuntur, niſi probentur.* 4

*Actorum pluralitas non præſumitur.* 5

*Ideo de actis non apparentibus non præſumitur, nu. 6.*

*Citatio, cum ſit ſolennitas extrinſeca, per ſolam negationem probatur, quempiam nequaquam fuiſſe citatum.* 8

*Quæ etiam negatiua per cauſæ acta probatur, cum id, quod in actis non apparet, non factũ cenſeatur, nu. 9.*

*Authoritas prætoris, de quo lex multum confidit, quando per eum actus eſt contra aliquem, abſque vlla apparente citatione, celebratus, in quo proficiat, & in quo non proſit.* 10

NOTA-

1 NOTARIVM † licet quidā dixerint in dubio rogatū præſumi, vt gl. in §. nos autem, in verbo, iniungatur, in fine, in Auth. de Tabel. Bart. in l. Domitius, ſub nu. 2. ff. de teſtamentis, Bal. conſi. 22. vol. 1. qui dicit tenentes contrarium malè ſentire, Ant. de But. poſt Io. And. in c. 1. extra de fide inſtrum. Dec. conſil. 21. ſub nu. 17. Paris. conſi. 104. nu. 37. vol. 1. & conſi. 28. nu. 56. volum. 2. & Bellam. dec. 267. Hanc attamen opinionem ab omni veritate alienam, & contrarium per magis Doctorum receptam ſententiam teneri voluit Ang. conſil. 74. & conſi. 220. quem ſequitur Rol. à Val. conſ. 55. per totum, vol. 4. quam etiam ſententiam Bart. ſibi cōtrarius tenuit ante eos in l. ſciendum nu. 11. ff. de verb. obl. vbi inquit, quòd bene, ſi etiam dixerit tātum, publicaui, licet deſit, rogatus, rogitus præſumitur, quia tunc, cum non poſſit publicum cōfici inſtrumentum, niſi rogetur, rogitus intrinſeca ſit ſolennitas, eiuſque opinionem cōmuniter approbari tradit Boer. deciſ. 35. ſub nu. 7. verſi. & iſta eſt communis ſententia, vbi quidem receptum eſſe tradit Notarium rogatum cenſeri, quando dixit, rogatus ſcripſi, vel publicaui: ſecus, ſi ſimpliciter dicat, ego ſcripſi, ſecundum communem Doctorum ſententiam. refert etiam Boer. ſub d. numero 7. verſic. tamen Fran. de Aret. Doctores volentes rogatum etiam prȩſumi Notarium, licet tantum dixerit, ego ſcripſi, & maximè ſi verba ea adiecta ſint, videlicet, & cætera, quorū quidem opinionem ego non recipio, ſaltem cū ſimpliciter dictum ſit, ego ſcripſi, cū enim Notarius poſſit alias ſcribere (vt apprimè patet) licet non ſit rogatus, rogitus tunc intrinſecæ non eſt ſolennitatis, ſed extrinſecæ admodum, propterea non probat hoc eſſe, &c. l. non hoc. C. vnde leg. cum ſim. Bene & ego ſentio, quod ſi adiecta ſit illa cauſula, & cȩtera, ac ſub ea nihil aptius poſſit contineri, quàm notarij rogitus, rogatus præſumatur, argu. l. 2. ff. de lib. & poſthum. & eorum, quæ tradit Soc. in conſil. primo, ſub nūm. 1. verſic. & dicit Baldus, vol. 1. Alex. in l. ſi conſtante, ſub nu. 5. verſic. fortius videtur, & Ripa, nu. 65. ff. ſol. matr. quodq; notarius in dubio rugatus non præſumatur tenuit etiam cum Bart. † in d. l. ſciendum, Dominus meus Cæphalus conſil. 88. num. 22. conſil. 228. num. 10. & in conſ. 294. num. 37. communemque pariter dixere opinionem Franc. Turz. in ſuis com. opi. litera N. nu. 19. quamque communem ſententiam ex Boerio, in prȩdicta deciſ. deducit: Multiq; alij hāc ſenſere opinionem, quos hic non refero, ideo ab hac communi non eſt. recedendum, quia receptiſſima eſt. ea pro-
pter cōſilium traditur, † quòd notarius 2
in inſtrumento atteſtetur, ſe de eo conficiendo rogatum eſſe; vel, vt Bart. inquit in d. l. ſciendum, dicat, ego notarius publicaui (ſed melius erit, quòd de rogitu exprimat) ſic enim ipſe notarius rogatus prȩſumetur, vt dixi, aliàs autem, ſi ita nō diceret, & reperiretur inſtrumētum, pro quo de rogitu aliter probari non poſſet, notariuſque diem ſuum obijſſet, inſtrumentum nullius fieret momenti, vt per Rolan. poſt eos, quos refert, d. conſi. 55. num. 6. quodque & admonere videtur Turz. in dicta opin. 36. ex Inno. in d. c. 1. extra de fide inſtrum. & prȩdicta concluſio, rogatum in dubio non cenſeri notarium, adeo vera eſt, vt non modo procedat, quando eſt inter notarium, & partē contentio, ſed etiam, quando inter ipſas partes lis oritur, vt per Rolan. d. conſil.
55. ſub n. 8. † etenim notarij rogitus eſt 3
quid facti, vt Rolan. d. conſ. nu. 5. † facta 4
autem nō præſumuntur, niſi probentur. l. denique. ff. ex quibus cauſis maior. & l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlim. reuer. Dec. conſil. 442. num. 15. & Crat. in tract. de antiq. temp. par. 1. §. propoſitum noſtrum, nu. 75. in ſimili videmus,

† quòd

5 † Quòd actorum pluralitas non præſu-
mitur, vt per gl. in l. omnium, in verbo,
comprobetur. C. de teſtam. & Salyc. in
6 l. 2. C. de errore aduoca. † & propterea
nõ præſumitur de actis, de quibus non
apparet; ſufficit enim parti acta aliqua
producenti negare, quòd alia non ſint
ácta; & ſi aduerſarius plura eſſe præten-
dat, id probare tenetur, argum. eorum,
quæ tradit gloſ. in l. cum de lege. ff. de
probat. & ita ſentit Crauet. d. tract. par.
2. §. ex præmiſſis abſolatum, à num. 53.
7 vſque ad num. 56. † & pariter notarij
rogitum dicit Rol. d. conſ. d. nu. 5. eſſe
ſolennitatem extrinſecam, quæ non
prȩſumitur. l. j. C. de fide inſtrum. & iu.
has. fiſ. lib. 10. cum illis authoritatibus,
quas allegat; allego etiam textum in l.
quȩcunque. ff. de pub. in rem act. & in
d. l. ſciẽdum, vbi not. ſcriben. ff. de verb.
oblig. Ideoque Sebaſt. Vant. in tract. de
nullit. proceſſ. tit. de nullit. ex defectu
8 cit. nu. 12. & 13. dicebat, † Quòd cum
citatio ſit ſolennitas extrinſeca, per ſo-
lam abnegationem probari conſueuit,
quempiam nullo modo citatum fuiſſe,
& inſuper idem Vant. d. loco, vſque ad
9 num. 16. dicebat, † quòd etiam talis ne
gatiua, quem citatum nõ fuiſſe, per ip-
ſius cauſæ acta probari ſolet, cum id,
quod ibi non apareat, non factum cen-
ſeatur, cum quo facit Dec. cõſ. 483. ſub
nu. 4. & quod conſilium in meo cod.
allegauit Vant. pro conſil. 583. Et cum
ego aliàs in facto ſimilem cauſam ha-
buiſſem, de quodam, cuius bona, au-
thore prȩtore, abſque eo, quòd citatus
fuiſſet, apprȩhenſa fuere, conſului in
priſtinum ipſum reſtituendum ex cap.
reintegranda. 3. q. 1. quod ipſe ſpoliatus
intentarat, ex eo, quia citatio interue-
niſſe in actis non apparebat; qua ceſſan
te interponendi decreti tã primi, quàm
ſecundi actus nullus redditus fuerat;
10 † Quia licet authoritas p̃toris, cui mul-
tum lex tribuit. ca. bonæ memoriæ, de
elec. & c. in prȩſentia, de renunt. inter-
uenerat, vnde ille iuſte poſſidere vide-
batur, qui authore iudice poſſidebat. l.
iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſ. illa ta-
men prætoris authoritas quantum ad
ea, quæ rectitudinem concernunt, pro-
ficere poteſt, non quantum ad ea, quȩ-
rititudinem reſpiciunt. c. quoniam con
tra, & perſcrib. ibi, extra de probat. &
ita quoque diſtinguit Alciat. in tractatu
de prȩſumptionibus. 3. reg. prȩſump. 9.
nu. 18. & hác meam opinionem etiam
ſenſere, & ſubſcripſere excellentiſſimi
duo Iuris conſulti, vnus Cremonenſis,
aliter Bergomenſis, ſed Brixiȩ commo-
rans; videlicet dominus Ludouicus
Aymus, nunc Mediolani Senator meri-
tiſſimus, & D. Iulianus Tertius, qui ob
eius præſtantiam inter primarios Bri-
xiæ aduocatos haud immerito quidem
connumeratur.

## CAVT. CLXXIII.

### De Notario falſum committente, vt, condemnatione non obſtante, etiam inſtrumenta conficere valeat.

*SVMMARIVM.*

*Notarius bannitus, & de falſo condẽnatus, videtur potius ob contumaciam condemnatus, quàm quòd falſum commiſerit; & ideo inſtrumentum conficere poteſt. limit. nu. 1.*

*Ideo conſilium Notario datur, quo non obſtante condemnatione inſtrumenta facere queat. nu. 2.*

NOTARIVS † in contumacia 1
bannitus, & de falſo cõdẽnatus vr̃ potius ob contumaciã condemnatus, quàm ꝙ falſum commiſerit. Ideoque inſtrumenta conficere poteſt, vt per Bartol. not. in l. ſi ideo. ff. de euiction. vbi & additio

ad

ad eũ alias adducit authoritates, idemque Bart. in l. Papinianus. §. meminiſſe, in 3. not. ff. de inofficioſo teſtam. & in l. ſi ſuperatus, ſub numero primo, ff. de pign. Bal. in l. ſecunda, verſiculo, quæro ſecundum, ibi, ſecundum eſt neceſſarium, & ibi etiam Salyc. in 11. oppoſit. C. quibus res iud. non noc. Panor. in capit. in cauſis. verſicu. ſed ego vltra alios, extra de ſent. & re iudic. Rom. conſilio 329. incipien. præſens conſultatio, verſiculo, eſt enim iuris reg. & per multa ibi allegata: Felyn. qui & alios quoque citat, in ca. ex literis, verſiculo, pro quo facit optimè, & ibi etiam Dec. verſiculo ſaluando dicta, extra de conſtitutionibus. ſequitur And. Tir. in tract. ceſſante cau. mihi poſito inter regulas diuerſorum, littera C. in verſiculo, contumacia ceſſante, numero 65. qui etiam id comprobat numero ſequenti, & rationem reddit numero 67. Adde Fulg. in dicta l. ſi ideo, pro Bartoli hac deciſione allegare textum, hanc concluſionem, vt ipſe ait, determinantem, in l. ſi per luſorio. §. vltimo. ff. de appellar. qui ſanè tex. potius probat, quod licet in contumaciam condemnetur notarius, tamen alijs, qui ex ipſo inſtrumento commodum ſentire poſſunt, præiudicium non fiat, non autem probat, quod nos hic dicimus, ad id tamen, quod probare
2 dixi, pulcher eſt ille tex. † Hoc igitur ſtante optimum erit pro notario, qui falſum commiſerit, conſilium, ad hoc, vt condemnatione non obſtante, inſtrumenta conficere poſſit, vt ſinat ſe in contumaciam banniri, & condemnari: ſed aduertendum eſt, † quòd ſupra-
3 dicta procedunt, niſi de delicto ex cauſæ actis conſtaret, quia tunc id quod dictum eſt, nõ procederet, vt dicit Tiraquel. dicto loco, nume. 67. vbi authoritates ponit, ad quem me remitto.

## CAVT. CLXXIIII.

### De tabellione, qui in inſtrumento facit mentionem numerationis.

*SVMMARIVM.*

1 *Notario in inſtrumento dicente, talis confeſſus fuit centum habuiſſe, quæ me præſente & teſtibus, &c. habuit, & recepit, ac debitore ad inſtrumentum reprobandum teſtes producente, aſſerentes, pecuniam fuiſſe quidem præſentem, ſed non vidiſſe, quòd debitor eam receperit, an inſtrumentum de falſo arguatur, dicitur, quòd non.*

2 *Pecunia præſens, quam habitam, & receptam in inſtrumento notarius dicit, verè poteſt dici; habita, & recepta.*

3 *Notarius, niſi vera pecuniæ facta ſit numeratio, ne dicat, talis numerauit, &c. conſilium datur.*

4 *Pecunia ſi fuit alteri numerata in præſentia debitoris poteſt dicere notarius quòd talis debitor habuit, & recepit.*

1 NOTARIVS † ſi in inſtrumento dixerit, talis fuit confeſſus habuiſſe centum, quę me præſente Notario & teſtibus, &c. habuit, & recepit, & debitor ad reprobandum inſtrumentum teſtes produxerit, qui aſſerant, quòd pecunia bene fuit ibi, ſed nõ viderunt, quòd eam debitor receperit, ex hoc inſtrumentum de falſo non redarguitur: † Nam, ſi præſens erat 2
pecunia, verè põt dici habita, & recepta. l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de acq. poſſ. & l. ſi pecuniã, aliàs pecuniam. ff. de ſol. per quos tex. ita cenſuit Bart. in l. ſingularia num. 23. ff. ſi cert. pet. vbi conſilium tradit notario, † quòd nõn dicat, numerauit, niſi 3

interceſſerit numeratio, tunc enim conſtito, quòd numeratio non interceſſiſſet, falſi probatio de neceſſitate aduerſus tabellionem concludens eſſet, & ideo falſi crimine teneretur, iuxta tradita per gloſam in l. iuriſgentium. §. quod ferè, in verbo, approbetur. ff. de pactis,& cum Barto. Doctores communiter pertranſeunt, vt inferius oſtendam.. vtatur igitur Notarius potius verbis illis, quæ pono ſupra numero primo, & hoc ſi pecunia præſens fuerit, ſed ſi pecunia non interuenerit, vtatur verbis, quæ poſui ſupra caut. trigeſima, ſub numero octauo, verſiculo,& ideo tunc tabellio, vel ſimilibus alijs, vt ſi de numeratione mentionem facere vult, dicat, quod pars confeſſa eſt, factam eſſe numerationem: ſubiungit quoque Barto. ibidem, quòd
4 † ſi alteri debitoris præſentis nomine fuit numerata pecunia, poterit Notarius dicere, quod ille debitor habuit, & recepit, ex quo fuit numerata in ſua præſentia, ad quod adducit l. ſi procuratoris præſentis. ff. de verborum obligat. & l. falſus, §. ſed & ſi is, ff. de furt. & cum Barto. ex iuribus iſtis in omnibus ſupradictis pertranſeunt ſcrib. Alexand. in dicta l. ſingularia, numero trigeſimoquarto, Iaſon ſub numero 52. cum ſequenti, Deci. ſub numero 33. verſiculo, in ſecunda quæſt. cum Bartolo communiter tranſire Doctores ait Curt. iunior ibidem ſub numero 36. verſiculo, circa ſecundam quæſt. ſupradicta dixi quando pecunia præſens fuit. quid modo, ſi non interuenerit pecunia, & notarius dicat in inſtrumento, talis dedit, & mutuauit Sempronio centum? Item quid ſi dicat dedit, & numerauit? caſus hos duos decido ego ſuperius littera L. caut. 121. vbi vide.

## CAVT. CLXXV.

De eo, qui minorem ſummam religionem ingredienti filiæ, quã nubenti relinquere vult.

*SVMMARIVM.*

*Filiæ nubenti maiore ſumma, quàm non nubenti relicta, & filia religionem ingrediente maior illa debebitur ſumma.* 1

*Limita num. 3.*

*Vt autem maior illa ſumma, religionem ingrediente filia non debeatur, remedia dantur, nu. 4. 18. & 26.*

*Nuptiarum prohibitiua conditio non valet.* 2

*Voluntas teſtantis, quando de ea apertè conſtat, ſeruanda eſt.* 5

*Teſtator rebus ſuis legem imponere poteſt, & quare nu. ſequenti.* 6

*Rei ſuæ quiſque eſt moderator & arbiter.* 7

*Priuilegiatis cauſis ſic eſt fauendum, vt alijs iniuſtitia non fiat.* 8

*Arbitrium liberum habens homo ſuo libitu diſponere poteſt.* 9

*Intellectus datur ad §. ſed & hæc præſenti, in Auth. de ſanct. epiſc. & numero 13.* 10

*Monaſterium ingrediens puella cum Chriſto matrimonium contrahere fingitur.* 11

*Verba teſtamentorum indiſtinctè prolata ad ſermonem vſitatum rediguntur.* 12

*Mulieres ob ſuas dotes quod habeant priuilegium.* 14

*Expreſſum plus operari debet, quàm tacitum.* 15

*Subſtitutio vulgaris expreſſa, licet tacita contineat pupillarem, & econuerſo, ſi tamen aliquid appareat, ex quo vna in aliam ſubſtitutionem comprehendi*

*bendi minimè cenſeatur, reg. illa tollitur.*

17 *Conditio in præcedenti legato appoſita cenſetur repetita in ſequenti, ſi teſtator ab eadem perſona eidem diuerſas res in eadẽ oratione copulauerit pręſtandas, niſi modo huic repetitioni teſtantis voluntas refragari probetur.*

19 *Genero ſuo, ſi teſtator certam quantitatem pro dote leget, & contracto iam matrimoaio, ſed adhuc non conſumato, ſponſa monaſterium ingrediatur, muliere ibi profitente, monaſterium illam conſequitur quantitatem, quod quatenus procedat declara, vt nu. 23.*

20 *Aequitati inniti naturali ſatis eſt.*

21 *Voluntas alterius, quomodo in hereditate, vel legato præſtando poßit licite exquiri.*

22 *Velatè aliquando quid ſit, quod expreſſe fieri nequit.*

25 *Ratio vnica, quæ ex aliqua diſpoſitione colligitur, pro expreſſa habetur.*

1 NVbenti † filię ſi maior ſumma, quã nõ nubẽti relicta ſit, & filia ipſa religionẽ ingrediatur, nuptiarum reijcitur cõditio, & tantum conſequitur, quantum ſi
2 nuberet, † quia ſi conditio reijcitur, quę à nuptijs retraheret. l. quoties. ff. de condit. & demonſt. multò magis reijcienda ea eſt, quæ à vita contemplatiua filiam remoueret, arg. auth. multò magis. C. de epiſc. & clericis, & eſt textus, qui hanc videtur decidere quæſtionem, in §. ſed & hæc præſenti, in Auth. de ſanctis. epi-
3 ſcopis, † quæ quidem concluſio, ac tex. prædicti. §. ſed & hæc pręſenti, deciſio, ſecundum communem opinionem ſic intelligenda eſt, vt procedat tunc, cum monaſteria capacia ingreditur, ſecus ſi incapacia, vt declarat, & communem ait Socin. conſilio 92. ſub numero ſecundo, & 3. libro primo. vbi etiam ſub dicto numero 3. ad ea, quæ obijci poſſent, eleganter reſpondet, quem refert & ſequitur Dec. conſilio 259. numero ſeptimo, vbi ex mente Alexan. conſilio 13. libro 3. communem pariter opinionem de hac declaratione eſſe inquit, eandemque facit declarationem in terminis noſtris ad dictũ §. ſed & hæc præſenti, Deci. conſilio 419. ſub numero ſeptimo, verſiculo, vnde conſiderandum eſt. Veruntamen ad hoc, vt quis ingredienti religionem minus, quàm nubenti relinquere valeat, remedium primum, ſecundum quoſdam, quos ego non ſequor, vt inferius apparebit,
affert, † quòd teſtator expreſſe dicat, fi- 4
liæ meæ centum (puta) relinquo, ſi nupſerit, & ſi non nupſerit, ſed monaſterium ingreſſa fuerit, quinquaginta tan-
tum relinquo: † ſeruanda enim eſt te- 5
ſtantis voluntas, quando de illa apertè conſtat. l. in conditionibus primum locum. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus. l. cum virum. C. de fideicommiſſ. & in §. diſponat, in Authen.
de nupt. cum ſim. † Rebus etenim ſuis 6
teſtator legem imponere poteſt. cap. verum, extra de condit. appo. & l. quoties.
C. de donat. ſub mo. † cum ipſe bono- 7
rum eius dominus in illis ſit moderator, & arbiter. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hęred. l. Męuius. ff. de condit. & demonſt. & l. in re mandata. C. mandati. Nec obſtare videtur, quòd religionis fauor teſtatoris voluntatem impedire debeat, qui fauor eſt (vt dixi) quia propterea filia à vita contemplatiua non eſt remouenda, quæ ratio hoc etiam in caſu militat, per quam rationem Barto. in l. ſecunda. ff. de his, quæ pœnę nomine, etiam non obſtante cautela iſta, tenuit, quòd ingrediens monaſterium filia tunc etiam maiorem ſummam conſequi ita poſſet, vt monaſterium haberet; Quam quidem quęſtionem diſputauit antiquus Doctor d.

Thomas de Formaginis, qui tenuit hoc
etiam caſu filiam clauſtra ingredientem,
ſummam maiorem conſequi poſſe, pro
ut iſtum Doctorem refert Ioan. And. ad
Spec. in rubr. de ſtatu monach. verſicu-
lo diſputata fuit hæc quæſtio. Nanque
reſponderi poteſt, † quòd priuilegiatis
cauſis ſic fauendum eſt, vt alijs iniuſti-
tia non fiat, & ſuo quiſque iure non
defraudetur. cap. ex tenore, de foro com
peten. & in cap. neceſſe, extra de donat.
inter vir. & vxor. quandoquidem, ſi,
non obſtante teſtatoris expreſſa volun-
tate, monaſterium eam conſequeretur
ſummam, arbitrio ſuo ipſe teſtator
9 fraudatus reperiretur, † qui cum & be-
ne, & malè facere, ac diſponere ſuo
libitu valeat, inuitus ad benefacien-
dum, beneque diſponendum cogen-
dus non eſt. cap. de Iudæis 45. diſtin-
ctione. c. ad fidem. 23. q. 5. quinimò ra-
tionem illam, de qua Barto. in dicta l. 2.
quod quis à vita contemplatiua retra-
heretur, hoc in caſu veram non eſſe di-
cit Dec. dicto conſilio 419. dicto nu-
mero 7. efficaciterque probaſſe ait in
cap. in præſentia, verſiculo, pro reſolu-
tione huius quæſtionis, extra de pro-
bat. & ita contra Barto. eſſe ueriorem,
& communem magis opinionem re-
fert Dec. ipſe dicto conſilio 319. ſub di-
cto numero 7. Idemque tenet in conſi-
lio 426. ſub numero 1. verſic. circa pri-
mum, idemque ſenſit Decius d. conſil.
259. ſub nu. 3. verſic. circa primum, cu-
ius etiam opinio diſputando eo defen-
10 di poſſe videtur, † quia textus, qui per
ipſum Bart. ad hoc conſideratur. dicto
§. ſed & hæc præſenti, non videtur in-
troductus, vt in caſum expreſſum pro-
cedat: nam locum videtur habere, cum
non expreſſe de teſtatoris contraria vo-
luntate apparet, vt illum ponderando
colligere poteris: Nec videtur obſtare,
ſi dicatur, quòd imò tex. dicto §. ſed &
hæc præſenti, videtur velle, quòd tales
nuptiarum conditiones, quæ per teſta-
torem apponuntur, inualidæ, & pro
non ſcriptis, propter monaſterij ingreſ-
ſum habeantur, ibi, tales conditiones
inualidas, & pro non ſcriptis eſſe; vnde
etiam in caſum iſtum expreſſum inuali
da talis nuptiarum conditio habeatur,
quia dici poteſt, † quòd, cum ingrediēs 11
monaſterium cum Chriſto matrimo-
nium contrahere fingatur. c. quæ Chri-
ſto, & c. quod autem, aliàs, ſi quis votū,
27. q. 1. & reuera † in teſtamentis teſta- 12
toris verba indiſtinctè prolata ad ea ap-
plicentur, quæ vſitatè magis proferri ſo-
lent. l. nō aliter, iuncta ibi gl 1. ff. de leg.
3. † textus ille, qui inualidas tales condi 13
tiones, & pro nō ſcriptis haberi cenſuit,
ſe referre voluit ad conditiones illas eo
in caſu inualidas, quæ, ſimplici attenta
teſtatoris voluntate, in frequentioribus
de veris nuptijs, ſiue alijs ſimilibus con-
ditionibus indicium dare potuiſſent, vt
mox (nulla illo in caſu facta monaſterij
mentione) religionis fauore ficta condi-
tio in locū veræ ſubrogaretur, vera ipſa
ſublata, vel vt ficta magis, quàm vera at-
tenderetur conditio: At cum nos in caſu
ſimus expreſſo, ex quo clarè conſtat nul
lam eſſe ſiendā de veris nuptijs infictas
tranſlationem, d. §. ſed & hæc, caſum ſo-
pitum remanere, & nuptiarum conditio
nem inualidā, & pro non ſcripta haberī
non debere dicendū videtur: Multa nan
que in ſimplici quadā diſpoſitione quā-
doq; interuenire interpretamur, quibus
ſi expreſſa, clariorq; adijciatur ꝓuiſio,
aliud ſentiendum exiſtimamus, vt in ſi-
mili propoſito videmus, † quòd mulie- 14
res circa dotes ſuas conſequendas ꝓpter
earum priuilegium in tacitis hypothecis
perſonis non priuilegiatis, tacitam ante-
riorem etiam habentibus, præferuntur,
ſed ſi mox quis, neq; etiā priuilegiatus,
expreſſam anteriorē habeat, ipſi quoq;
mulieri propter apparentē priorē hypo-
thecā, anteponi. C. l. aſſiduis, & ibi p ſcrib.
C. qui pot. in pig. habean. Ripa in l. priu.
num. 47. ff. de priuil. cred. & à fortiori
pro-

probát tradita ex communi Doctorum ſententia ab ipſo Ripa in l. 1. ſub num. 1. ff. ſol. matrim. dicente mulierẽ etiam expreſſam habentem non præferri anterioribus expreſſam pariter habentibus, quod & tradit Gozadin. conſ. 28. num. 31. Sic igitur etiam dicendum eſt
15 in caſu noſtro, † vt plus expreſſum operetur, quàm tacitum. l. 3. §. cum ſpecialiter, iuncta. l. coiri. ff. pro ſocio, & l. fin. C. de nouat. cum ſimil. Proptereaque
16 fit, † Quòd licet vulgaris expreſſa ſimpliciter pupillarem tacitam contineat ſubſtitutionem, & è conuerſo. l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſi tamen quicquam appareat, ex quo vna in aliã ſubſtantiam non includi cenſeatur, reg. illa tollitur. l. cum ex filio. §. filio, & ibi Bartol. ff. eod. de vulgari, & pupil. & l. quamuis. C. eod. Hinc etiam euenit,
17 † quòd licet, quando per teſtatorem ab eadem perſona preſtanda, in eadem oratione, eidem duo fiunt diuerſarum rerum legata copulata, conditio in præcedenti appoſita cenſeatur in ſequenti repetita, vt per Bart. in l. in repetendis, colum. 2. verſic. quodque eſt identitas perſonarum, & rerum diuerſitas. ff. de leg. 3. Idem conſil. 39. incip. Cola. reliquit. 1. volum. Io. Dilect. de arte teſt. tit. 6. de legat. caut. 58. ſi tamen teſtantis voluntas refragari intelligatur, dicta conditionis repetitionis interpretatio euaneſcit, licet aliàs propter orationis illius vim facta repetitio crederetur, textus eſt in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo inſtructo. ſanè apud omnes non incognitum illud eſt, quod breuiter dici ſolet, teſtatoris voluntatem totum facere. l. ex facto. ff. de hæredibus inſtituendis. vnde etiam hic propter teſtatoris expreſſam voluntatem dici poteſt, quòd ille. §. ſed & hæc præſenti, locum non habeat: Quia tamen Thomæ Formag. & Bart. opinio re vera, & merito iure communiter tenetur, à qua in iudicando recedendum non eſſe tenet Thom. Ferrat. caut. 9. ſub num. 1. verſic. tamen in concludendo, Decius ſibi ipſi contrarius in conſ. 673. ſub numero 4. quamque opinionem tenuit Bart. Soci. in d. l. 2. de his, quæ pœ. no. ſub num. 1. verſic. ſed opin. Bar. mihi magis placet, & idem magis communiter receptam hanc ſententiam refert conſ. 241. ſub num. 3. verſ. Nec ob. ſi dicatur, volum. 2. & in conſ. 269. in princ. eodem volu. vbi inquit pariter ab hac opinione magis communi non eſſe in iudicando, aut conſulendo recedendum, Iaſ. in authen. ſi qua mulier, qui mouet hanc quæſtionem, ſub num. 9. & concluſionem iſtam tenet ſub num. 11. ad finem verſ. ego circunſcripta, & eam comprobando proſequitur vſque ad num. 15. incluſiuè, ſub quo numero hanc docet eſſe magis communem opinionem, quam ideo concludit eſſe in iudicando amplectendam. C. de ſacroſ. eccleſ. & facit de hac re plenum conſilium Rolan. à Val. conſ. 35. volu. 3. quo loci ad ea, quæ in contrariam partem obijciuntur reſpondet; quamq; etiam opinionem cõmuniter receptam ex Fely. in c. in pręſentia, extra de probationibus, tradit Ripa in l. 1. nu. 62. ff. ſol. mat. & certe, licet Ioan. Dilect. de arte teſtandi, tit. 6. de legatis, caut. 64. numero ſecundo, tenuerit cum Dec. dicto cõſ. 419. (quem iam dixi ſibi eſſe contrarium) & cum alijs, quòd vbi teſtator apertè minorem ſummam monaſterium ingredienti relinqueret, eius ſit ſeruanda voluntas; tamen ipſemet in eius cautelę principio eam ponens ſimplicem concluſionem, quòd ſi virgini legata ſunt centum, ſi nupſerit, & ſi non nupſerit ſolum quinquaginta, centum conſequatur, quamuis religionem ingrediatur, allegat Bartoli, Ioan And. Alex. Iaſ. & Decij authoritates, quę clare loquuntur, quando etiam teſtantis eſt manifeſta voluntas: vnde miror, quare doctiſſimus ille vir ita æquiuocarit, &

ad inſtar eius fecerit, qui modo ait,mo-
do negat.Opi.hęc Tomæ Formag. Bar.
Ioan.And.& aliorum mihi quoque ma-
gis placet; attento enim eccleſiæ,& ani-
mæ fauore conditio illa,qua minus mo-
naſterium ingredienti relinquitur, tan-
quam inhumana, contra bonos mores,
& quæ Chriſtianã nõ ſapit pietatẽ, vtpo
te à vita laudatiſſima, & Deo accepitiſſi-
ma remouens,reijcienda, vltra alia Do-
ctorũ fundamenta, patet ex l. conditio-
nes,prima,& 2.ff.de cond.inſt.& quam
uis Iac.Phil.Port lib.3.com.conclu.reg.
13. poſt longam Doctorum cateruam
piam hãc tenentium partem adductam,
tandem nonnullos alios in verſ. contra-
rium, ſecus tenentes afferat: inter quos
ſunt, qui talem opinionem cõmunem,
magis communem,& naturalem conti-
nere æquitatem dicere auſi fuerunt, ne-
minem tamẽ Chriſtianis oculis intuen-
tem latet Doctorum eorum intẽtionem
eo in caſu religioni noſtræ non bene cõ
ſonam eſſe. Iccirco tutius eſt ſecundum
ſequens remedium, quod tradit ipſe
18 Bar. in d.l.2. † Quòd ſcilicet diſponens
ita dicat: Relinquo filiæ meæ centum,
puta, & ei, qui ipſam in vxorem duxe-
rit,quinquaginta:Nam,ſi clauſtra ingre
dietur filia,monaſterium ea tantum cen
tum habere poterit,non etiam quinqua
ginta, quia mulieri non ſunt legata, ſed
eius futuro marito, verum ne quinqua-
ginta illa maritus ſibi ipſi ſoli habeat,
plenius conſilium additur, quòd teſta-
tor ſubiungat,illud, quod marito relin-
quitur, debere eſſe præcipuè dotis: quã
Bartoli cautelam inquit Thom. Ferr. d.
caut.9.ſub num.1.verſic.Tu ergo,ſequi
Socinum in d.l.2. ff.de his, quæ pœnæ
nom.& Fely. in c.in præſentia, extra de
probat.& cum ipſo etiam tranſire vide-
ri Iaſ. in d.auth. ſi qua mulier. C.de ſa-
croſanctis eccleſ. hanc etiam cautelam
affert Rolan. à Valle dicto conſilio 35.
numero 31. volum.3. aduerſus tamen
iſtam Bartoli cautelam, quam tanti uiri
ſecuti ſunt, fortiter ipſe Ferr. d.cautela
inſurgit. Cuius tamen fundamenta in
eo denique exitum habent, quod cum
Chriſtus(vt dictum eſt)mariti loco ſuc-
cedat, dicendum videatur, etiam filia
religionem ingrediente monaſterium
partem viri capere: pro qua re nil addu-
cit, quod magis (mea ſententia) vrgeat,
quàm ſolam Baldi doctrinam in auth.
niſi rogati. C. ad ſenatuſcon. Treb. te-
nentis,† quòd ſi teſtator certam quanti- 19
tatem Genero ſuo pro dote leget,& con
tracto iam matrimonio, ſed adhuc non
conſumato,ſponſa monaſterium ingre-
diatur, muliere ibi profitente, monaſte-
rium ipſum eam conſequetur quantita-
tem, nõ aliam ob rationem, quàm quia
Generi loco monaſterium ſuccedit. Sed
parcat mihi tantus homo, quia credo
eum malè contra Bartolum iuris Mo-
narcham, & alios ſequaces ſenſiſſe, qui
quidem Bart.hoc in caſu pauca loquens
multa, ſolito more, complexus eſt, &
præmitto pro hac Bartoli cautela vnum
ſalubre admodum fundamentũ,† quo- 20
niã ſatis eſt naturali inniti ęquitati. l. ſci-
re oportet. §.ſufficit. ff.de excuſ.tut. ſed
naturali æquitate cautela prædicta, &
per cõſequens teſtatoris diſpoſitio adiu-
uatur: quia minus ſufficit religionem
profitentibus, quàm in ſęculo manen-
tibus,vt clarum eſt,& dicit Ioan.Dilect.
de arte teſtandi, tit.6. dicta caut.64. in
fine, vbi eandem tradit cautelam, &
Rolan. dicto conſilio 35. in fine, ergo,
&c.Hoc modo ſic præmiſſo dico, quòd
ex eo, quia in hoc caſu iſtius Bartoli
cautelæ teſtator mentionem non facit
de monaſterio minus habere debente,
ſed alia tacita via aduerſus monaſterium
ipſum modum adinuenit, relinquendo
ea quinquaginta marito futuro,ſuſtine-
ri optimè poteſt,vt eius voluntati eo ca-
ſu non expreſſum id nõ nocere debeat,
quod expreſſum fortè noceret,argum.l.
expreſſa nocent. ff.de regulis iuris, ad
quod pulcherrimè facit tex. in l.ſi quis
Sem-

Sempronium.ff. de hæredi. inſt. & in l. non nunquam. ff. de condi. & demonſt.
21 vbi habetur, † quod licet hæreditas, vel legatum in alterius voluntatem expreſſe conferri non poſſit, ſi dicat teſtator Titium hæredem inſtituo, vel Titio 10. do, lego, ſi Mæuius vuluerit: tamen ſi per voluntatem velatam, non explicatam id fecerit teſtator, veluti ſi dixerit, Titium, ſi Mæuius Capitolium aſcéderit, hæredem inſtituit; vel Titio, ſi Mæuius, &c. vt ſupra, decem do lego, hæreditas, ſiue legatum tunc demum debebitur, cum ipſe Mæuius Capitolium aſcenderit. & certè dici non poteſt, quin in ipſius Mæuij voluntatem hæreditas, ſiue legatum Titio relictum ſit: porrò, vt inquit Iuriſconſultus in dicta l. ſiquis
22 Sempronium, † quædam in teſtamentis expreſſa nullum habent effectum, quæ ſi verbis tegantur eandem habent ſignificationem, quam expreſſa haberent, & momentum aliquod habebunt. ſat igitur erit, ſi teſtator tacitè, & velatè ad id prouiderit, ad quod expreſſe fortè prouidere nequierat: Accedente maximè, quòd ex eo, quia maritum vocarit, eius verba de directo cadunt, ob ſermonis proprietatem, communemque loquendi vſum, in verum carnalem maritum, non in fictum ſpiritualem. dicta l. non aliter, cum dicta gloſ. prima, ibi. ac l. Labeo. ff. de ſupellect. leg. quam ipſa gloſ. allegat; facit optimè textus in l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſt. leg. qua de re obiectum illud tollitur, quòd viri loco monaſterium habeatur: Id enim verum tunc admitto, cum vel ex dubia, aut omnino expreſſa contra monaſterium voluntate teſtatoris id introducendum foret, non autem hoc in caſu velato concedo, cum (vt dixi) talis diſpoſitio pro vero duntaxat matrimonio ſuſtineri queat. Neque obſtat Baldi deciſio per Ferr. allegata, quam licet
23 poſſem impugnare, nolo, † quia ex his, quæ Bald. dicit, quoquo modo non conſtat, quòd carnali magis, quàm ſpirituali ſponſo teſtator mentem habuerit; ſed ſatis ei fuit, vt quantitatis, contemplatione filiæ Genero relictæ, vtroque caſu filia ipſa commodum ſentiret: eo maximè, quia nulla fit mentio in deciſione prædicta de aliquo legato præciſè in filiam collato, ſed de ſola quantitate Genero relicta, ea ratione certè, vt inde filia commodum ferret, vnde nimirum illud eſt, ſi tunc & religionis fauore, & filiæ intuitu monaſterium Generi loco ſuccedere valere dici poteſt, ſed in caſu noſtro in diuerſis admodum terminis ſumus, non in vicinis, vt Ferratius vult: Nam ex eo, quia prius filiæ legatur, & mox marito, coniectura voluntatis teſtatoris elicitur, mentem ſuam carnali marito applicaſſe, quàm cum non explicaſſet, ex eius diſpoſitione, & intẽtione ſuppreſſa (vt dixi) legem aliàs non valituram teſtator negotio prætenſo dare valuit: Non quòd credatur ipſum à religione filiam remouere propterea voluiſſe, ſed vt illud pluris ei reſeruaret, propter expenſas latiores, quæ (vt prædixi) in ſeculo fiunt, quam quidem rationem ob hoc fiendum vnicam video, niſi immanem quandam cauſam teſtatorem conſideraſſe dicere velimus quòd ſcilicet filiam ipſam à religione arcere vellet, † vt nequaquàm in dubio 24
conſiderandum eſt, argum. reg. generalis, ſemper in dubijs. ff. de regulis iuris.
† Vnica autem ratio, quæ tacitè ex aliqua colligitur diſpoſitione, pro expreſſa 25
habetur. argum. l. 3. ff. de lib. & poſthu. & vt notat. in l. quamuis. C. de fideicom. ita tenet Socin. conſilio primo, ſub numero primo, volumine primo, Ripa in l. ſi conſtante, numero 65. ff. ſolu. matr. Dec. conſilio 372. numero quinto, & Gozadinus conſilio 74. numero 17. vbi id dicit habere locum tam in ſtatutis, quàm in vltimis voluntatibus. Tutiſſimum autem hoc vltimum crederem remedium, † ſi teſtator filiæ & marito 26

(vt in ſecundo remedio dixi) legando adijceret, quiã multæ ſolent fieri hoc in ſęculo expenſæ. Nam nec tunc erunt verba directè contra monaſterium expreſſa, ſed adhuc velata.

## CAVT. CLXXVI.

### De effectu operis noui nunciationis nõn infringendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Noui operis nuntiatio, ſiue iure, ſiue iniuria fiat, tenet.*
*Limita, nu. 2.*
*Quæ quidem facta nunciatio, vt remittatur conſilium traditur, numero 5.*
*Aduerſus tamen quod conſilium contraria adhibetur cautela, nu. 6.*

3 *Citatio ſiue iuſta, ſiue iniuſta tenet, quod verum eſt, cum dubium eſt an ſit iuſta, vel ne, ſecus, ſi de iniuſta citatione clarum eſſet, quia non teneret.*

4 *Excommunicationis ſententia, ſiue iuſtè, ſiue iniuſte fiat, timenda eſt, niſi modo intolerabilem errorem contineat.*

6 *Noui operis nunciatione facta, ſi ille, cui nuntiatum eſt, ſatiſdationem offerat de opere demoliendo, &c. & nuntians ob ſuſtinendam nuntiationem dicat, hodie conſtat, hodie agatur, lis infra tres menſes proximè futuros finienda eſt.*

1 NVNCIATIO † noui operis, ſcis, quòd ſiue iuſte, ſiue iniuſtè fiat tenet. cap. primo, & ſecundo, extra de operis noui nunciatione. l. prima, in princ. §. ſed & ſi is, & l. prętor ait, cum tribus paragra. ſequentibus. ff. eodem. & tam propter ius priuatum, quàm propter tuendum ius publicum. dicta l. prima §. nunc videamus, cum ſim. † Quæ quidem aſſumptio, ſiue iure, ſiue iniuria, tunc procedit, cum dubium eſt, an iure, vel iniuria nuntietur, 2
ſecus ſi notorium ſit iniuria fieri nuntiationem, vt per Bart. in dicta l. prima, numero 6. & ibidem Doct. & Iaſon in ſpecie numero 3. & pulchre ſub numero 8. verſiculo, ſecundo principaliter, vbi iſtud Bart. dictum ſingulare, & peregrinum appellat, ac perpetuò notandum concludit: Ad quod facit, † quia 3
etiam citatio ſpernenda non eſt, vel iuſta, vel iniuſta fuerit. l. ſecunda, ff. ſi quis in ius voc. non ier. ſed, vt per glo. ibi in verbo, ſciatur, id procedit, cum dubium illud eſt; ſecus autem ſi certum ſit iniuſtè fieri citationem, vt videtur loqui textus in l. fin. ff. de iur. omnium iudicum. Ad idemque facit: † nam excom- 4
municationis ſententia, ſiue iuſta, ſiue ſit iniuſta, ſemper timenda eſt, dummodo tamen intolerabilem non contineat errorem, vt per textum in capitulo primo, tanta, iuncta glo. ibi, 11. quæſtione tertia. Cæterùm, vt hæc nunciatio quandocunque teneat, remittatur, remedium eſt, † quod vbi ob ius pri- 5
uatum ſit, offeratur per eum, cui nunciatum eſt, ſatiſdatio de opere demoliendo, cum rectè nuntiatum eſſe apparuerit, vt per tex. in l. prætor ait. §. inter dictum hoc, & §. deinde. ff. eodem, cum alijs in eodem titu. ſimil. quòd & dicit glo. in dicta l. 1. in verbo, eatenus, ac ibi Barto. numero 11. & tangit Iaſ. ſub numero 17. & 19. & hoc eſt expeditum ſecundum omnes per iura, quæ gloſ. ad hoc allegat clare ad id patentia, & ita ſeruatur in praxi, vt mihi quandoque etiam in facto euenit: & dixi tibi offerri ſatiſdationem, non autem pignus, quia id non ſufficeret, nec factam tolleret nuntiationem. l. prætoriæ. 3. ff. de prætor. ſtipu. Vbi autem ob ius publicum facta eſt nuntiatio, nuda ſufficit

abſque

abſque ſatiſdatione promiſſio, vt per tex. in l. de pupillo. §. ſi is, cui. ibiq; per gl. in ver. repromiſerit ve. ff. eod. & declarat tex. in l. 1. §. ſtipulationum, iuncto. §. ſtipulatio itaque. ff. de præto. ſtip. verùm contraria cautela nuntians vti
6 poterit, † vt ſcilicet aduerſus hanc oblatam ſatiſdationem coram iudice dicat, Domine Iudex hanc non admittatis ſatiſdationem, ego enim ſtatim de iure meo oſtendere volo; hodie conſtat, hoc die agatur, quoniam per cautelam hanc ſatiſdatio non prodeſt, nec ipſum eam offerentem releuat, ſed differre, & in opere non procedere, vſque ad litis finem, tenetur, quæ tamen lis per Iudicē infrà tres proximè venturos menſes finienda eſt, vt eſt tex. & ibi not. in l. vltima. C. de ædif. priu. aliàs. l. vnica. C. de ope. noui nun. quam opinionem tenet Barto. in l. prima, ſub numero 23. ff. de oper. noui nunt. & idem in d. l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. eod. de oper. noui nunt. Quamque ſententiam magis receptam eſſe teſtatur Crotus in dicta l. j. de ope. noui nun. num. 71. quem refert Menoch. in tract. de retinenda poſſ. rem. 3. ſub numero 673. vt & communem inquit opinionem Iaſon in dicta l. 1. num. 19. de operis noui nun. quem in ſuis communibus opinionibus refert Baptiſta Villalob. litera N. num. 42. communiter pariter hanc ſententiam docet Io. Baptiſta Plotus in tractatu, de in lit. iur. §. 3. ſub numero 10. quo loci, tradita cautela de ſatiſdationis oblatione per eum, cui nuntiatum eſt, fienda, ſubdit, qualiter ſupradicto modo nuntians cautelæ prædictæ occurrat; & hanc cautelam in pratica notabilem valde afferit Pract. Papien. in forma libelli in act. noui op. in verbo, ante aliquam ſemiſſionem, ſub num. 3. circa autem operis noui nuntiationis materiam vide quæ dico in prox. ſequenti cautela.

## CAVT. CLXXVII.

### De operis noui nuntiatione, & eius modo.

*SVMMARIVM.*

*Noui operis nuntiatio pro quo iure fieri concedatur, & nu. 6.* 1
*Item pro quibus inhibendis operibus, nu. 2. & 4. & 11.*
*Quæ quidem nuntiatio tribus modis fit, nu. 7. videlicet Iudicis authoritate; à parte verbis & factis, & verbis tantùm.*
*Verbis autem tantùm facta quomodo procedat, nu. 8.*
*Et quomodo ea, quę verbis, & factis fit, num. 9.*
*Ac quomodo fiat illa nuntiatio, quæ Iudicis emanat authoritate, nu. 10.*
*Quòd vi, aut clam interdictum, locum habet circa ea opera, quæ ſolo non cohærent, ſed in ſolo facta fuerint, non noui op. nuntiatio.* 3
*Quòd vi aut clam remedium competit pro opere iam facto, non noui operis nuntiatio.* 5
*Noui operis nuntiationis remiſſio, quot modis fiat.* 12
*Noui operis nuntiationem ſpernens totum, quod poſtea ædificauit, deſtruere tenetur, ſiue iuſta fuerit nuntiatio ſiue iniuſta.* 13
*Ideo pro opere diruendo neceſſe erit, quòd illud appareat, quod poſtmodū ſuperædificatum eſt, nu. 14.*
*Quòd opus, vt appareat, conſilium datur, nu. 15. & 16.*
*Nuntians nouum opus ſimplici verbo, poſſeſſionem, ſi quam habet, perdit, & quare, verſ. ratio eſt.* 17
*Ideo ſub eodem nu. 17. Conſilium traditur, quod vel per iactum lapilli; vel per prętorem nuntietur.*

Nuntia-

18 *Nũtiatione noui operis,per verba tan*
*tum facta, qui poſſeſſionem amit-*
*tit, eam poteſt interdicto vnde vi*
*recuperare, & etiam propria autho*
*ritate poteſt recuperare, dummodò*
*tamen id antequàm ad extraneos di*
*uertat actus, faciat, nu. 19.*

1 NVNTIATIO † autem no-
ui operis,quæ pro iure do
minij,vel quaſi conſeruã-
do, & pro ſeruitutis iure,
vel iuriſdictionis tuendæ
fieri conceditur.l.prima.§.nuntiatio fit,
& §.iuris,& ibi not.l. in prouinciali. §.
pen.& l.ſi prius, & quod ibi not. ff. de
2 oper.noui nunc. † Quæque locum ha-
bet quò ad ea opera, quæ ſolo cohærẽt,
& non ad alia,vt eſt textus in d.l.prima,
§.Hoc autem edictum non omnia.ff.eo
3 dem,& ibi Bar. declarat, † & circa alia
opera,quę ſolo non cohærent,ſed in ſo
lo facta fuerint, locum habebit interdi
ctum, Quod vi aut clàm, quod latius
patet.l.ſi alius. §.notauimus,cum. §.ſe-
quenti,& ibi per gloſ. in verbo arbores.
4 ff.quod vi,aut clàm,† Quæ pariter nun
tiatio competit, vt futurum impediatur
opus,non vt iam ante nuntiatum factũ
5 tollatur; † quia tunc competit interdi-
cti remedium,quod vi,aut clàm, vel ſi-
milia remedia, ſecundum facti operis
qualitatem & naturam , de quibus eſt
textus in d.l. 1.§.1.ff.eod.de operis no-
6 ui nunt. † ac quę demum nuntiatio,
tam iuris proprij ipſius nuntiantis con-
ſeruandi,vt pręſenti, vel futuro damno
occurratur, quàm iuris publici tuendi
gratia fieri poteſt,vt habetur in d.l.1.d.
§.nũtiatio fit,& in d. l.in prouinciali,in
7 fine,cum l.ſequenti.ff. eodem, † tribus
modis fit; Iudicis authoritate; à parte
verbis & factis, & ab eadem parte ver-
bis tantùm, vt per Azo. in ſum. ff.eod.
num.9.Papien.in for. lib.in act.noui o-
peris,in verbo,nouum opus ſolenniter
nuntiauit,&c.nu.3.Iaſ. in l.1, §. in ope-
ris,num.1.ff.de op.no. nunt.quiq; tres
modi nuntiandi colligũtur ex textu, &
Doct. ibi in l.de pupillo. §. meminiſſe.
ff.eod. Quæ fit verbis tantum hoc pa-
cto procedit, † Quia pars ad opus ſe- 8
transfert,& operarijs dicit, vobis denũ-
tio,ne in hoc opere vlteriùs procedatis,
& ne aliquid per vos, vel per alium no-
ui operis faciatis. † Quæ verbis & fa- 9
ctis fit,dicitur per lapilli iactum, & hoc
procedit modo: quia pars operarijs nũ-
tians dicit;prohibeo, vel denuntio, ne
vltra procedatis, vel operis aliquid fa-
ciatis, & his dictis ſecundùm aliquos,
vnum accipiat lapidem, quem deijciet,
vel (ſecundum alios) vnum ex opere,
vel plures auferat lapides, ac deponat;
ſed primam opinionem Alex.commu-
niter approbatam dicit, in d. §. in ope-
ris,num.3.altera opinione ideò repro-
bata,quia ſecundum Bartolum eſſet pra
ctica periculoſa,& rixarum cauſa, cum
ſcilicet nuntians de opere quid deijcere
vellet,vt ita dicto loco refert Alex. hoc
tamen limitando, vt ibi per eundem,
ver.intellige tamen,& in §.pręcedenti,
num. 1. † Quę verò nuntiatio iudicis fit 10
authoritate, ad partis inſtantiam fieri
debet,hac videlicet forma; Talis. d.Iu-
dex ad petitionem,& inſtantiam Iacobi
impoſuit,& mandauit, in mandatiſque
dedit Antonello nuntio publico, & cõ-
munitatis Oſtiani ſeruitori, quatenus
ad tale vadat ſedimen, vbi ſit ædificium
tale ad petitionem Franciſci, & ibi eidẽ
Franciſco, ad cuius ſit requiſitionem,
operarijſque laborantibus pręcipiat,
quatenus ſub pœna librarum,&c. appli
caudarũ cõmuni Terræ Oſtiani nõ pro-
cedãt vlterius in opere ipſo; ſed ab eo
omninò deſiſtant, & ſuper tribus his
modis praticam tradit Papien. in dicto
verbo, nouum opus, ſub num.3. Ad
quæ tamen fuſius vide ſcrib.in d.§.me-
miniſſe.&aduertendum eſt, † quia (vt 11
dixi) nuntiatio ad præſentia, & futura
opera competit, non ad præterita: Ad
hoc

hocque, vt à facta nuntiatione, ille qui eam ſpreuerit, antequàm nuntiationis
12 remiſſio facta ſit († quæ quidem remiſſio tribus modis fieri per iudicem, per l.& per partem nuntianté tradunt Bar. in d.l.1.in prin.num. 21. ff. eod.& Papien.in d.form.libelli in verbo ante ali-
13 quam remiſſionem.) † totum opus ſuperædificatum, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè factum apparuerit, etiamſi is, qui nuntiarit, nullum nuntiandi ius habuerit, deſtruere debeat, vt probatur in d. l. 1. §.ſed ſi is cui, iuncto prin.legis, & in l.
14 prętor.ff.eod. † neceſſe erit, quod illud appareat, quod ſuperædificatum extiterit.l.non ſolum.§.1.ff.eod. quare conſi-
15 lium optimum traditur, † vt nouum opus nuntians coram tabellione, & teſtibus, ædificij longitudinem, latitudinem, & altitudinem menſurari faciat, quod colligitur ex textu in d. l. non ſolum.§.ſed, vt probari, & de quo mentionem facit Specu.in tit. de oper.noui nũ. §.vnico, num.5.Bar. in d.§.meminiſſe, num.4.& cum per prætorem ſit, Papiē. in d. form. libelli. in d. verbo, nouum opus, ſub d. num. 3. practicam tradit,
16 † qua iudicis præcepto addatur, quòd idem nuntius facti operis modulos, & menſuram recipiat, inde referat, &c. &
17 inquantum ſuperiùs dictum eſt, † quòd etiam ſimplici verbo per nuntiantem prohiberi poteſt, ſciendum eſt, quod tunc ſi quam habet poſſeſſionem nuntians ſimplici verbo perdit. d. §.in operis, & quod ibi notat gloſ. & ſcrib. omnes, & d.§.meminiſſe, quare conſilium traditur, vt alijs duobus modis ſcilicet, vel per lapilli iactum, aut per prętorem nuntiatio fiat; nam tunc nuntians poſſeſſionem non amittet. d.§.meminiſſe. ratio videtur eſſe, cur verbo tantùm facta nuntiatione poſſeſſio perdatur, quia meticuloſus videtur nuntiator, & quaſi ibi poſſeſſionem deſerere: ſecus eſt vbi audacter nuntiat per lapilli iactum, vel per prætorem, vt l.3. §.in amittenda, & l.ſi id, quod.§.fi.ff.de acq. poſſeſſ. quos textus allegat ad hoc gloſ. in d.l.1. §.in operis, in verbo, aduerſariorum. ff. eod. de oper.no.nunt.& gloſ. ipſam ſequi videtur ibidem Alex.num.2.& Papien.in d.verbo, nouum opus, ſub num.4. ibi, quaſi ſuſpicetur, &c. Ripa autem in d.§. meminiſſe, ſub num. 6.& ſeq. iſtam gl. rationem reprobat, & ſub num.7.verſi. ſed dices, aliam aſſignat rationem, quã non refero; quia minus ſatisfacit, & apertè erronea patet: ego verò præter omnes iſtam puto poſſe aſſignari ad caſum noſtrum rationis diuerſitatem inter nũtiationem ſolis verbis factam, & inter factum per alios duos nuntiandi modos; nam vbi duplicem quis habet pro iure ſuo viam, vt in caſu noſtro, ſcilicet vel poſſe propria facere authoritate, aut per Iudicem, ſi Iudicis viam eligit, vrbanius, & laudabilius facit, quàm ſi ex ſua faceret authoritate. l.3.C.de pig.iuncto ibi gloſſæ fin. intellectu, quem communem tradidit in ipſius.l.rep.Barto.in prin. & ſequuntur Bald. & Ang. & ipſam gloſſę, & ſequacium opinionem veriorem dicit doctiſſimus tempeſtate noſtra D.Menoch.in tract. de adipiſce. rem 5.ſub num. 9.verſi. eſt ergo. cum igitur laudabiliter minus quis agat verbis ſuis nuntiando, quàm per Prætorē, clarè conſtat etiam illi verbis nuntianti legem minus tribuere, quàm ſi id per ipſius legis miniſtrum faceret. Nec iſta diuerſitatis rationis redditio refragatur, vt dicamus, quòd ſi id verum eſt, idem quoque procederet cum per lapilli iactum fieret: nanque reſp.(& hinc rationis diuerſitas etiam inter hos duos caſus ſcilicet verborum ſimplicis nuntiationis, & per iactum patebit, quòd quãdo per iactum fit nuntiatio, duo concurrunt vincula, verborum, & facti ſimul, quæ cum magis debeant operari, quàm ſimplex verborum vincula, arg. l.baliſta. ff. ad Trebel. cum ſimilibus, meritò dicẽdum eſt, vt illo in caſu poſ-

ſeſſio

ſeſſio non perdatur: attento etiam, quia ſimplex factum potentius eſt, quàm verba, arg. c. dilecti. 2. & ibi Abb. num. 4. extra de appell. nimirum ergo, ſi cum quis verbis ſimplicibus nuntiat, poſſeſſionē amittat. in alijs autem duobus caſibus
18 non bene verum eſt, † Quòd poſtmodum ille, qui eo modo poſſeſſionem amiſerit, eam interdicto, vnde vi, recuperare poterit, vt per Bar. in d. §. memi-
19 niſſe, nu. 7. qui num. 8. dicit, † quòd etiam propria authoritate ille, qui amiſit, recuperare valebit, & hoc antequam ad extraneos diuertat actus, per l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armata, qui textus ideo inducitur, quia & hic aduerſarij facto periculoſus nuntiator poſſeſſionem amiſit, & iſtam Barto. opinionem, quòd incontinenti poſſit nuntians recuperare poſſeſſionem, communem appellat Rip. in d. §. meminiſſe, ſub nu. 38. ver. ſed nos non recedamus. quam etiam ſententiam ſub eodem nu. omnes ſequi dixerat, licet Iaſ. contrarium attentare auſus fuerit, quem quidem ipſe Ripa oſtendit in terminorum intelligentia errare.

## Caut. CLXXVIII.

### De ruſticis, & his, qui Iudicis copiam non habent, accepta iniuria poteſtatis nomine proteſtantibus, vt quicquid poſtea factum ſit, deſtruatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Nouum opus nuntiare ille quoque dicitur, qui ad prætorem iter arripit.*

2 *Ruſtici, & qui Iudicis ſtatim copiam non habent, violentiam, ſeu iniuriam aliquam patientes, quid agere debeant, vt quod poſtmodum, per inferentem iniuriam factum eſt, deſtruatur.*

NVNTIARE † nouum opus, & ille dicitur qui ad prætorem iter poſt factam proteſtationem arripit, iuxta ſecundam lecturam. §. ſi quis ipſi prætori, in l. de pupillo. ff. de operis noui nunt. quem ibi Barto. approbat, ſub numero vigeſimoſeptimo, verſicu. veniamus ad ſecundam lecturam, & numero vigeſimooctauo, & communiter ſcrib. omnes cum gloſ. & Barto. indifferenter tranſeunt, vt in dicto §. ſi quis. Iaſon in ſecunda lectura, ſub numero decimonono. Ibique dicit Barto. quem cæteri ſequuntur, quòd talis proteſtatio arripiendo ad prætorem iter nuntiationis vim habet. Imò quod plus eſt, quàm nuntiare, quem caſum notabilem inquit, & multum facere pro ruſticis. Pro quibus conſilium tradit, † quòd quando aliquam violentiam, ſeu iniuriam ab aliquo recipiunt, puta quia quis aliquod nouum opus in eorum præiudicium, & contra eorum iura facit, dicant, proteſtor ex poteſtatis parte, ne id facias, & iter ad vrbem arripiant; nam quicquid poſt eam proteſtationem factum fuerit, reuocari debebit; id enim interim ſub prætoris protectione eſſe debet; quod quidem conſilium non pro ruſticis modò, verùm pro alijs omnibus etiam, qui iniuriam paterentur nec ſtatim Iudicis copiam haberent, facit, pro hac re Bartolus caſum eſſe ait in c. dilecti filij, ſecundo, extrà de appel. & plenè tradi per Innocentium, & Ioã. And. in c. vt debitus, eodem tit. quæ iura fortè (dicit) hinc ſumpta fuere, & id menti tenendum admonet.

(margin: 1 beside first line; 2 beside "† quòd quando")

## Cautela CLXXIX.

### De occupandis publicis locis, ita per aliquem, vt is prior in occupatione habeatur, & alteri mox occupare volenti præferatur.

SVM-

### *SVMMARIVM.*

1 *Occupatio ius tribuens primo occupāti aduerſus ſecūdum prælationē dabit.*
*Intellige, vt nu. 4. 5. & 6.*
*Ideò conſilium traditur primo occupāti, vt requirat, an legitimè probare valeat, priorem ſe fuiſſe, nu. 15.*
*Conſiliumq; pariter illi datur, qui primus ex aliquo non nauigabili flumine aquam ducere vult, nu. 16.*

2 *Plauſtra duo, quando ſe in arcta via obuiant quod retrocedere debeat.*
*Item quid in duobus ſe in arcto flumine obuiantibus, vel ex non nauigabile flumine aquam ducere volētibus, aut in nauigabili piſcari deſiderantibus, nu. 3. 7. & nu. 13.*
*Vſus nemoris vni primū cōceſſus, ſiue lignerandi vſus, quādo & alijs poſſit cōcedi, ſub d. nu. 7. ver. Propterea q;.*

8 *Aquam ducere ex nauigabili flumine non licere, & quare, nu ſeq.*

10 *Fluminum publicorum aliud eſſe nauigabile, aliud non: ex nauigabili aqua duci non poteſt.*
*Quod tamen limita, nu. 11. & 12.*

14 *Ratio eadem vbi eſt, ibi eſt eadem iuris diſpoſitio.*

17 *Duo ſi in aliquo publico flumine eodem tēpore quid incipiant, vel dubiū ſit, quis incœpit, vſus aquę cōicādus eſt, ſi poteſt: ſed ſi non pōt cōicari, quid agendum, num. 18. & 19 ac nu. 21.*
*Amplia quod de flumine dicitur in alijs locis publicis, nu. 20.*
*Fortuna altercationem dirimit, vbi humanum non ſufficit conſilium, ſub nu 18. verſ. Nam vbi.*
*Vti poſſidetis interdicto exiſtentibus hinc inde paribus probationibus, an res ſorte dirimi poſſit, ſub d. num. 18. verſi. hinc euenit.*
*Facti qō ſorte non dirimetur, ſed benè iuris ſub d. n. 18. uer. quorū Doctorū.*
*Poſſidere, ſeu in poßeſſione eſſe, facti qō eſt, ſub nu. 18. ver. ſi quidē uerius.*

OCCVPATIO † cum occupāti 1
aliqđ tribuit ius, ei qui prior
occupare cępit, prælationem
aduerſus eū, qui ſecundo cœ
pit, affert, vt de hoc videtur eſſe tex. cū
gl. in verbo, ad obtinendū, in l. 2. §. j. ff.
ne quid in loco publico, tradit Bar. & cę
teri in l. quominus. ff. de flum. Quod ad
qōnem facit, quam in d. §. j. tangut Do-
ctores, † duo plauſtra ī aliqua arcta via 2
publica ſe obuiam faciunt, quod præfe-
rēdū? Bar. cum gl. prædicta dicit, ꝙ ſi po
tuit præuidere vnus ne in illā ſe poneret
neceſſitatē cum alius primò occupaſſet,
tūc ille retrocedere debet, ſed certè ēt ſi
ſecundus non præuidere potuit, neceſſe
eſt, vt vnus retrocedat; quis ergo? Bar. &
gl. vlterius nō progrediuntur, niſi ꝙ eo
rū dictis colligitur, ꝙ ſi ſecundus præui
dere nō potuit gratificationi locus erit.
ad qđ & vide Barth. Cęp. ī trac. ſer. ruſt.
præ. in tit. de ſer. aquæd. ſub nu. 43. verſ.
ſecundo caſu. tamen ipſe Cæpo. ī d. trac.
de ſeruit. ruſt. præd. tit. de flum. ſub nu.
6. ex Ang. & Doct. in l. fluminum. ff. de
dam. infecto, & ex gl. & Doct. in l. per
agrū. C. de ſeru. & aqua, ſimpliciter tra-
dit, ꝙ deferendum ei ſit, qui primo viā
intrauit, quia ſibi vſū præoccupauit, &
appropriauit, ſed ſi ſimul ingrediuntur
tunc eſſe gratificationi locum, qđ & mi
hi, propter ipsā pręoccupationē, magis
placet: qui. n. prior eſt in tēpore potior
eſt in iure. l. ſi fundū. C. qui por. in pig.
hab. cū ſi. † Et idem iuris haberi pōt in 3
fluminis publici vſu, qđ eſt in viæ, itine-
riſq; vſu, prout æquiparat in hoc Bar. in
rep. d. l. quominus, ſub nu. 10. ff. de flu-
mi. quem cōiter ſequuntur ibidem Do-
ctores, vt ait ibi Ripa, ſub nu. 48. ad finē
numeri; eundē vide nū. 51. Ad hęc quo
que vide Cęp. ī d. tit. de fluminibus, ſub
n. 6. qui id in caſu noſtro ęquiparat, di
cens idem dicendū de duabus nauibus
inuicē obuiantibus in flumine, vel riuo,
eadē rōne. Patauij igitur, & in ſimilibus
locis, vbi plures ſolēt ad nauium portas
con-

concurrere naues antequam ipſę portæ aperiãtur, & detur ad exitum locus, ſeruandũ erit, vt primi venientes, primum
4 etiam iter arripiant. † Et aduerte, quòd illi, qui occupationis prioris beneficio vtitur, neceſſe erit, vt nedum inceperit; ſed & proſequatur, ad quod eſt textus in l. naturalem. §. 1. ff. de acquirendo rer. dom. qui textus facit ad caſum noſtrum, quemque citat cum glo. Bart. in d. repetit. l. quo minus, ſub d. num. 10. verſ. vel ſi velles, qui numero 11. dicit,
5 † iſtam proſecutionem Iudaicè nõ eſſe intelligendam, quod ſcilicet incipiens ſemper adeo in laborem inuigilet, vt neque comedere, neque dormire queat; ad quod facit text. in l. hæredes palam. §. fi. & quod ibi no. ff. de teſtam. & in l. cum antiquitas. C. eod. dicitur enim inceſſanter opus facere, qui ſtatutis, & congruis horis, ac legitimo ceſſante impedimento proſequitur. c. 2. & ibi glo. de off. archipresbi. & in c. quamuis. §. finautem, & ibi glo. in ver. continuatis diebus, de off. ord. in 6. & in §. ſedebunt, ibiq; gl. in verbo, mox, in Auth. de iudi. ac facit
6 tex. i l. Mcuia. ff. de manu. teſt. † ſed tũc deſtitiſſe videri dicit Bart. incipientem, ſi poſt inceptum opus proſequi negligeret. l. ſi finita. §. pen. ff. de dam. infect. & l. ſi de eo. §. 1. ff. de acq. poſſeſſione.
7 † Et ſicut dictum eſt de obuiantibus plauſtris, vt tunc demum ſecundum recedat, cũ via arcta adeo eſt, vt niſi vnum tranſire queat; Ita etiam in flumine publico ſimiliter intelligendũ eſt, vt ex eo aquam ducat quis primũ incipiens, ſecundo ceſſante, cum ad eum vſum, ad quem ducitur aqua, vtriq; nõ ſufficiat; nam ſi vtrique ſufficere poſſet (ſicut & vialata) quilibet duceret, vt per Bart. & Doct. in d. rep. l. quominus. q. 5. ad fin. per. l. in concedendo, & quod ibi no. ff. de aqua plu. arcen. l. Lucio. ff. de aqua quot. & æſt. & vt not. in l. aquam. C. de ſerui. & aqua. Idque etiam tradit cum Bart. Cæpo. in d. tit. de aquæ duct. num. 43. Proptereaq; fit, quòd dominus, qui nemoris vſum conceſſit, ſiue lignerandi vſum vni, vel pluribus, poterit nihilominus alijs concedere, ſi ſyluæ ligna omnibus ſufficerent, quod probatur iuribus his, quę in rep. d. l. quominus. nu. 12. tradit Bar. quibus addo textum optimum in l. 2. §. 1. & 2. & quod ſiot. in l. per quem locum. ff. de ſeru. ruſt. præd. & l. qui per certum locum, ac quod ibi not. ff. commu. præd. & ita quoque ſentit Cæpo. in tractatu de ſeru. ruſt. præd. in tit. de mon. nu. 15. q. 9. cuius meminit Ripa in d. l. quominus, nu. 54. & ex quibus iuribus habes permiſſum tibi eſſe, vel aquæ vſum, vel ſimilia pluribus concedere, cum ex tali conceſſiõne alterius ius non lædatur, & aqua, vel ſimilis res pluribus conceſſa omnibus commode eſt ſufficiens. Circa modo, quod ſuperius dicebam, ſub num. 7. de aqua ex flumine publico ducenda, attende, † quoad flumina non nauigabilia, ſecundum text. d. l. quominus, nam 8
ſi nauigabilia eſſent, nemo ex his aquã ducere poſſet; † quia in nauigabilibus 9
piſcandi, & nauigandi duntaxat ius habemus, vt in rub. & nigro. ff. de flum. & ne quid in flumine publ. ripaue eius fiat, quo peius nauigetur, & in rubrica ac nigro tit. ff. vt in flu. pub. nauig. lice. ac in tex. l. riparum. ff. de rer. diu. cum ſim. Per quod intelligere habes, † Flu- 10
minum publicorum aliud eſſe nauigabile, aliud non; In nauigabili piſcari, & nauigare licet; ex non nauigabili aqua duci poteſt, ſecundum d. l. quominus:
† Quæ tamen aqua duci poſſet, niſi in 11
præiudicium aliquorum redundaret. l. Imperatores, in fi. ff. de ſer. pręd. ruſt. cum ſim. vtq; per Bart. in d. rep. l. quominus, ſub num. 5. & ſub nu. 18. & per Franc. Marcum in deciſ. Delph. deciſ. 40. ſub num. 4. deciſ. 386. ſub nu. 3. & deciſ. 416. num. 6. in 1. par. & in his deciſionibus Franc. Mar. facit ad ea, quæ de pub. fluminibus dictarunt. † Et pa- 12
riter

riter aqua ex nõ nauigabili flumine duci poteſt, niſi illud flumen in nauigabile aliud decurrat, ex quo illud nauigabile fiat. l. ſi autem plures, in fi. ff. de aqua plu. arc. & i d. l. quominus, & Doctores
13 ibidem. † Simi iter & in iure piſcandi dicendum eſt, vt primus piſcator, ſecundo præferatur, & ſic in omnibus ſimili-
14 bus pariter procedendum eſt; † nanq; vbi eadem eſt ratio, ibi quoque ſimiliter ſtatuendum eſt, iuxta vulg. l. à Titio. ff. de verb. obli. & l. illud, ad l. Aqui. cum
15 ſim. ex prædictis igitur † conſilium erit, vt prior occupans requirat, nunquid legitimè probare poſſit priorem ſe fuiſſe,
16 † & quò ad non nauigabile flumen remedium erit ei, qui vel aquam ducere voluerit, vel quid aliud ex eo facere, ꝙ ſibi liceat, vt cũ primùm incipiat, opus vicino nunciet, ſe aquam occupare, vt eam in agrorum ſuorum vtilitatem conuertat, nam vicinus deſiſtet, donec occupans prior ea vſus ſit, & quatenus etiã quis opus aliquod in flumine facere incipit, ad hoc, vt cautè agat, inſtrumẽtũ publicum fieri faciat, & vicino nuntiet, ꝙ ipſe occupat, & occupare dictæ aquæ vſum ad tales opus intendit, vt ita per Bar. in rep. d. l. quominus, nu. 14. ad qđ etiam vide Cæpo. d. tit. de ſeru. aquæd. nũ. 44. qui hoc pacto ſe aliquando conſuluiſſe dicit: ſed ego vidi quandoque aquam eſſe occupatam ab aliquo pro eius opere, nec factum inſtrumentũ, aut nuntiatum vicino, qui tamen ſuũ opus abſq; moleſtia proſecutus eſt; ſed certè conſilium Bar. vtile erit, loco tamen inſtrumenti, perſonam, de qua dubitabis, citari facere poteris, & in actis manifeſtũ fieri, te ad tale opus aquæ vſum oc-
17 cupaſſe. † Quid modò erit, ſi eodem tẽpore incœperint? Bar. in d. rep. l. quominus, nu. 13. docet vſum aquę, ſi fieri poteſt, inter eos cõicandum, d. l. Imperatores, & l. ſi partem, in fi. ff. de reu. ruſt. pđ.
18 † Quid autem ſi vſus communicari nõ poteſt, dic, quòd ad hoc, vt vtrique ſatiſfiat, & vnus vſum conſequatur, ſorte id dirimendum eſt, iuxtà no. in d. l. 2. d. §. 1. ff. ne quid in loco pub. Nam, vbi humanum nõ ſufficit conſilium, ibi fortuna altercationem dirimit, ſecũdùm Bal. in c. cum omnes, col. 12. extra, de conſt. Non etenim incongruũ eſt, vt in re ambigua iudex eligatur fortuna, iuxtà tex. l. ſed cum ambo. ff. de iud. & l. fi. in prin. C. com. de leg. Hinc euenit, ꝙ in interdicto, vti poſſidetis, data probationũ paritate, ſorte decidi quęſtionem poſſe cenſuit gl. in c. licet cauſam, i verbo, vti poſſidetis, extrà de probationibus, quã ibi communiter receptam dixit, & probauit Fel. nu. 44. qui ſcribit hoc ideo factũ eſſe, vt ſciamus, quis actoris, quiſve rei partes ſuſtinere debeat, quam etiam ſententiam probarunt ibidem Dec. nu. 28. & poſt eum Berous, nu. 59. & eſſe frequẽtiori calculo admiſſam opinionem tradit Igneus in l. 3. §. ſi cum omnes, nu. 35. ff. ad Syl. quam ſanè opinionẽ, licet nõnulli impugnarint, vt gl. in l. j. in verbo prohibebit. C. vti poſſ. Bar. i l. ſi duo, in prin. nu. 3. in fi. ff. eo. Bal. in d. c. licet cauſam, nu. 27. Io. Fab. in §. retinendæ, nu. 77. propè med. Inſt. de interd. qui teſtatur eam opinionem communiter à Canoniſtis reiectam, & quam plures recenſet Tiraq. in tract. de iure primogen. q. 17. opi. 1. nu. 91. & re vera ab eadem opinione diſſentit Igne. d. §. ſi cum oẽs, nu. 36. 37. & ibid. nu. 29. cum ſequẽti, multa conſiderat, quorum quidem Doctorum ratio ea eſt, quia facti quæſtio ſorte non dirimitur. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamentaria tut. quam iuris qđ fortunam iudicem haberi valeat. d. l. ſed cũ ambo, de iud. & d. l. fi. i prin. C. com. de leg. ſed in caſu prædicto interdicti, vti poſſidetis, de facti qõne ageretur (inquiunt Doctores prædicti) cùm dirimẽdum per fortunam eſſet, quis poſſeſſor eſſet, & quis non; ſi quidem verius eſt facti, & non iuris eſſe, quis ſit in poſſeſſione, vt ſcribũt omnes in l. ſtipulatio iſta,

§. hęc

§.hęc quoque. ff.de verb.obl. quamuis
Bero.d.nu.49. ſcribat,hanc ideo non eſ
ſe facti, ſed iuris quæſtionem , quia ſit
diſputatio poſſeſſionis, quę & in acqui-
rendo, & retinendo plus iuris,quàm fa
cti habet. l.1. & l.poſſeſſio, vbi gloſ. &
Bar. ff.de acquir. poſſ. Attamen in caſu
noſtro, cum ſimus ſuper iuris quæſtio-
ne,nõ facti,quia non contenditur, quis
eorum primus incœperit,prout in quæ-
ſtione ſuperius excitata apparet, nu.17.
ſed quis vſus aquæ ius habere debeat,
ideo abſque controuerſia procedet, vt
ſors, & fortuna quem in eo iure eligen-
dum velit determinet, & ſic optimè cõ-
uenient hic iura ad id allegata d. l.ſed
cum ambo, & d. l. fin. C. com. de leg.
19 † Quid autem, ſi dubium erit, vter eo-
rum incœperit,& alter præferri vult,nec
aqua ambobus ſufficit? conſilium Bar.
locum non habet, quia nec ſorti locus
eſſet, cum ageretur de facti quæſtione,
ideſt vter eorum incœperit, quod in fa-
cto conſiſtit: ideo ego conſilium trado,
quòd ſub iuramenti vinculo vterque de
ponat,quo tẽpore incœpit, & qui prior
erit poſteriori præfertur, ſin autem eo-
dem tempore ambo incœpiſſe iuramen
to aſſerat, ſortè id dirimendum erit,iux
tà prædicta. quod autem iuramento id
decidi debeat, patet ex textu in l.bonæ-
fidei. C. de reb.cred. & ex his, quę dixi
20 ſuprà caut.123.† Et hæc faciunt non ad
flumina tantùm;ſed etiam ad alia publi
ca in paribus terminis.Vnum poſtremò
monitum velim, quòd quatenus dixi,
ſortè dirimendum, cum plures pariter
incœperunt,id fieri poterit, ſi partes,de
quorum agitur præiudicio, conſentiant
iuxtà opinionem Abb. & Flor.in locis,
de quibus Rip.d.l.quominus,ſub num.
59.de quo tamen ipſe Ripa ibidem du-
bitat,quia iura illud decidentia partium
non requirunt conſenſum: cæterum, ſi
21 Abbatis;& Floriani opinio vera eſt; tu
† in ſimilibus, qui iudicem habes fa-
uorabilem,& amicum gratificationi Iu
dicis decidenda hæc procures, iuxtà tra
dita à gloſ.in d.l. 2.d.§.1.ne quid in lo-
co publico,& prout tradit Fran.Mar.de
ciſ.1148.num.1.par.1.

## CAVT. CLXXX.

### De offenſa parte in inquiſitionibus citanda.

*SVMMARIVM.*

*Offenſus an ſit de iure citandus ante ferendam ſententiam, quando ex officio proceditur,& nu.2.* 1

*Conſiliumque traditur, quòd Iudices hunc offenſum citent, nu.3.*

*Reus abſolutus in iudicio, in quo offenſus ante ſententiam citatus fuit ad indicia ſubminiſtranda,&c.non poteſt per partem offenſam amplius accuſari, ſecus, ſi ipſe offenſus non eſſet citatus.* 4

OFFENSA † pars,dum Iudicis officio inquiritur, de 1
iure forte ante ferendam ſententiam citanda eſſet;
id autem de conſuetudine
non ſeruatur,niſi Florentiæ,vt ait Ang.
in repe. l. ſi vacantia. C. de bon. vacan.
quem Marian. refert in repet. c. quali-
ter,& quando, poſt nu.213.in q.71.ex
tra de accuſ.& Ang. de malef.in verbo,
& ibi caput,nu.2. Pro huius rei declara
tione,ſecũdum Clar. in loco,de quo in
frà,diſtinguendum eſt, † aut pars offen 2
ſa quærelauit, & tunc neceſſariò citan-
da eſt,aut non querelauit,& tunc neceſ
ſe non eſt,vt citetur, † conſilium tamẽ 3
eſt, quòd iuſti Iudices partem offenſam
ſemper ad indicia ſubminiſtranda, ſi
quæ habet, ac ad fiſci coadiuuandam in
tentionem,citari faciant.& hoc etiam,ſi
per inquiſitionem procedatur, vt per
Clar.in pract.crimin.§.fi.q.11. ver.ſed
quid

quid è conuerſo, & ex hoc commodũ etiam inquiſito prouenire poterit, ſi
4 fortè abſoluetur, nam iniuriatus † amplius conqueri non poterit, vt per Boſſ. in tit. de ſent. num. 81. cum tamen abſolutoria lata eo non citato ipſi non præiudicaret, nam reum accuſare poſſet. l. is, cui, & ibi Barto. ff. de accuſ. tradunt Ang. de malef. & Boſſ. dictis in locis. Et pro materia iſta vide quæ dixi ſuprà cautela ſecunda.

## Cautela CLXXXI.

### De eo, qui damnum ex opere timet, quod in publico ad publicam fit vtilitatem.

*SVMMARIVM.*

1 *Damnum timens ex opere, quod quis ex conceſſione in loco publico facit, poteſt petere ſibi de damno infecto cauere.*
*Secus tamen eſt, quando ad publicam vtilitatem opus fieret; tunc enim nemo eſt, à quo ſtipuletur, nu. 3.*
*Conſilium tamen hoc in caſu traditur, quod iudex ob hoc adeatur, nu. 4.*
2 *Conceſſio, quæ fit intelligitur ſine alterius præiudicio.*

1 OPVS, † ſi ad priuatam vtilitatem in publico fieri conceſſum ſit, ille, qui damnum timet, petere poteſt, ſibi per eum priuatum de damno infecto caueri, ſed non de loci vitio. l. fluminum, in prin. ff. de damno
2 infecto, † nam facta conceſſio intelligitur ſine alterius detrimento: l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. † Quid modò, ſi in publico
3 ad publicam fieret vtilitatem, † & ex eo damnum timeatur? Minimè dicendum eſt, damni infecti publicationem interponi oportere: quis enim dubitat neminem eſſe à quo ſtipuletur? † Sed conſi- 4
lium traditur in d. l. fluminũ, in principio, & ibi not. Bar. (vbi modum tradit adeundi iudicem,) quòd iudex competens pro indemnitate adeatur, ad prædicta omnia textum habes etiam in l. ſi finita. §. deinde ait prętor. ff. eod. coniuncta glo. ibi, in verbo, cauendum, in quo etiam. §. deinde, de tempore in ſtipulationem inferendo habes, vbi vide Bar.

## CAVT. CLXXXII.

### De retinendo pignore, ſuo tempore pecunia non ſoluta.

*SVMMARIVM.*

*Pactum l. commiſſoriæ, vel ei ſimile in pignoribus, non valet.* 1
*Declara, vt nu. 2. 3. Sub nu. 11. verſi. quinimò, nu. 12. 13. & 14.*
*Conſiliumq́; habes, quomodo tale pactum ſuſtineatur, nu. 8. 9. 10. & 12.*
*Pignus per iudicem æſtimatur, quando fit pactum, vt debito ad tale tempus non ſoluto pignus pro iuſto precio creditoris ſit, & quomodo iudex æſtimabit, nu. 11. remiſſiuè.* 4
*Precium, dum per arbitratores æſtimandum remittitur, ſi æſtimare non potuerint, vel noluerint arbitratores, contractus nullius reddetur momenti.* 6
*Nec ad boni viri arbitrium recurrendum eſt, & quare, nu. 7.*
*Emptiones ex precio ſubſtantiam accipiunt.*

PACTVM † legis commiſſoriç, vel ei ſimile in pignoribus reprobatum eſt. l. quãuis, aliàs Calipodius. ff. de ſol. l. prima, & fina. C. de pact. pig. & capitulo primo, de feu. dato in

vim leg. commiſſo . quam concluſio-
2 nem declara, † vt procedat, quando
pactum apponitur, quod debito ad
tempus non ſoluto, pignus pro debi-
to creditoris ſit; quia eo caſu debito-
ris deceptio eſſet in eo, quòd pignus
valeret plus, vt in dicta l. 1. & dicta l.
ſin. C. de pact. pign. & eſt etiam textus
in ca. ſignificante, extra de pignoribus,
& in dicta l. quamuis, ac. dicto cap. pri-
mo. de feudis dato in vim legis comm.
tradit Barto. in dicta lege, quamuis, ſub
numero primo. in lege tertia. ſub nu-
mero 13. C. de pign. poſt Pet. Perticen.
idem Bartol. in d. l. prima. numero pri-
mo, & in dicta l. fin. in princ. C. de pa-
ctis pign. Cæpo. caut. 244. in princ. &
Socin. iun. conſ. 146. numero 16. libro
primo, & iſtis quidem verbis fit legis
commiſſoriæ pactum in pignoribus
per verba directa, per verba autem ob-
liqua (quod eſt pariter reprobatum)
fit hoc modo; ſi conueniunt partes,
quòd pignus inſolutum detur, vel cum
debitor promittit, ſe dare inſolutum,
& iſtud non eſt veræ legis commiſſo-
riæ pactum; ſed ei ſimile, de quo eſt
caſus in dicta lege prima, & ibi decla-
rant gloſ. Bart. & Saly. C. de pact. pign.
3 † Sed ſi pactum apponeretur, quòd
debito non ſoluto, pignus pro iuſto
precio emptum eſſet, id non eſſet. l.
commiſſoriæ pactum, nec ei ſimile;
ideo omnis ceſſaret deceptio. l. ſi fun-
dus, §. fina. & ibi not. Barto. ff. de pign.
Bart. in dicta l. quamuis, dicto nume. 1.
& dicta l. 3. ſub d. num. 13. & ibi Salyc.
quæſt. 7. C. de pign. gloſ. 1. in fine, & in
dicta lege prima. C. de pact. pigno. &
Bart. in dicta l. vltima. ff. eodem, Affli-
ctus deciſ. 368. reſpondens ad primum
dubium, quod eſt poſitum num. 1. &
reſponſum eſt, dicto numero, in fine.
Imo. in dicto ca. ſignificante, num. 10.
Alexan. conſ. 178. numero nono. libro
7. Cæpo. d. cautela 244. verſic. item fal-
lit, Neguſ. in tractatu de pign. par. 4.
numero vndecimo. verſi. ſecunda con-
cluſio, Tiraquell. in tractatu, de retra-
ctu conuentio. ad ſinem. numero 133.
& Arius Pin. in Rub. C. de reſcind. ven-
dit. parte ſecunda. cap. primo, numero
26. ac Tiraquellum, & Arium Pin. tan-
quam communem ponentes, refert
Eman. Soar. in ſuo Theſau. recep. ſen-
ten. litera P. numero 118. cum ſequent.
† Ideoque pecunia eo in caſu ſuo tem- 4
pore non ſoluta, pignus per iudicem
æſtimaretur, vt not. Barto. in l. fin. in fi.
C. de iure dom. impet. & alijs in locis
tradit Bart. de quibus Cæpolla in præd.
caut. 244. Proinde Bar. in dicta l. fin. C.
de pact. pign. conſilium pro his, qui
mutuo dabant, & pignora recipiebant,
afferebat, † quòd ſcilicet inſtrumen- 5
tum iſto fieret modo; ſi pecuniam ad
tempus non ſoluens, fundus ſit mihi
iuſto pretio emptus, declarando arbi-
trio talis, & talis, quos nunc in arbitra-
tores, bonoſque viros eligimus; quod
conſilium menti tenendum hortatur,
dicens pulchrum eſſe; quodque tradit
Cæpo. in dicta cautela 244. nu. 2. circa
quod eſt animaduertendum, quia ſicco
pede tranſeundum non eſt; † nam dum 6
in arbitratores precium æſtimandum
confertur, ſi tempore ſuo arbitratores,
vel non poſuerunt, vel æſtimare nolue
rint, contractus, & ſic emptio nullius
erit momenti. l. fin. cum glo. in verbo,
pro nihilo, Inſt. de emptione, & vendi-
tione. † Nam nec ad boni viri arbitriũ 7
recurſus habebitur; quoniam quando
arbitrator ſuper contractu perficiendo,
ſicque ſuper ſubſtantialibus aſſumitur,
nec arbitratur, à perſona non receditur,
vt per Bartol. in l. ſi quis arbitratu, ſub
numero quinto. ff. de verbo. obligat. &
ita d. l. ſi quis arbitratu, ſummat. d. Ale.
& Iaſ. ibi numero 8. inquit ad hoc eſſe
glo. magnam, communiter approba-
tam, in l. in vendentis. C. de contr. emp.
† ex pretio autem emptiones ſuſtan- 8
tiam capiunt, & ſine eo emptionis con-
tractus

tractus, aut venditionis conſiſtere ne-
quit. lege 2. & l. empti. ff. & C. de contr.
empt. & Inſtit. eo. §. 1. & d. §. precium,
ergo niſi arbitrantur hi in quorum arbi
trio precium collatum eſſet, nequaquã
ab eorũ perſona recedendum eſſet, iux-
9 ta prædicta. † Cautius igitur erit, ſi ſim-
pliciter in iudicem arbitrium confer-
tur; nam æſtimare tenebitur. d. l. fin. C.
de iure dom. impetrat. & ibi per Bar. &
10 in dicta l. fin. C. de pact. pig. † Idemque
erit, vt iudex æſtimare debeat, ſi ſim-
pliciter dicatur, quòd pecunia ſuo
tempore non ſoluta, pignus pro iu-
ſto precio ſit emptum, vt per Barto. in
dicta lege, quamuis. d. numero primo.
in dicta lege, ſi fundus, §. fi. numero 3.
& in dicta lege fin. C. de pact. pig. Qui-
nimo ſi etiam dicatur tantum, quòd
pecunia nõ ſoluta pignus ſit emptum,
nen dicendo pro pecunia debita, per-
inde eſſe ac ſi addita ea fuiſſent verba,
iuſto precio, voluit Barto. in d. l. quam-
uis, ſub num. j. ad finem, & in d. l. ſi fun
dus. §. fin. in princip. per eum textum.
11 † Quomodo autem iudex precium, pi-
gnoriſq; valorem æſtimabit? vel quo-
modo debitori pro æſtimando pigno-
re ſuccurretur? Bar. in d. §. fin. dictæ le-
gis, ſi fundus, docet, quomodo facere
debeat hoc in caſu iudex, & in l. 2. C. de
reſcin. vendit. à nu. 17. vſque ad finem,
& in l. precia rerum. §. nonnullam. ff. ad
legem falc. tam rerũ mobilium, quàm
immobilium conſilia tradit, qualiter
vel æſtimatio probetur, vel per Iudi-
cem ipſa ſit fienda æſtimatio, ad quem
me remitto; quia clarè loquitur, & ego
quoque tradam infra caut. 292. Aliud
12 modo eſt conſilium, † Quòd in hoc
legis commiſſoriæ pacto iuramentum
inſeratur, quia tunc ſeruandum erit pa-
ctum, vt in d. cap. ſignificante, extra de
pign. & ibi per Innocen. Abb. conſ. 95.
libro ſecundo, tradit Papien. in pract. in
form. libelli, quo agitur ad reſt. in inte.
in verbo, tunc iurauit, ſub num. 10. &
cõmunem dicit eſſe opinionem Goza.
conſ. 61. num. 7. Dicit tamen Papien.
quòd Barto. in hoc ſentit iuramentum
ſolum in his ſeruandum eſſe; non verò
contractum confirmari, vnde ſecun-
dum eum abſolutio à iuramento impe-
trari poterit, per not. in c. debitores, ex.
de iur. & quod ſolutum fuerit repeti po
terit per cõdictionem, ſine cauſa; & di-
ctum id Bartoli eſt penes eum in l. ſi
quis pro eo, ſub num. 10. ff. de fideiuſſ.
cuius quidem doctrina ſecundum In-
nocentij dicta in d. loco non procedit;
tamen pro Bartoli dictis vide quæ la-
tioribus habenis tradunt Chriſtopho.
Por. in princ. Inſt. quib. lic. alien. vel
non. numero 8. & in §. extraneis, Inſt.
de hæred. qual. & differ. & Iaſon in
auth. ſacramen. puberum, numero 37.
cum nonnullis ſequentibus. C. ſi ad-
uerſ. vend. & de quibus ego aliàs men-
tionem facio; & addo in terminis no-
ſtris Franc. Mar. deciſione octaua, num.
ſecundo, par. 1. vbi præcisè dicit, quòd
talis contractus iuramento non firma-
tur, licet, ſi debitor viueret, iuramẽtum
obſeruare teneretur; & ideo poſt debi-
torum mortem ait, non eſſe opus iura-
menti diſpenſatione, cum perſonale ſit.
c. veritatis, de iureiur. ſecundum Ioan.
de Imola in d. cap. ſignificante, & Pa-
normitan. in c. cum contingat, extra de
iureiur. facereque ait notata per Bald. &
Saly. in l. emptione. C. plus valere, quod
agitur. Hæc omnia ſunt repetita in eiuſ-
dem Franciſci deciſione. q. 468. num.
pariter. 2. par. 2. idemque tradit Marc.
deciſ. 54. numero ſecundo, par. prima.
deciſ. 166. numero quarto, vbi iſtam
communem appellat ſententiam, habi-
tam in d. c. ſignificante, par. 2. & deciſ.
514. ſub nu. 1. par. eadem. † vltimum 13
modo tibi poſſem tradere in noſtra ma
teria, conſilium; videlicet quòd ſi ſupra
dicta non erunt in cõtractu adhibita re-
media, facias mox ex interuallo debito-
rem tibi pignus, pecunia ſuo tempore

non ſoluta, promittere: nam etiam ſi interuenient verba legis commiſſoriæ, de quibus ſuprà, tu pignoris, ſaltem exceptionis ope, retentionem facere poſſes, vt per Bar. in d.l. quamuis. ſub d. num. 1. in d.l. 3. ſub d. num. 13. C. de pig. qui moueur per l. Titius. ff. de pig. act. vbi idem tradit, num. 3. ſequuntur Abb. in dicto cap. ſignificante, num. 6. Alexan. d. conſilio 178. numero 1. libro 7. Guido Pap. quæſt. 6. Neguſ. d. tract. de pign. num. 6. Ripa in l. nemo poteſt, nu. 73. de leg. 1. Franc. Mar. d. deciſ. 54. num. 3. parte 1. repet. dicta deciſ. 514. numero 2. parte 7. Neuiz. conſilio 86. numero 12. & communem hanc eſſe teſtatur opinionem Didac. libro 3. variarum reſolutionum. cap. 2. numero 8. verſicu. Tertio hinc dicam. verùm conſilium iſtud, & quia non ita paſſim tibi ſeruire poterit, cum multæ pateant ad id difficultates, & quia tutum omninò non eſt: nam Didac. in loco prædicto contrarium concludit, cuius ſententię eſt Tiraquel. in dicto tractatu de retr. conuention. in præfatio. numero 7. & ad finem d. tractatus, num. 136. ea ſcilicet ratione, quòd ita cenſetur nullum hoc pactum, vt ab initio, cum eadem fraudis, & vſurarum adſit ſuſpicio, quę præſumitur, cum ab initio ita fuerit celebratus contractus; quin & d. l. Titius, pro communi allegata, non bene ipſam cõmunem probat; nam in ea non agitur de hoc pacto. l. commiſſoriæ, ſed de datione in ſolutum, precio certo appoſito, cum iam ſoluendæ pecuniæ veniſſet dies, ibi, quia pecunia non ſolueretur. Ideo iſto cõſilio, te nõ vti hortor. ſcias

14 † autem, quòd quæ hic dicta ſunt de cõtractu reprobato ob legis commiſſorię pactum, procedunt tantùm quò ad ipſum debitorem cum creditore principali ita paciſcentem: ſecus, ſi pactum factum eſt inter debitorem, & creditorem eum, qui pro ipſo debitore fidem ſuam aſtrinxit, vt putà inter fideiuſſ. & principalem debitorem, nam tunc pactum illud non improbatur. l. fi. in prin. ff. de contrah. empt. & ita tradit per eum textum gloſ. fi. in fine in d. l. 1. C. de pac. pig. gloſ. 1. in fi. in d. cap. 1. de feu. dã. & c. & Bar. in d. l. 3. ſub d. num. 13. C. de pign. & latius vide Didac. d. lib. 3. var. reſo. d. cap. 2. nun. 7. & 8. Circa id tamen vide Bal. in dicto cap. 1. de feu. dato in vim. l. com. col. prima, qui ſingulariter dicit, quòd ſi fideiuſſori pro ſua indemnitate conſeruanda res ita eſſet ab initio obligata, non procederet deciſio. d. l. fi. de contrahẽ. empt. quem in d. l. fi. refert, & ſequi videtur Cur. iun. ſub num. 1. ver. ſed hic. Tu autem cogita ſuper d. l. fi. an hoc ſit verum, quia inde tota eſt difficultas.

## CAVT. CLXXXIII.

### De parentibus, qui eorum filias dotatas in dote inſtituunt hæredes.

*SVMMARIVM.*

*Filia dotata in ſola dote ſua inſtituta, an tanquàm pręterita teſtamentum rumpat. Pro qua re plenum traditur conſilium, nu. 2.* 1

Pater, † ſi filium dotauerit, deinde teſtamentum condens ipſam in ſola dote hæredem inſtituerit, non poterit ipſa filia, tanquam præterita, paternum impugnare teſtamentum, prout tenuit gloſ. ordi. quæ ad hoc ſemper allegatur, in l. tertia, §. ſed vtrum. in verbo, patrimoniũ. ff. de minor. cuius opinio communiter recipitur, vt tradit Bertran. conſi. 183. poſt numerum 41. libro tertio, Imola in cap. Raynutius, numero 9. extrà de teſtam. quem refert Io. Dilect. de arte teſtandi, tit. 3. caut. 5. numero 2. quamque opinio- 1

opinionem communem aſſerit Berous ĩ dicto capitulo, Raynutius, numero 134. Sic etiam ſequitur Iaſ. in authẽtica nouiſſima, numero 46. C. de inoffic. teſtam. Guido Pap. conſilio 63. numero ſexto, & conſilio 98. numero primo, adde Alexand. in conſilio 168. poſt numerum vndecimũ, libro quinto, & conſilio 176. numero 13. eodem volumine, quique & hanc opinionem magis communiter teneri inquit conſilio 177. & Specul. inquit in tit. de inſtrum. edit. §. compendioſe, verſiculo, ſed ſuper forma, qui eſt numero 38. Quod ita ex generali conſuetudine ſeruatur. Bene verum eſt, quòd ea ſic ſimpliciter intellecta concluſio ſine aliqua non tranſit difficultate, ex eo, quia cum dos amplius non eſſet in bonis paternis, ſed in primis detrahenda veniret, tanquam ęs alienum, videtur in effectu filia potius pręterita, quàm inſti-
2 tuta, ideo gloſ. prędicta ſubdit, † quòd pater cautelam ſeruet, vt eam in duodecim imperialibus vna cum dote, inſtituat, & ſic ſecundum omnium opinionem tale teſtamentum ſuſtinebitur, quodque tutius eſt, & inquit Bart. in dicto §. ſed vtrùm, in finalibus verbis, ita de facto obſeruari, quem refert Iaſ. in d. auth. nouiſſima, numero decimoquinto. Alber. in dicto §. ſed vtrum, numero quarto, & quinto, vbi etiam dicit quòd ita communiter tenetur, & ita quoque de facto ſeruari ait Ioan. And. ad Specu. in pręcitato loco, in verbo, inſtituere, ad finem, vbi quòd hic dictum eſt de filia dotata, & in dote inſtituta, ad filium quoque emancipatum, quem pater inſtituiſſet in parte, quam dediſſet emancipationis tempore, extendit. Teneat igitur teſtator hanc viam in caſibus iſtis, nam omnes euitabit difficultates.

## Caut. CLXXXIIII.

### De donatione per filiumfam. mortis cauſa ita fienda, vt eam pater reuocare nequeat.

*SVMMARIVM.*

*Filiusfam. ſi mortis cauſa donat, id patre conſentiente facere debet; tam in bonis aduentitijs, in quibus patri vſusfructus quæritur, quàm etiam in his aduentitijs, in quibus vſusfructus patri non acquiritur, & num. 2.* 1

*Sed àn hæc donatio per patrem reuocari valeat, habetur nu. 5.*

*Quæ quidem donatio, vt retractari per patrem non poßit, datur remedium, num. 6.*

*Determinatio vna plura reſpiciens determinabilia, æqualiter determinare debet: amplia num. 4.* 3

PATER † cum mortis cauſa aduentitia bona filius fam. donat, conſenſum ſuum pręſtare debet. l. tam is. §. primo, ff. de donatio. cauſa mortis. † Quod etiam in illis aduentitijs, quę pleno iure ad ipſum filium ſpectant, ſeruandum eſt, prout voluiſſe videtur gl. in l. prima, §. in filij, in verbo, teſtari non poteſt. ff. ad Trebel. dum enim ibi gloſ. determinat, quòd filiusfam. teſtari non poteſt de rebus etiam, in quibus patri vſusfructus non quæritur, allegat dictã l. tam is. §. 1. ff. de don. cau. mor. vnde patet ex gl. illius mente, quòd d. l. tam is, quę teſtari prohibet indiſtincte, & donare cauſa mortis, abſque patris conſenſu, extendatur etiam ad ea aduentitia, in quibus patri nõ quęritur vſusfructus, ſi. n. primũ caſũ de teſtamẽti prohibitione, ita intel- 1 2

lexit, ſecundum quoque de mortis cauſa donatione ita intellexiſſe dici debet, eo quia, cum illa legis eius diſpoſitio,
3 & determinatio † duo indiſtinctè in oratione comprǣhendat determinabilia, illa duo æqualiter determinare debet, l. iam hoc iure. ff. de vulgari, & l.quamuis. C. eodem, cum concord. de quibus in ſimili propoſito Dominus meus Ceph. conſilio 1073. numero
4 primo, quod † etiam procedit, & ſi in his, quæ determinantur, eadem non ſit ratio, vt tradit Alexand. in dicta l. iam hoc iure ſub numero quinto, in l.Gallus.§. primo, ſub numero ſeptimo, verſiculo, Nec obſtat ſi dicatur.ff. de liberis, & poſth. & in l. teſtamento. C. de teſtamen. milit. Ruin. conſilio 162.numero nono,libro primo,conſilio 150. propè finem, libro ſecundo, & conſilio 86. numero nono,lib. quinto, ſupradictam pariter concluſionem non poſſe filiumfam. abſque patris conſenſu aduentitia etiam, in quibus ipſi patri vſusfructus non acquiritur, cauſa mortis donare, apertiſſimè decidit gloſ. in l.fina. §. filijs autem, in verbo duntaxat.C. de bon. quæ lib. quam induxit, & ponderauit Socyn. conſilio 112. ſub numero primo,volumine primo,quod fuit repetitum conſilio 172. volumine ſecundo, vbi Socy. alias ad hoc authoritates adducendo, iſtam indubitanter arbitratur eſſe de mente Doctorum communiter, reiecta vna opinione, quæ Barto. tribuitur, in auth. vt liceat matri, & auiæ, in prin. quam lecturam inquit doctiſſimos viros arbitrari non eſſe Barto. ex modo loquendi, & ex allegat. Prędictam pariter concluſionem communem dicit eſſe Rub. conſilio 46.numero ſecundo, & ſequē. ac magis communem reuera aſſerit Iul. Clar. in §. donatio,quæſtione ſexta, verſicu. aut verò quæris, quicquid alij dixerint, & de hac re, ac quando pater eius conſenſum præſtare queat, vt ſibi ipſi donetur, pariterque quo remedio vtatur filius, vt etiam abſque patris conſenſu talia aduentitia donare valeat, ſuperius mentionem feci in litera F. cautela 88. verſiculo, Secundo modo caſu, à numero ſeptimo, vſque ad numerum decimumquintum, vbi etiam nonnulla tradita ſunt, quæ pro materię euidentia faciunt. Fingamus modò, quòd in huiuſmodi peculio pater filio mortis cauſa donare permiſerit, & eius conſenſum, poſtquam donatio facta fuerit, contra filij voluntatem, reuocare voluerit; † Nunquid 5
donatio ipſa pariter reuocabitur? Barto. in l.ſecunda,§.ſi vero, numero quinto, ff. de dona. quęſtionem hanc examinat, & in eius reſolutionem ſimilem facit diſtinctionem. Aut filius propriam rem mortis cauſa, patre conſentiente donauit, & filius ipſe non pater donare videtur: ideoque pater reuocare nequit, cum de re ſua non tractetur,argumen. l. fina. §. filijs autem famil. C. de bon. quę lib. Aut patris rem donauit filius, & tunc etiam pater reuocare poterit, cum eius res in donationem ſit collata. l. ſi quis hac lege. §. ſi filius. ff. qui & à quibus. † Verum 6
vt nunquam pater inuito filio donationem talem reuocare poſſit, Barto. ipſe dicto loco, remedium tradit, quòd pater expreſſe promittat, non filio ipſi, ſed ei, cui donatur, vel tabellioni ſtipulanti, & donatarij nomine recipienti, ſe donationem eam inuito filio non reuocaturum, quia mox nolente filio reuocatio non fiet. Hęc quo ad filijfam. mortis cauſa donationem, quò vero ad eius donationem, quam inter viuos facit, dixi ſuprà in dicta Cautela 87.

CAVT.

## CAVT. CLXXXV.

### De his, qui teſtamentum ſcribunt, in quo eorum filij honorantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtamento, quod ſcribit pater, filio, quando aliquid aſcribere valeat, & num.2.& 3.*
*Et quid, ſi quod ſcribit filio aduentitium peculium futurum eſt, nu.7.*
*Et conſilium traditur, quo filio pater ſcribens aſcribere poterit, numero 4. 6.ac 8.*
5 *Cauſa pęnę ceſſante ceſſat & ipſa pęna.*
*Delictum in dubio nõ præſumitur, ſub nu.6.verſ.Quin in dubio.*
*Delictorum in caſu benigna fit interpretatio, ſub d. num. 6. verſi. & in delictis.*
9 *Adſcribere qui non poteſt ſibi, vel filio in teſtamento, etiam nuncupatiuo.*

1 PATER † in teſtamento, quod ipſe ſcribit, filio in poteſtate poſito quid aſcribere nequit. l. filius, circa prin. & l. impuberem. §.j.ff.ad leg. Cor.de falſ.& Io.Dilect.de arte teſt.titu.6.caut.1.circa fin.vbi ſecũdum Bal.id extendit etiam in nuncupatiuo teſtamento, de quo ego dicam hic in fine: ſed, ſi militi, ſilio, licet in poteſtate poſito, in commilitonis teſtamento, quem filius in militia nouerit, aliquid adſcripſerit, extra pœnam erit. l. ſi pater. ff. eodem. Idque eo ſit, quia illo in caſu, quòd ex commilitonis teſtamento conſequitur filius, in caſtrenſe peculium computatur. l. miles filius familias, l. ſi fortè. l. caſtrenſe, & l. dotem, verſicu. hæreditatem. ff. de caſtr. pecul. ac l. cum allegas. C. eodem, libro 12. ſicque ex hoc pater nihil eſt lucraturus. l. cum oportet, verſi. exceptis caſtrenſibus. C. de bon. quæ lib. Itidem,
† ſi filio emancipato ſcripſerit, de fal- 2
ſo non tenebitur, dicta l. impuberem. §.ſi ei filio, de falſ. Bald. conſilio 420. Præmittendum, volumine ſecundo, quem refert Dilect. in ſupradicto lo-
co: quod † etiam procedit, ſi hęredi- 3
tatem, legatumve adſcribat filio, qui antequàm hæreditatem adeat, vel legatum petat, emancipetur, vt videtur tex. in dicta l. impuberem. §. ſi dominus, verſi. eadem, & de filio prout intelligit Barto. ibi: vnde ipſe Barto. dicto verſic. eadem, & de filio, conſilium tradit pro patre, qui filio in poteſtate po
ſito adſcripſit: vt † ſcilicet antequàm fi- 4
lius adeat, vel patri quid quæratur, ipſe pater eundem filium emancipet; ſic
† nanque ceſſante pœnę cauſa, ideſt ac- 5
quiſitione, & patris lucro, ceſſabit & pœna, arg. capituli, cum ceſſante, extra de appell. & l. adigere. §. quamuis,
de iure patronatus, cum ſim. † Quod 6
tamen conſilium mihi tutius videtur, ſi pater adſcribat illud dandum cum erit ſui iuris filius, & poſteà illum emancipet, ſecundum verum ſenſum dicti verſiculi, eadem, & de filio, relati ad præcedentia; & prout ibi not. inde comprobando, quia in dicto §. ſi dominus, dicitur, dominum in Libonianum non incidere, ſi ſeruo ſuo ita adſcribat, cum erit liber, quo deciſo caſu ſubſequitur ſtatim Iuriſcon. eadem & de filio poſteà emancipato, &c. Sed ſic eſt, quòd vna determinatio plura reſpiciens determinabilia, &c. prout in proxima præcedenti cautela, numero qnarto, dicebam, ergo, &c. & fortè Barto. eundem ad dictam literam tex. habuit intellectum, ſi bene attendatur in illis verbis, & ſic cum ſibi patri nihil quæreretur, &cæt. licet ſecundùm caſum Dy. ſuperius conſilium à vero ſenſu

textus diſcrepans dederit, ea forſan ratione attenta, quia nihil ſibi quæreretur; quod quidem conſilium ego periculoſum puto, ex eo, quia ſi pure filio patriæ poteſtati ſuppoſito adſcriberet pater, neſcio quid ſiniſtri aduerſus eum induceretur; & prædicti textus expreſſa ratio obſtare poſſet, quòd ſcilicet cum ſcripſit, compendio ſuo proſpexiſſe videretur: bene verum eſt, quòd in ſimili negotio animi cogitatio attendi non ſolet, ſed magis rei exitus & veritas, quod probatur per textum dictæ l. impuberem. §. primo. cum duobus. §§. ſequent. & tradit Azo in ſumma. C. de his, qui ſibi adſcribunt in teſt. numero primo. Quin in dubio delictum non eſt præſumendum, arg. l. merito. ff. pro ſocio. & in delictis benignior eſt ſumenda interpretatio, argum. l. penult. ff. de pœnis, cum ſimilib. vnde videmus, quòd in teſtibus etiam interpretatio fieri ſolet, quantum fieri poteſt, vt contrarietas, falſitaſque vitetur. c. cum tu. extra de teſtib. & vt plene dicam infra caut. 267. numero quarto, & per totum: ſed nemo negabit prædicto in caſu contra patrem aduerſam magis, quàm in alio caſu fore ſuſpicionem, & falſitatem quandam velatam. Prædictorum au-
7 tem occaſione quæro, † an pater filio in poteſtate exiſtenti hodie in aduentitijs adſcribere valeat, cum patri in his proprietas non quæratur. dicta l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. Et dicendum videretur, quòd ſic, vt ſaltem quo ad proprietatem legatum valeat, iux. not. in l. prima. ff. de auth. tut. in glo. fin. vbi dicitur, quòd ſi pater filio ſtipulanti authoratur in cauſa aduentitia, talis valet authoritas, quòad proprietatem, non autem quoad vſumfructum, & Bartol. ibi numero 3. inquit, quòd ille vſusfructus ad filium quoque pertinebit, quodque tradit idem Bartol. in l. Gallus. §. quod ſi is, in fi. ff. de libe. & poſthum. & ibi ſequuntur Alexand. ſub numero octauo, verſic. reſideo igitur, & Socin. ſub numero tertio. verſic. tamen magis placet, & cum iſta opinione tranſeunt Angel. & Salyc. in l. fina. C. de nat. lib. verum Bartol. in dicta lege, impuberem. §. ſi ei, concludit cum glo. quòd non poſſit pater tali in cauſa aſcribere, quia ſaltem vſuſfructus patri acquiritur. dicta lege, cum oportet. ſed ipſe Bartol. per hanc rationem nõ remouet contrariorum difficultatem, cum ipſi rationi adhuc ea, quæ in affirmatiuam huius quæſtionis partem dicta ſunt, obſtent; vnde puto ego omiſſa ea gloſ. & Bartol. ratione, quòd ex ipſius Bartoli dictis ad obiecta reſponſio pateat; dum dicit, quòd neutiquam valeat legatum, quia filij nomen, quaſi falſum, ſubducitur. dicta lege, filius. §. ſequens. ff. de falſis, quod non eſt in caſu contrario, in quo nulla excogitatur falſitas, prout clarius caſus hos diuerſificauit Imo. in dicto §. quid ſi is, dum ibi inquit, quòd in caſu noſtro ineſt falſi ſuſpicio, quæ in caſu in contrario allegato ceſſat, Bartol. hoc etiam in caſu in dicto §. ſi ei, conſilium trade-
re videtur; † Quòd ſi pater filio aſcri- 8
bendo dixiſſet, ita quòd ipſi patri non quæratur vſusfructus, impunis euaderet; quia eadem exiſteret ratio, quæ in emancipato; & pro iſta Bartoli opinione vide, quæ tradit Ioan. Andr. ad Specul. in titu. de inſtr. edit. §. poſtremo, ſiue. §. inſtrumentum, poſt numerum vigeſimumoctauum, littera D. in ver. lege ſecunda. in fi. & ibi add.
ad ipſum Ioan. Andr. Scias † autem ve- 9
lim, quod prohibitio prædicta, nè filio pater aſcribat; vel ſibi, procedit non in teſtamento in ſcriptis duntaxat, ſed etiam in nuncupatiuo, & ita tenuit Dyn. in lege prima. §. inter filium. ff. ad legem Corn. de falſis, quem Doctores communiter ſequuntur, vt ait

ait Bello. conſ. 80. poſt numerũ tertiũ
Et communem pariter ait eſſe opinionem Boſ. in titu. de his, qui ſibi aſcrib. numero 3. eamque reddit rationem Boſſ. quia licet adſint teſtes, quando conficitur teſtamentum; facilis tamen eſt teſtium obliuio.

## CAVT. CLXXXVI.

### De donatione parentum erga liberos.

*SVMMARIVM.*

1 *Donationes, quas filijsf. parentes faciunt, non valent.*
*Intellige tamen, & limita hanc conclusionem, vt. nu. 2. & 4.*
*Vt autem tales valeant, & ſuſtineantur donationes adhiberem, quæ traduntur nu. 6. 8. 10. & 11.*
3 *Donatio per patrem filio facta ob meritorum cauſam, vt valeat requiritur, quòd merita donationi æquiualeant.*
5 *Inſinuationem in donatione, quæ ſumma hodie requirat, remiſſiuè.*
7 *Donatio remuneratoria proprie donatio non eſt.*
9 *Iuramentum patriam poteſtatem ſilere facit.*
12 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
13 *Proximè quæ fienda ſunt, pro factis habentur.*
14 *Pupillus pubertati proximus pro pubere habetur, & iurans tenetur, ac ſi pubes eſſet.*

1 PATER † ſi filio in poteſtate
cõſtituto donat, donatio infir
ma eſt, l. donationes, quas pa
rentes. C. de donat. inter vir.
& vxorem, latius probat Socyn. regu.
140. & Duen. reg. 223. Iſtam † autem 2
concluſionem intellige in ſimplici do-
natione, ſecus ſi ob cauſam fiat; Quia,
ſi filius in patrem beneficia aliqua con-
tulerit, pater illi in huiuſmodi merito-
rum remunerationem donare poterit,
vt per Barto. & Doct. in auth. vnde ſi
parens. C. de inoff. teſt. & not. glo. in l. ſi
donatione. C. de coll. Socyn. conſilio
215. ſub numero 1. volum. ſecundo, &
in d. reg. lim. 5. idque in d. l. ſi donatio-
ne, ſub numero decimo, communiter
ait receptum Dec. & Rim. conſil. 240.
num. 3. quos refert Clar. in §. Donatio.
quæſtio. 8. verſ. Hæc tamen. ea enim, ait
ipſe Clarus, proprie non eſt donatio,
quod probat tex. in l. Aquilius. ff. de do-
nat. & quæ tamen merita (vt prædicto
in loco tradit Clar. ex Iaſ. Corn. Ruino
ab eo relatis, communiter eſſe receptũ)
ſimplici patris donantis aſſertione non
probabuntur; ſed illa ipſe filius proba-
re tenebitur; eaq́; mouetur ratione Cla.
quia vbicunque inter perſonas prohibi
tas donatio fit, meritorum ſemper pro-
batio neceſſaria eſt, quod latius proba-
tur ex traditis per ipſum Clar. in d. §. do
natio. quæſt. 3. verſ. ſed hic occurrit. An
autem meritorum aſſertio faciat fidem,
ſi non quo ad alios, ſaltem quo ad pa-
trem, ne ſcilicet ipſe pater poſſit con-
tra ſuam confeſſionem venire? & Sa-
lyc. in l. filiæ. C. famil. erciſc. tenuit,
quòd in patris præiudicium talis aſſer-
tio fidem faciat, ſub dubio tamen id
tradens Salycet. ſed contra Alexand. in
dicta l. ſi donatione, quod & Iaſon ſen-
tire videtur in prima lectura. l. frater à
fratre, ſub numero quadrageſimoquar-
to. verſic. 3. limita, in fine illius verſi. ff.
de condict. indebiti. verum in 2. lectu-
ra d. l. frater, ſub num. 44. verſic. tertio
limitat ſingulariter, contrarium fortiter
impugnat, & tenet cum Saly. cum quo
etiam ſentit Dec. in dicta l. ſi donatio-
ne, ſub nu. 30. dicens verius eſſe Salyc.
dictũm. † Quæ quidẽ merita donationi 3

æqualia

æqualia eſſe debent. Soc.d. conſil.215.
ſub d.nu.1. & in d.reg.d.limitatione.5.
Iaſ.poſt Barto. in d. l.frater à fratre, ſub
nu.44.verſ.condeſcendo nunc ad 2.fall.
& in 2.lectura,ſub nu. pariter 44.verſic.
circa primam,vt quæ in d. §.donatio,&
in d.q.8.verſi.ſcias autem,cum ver.ſeq.
penes Clar. habes, vbi pro hac parte de
commu.teſtatur, dicens in iudicis arbi-
trio ſtare, an merita æquiualearit dona-
tioni,nec ne,quod & dixerat,d.q.3.ver.
ſi.& concluſio prędicta, quòd parentis
donatio in filium collata valida nō exi-
4 ſtat,vera eſt,† quatenus pater eam reuo-
care voluerit, ſed ſi non reuocabit,mor-
te coufirmabitur, dum tamen ſummam
inſinuationem exigentem non excedat,
5 de qua in l.pen. C.de donat. † quod ta-
men noſtris temporibus intellige prout
dixi ſupra in littera D.caut.67.nu.2.ſed
ſi donatio per patrem facta ſummam
eam tranſcenderet, & abſque inſinua-
tione facta eſſet,morte non confirmare-
tur,niſi ſpecialiter mortis tempore con-
firmata fuiſſet.d.l.donationes, quas pa-
rentes. Alias ad hanc regulam habes li-
mitationes penes Bar.in d. l.frater à fra-
tre,& ibi Iaſ.& penes Socin.& Duen.in
prę citatis regulis.Vt autem donatio per
patrem facta irreuocabiliter teneat, re-
6 media ſunt: † Primo, quòd meritorum
donationi æquiualentium cautione va-
lidetur faciendo, quòd pater ita aſſerat,
nam iuxta Salyceti,Iaſ.& Decij opinio-
nem, vt ſupra dixi, patris aſſertioni ad-
uerſus eundem reuocare volentem ſta-
bitur: uel, ſi eorum non procedit opi-
nio, quæ iure probata videtur, attendat
filius, vt mox meritorum probationem
in promptu habeat: nam etiam hæc re-
muneratoria donatio ita iuſtificata quo-
ad alios quoque valebit, adeo vt etiam
abſque inſinuatione procedat, vt per
Barto.in d.l.Aquilius Regulus,num.3.
ff. de don. cuius opin. communiter ap-
probatam inquit Socin. iun. conſil. 77.
7 nu.152.lib.1.† hæc enim remunerato-
ria propriè donatio non dicitur, vt dixi
ſupra probare textum in d. l.Aquilius
regulus, & ita magis communem eſſe
Doctorum ſententiam tradit Socin.iun.
conſi.94.num.13.lib.2.& communem
ait Dida.in c.cum in officijs, nu.50. ex-
tra de teſtamentis.† vel ſi meritorū pro- 8
bationem paratam non habet filius, ca-
ueat, vt patris aſſertioni iuramentum ad
datur, vt per Bald.conſil.430. incipien.
præmittendum eſt ad euidentiam, vol.
1. Alex. conſil.20. incipien. ponderatis
his, vol.4. Rip. in l.ſi vnquàm. C.de re-
uoc.don. q.15. nu.33.34. & 35.vbi de
communi teſtatur, & huiuſce rei ratio-
nem eſſe dicit, † quia iuramentum pa- 9
triam facit ſilere poteſtatem,cum ipſum
ſit de iure naturali ſeu diuino, & in his,
quæ naturalis ſunt iuris patria non con-
ſideratur poteſtas. l.item in poteſtate.ff.
de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.& §.1.
Inſt. de pat.pot. & prædictam quoque
opinionem communiter teneri late de-
ducit Clar.in dicta q.8.verſic.fin. idque
tibi pro ſecundo remedio ſeruiat, quod
procedit etiam abſque meritorum aſſer
tione, vt per prædictas authoritates fa-
cilè patet.& dicit Socin. quòd validatur
talis donatio, ſi pater iurat non reuoca-
re,vt d.reg. 140. limit.8. allegat Bald.&
alios recentiores ſequi ait, in l.irritan.C.
vſucap. pro don. & vide ad id Corn. in
conſ. per Bened. Vad. ad ipſum Soc. ci-
tatis: † ſed quando donatio iurata ſum- 10
mam, quæ inſinuationem requirit, ex-
cederet, altercatio eſt inter Doctores,
num eo valeat iuramento, de qua per
Thom. Ferr.caut.33. ſub nu.1. ideo tu-
tius erit,cum ſummam excedet, ſi vltra
iuramentum etiam inſinuationis renun
tiatio expreſſa addatur, iuxta ea, quæ
tradit ex Canoniſtarum, Legiſtarū opi-
nione Clar.in d.§.donatio,q.18. verſic.
retenta igitur, & ita dicit Eman.Soer.in
ſuis communibus opinionibus, litiera
D. num. 170. & 174. & dixi tibi ſupra
in littera D. caut.47. ſub num. 6. verſic.
pro-

proinde apparet. Vltimum remedium
11 eſt, † ſi fiat filio, qui emancipetur, in
ipſius emancipationis præmium, vt per
l. vt liberis. C.de coll. & ita communi-
ter tenetur, vt per Socium conſil.127.
nu.13.lib.3. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd
imò donatio talis eſt ſimplex donatio,
& quòd impropriè in emancipationis
præmium fieri dicatur, qua in emanci-
patione potius qui emancipatur acqui-
rit, cum melioris fiat conditionis, vt ne-
mini dubium eſt. Nam reſpondeo ſe-
cundum Clar. d.q.8.verſic. ſecundo in-
fertur, ad finem, quòd talis donatio ob
cauſam fieri dici poteſt, videlicet, vt emá
cipationi filius conſentiat, cum eo inui-
to emancipari nequeat, vt in §.generali-
ter, Auth.quibus nat.eff.ſui. Vel ſecũdo
modo reſpondeo, quòd ex quo conſue-
tudine obtentum eſt (vt eſt textus in d.
l.vt liberis, & vt fieri quotidie videmus)
tali caſu filijs, qui emancipantur à paren
tibus donari poſſe, donatio ipſa mori-
12 bus ſuſtinetur: † optima enim eſt legũ
interpres conſuetudo. l.ſi interpretatio-
ne. ff.de legibus. Reſpondeo & tertio
modo, quòd cum emancipatis donare
parentes poſſint, vt colligitur in d.l.do-
nationes, quas parentes. C.de don.inter
vir. & vxor. & de recenti emancipatio
fiat, dici poteſt, quòd quodammodo fi-
13 lio ſui iuris donetur. † quæ enim proxi-
mè futura ſunt perinde eſſe videntur, ac
ſi iam eſſent. l.pen.ff.de milit.teſtamen-
14 to. † Nam etiá in ſimili videmus, quòd
pubertati proximus pro pubere habe-
tur, vt tradunt Dec. & Cagn. in l.pupil-
lum. ff.de reg.iur. ipſe nanque pupillus
pubertati proximus iuramento perinde
obligatur, ac pubes ipſe ſecundum di-
ſpoſitionem auth.ſacramenta puberum
C.ſi aduerſus vendit. iurans tenetur. cu-
ius rei communem tradit opinionem
Mich.Graſſ.in ſuis comm.opi.lib.1.c.7.
iuramentum.q.13.ver.contrariam, & in
eo.lib.1.c.9.q.34. verſic.amplia primo.

## CAVT. CLXXXVII.

### De his, qui ad ſecundas tranſeunt nuptias, volentibus plus vxori, vel viro, quàm primi matrimonij filijs relinquere.

*SVMMARIVM.*

*Tranſiens ad ſecunda vota plus coniugi tit.lucratiuo dare non poteſt, quã vni ex primi matrimonij filijs minus habenti datum ſit, reſeruata etiam inſuper filijs his legitima iure naturę debita.* 1
*Amplia, vt nu.2.3.& 4.*
*Remedia tamen contra prędictam cõcluſionem adhibentur, nu.5.6.& 7.*

PATER, † ſeu mater ad ſecun- 1
das tranſiens nuptias plus
vxori, vel viro ſecundo relin-
quere, dareue lucratiuo tit.
nequit, quàm ex primi matrimonij fi-
lijs vni minus habenti relictum, datum
ue ſit, ſalua etiam ante omnia legitima
filijs ipſis iure naturæ debita, & ſi contra
id factum fuerit, totum quod in ſecun-
dum coniugem lucratiuo tit. vltra præ-
ſcriptum modum collatum erit, pro nõ
dato habebitur, & inter anterioris matri
monij filios diuidetur. l.hac edictali, &
in auth.ad eos ſolos. C.de ſec.nup. ac in
§.optime, in Auth.de nupt. & quia in d.
l.hac edictali, omnis fraus, quæ per in-
ter poſitam perſonam fieret remouetur,
per ea verba, omni circunſcriptione, ſi
qua per interpoſitam perſonam, vel alio
quocunque modo fuerit excogitata, ceſ-
ſante. ideo Bald. ibi dicit, † quòd ſi mu- 2
lier non marito, ſed eius alicui amico,
vel cõiuncto donaret, vel ſi marito ven-
dere ſimularet, & tacitè donaret, huiuſ-
modi fraudes, atque ſimulationes nul-
lius redderentur momenti: imò, quod

plus

5 plus eſt, † ſi mulier extraneo donaret, & poſtmodum eum in maritum acciperet, illa donatio non valeret, quia in fraudem prius facta præſumeretur, vt notabiliter tradit Bened. de Capra de Peruſio, conſ. 21. incipien. & ſi videatur prima facie. † quæ quidem etiam pro-
4 hibitio iureiurando propterea non tollitur, quia in filiorum fauorem eſt promulgata, vt no. Bart. in d. l. hac edictali, ſub nu. 2. & in l. cum quis decedens. §. Titia, num. 2. ff. de lega. 3. & idem tenet Bald. in l. 1. q. 3. C. de inoffic. don. ac in conſi. 22. incip. quædam domina Nicolina. li. 5. Propterea vides, quòd difficile admodum eſt viam perſcrutari, qua iſtis ſecundis coniugibus abſque dictæ conſtitutionis timore plus relinquatur, vel concedatur, quàm prioris matrimonij filijs: ſed Decium reperio in conſi. 246. tres afferentem modos, quibus lucrum maritus, vel vxor ſecunda in fraudem d. l. hac edictali, ſentiat. & prima eſt cau-
5 tela, † quòd mulier poſteriori marito omnia ſua bona in dotem dare poteſt abſque alio lucratiuo pacto, nanque viuente vxore maritus omnia bona dotis nomine habebit: talis enim caſus per legem illam prohibitus non reperitur, & ita notat gl. in d. l. hac edictali, in verbo, diuidi, verſicu. item not. & ſequitur ibi Bar. nu. 1. ac alij quos refert Dec. d. conſil. ſub nu. 2. Secundam tradit cautelam Dec. d. conſi. nu. 3. quæ etiam poſt vxo-
6 ris mortem marito proſit, † videlicet quòd maritus donatũ ab vxore recipiat pro eorum naſcituris filijs, quia tunc dicit, naſcentib. filijs, ſimilis valebit donatio. Nec obſtabit d. l. hac edictali, quia loquitur in donatione, quæ marito, non filijs ſecundi matrimonij fieret, idque late Dec. & authoritate, & rationibus cõprobat, quod tamen ego minime affirmare auſim. Nam licet reuera filijs ſecũdi matrimonij plus, quàm primi matrimonij dari poſſit: tamen, attento hoc dandi modo, fraudis indicium, quam quocunque modo (vt inquit textus) tales pſonæ introducere vtiliter nequeũt, erit. Tantorum ſanè virorum authoritas magna eſt, ſed longè maior eſt legis, & Imperatoriæ maieſtatis, cuius fuit intentio, vt nullo prorſus modo prioris matrimonij filij aduerſus ſanctionem illã fraudarentur: etenim dictio illa, quocunque, maximi eſt momenti, & poteſtatis, vt ex his, quæ tibi dixi ſupra caut. 111. num. 22. vſque ad num. 26. intelligere potes. Vltimam ponit cautelam in dicto conſil. 246. Decius ſub nu. 6. quæ quidem penè fruſtratoria videtur, & vana, quam tamen hic adijcere non recuſo, & hęc eſt, † quòd ſi inter coniuges tales 7
donatio in fraudem prioris matrimonij filiorum fiat, poteſt ita concipi, vt tertius quiſpiam ſe obliget, & promittat donatarium in tali donatione conſeruare: Nam promiſſio talis promittentem ad intereſſe obligaret, vt in terminis conſuluiſſe inquit Abb. in conſ. 43. quidam Dominus Antonius, li. 1. ſed certè pauci reperientur, qui ita fatuè promittãt.

## CAVT. CLXXXVIII.

### De peritorum denuntiatione ſententiæ vim obtinente.

*SVMMARIVM.*

*Peritis in arte ſtandum eſt in his, in quibus iudicis ſcientia ſe non extendit.* 1
*Medici dicto circa id, in quo eius ars verſatur, credendum eſt.* 2
*Medicorum ſententia, quę de his recipitur, in quibus eorum ars conſiſtit, die etiam feriata admittitur.* 3
*An autem talis ſententia in rem iudicatam tranſeat, an ab ea valeat quis appellare, an retractari poſſit, & an iuramentum ſuper tali peritorum dicto requiratur, habes remiſſiue, nu. 4.*

*Perito-*

5 *Peritorum denũtiatio, ſeu relatio non ualet niſi diligens iudicis præcedat inquiſitio.*

*Ideo pro Iudice adhibetur cõſilium, quòd tali caſu diligenter inquirat; & id in actis regiſtrari faciat, prout numero 6.*

1 PERITIS † in arte ſtandum eſt prò eorum reſolutione, ad quæ iudicis ſe non extendit ſcientia.cap. propoſuiſti, ibique copioſe Felyn.ex.de probat.& l. ſemel.C.de re mil. lib. 12. tradit Bar. in l. fin. prope finem. ff. de ſicar. Alexan. conſ.15.colum. pen.verſ.& bene facit. conſ.35.columm. penult. & in fi. conſ. 161.col.pen.verſic. & per hoc videtur, volum.1. & in conſ. 149. volum.2.& Aegid. Boſſ. in tit. de delict. num.7. ac faciunt, quæ ego tradam infra caut.
2 292. Vnde † ſi medicus ſuper alicuius infirmitate; vel ex vulnere cicatrice remanſura; vel ſuper vulneris qualitate, an ſit mortale, necne, teſtatus fuerit, eius dicto ſtandum erit, & hanc ſententiam omnium inquit eſſe conſenſu receptam Plaza.lib.1.delict.c.13.num. 6.& circa idem vide Alber. in procem. ff.nu.13. & eundem in ſtatutorum ſecũda par.q.36. dicentem ſe vidiſſe obſeruari,& obtinuiſſe, quòd medicorũ, & peritorum iudicio ſtetur, an vulneratus ex vulnere deceſſerit, aut ex malo regimine, & ipſum Albericum in d. q. 36. ad hoc refert Aug. ad Angelum de maleſ. in verbo, & ex interuallo, poſt numerũ 3.& ita quoque in practica ſeruari refert Boſſius in tit. de homi. ſub nu.115. Et medicorum quidem ipſorum, & peritorum aliorum ſententia
3 † die etiã feriata recipitur, vt poſt Ang. quem refert, tradit Alex.ad Bart.in d.l. ſemel.nu.2.qui caſum ponit ex lege 2. ff. de fer. ibi, vt aſpectu atrox iniuria æſtimetur, & in additione prædicta Alexan. nonnulla alia circa hanc materiam ponit, tam relatiuè, quàm aſſertiuè; † videlicet, an huiuſmodi ſententia 4
in rem iudicatam tranſeat, an ab ea appellari poſſit; An ſententia talis retractari queat, ſi vulnus mortale per peritum,ſeu peritos pronuntiatum ſit, & cadauer poſtmodum coram peritioribus exhibeatur,qui contrarium dicant; & an iuramentum ſuper tali peritorum dicto requiratur, ad quem me remitto. Pro hac etiam medicorum referentium materia, & iuramenti interpoſitione, vide quæ tradit Bart. & alij in d. procemio. ff.Iaſ. in repetitione.l. admonendi, num.237. ff. de iureiurãn.&
verſ.ſcias autem. † Sed circa materiam 5
iſtam hoc in ſpecie te ſcire velim,quod (vt etiam ſuperius in litera M.cau.160. dicebam) denuntiatio, ſeu peritorum relatio nihil, niſi Iudicis diligens præcedat inquiſitio, operatur, ſecundum Barto.in d.l. ſemel, num. 1. & ibi Ang. Quare ipſe Barot.cautelam ſubdebat.
† Quòd iudex aduerteret regiſtrandum 6
eſſe in actis, quòd ipſe Iudex ſuper tali denuntiatione peritum ipſum diligenter pro tali re examinauit; quo facto diligẽti examine peritus ille retulit,&c. aliàs autem dicit Barto. nil eius dictum valere: loquitur Bar. d. loco de medico in ſpecie; ſed, ſi eius eſt vera opinio, idem quoque in cuiuſcunque peritorum denuntiatione cenſeo; vnde generalem ego pono cautelam; vbi enim eadem eſt ratio, eadem quoque debet haberi iuris diſpoſitio iurib. vulg.

## CAVT. CLXXXIX.

### De exceptione periurij, & ſimili alia aduerſus teſtem fienda.

*SVMMARIVM.*

*Teſtis eſſe non poteſt ille, qui eſt periurus. Amplia.nu.2.& 4.* 1

*Excu-*

*Excuſatur tamen omninò periurus, ſi temere peieraſſe, aut illicitum conceptum iuſiurandum violaſſe appareat, nu. 3.*

5 *Teſtem idoneum non eſſe, ſi quis excipiat, puta, quòd eum prętendat periurum, excommunicatum, homicidam, adulterum, ſacrilegum & huiuſmodi, quomodo excipere debeat.*

6 *Iniuriarum actione non tenetur teſtibus quis, quando aduerſus eos exceptionem proponit, quòd aliqua de cauſa idonei nō ſint, ſi modo teſtium eorum propoſiti defectus probentur, & veri appareant.*

1 PERIVRVS † præter alias pęnas, in quas incidit, de quibus Iul. Clar. in §. periurium, hanc etiam patitur, vt teſtis amodo eſſe non poſſit, quia præſumitur adhuc faciliter deierare. c. teſtimonium, extra de teſtibus, & c. accuſatus, §. licet, extra de hæret. in 6. no. in l. Lucius. ff. de his, qui no. infam. traditq; Papienſ. in for. opp. cont. teſtes, in verſic. & periurij. quodque in omni cauſa locum obtinere communi opinione receptum ait Alb. in d. l. Lucius, nu. 3. & Gyg. de crim. lęſæ maieſt. q. 11. nu. 1. quos refert Clar. in dicto §. periurium, verſi. repellitur, & poſt eum Eman. Soar. in ſuis commun. opin. litera

2 P. nu. 103. † Quinimò nec eidem periuro quicquam proderit, quòd emandatus poſtea ſit, vt cōmune ſcribere Franc. Viuium, lib. 1. opin. 357. inquit Soar. in prędicta litera. nu. 55 cuius quidem Viuij dicta apud me ſunt in primo tomo communium opin. diuerſorum, in eius littera T. verſ. Teſtis eſſe non poteſt periurus, vbi latè ad hoc authoritates cumu

3 lat. † Eidem tamen prodeſſe poterit, vt excuſetur ab appoſita contra eum exceptione, ſi iuramentum præſtitum temerarium, & illicitum fuiſſet: nam & ſi huiuſmodi iuramēti tranſgreſſor extitiſſet, non tamen à teſtificando repelli poſſet, vt ita communiter tenere Doctores inquit Hoſtien. quem Abb. refert in d. c. teſtimonium, poſt nu. 7. vt & ita recenſent Clar. in d. §. periurium. d. verſic. repellitur, & Soar. in ſuis commun. opin. dicta littera P. nu. 106. & 107. adde prędictis, † quod periurus à teſtimonio repellitur, etiam ſi contra alium periurum 4
teſtificaretur, vt patet ex traditis per Bar. in l. cum mulier, in fi. ff. ſolu. matr. & ibi late per additionem ad eum, in verbo, quæro, quid ſi, quemque ibi ſequuntur Alex. cęterique Doct. omnes communiter, vt refert Fran. Viuius in ſuis communibus opinionibus poſitis (vt dixi) inter variorum communes opiniones, d. li. 1. & d. verſ. teſtis eſſe non poteſt periurus. Ex his igitur in promptu exceptionem habes, quando periurus aduerſus te in teſtem producitur. Verum conſilium in hoc tibi trado, † quòd quando talem 5
aduerſus periurum opponere volueris exceptionem, aut aliam aliquam ſimilē, veluti quòd teſtis ſit excommunicatus, homicida, adulter, ſacrilegus, & ſimiliter in genere illam non proponas exceptionem, ſed ſpecificè, & ſigillatim locum proponas, & delictorum commiſſorum per tales criminoſos teſtes tempus exponas, aliasque dictorum criminum circunſtantias, ſecundum Bar. in l. prætor edixit. ff. de iniurijs, ac ibi Ang. & Alb. & ſecundum Bart. in fi. l. 1. C. de teſtam. Bal. Alex. Franc. de Aret. & Iaſ. ibi Salyc. in auth. ſi dicatur. C. de teſtibus. & Rom. conſil. 290. in prin. & opin. hanc ait eſſe communem Foller. in ſua pract. crim. in ver. ſi confitebuntur, nu. 60. & ſeq. ac magis cōmunem aſſerit Boerius, qui alias adducit auth. deciſione 321. nu. 2. vbi ſub nu. 3. refert ita in Burdegalenſium Senatu bis iudicatum fuiſſe, contra quam opinionem, licet quidam tenuerint Doctores, quos cōgerit Boer. d. deciſ. 321. num. 1. tamen ab ea non eſſe tutum recedere in practica inquit

Viu.mihi in d.lib.1.com.opi.variorum littera T.verſi. Teſtium criminoſorum, quam inquit optimo iure ſequuntur infiniti Doctores in varijs iuris noſtri lo-
6 cis: vbi & notandum ſubdit, † quod ex iſta oppoſitione ad teſtes facta iniuriarũ actione teſtibus ipſis obnoxius nõ eris, nec aliquo pacto conueniri poteris, dũmodo huiuſmodi teſtium defectus probes, & veri pateant, idque tradit Viuius, ſecundum Cal.Ang.Alex.& omnes in l. fi.ff.quod quiſque vir.& Iafr. Lanfran. in deciſ. 395.

## CAVT. CXC.

### De coniuncta perſona abſque mandato interueniente.

*SVMMARIVM.*

1 *Coniunctæ perſonæ ſine mandato ſolui non poteſt, licet poßit ſine mandato ipſa coniuncta perſona interuenire, & ſub nu. 2.verſi.& eidem.*

2 *Coniuncta perſona agente ipſius principalis rati habitio requiritur, quando ſine mandato interuenit, alias domino non præiudicatur.*

*Cui quidem coniunctæ perſonæ, ſine mandato interuenienti, neque etiam ſolui poteſt, ſi de rato caueat, numero 3.*

4 *Coniuncta perſona, quando ſine mandato ob ſolutionem fiendam interuenit, quomodo libellum concipiat, & nu. 5.*

*Procuratori tantum ad lites dato rectè non ſoluitur, ſub nu.4.*

1 PERSONA † coniuncta, licet ſine mandato interuenire poſſit. l.ſed & hæ. ff.de procur. l.3.§.ſed & ſi fortè.ff.iud.ſolui. l.exigendi, ibique not.& l.maritus.
2 C.eo. † tamen, ſi ratihabitio non fuerit ſecuta, talis perſonæ factum domino non præiudicat, vt eſt tex. in d.§.ſi fortè, & ibi Bar.qui ipſum.§.expedit in §.j. eius legis, idem habes ex textu, iuncta glo.& Bart.in l.1.C.quibus res iud.non noc. Cag. in l.nemo alieno nomine.nu.2.ff.de reg.iu.& Dominus meus Cæph. tradit conſil. 571. nume. 22. & eidem perſonæ ſine mandato agenti ſolui non poteſt, Spec.in ti.de coniuncta perſ.§.1. ſub nu.4.ad finem, per tex.in l.1.in fine, & l.ſeq.ff.vt leg.nom.cau. Bar.in l.vero procuratori, nu.2.& in l.qui hominem, per eum tex.§.ſi gener. ff.de ſol, & in d. l.3.§.1.nume,2. ff.iud.ſol. ad idem eſt tex.in l.non ſolum.ff.ſol.matr.& ibi per eum, Bar.& Doct. Alex.nu.2. & Socin. nu.7. & eſt quoque textus in l.cum maritum. C.de ſolu.& in l.filius, & ibi Doctores. C.de pactis, idem quoque tradit Rom. conſil.461. Alex.conſil.4.vol.2. vbi ponit vſque ad quem gradum dicatur coniuncta perſona, & quando ei ſolui poſſit, & conſil.37.vol.3.ac D. Ioan. Cæph. d.conſil.571. nume.21. Neque † etiam ſolutio fieri poterit, ſi talis coniuncta perſona cautionem de rato offerat, ſecundum literam textus, quam glo. ſentit, d.l.2. ff.vt leg.nom.caueat. & iſtũ eſſe communem intellectũ tradit Soci. in d.l.non ſolum, ſub d.num.7.quia igitur coniunctæ perſonę agenti ſolutio rectè non fit, Bart.in d.l.vero procuratori, ſub d.num. 2.conſilium tradit, quomodo hoc caſu libellus formari debeat, ut hoc ſcilicet modo in libelli conceptione concludatur, † peto eum mihi condem 4
nari, tanquàm coniunctæ perſonæ talis, ad dandum, & ſoluendum illi, pro quo ago, vel alteri pro eo legitimè recipienti: quia vt Bar.ibidem inquit, ſi coniuncta illa perſona peteret reum condemnari ad dandum ſibi, libellus non procederet, ſequitur Alex.dicto conſ.4.col. 2.& d.conſ.37.col.1, & ad hæc faciunt, quę tradit Bart.in l.hoc iure, nu.6. ff.eo. de ſol. & in l.ſed ſi tantum. ff.de pactis.

quibus

quibus in locis ſimilem tradit formam, pro eo procuratore, qui ad lites tantum datur, quia ei ſolui non poteſt, vt eſt textus in dicta l. ſed ſi tantum, & in dicta l. hoc iure, ac l. tranſactionis. C. de tranſac. & cuius rei tibi faciam particularem mentionem & cautelam infra cau. 213.
5 & aduertendũ eſt, † q̃ quando coniuncta perſona in libello dicit, peto condemnari talem, debet dicere, mihi tanquàm coniunctæ perſonę, vt in conſilio præhabito, non autem dicat tanquam procuratori, ſecundum Bald. & D. Bened. in l. prima, C. de procurat. quos refert additio ad Bar. in dicta l. ſi verò, ſub dicto numero ſecundo, litera D. in verbo, tanquam coniunctæ perſonæ. & circa materiam hanc de coniuncta perſona abſque mandato interueniente, vide omnino D. Petr. Paul. Paris. in addit. ad Barto. in dicto l. ſed & hæ. vnde circa id nonnullarum vtilium, & ſcitu dignarum quęſtionum, quæ in foro quotidie contingere poſſunt, ſcientiam habere potes. Et quando coniunctę perſonę ſolui poſſit, vide penes Alexand. & Socin. ſub dicto numero 7. in dicta l. nõ ſolum. eundem Alexand. vide in dicto conſil. 4. & in conſi. 37.

## CAVT. CXCI.

### De ſuſtinenda pœnali ſtipulatione, principali etiam infirmata.

*SVMMARIVM.*

1 *Stipulatio pænalis, principali annullata, & ipſa perimitur.*
*Vt autem non perimatur hæc pænalis ſtipulatio, principali etiã perempta, remedia dantur, nu. 7. & 8.*
2 *Antecedenti deſtructo ſequitur etiam conſequentis deſtructio.*
3 *Principali cõtractu annullato, tollitur & contractus promiſſionis pænæ.*
*Laudo, quòd nullum eſt, contraueniens non incidit in compromiſſi pænam.* 4
*Guarentigię præceptum non valet, ſi principalis contractus non tenet.* 5
*Conſtitutum, & precarium non valet, vbi principalis contractus nullius momenti eſt.* 6
*Iuramentum in ſtipulatione pęnali appoſitum operatur, quòd ſi ſtipulatio acceſſoria non poteſt valere vt acceſſoria, valeat vt principalis.* 9
*Fideiuſſores, ſi præſtito iuramento fideiuberent, etiam ſi in duriorem cauſam accederent, vel aliud promitterent, quàm principalis ſpopondiſſet, aut principalis non teneretur, tamẽ ipſi propter iuramentum tenerentur, non vt fideiuſſores, ſed vt principales promiſſores.* 10
*Iuramentum illam habet cõditionem, ſi non ualet quòd ago, ut ago, ualeat omnimodo, quo melius ualere poteſt.* 11

PÆNALIS † ſtipulatio, annullata principali, & ipſa eua- 1
neſcit, l. ſi homo mortuus, vbi Bald. notat, † quod de- 2
ſtructo antecedenti etiam conſequens deſtruitur, & l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obl. & dicit gl. in l. ſi patronus. §. patronum, in verbo, Fauiana. ff. ſi quid in frau. patro. † quòd nullo reddito con- 3
tractu principali diruitur & contractus promiſſionis pœnę, ob quam glo. Bald. fecit feſtum in l. 1. C. de inoffic. don. Ad hoc bene facit tex. in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de pecu. vbi dicit Barto. † quod laudo 4
nullo contraueniens non incidit in cõpromiſſi pœnam, & idem dicunt glo. ſi. & Panor. in c. ſignificantibus, extra de offi. delegati, ideoque etiam fit, † quòd 5
ſi non valet principalis contractus, nec etiam guarentigię valet præceptum, ſecundum Bald. in l. abſentis, col. ſi. C. ſi cert. pet. & Socin. conſil. 3. ſub num. 6. penes 7. vol. 1. † Nec etiam valet con- 6
ſtitutum,

ſtitutum , neque precarium , vt per Bald. in l. ex teſtamento . C. de fideicommiſſ.& in capitulo ſecundo, de feu. da. in uic. leg. comm. Vt autem huic concluſioni obuiam te facias, quod ſcilicet pœnalis ſtipulatio , vitiata quoque principali , ſuſtineatur , remedium eſt,
7 † quòd facias, vt debitor ſub pœna promittat, contractus non allegare nullitatem , quia tunc ſi contractus allegabit nullitatem , pœnam incurret , ſecundum Alexand. conſilio trigeſimoſecundo , oportunè, columna tertia , libro ſecundo , quem refert Ripa ( qui hanc tractat materiam) in dicta l. ita ſtipulatus , numero 40. Aliud & addi poteſt remedium , ſecundum ipſum Ripā , in
8 dicta l. ita ſtipulatus , numero 39. † vt ſcilicet iuramento talis valletur ſtipula-
9 tio , † quoniam iuramentum operatur, quòd ſi acceſſoria ſtipulatio valere nequit, vt acceſſoria, valeat vt principalis, ſecundum Barto. in l. ſi quis pro eo, nu-
10 me. 15. ff. de fideiuſſ. vbi inquit, † quòd quamuis fideiuſſores, quando contractui in duriorem accederent cauſam , vel quando aliud promitterent , aut principalis non teneretur , obligati non eſſent, ſi tamen iuramento præſtito fideiuberent tenerentur, non vt fideiuſſores, ſed ut principales promiſſores, quia iurantes omni viderentur teneri
11 velle, quo poſſent modo, † prout iuramentum eam præſefert conditionem , ſi non valet quod ago, vt ago, valeat omni, quo melius poteſt modo, vt ipſe inquit Barto. in dicta l. ſi quis pro eo , ſub nume. decimotertio , & tradit idem Barto. in l. ſi quis maior , numero 110. C. de tranſact. per text. in l. cum pater, §. filius matrem. ff. de lega. ſecundo , & iſtud communiter dicere Doct. tradit Curt. iunior in dicta l. ſi quis maior, numero 35.

## CAVT. CXCII.

De eo, qui capitali pœna damnatur, etiam ſi ex ſimplici delicto pœna illa non ſit inferenda. Et de iudice ad mortē dānare volente.

### SVMMARIVM.

*Conſuetudo delicti facit, ut quis capitaliter puniatur , etiam ſi ex ſimplici ipſo delicto mortis pœna non veniret imponenda .* 1

*Propterea cum tali in caſu aſſeſſores morti quem tradere volunt, conſiliū datur , vt contra eam perſonam delinquentem, tanquàm talia committere crimina conſuetam , & in ſceleribus his perſeuerare inquirant, numero 2.*

*Pœnæ molliendæ ſunt, non exaſperandæ , & nu. 5. & quomodo id intelligatur. d. nu. 3.* 3

*Iudex quādo ad mortem vult damnare quibus verbis in ſentētia vti debeat.* 4

*Statutum ſi faciat mentionem de pœna capitis, vel capitali, quomodo ſit intelligendum.* 6

PÆNA † mortis quis propter delicti conſuetudinem punitur, ēt ſi ex ipſo ſimplici delicto mors nō eſſet delinquenti infligenda. l. capitalium. §. ſolent, & §. craſſatores. ff. de pœnis. l. oēs, & ibi not. C. de delat. li. 10. ad idē eſt tex. in l. vnica C. de ſuperex. lib. eod. & iſtud no. tradit Ro. in l. ſi vero. §. de viro. 13. caſu. ff. ſol. mat. idemq; tenet Bar. in l. licitatio. §. qd illicitè, circa princ. ff. de pub. & vectig. multaſque alias authoritates ad hoc refert Tho. Gram. voto 9. nu. 27. quodq; tradit ipſe Gram. conſ. crim. 17. nu. 16. 1
† Ideo aſſeſſores cū morti aliquē malefa- 2
ctorem

ctorem, qui multa commiſit crimina, plurieſque, ex quibus tamē criminibus ſimpliciter mors non eſſet inferenda, tradere volunt, cauti ſint, vt cōtra eum, tanquam talia committere crimina ſolitum, & in ſceleribus his perſeuerare inquirant: quia ſi ipſum de tali perſeueratione cōuincēt, ſecure ad mortem damnare poterunt, non obſtante, quòd talia delicta de per ſe capitalia nō ſint, iſtam cautelam ponit Ang. in addit. ad Barto. dicta l. vnica. C. de ſuperexact. libro decimo, num. mihi 3. quam menti tenendam admonet, & circa hanc rem vide quæ ibi egregie addit Alexan. & ſecundum prædictam concluſionem, pœnæ ob delictorum iterationem augendæ, facit text. in l. nemo, in fine, iuncta ibi gloſ. fin. verſiculo, ſed hic dupliciter hi minores. C. de ſum. Trin. & fi. cat. l. 3. in fine, ibique gloſ. vbi plures refert concord. C. de epiſco. aud. not. Salyc. in l. ſeruus, ad fin. per eum text. C. ad l. Iuliam de vi pub. idemque, ac alij in auth. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug. Cępo. conſilio crim. 39. numero 36. cum ſequenti, & ita quoque vide Thom. Gram. voto 17. numero ſeptimo, & pro noſtra materia ipſum vide per totum illud votum, & ibi numero 22. ibique ad finem concludit quendam ad mortem condemnandum, qui eodem tempore quinque habebat vxores, & eius voti, nemine diſcrepante ex ipſius allegatis iuribus, & rationibus fuiſſe totam magnam curiam inquit. Idem quoque practicatum fuiſſe per Pariſienſe parlamentum refert Papo libro 24. titu. 10. Arreſto 9. quem allegat Iulius Clar. in modo citato loco. ſed idem Gram. deciſ. 17. numero ſeptimo, inquit, quòd quicquid in iuris puncto ſit, hoc in practica non admittitur, vt ſcilicet propter delinquēdi conſuetudinem pœna, quæ ordinarie pro delicto imponi debet, augeatur, quamque opinionem mitiorem eſſe inquit Clar. in ſua pract. crim. §. fin. quæſt. 84. verſi. pen. & ait, quòd Mediol. Senatus nunquam in delictis non capitalibus propter quancunq; reiterationem mortis pœnam imponere ſolet, ſed tantummodo, vel torturam atrocius arbitrari. Ego quidem in modici momenti delictis mitiorem hanc ſeruarem opinionem, in his autem, quę alicuius ſunt ponderis, tametſi non capitalia ſeuerius procederem, vt in ſimilibus delictis craſſandi facultatem reo truncarem. † ſunt equidem aliquando molliendæ pœnæ, & non exaſperandæ. l. penult. ff. de pœn. ſed id rationabiliter iudex facere tenetur, qui reſpicere debet, ne quid, aut durius, aut remiſſius conſtituat, quam cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeueritatis, aút clementiæ gloria affectanda eſt, ſed perpenſo iudicio, prout quæque expoſtulat res, ſtatuendum eſt, ſanè in leuioribus cauſis proniores ad lenitatem iudices eſſe debent, in grauioribus autem pęnis legum ſeueritatem ſubſequi, prout tradit Iuriſconſ. in l. reſpiciendum. ff. eodem, de pœnis, qui licet dicat, quòd in grauioribus etiam cauſis iudex ſeueritatem cum aliquo benignitatis temperamento ſubſequatur, id tamen declaratur, vt ſecundum rationis ſtimulum iudex procedat, pro vt eſt tex. in l. hodie. ff. eodem, de pœnis. At quæ fortior eſt ratio, vt ſeuerum ſe oſtēdat iudex, quàm quòd putrida, & malos emittere fructus ſolita arbor ſuccidatur? iuxta illud Matth. ca. 7. Hic autem admonitum te velim iudex, † quando delinquentes 4
ad mortem damnare volueris, ne ſimpliciter dicas, talem capitis pœna damnamus, ſed in ſententia verba ea apponantur, taliter ſcilicet, quòd moriatur, & anima à corpore ſeparetur, prout admonuit Marſ. in practica crim. §. opportunè, numero 40. ac Franc. Marc. in prima parte deciſ. quæſt. 913. ſub nume. 5. & Duen. reg. 293. limit. 9. nanque vbi de capitis pœna ſimpliciter mentio fit, de pœna naturalis mortis nō intel-

intelligitur, vnde ſi iudex dicit Titium in capitis pœna, ſeu capitali condemnamus, reus iſte veræ mortis pœna feriendus nõ erit, ſed mitiorem aliam ſubibit pęnam, per ea quæ tradit Ang. de maleſ. in verbo, & ibi caput à ſpatulis, numero 32. & ſic exilij perpetui: pœna enim capitalis in exilium perpetuum interpretatur, ſecundum Azo. in ſum. C. ne Chriſt. man. in fine, & gloſ. in l. prima, in verbo capitali. C. eodem, quam gloſſam dicunt ſingularem Imo. in l. 2. ff. de pub. iud. Iaſ. in l. tranſigere, numero 9. C. de tranſact. Anan. & Felyn. in capit. qualiter. §. licet, numero 50. extra de accuſ. & Marſ. cum alijs ab eo citatis, in dicto §. oportunè. dicto numero 40. vbi hanc communem eſſe opinionem præſupponit, vt etiam & ſingularem, ac cõmuniter receptam eam gloſ. tradit ex Marſ. ipſo Duen. in præd. limit. 9. ac pariter communem ait Marc. in prędicta q. ſub dicto numero 5. ad finem. Et communis huius concluſionis potiſſima
5 eſt ratio, † quia in pœnis benignior eſt facienda interpretatio. cap. in pœnis, de regulis iuris, in 6. l. ſi præſes, & d. l. pen.
6 ff. de pœn. Hinc infertur, † quod ſi in ſtatuto mentio fiat de capitis pœna, debemus intelligere de exilio, prout dictũ eſt, vt ita tenet Cyn. in l. 1. C. de falſis, & communem dicit (ſiue pœna capitis, ſiue capitali pœna ſtatutum damnandum aliquem dicat) omnino tenendum concludit (licet aliqualiter dubitet) Aug. ad Ang in d. verbo, & ibi caput, poſt dicto num. 32. & nu. ſequentũ, quam opinionem communem quoque alij tradunt, quos refert Clarus in practica. q. 67. circa princ. vbi & ipſe de hac fienda pœnæ capitis interpretatione tractat, & tãdem tradit idem illud pro iudicibus conſilium, cum ad mortem damnare voluerint, & hanc quoque quęſtionem de ſtatuto facit Marc. in præd. q. 913. num. 4. vbi ſub d. nu. 5. & ipſe communem Doctorum ſententiam ſequitur.

## CAVT. CXCIII.

De eo, qui in pecuniariæ pœnæ defectum corporaliter eſt puniendus, & carcerandus.

*SVMMARIVM.*

*Pœna corporali in pecuniarię defectum condemnandus carcerari, & detineri poteſt, etiam ſi de ſoluenda pecunia fideiuſſores dare vellet, uel de eadem pecunia depoſitum facere.* 1

*Circa hoc tamen diſtingue, vt num. 2. 4. & 5.*

*Et quomodo prędicto in caſu quis carcerem uitet, uide nu. 7.*

*Soluere non poſſe ille non dicitur, qui idoneos inuenit fideiuſſores.* 3

*Solutionem ubi lex requirit, ſatisfactio datis fideiuſſoribus, uel pignoribus non ſufficit.* 6

*Fideiuſſor licet de iure non accedat in cauſa criminali, ubi mortis pœna uenit imponenda, tamen in cõtrarium ualet conſuetudo.* 8

PÆNA † pecuniaria, & in eius defectum corporali damnandus, puta cum ſtatutum pro delicto vnam imponeret pecuniariam pœnam, & in pecuniariæ defectum pœnam corporalem, carcerari, & detineri poteſt, etiam ſi fideiuſſores de ſoluenda quantitate darę vellet, vel de eadem pecunia depoſitum facere: nam cum in pecuniariæ ſubſidium corporalis ſuccedat, dati fideiuſſores pendente inquiſitione ſoluendo fieri poſſent, & depoſitum fortè periret, vnde ſi reus præſto non eſſet, pœna, atque iuſtitia deluderetur, ita Barto. in l. prima, numero ſecundo, & tertio, ff. de cuſt. & exhib. reor. ſequitur Ang. Are. de maleſ. 1

in verbo, quod fama pub. præced. nu-
me.67.& in verbo, pro quibus, & quo-
libet, nume.10. Verum circa rem hanc
Barto. idem in l.item liberatur. §.pri-
mo, ff.quibus mod.pign. vel hyp.ſolu.
2 diſtinguit, hoc videlicet pacto. † Aut
ſtatutum dicit, quod pro tali delicto in
certa quantitate condemnetur quis,
quam ſi ſoluere non poterit, talis im-
ponatur corporalis pœna, & eo in caſu
1 datis idoneis fideiuſſoribus, reus rela-
3 xari debet: † nam dici non poteſt, quòd
ſoluere nequeat, qui fideiuſſores ido-
neos inuenit. l. nemo dubitat, & quod
4 ibi not. ff.de regulis iuris, † & hoc ita
intelligi ait Barto. ſi fideiuſſores ſunt,
qui bona non habent veriſimiliter pe-
ritura, aliàs ſecus, vt argum. l.verum.
§.ſi locupleti. ff.de min. & l.ſecunda, in
princ. & quod ibi not. in verbo ſuſpe-
5 ctum. ff.ſoluto matrim. † Sed ſi ſtatu-
tum dicit, quòd condemnetur in certa
quantitate, quam ſi non ſoluerit, ta-
lis pœna corporis afflictiua inferatur,
tunc procedit quod dictum eſt, non
debere fideiuſſoribus reum relaxari:
6 † nam vbi lex ſolutionem requirit, ſa-
tisfactio datis fideiuſſoribus, vel pi-
gnoribus non ſufficit. dicta l.item libe-
ratur. dicto §.primo, & ſecundum iſtam
quoque diſtinctionem, quam refert,
pertranſit Ang.in dicto verbo, quod
fama pub.ſub dicto numero 67. An au-
tem ſit modus, cum in pecuniæ ſoluen-
dæ defectum corporalis pœna iuxta ca-
ſum ſecundum venit imponenda, quo
carcer vitetur? Barto.dicta l.prima, nu-
mero 4. & dicta l.item liberatur, dicto
§.1.dicit, quòd tali in caſu ſi quis carce-
rem effugere cupit, ſtatim atque conue-
nitur, pecuniam fiſco ſoluat, dominium
in eum transferendo, ſub conditione, ſi
condemnabitur, allegat ad hoc l.ſub cõ-
ditione. ff.de ſolu. tunc enim vt inquit
Barto. pecunia, tanquàm ſoluta videbi-
tur, non tanquàm depoſita, quæ etiam
perire non poterit, ad quod etiam vide
Ang.in d.verbo: quod fama pub.ſub d.
numero 67.verſic.aduertas, & quod ip-
ſe ſubdit ex Ang.l.ſecunda, C.de exhib.
reis. Et pro huius quoque materiæ ple-
niori habenda doctrina recurre ad dicta
ipſius Ang.de malef. in d.verbo, quod
fama publica, dicto numero 67. verſi-
culo; ſed dubium eſt, & in dicto uerbo,
pro quibus, & quolibet, dicto numero
11. verſic. vel ſi ſtatutum dicat alterna-
tiuè, ac de materia dandorum fideiuſſo-
rum pro carcerato vide Boſſium in tit.
de carc.com. fideiuſſ. com. & Iul. Clar.
in pract. §.fin. q.45. verſicu.plerunque
vero, cum ſequenti verſ. ſimiliter inquit
Cæpolla conſi.crim.39. num.56.quod
† quamuis fideiuſſor non accedat de iu 7
re, cum mortis pœna venit inferenda,
tñ conſuetudo in cõtrariũ valet, qđ no.

## CAVT. CXCIIII.

### De fiendo fundamento in poſitione aduerſarij, quàm quis negauit.

*SVMMARIVM.*

*Negans aduerſarij poſitionem ex ea poſtmodum ſe fundare non poteſt.* 1
*Vt autem inde fundamentum ſumatur conſilium traditur, nu.2.*
*Quod intellige ſecundum tradita, nu. 5.& 8.*
*Poſitionem faciens aduerſarium negantem erraſſe fateri videtur.* 3
*Aſſertioni partis aduerſæ quis credere poteſt.* 4
*Teſtes eorũ dicta illicò reuocare poſſũt.* 6
*Dummodo iuſtam erroris cauſam allegent, nu.7.*

POSITIONEM † aduerſarij ne 1
gans, & ſic eam impugnans
nõ pôt poſtmodũ, ſi quid in-
de fauoris eidẽ reſultare poſ-
ſet, ex èa ſe fundare, rõne cõtrarietatis,

nam

nam ſi eam negat eſſe veram, nõ poteſt mox eam ipſam dicere veram, arg. l. vbi repugnantia. ff. de regu. iur. & ita ſentit Spec. in tit. de poſitio. §. 8. num. 1. & 3. cuius opinionem, propter ipſam contrarietatem, amplectitur Barto. in l. poſt legatum, num. 11. ff. de his, quib. vt ind. Idemque tradit Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune, in 3. lectura, ſub num. 7. ff. de acquiren. poſſeſſ. & in l. non vtique, prope finem. ff. de excep. quodque tradunt alij Doctores allegati per add. ad eundem Bart. in d. l. poſt legatum, d. nu. 11. littera C. & practica Pap. in for. Excipiendi con. poſſ. act. in verbo, primo, quod publica vox & fama, nu. 4. vbi tenens, quòd ex negata poſitione partium aliqua fundamentum ſumere nequeat, id ſecundum omnes Doctores eſſe dicit, huiuſque rei fundamenta, & rationes adducit. Nunquid autem eſt reperire remedium, quo, non obſtante facta negatione, ex eadem poſitione negans ſe valeat adiuuare? Barto.
2 d. l. poſt legatum, docet, † quòd qui negauit, ſi ſuper negata poſitione fundare ſe intendit, negationem ſuam reuocet, & ſe erraſſe, ac ponentis aſſertioni velle ſe credere dicat, idque ſibi ſuf-
3 ficere ait, † Quia aduerſarius ponendo confitetur illum erraſſe, & verum non dixiſſe, vt per Spec. d. §. octauo, in prin. & in eodem tit. §. decimo, num. 2. verſ.
4 quid ſi actor. † Sed partis aduerſæ aſſertioni quis credere poteſt, allegat Bar. l. 1. §. fin. aliàs eſſe dicit. l. 2. & ibi pro intelligentia vide eundem Bar. ff. quan. act. de pecul. ann. eſt, & glo. in l. 1. §. cæterum, in verbo, illexerit. ff. de ventre inſpic. ergo, &c. Te autem admoneo,
5 † quòd reuocatio hæc confeſtim fiat, per glo. in cap. fin. in verbo, iuſta cauſa, extra de iureiur. in 6. Quæ quidem glo. in fi. ideo ſentit, quod negationem iſtam
6 is ſtatim reuocare queat. † Quia & teſtes eorũ dictum ſtatim reuocare poſſunt. c. præterea, de teſtibus cogendis.
† Quia autem teſtes ſe citò corrigentes 7
iuſtam debent erroris, & correctionis allegare cauſam, ſecundùm Barto. in l. eos, qui. nume. 3. ff. ad l. Corn. de falſis (cuiuſq; rei ego particulariter tractatum faciam infrà cautelam conſtituens in littera T. caut. 280.) Ideo & hoc in caſu iſtud erit fiendum, & pro his faciunt quæ dicam in ſequenti caut. † Veruntamen 8
men ſupradicta reuocatio fieri nequit, ſi contigerit fieri reuocationem, cum iam poſitionem aduerſarius probaſſet, vt voluit Bart. in l. eum, qui, in prin. nu. 6. per illum tex. ff. de iureiur. & Ang. in Auth. de trien. & ſemiſ. §. ſi enim, quos ad hoc refert add. ad Bart. in d. l. poſt legatum. d. nu. 11. littera D. in verbo, ſibi ſufficiet, cum Baldo nonnullis in locis: Quæ etiam additio ſentit, vt reuocatio ſtatim fiat.

## CAVT. CXCV.

### De reuocandis poſitionibus per ponentem.

*SVMMARIVM.*

*Ponens videtur confiteri quod ponit, & contra eius poſitiones non auditur, num. 3.* 1

*Qui neque aduerſus aſſertionem ſuam ſe adiuuare poteſt, etiam ſi poſitio negata ſit, puta cum contrarium eius, quod poſuit dicere vellet, num. 5.*

*Additur tamen remedium, quo propriam quis aſſertionẽ reuocare poſſit, num. 6.*

*Quod declaratur, numero octauo. 10. 11. & 12.*

*Iuramentum calumniæ ad omnia, quæ in litem fiunt, ſe extendit.* 2

*Voce ſua quod quis dilucidè proteſtatus eſt, uelle in eundem caſum infirmare, dedecus eſt.* 4

*Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod operatur propoſitum in propoſito.* 7

*Teſtis & pars uolens dictum ſuum corrigere, quando facere poſſit.*

*Quod declara, vt nu. 10. 11. & 12.*

1 POſitiones † itidē faciens id cōfiteri videtur, quod ponit: nam non debet quis ponendo aſſerere, niſi id, quod ſcit, vel credit: Ideoque dicimus ponentem quemlibet eſſe interrogandum, an ſciat, vel credat, ſeu verum eſſe æſtimet, quod ponit, & dato etiam, quòd non interrogetur, videtur credere, vel æſtimare, quę ponit, ſi bene attendatur clauſula, quæ in calumn. iuramento con-
2 tinetur. † Quod quidem iuramentum ad omnia, quæ in litem fiunt, protenditur, textus eſt, & ibi not. ſcrib. in auth. hoc ſacramētum. C. de iur. cal. Inde fit,
3 † quòd contra eius poſitiones quis non
4 auditur: dedecus † enim eſt, quod quis id, quod ſua voce dilucide proteſtatus fuit, in eundem caſum eius valeat teſtimonio infirmare. cap. per tuas, extra de prob. l. ſi patronus. §. 1. ff. de don. l. pen. C. de pact. & l. generaliter. C. de non numer. pec. Iſta hucuſque ſunt Specul. verba in tit. de poſit. §. octauo, in prin. Quodque pariter ponens poſitum fateri videatur, idem Spec. dicit in d. tit. de poſit. §. 10. num. 2. verſ. quid ſi actor, & nu. octauo, verſ. item ſi ponens. Idemq; dicere videtur Bart. in l. poſt legatū, ſub nu. 11. ff. de his, quib. vt indig. ſequitur, & refert Speculatorē Maran. de or. Iud. par. 2. 6. partis principalis, verſ. quartus actus, alias poſitio, nu. 6. & allegat quo-
5 que Alex. in conſ. 71. col. j. vol. 3. † Nec ipſe ponens eo etiam, quòd eius fuerit negata poſitio, aduerſus aſſertionē propriam ſe tueri poterit: veluti, ſi eius aſſertionis contrarium dicere vellet, vt per Spec. in d. §. 8. verſ. 1. nu. 1. & 3. quē ſequitur, Bar. in d. l. poſt legatū, ſub d. nu. 11. ea ſcilicet ratione, quia (vt dixi) cum ita confeſſus fuit, non poteſt poſtea contrarietatis ratione negare, arg. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. quā rationem etiā dictis in locis & Spec. & Bar. conſiderarunt. Quæro modo, an vllum exiſtat remedium, quo quis aduerſus propriam confeſſionem, ſiue poſitionē ſe adiuuare valeat? Bart. in d. l. poſt legatū, ſub d. nu. 11. iſtud tradit remediū, † quòd po- 6
nens iſte eius poſitionem reuocet, dicens, ſe erraſſe, & aduerſarij velle credere negationi, ſicut ex aduerſo in precedēti cautela proxima dictum eſt de eo, qui poſitionem negauit, nam ipſe Bart. velle dicere videtur, † quòd idem ope- 7
ratur oppoſitum in oppoſito, quod prò poſitum in propoſito operari dixerat. l. fin. §. ſi filius. ff. de leg. 3. quodque eius valeat retractare poſitionem ponens, tenet Spec. in d. ti. de poſ. §. vltimo, d. nu. 8. & d. verſ. item ſi ponens, dummodo tamen (vt ipſe inquit Spec.) ipſe ponēs errorem ſuum doceat. Sed glo. in cap. fina. in verbo, iuſta cauſa, in fi. ex. de iureiur. in vlt. addit, † quòd etiam ſtatim 8
hanc facere debet reuocationem, ſicut & debent facere teſtes. cap. præterea, extra de teſt. cogen. ad idem vide Barto. in l. quicquid aſtringendæ, ſub numero 6. ff. de verb. oblig. qui dicit, † quòd te- 9
ſtis, & pars in iudicio reſpondens poteſt incontinenti corrigere, antequam dictum pro perfecto, & completo habeatur, arg. l. contractus. C. de fide inſtrum. & d. Alex. in d. l. quicquid, ſub nu. 10. verſ. in parte, Bartoli dictū declarans, ait, quòd † abſq; erroris probatio 10
ne iſtud fieri valeat, per d. glo. in c. fin. de iur. in 6. & Bald. in locis, de quibus per ipſum Alex. quod tamen tu intellige, prout ego dicam infra caut. 280. num. 6. ſubſequitur poſtmodum Alex. declarando, quando incontinenti fieri dicatur, & inquit, † antequam confeſ- 11
ſio ſit in ſcriptis redacta, vt glo. eſſe elegantem ait in cap. apud miſericordem, 22. quæſtio. prima, & alias adducit ad id authoritates Alexand. ad idem vide ipſum Alex. d. conſilio 71. volum. 3.

conſ.

conſi.87.colum.1.& conſi.92.colum. fin. volum.5. ad quod etiam vide Maran. dicto verſic. quartus actus, num.8.
12 quod † tamen verum eſt, niſi talis confeſſio, vel reſponſio fuerit à parte acceptata: nam tunc vlterius non poterit reuocari, niſi errore probato, vt ita ſingulariter voluit Baldus (& eſt dictum famoſum in palatijs, vt inquit Iaſ. in dicta l. quicquid, ſub nu. 10.) in l. Gallus, §.1. ff. de lib. & poſthum. quod dictum ſimpliciter Alexand. ſequitur in dicta l. quicquid, ſub d. nu. 10. quod notandũ admonet in practica. Iaſ. autem in modo d. loco addit Lud. Rom. & in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. oblig. & in conſi.433. ad finem, & ipſum Alex. conſilio 90. volum. 1. & conſilio 92. volum.5. col. fi.

## CAVT. CXCVI.

### De poſſeſſione vacante, & eã pluribus adipiſci volentibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſionem vacantem, quando plures apprehendere volunt, & timor eſt, ne ad arma veniant, quid iudex facere debeat.*
*Et quid iudex agat, quando circa iſtã poſſeſſionem plures ſe prætendunt hęredes, vt hæredum ius videat. & quis ſit hæres cognoſcat, nu.2.*

1 POſſeſſio † vbi vacans eſt, quandoque contingit, quòd eam plures adipiſci conãtur, puta antequàm aliquis hæreditatem adeat, plures ſe eſſe prætendunt hęredes, & ideo properant, vt poſſeſſionem nanciſcantur, & timor eſt ne partes ipſæ ad arma deueniant: quapropter iudici conſilium trado, quo ſcandalis iſtis occurrat, † quòd omnibus inhibitionem intimet, ne ad talem accedant poſſeſſionem, & illam cum fructibus apud officium ſequeſtrari caueat, donec partium ius viderit, vt colligitur ex Specul. in titu. de petit. & poſſ. in princ. verſiculo, in ſumma, numero 38. in titu. de lib. concep. §. nunc dicendum, verſiculo 22. quando duo, numero 14. & in titu. de ſeq. poſſ. & fruc. in prin. & ex Ploto in tract. de in lit. iuran. §.3. numero 27. ac ex alijs, quos ibi adducit: † Iudex autem, quoad hæredum 2
ius videndum, quid agere debeat, tradit ipſe Plot. dicto §.3. numero 40.

## CAVT. CXCVII.

### De poſſeſſorio introducendo abſque dominij narrationis timore.

*SVMMARIVM.*

*Petitorij narratio in libello poſſeſſorij iudicij concluſioni non nocet.* 1
*Cõcluſio intentatę actionis demonſtrat qualitatem.* 2
*Poſſeſſorium, qui vult intentare remedium, debet libelli concluſionem ita concipere, vt poſſeſſionem reſpiciat, quia licet in narratione dominium tactum fuerit, nihil id poſſeſſorio oberit, & ſub nu.4.* 3
*Poſſeſſorium remedium intentare tutius eſt, quam petitorium.* 4

POſſeſſorii † Iudicij concluſioni petitorij narratio nõ officit quin ipſum poſſeſſorium iudicium intentatum 1
dicatur, vt ait Dec. conſi.67. numero 1. & conſilio 136. ſub numero primo, & Neuiz. inter conſ. feud. variorum, conſ. 34. infra numero 1. cum his, quos ibi citant. ratio eſt, † quia intentatæ actio- 2
nis qualitatem cõcluſio docet, vt notat

 Bart.

Bart. in l. certi condictio, in princ. ff. ſi cer. pet. & in l. ſi priuſquam, in ſ. oppoſ. 2. partis. ff. de operis no. nun. referunt, & ſequuntur Dec. dicto conſilio 57. numero 1. dicto conſilio 136. in princ. & conſi. 252 num. 1. & Neuiz. dicto conſil. 34. nume. 1. ac Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, num. 197. ff. de acq. poſſ. Erit igitur conſiliũ, † quòd dum
3 uis poſſeſſorium intentare iudicium,
4 † (quod ſi fieri poteſt, tutius eſt. l. is, qui deſtinauit. ff. de rei vend. cum ſim.) facias libellum, qui de poſſeſſorio concludat: ſæpè enim euenit, vt in libello dominium attingatur, & ſic dominium ipſum in narratione deductum intentioni tuæ non obſtabit, quod & tutum erit pro his poſſeſſorijs iudicijs, quæ petitorij nõ admittunt cumulationem, de quibus latè tractant Bart. & ſcrib. cæteri in dicta l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ. & celeberrimus dominus Menoch. in eius tractatu, de retin. poſſ. rem 3. q. 66. à nu. 511. vſque ad numerum 544. per nonnullos caſus tractat, quando retinendæ poſſeſſorium iudicium cum petit. cumulari poſſit, necne.

## CAVT. CXCVIII.

### De alienatione in potentiorem fienda.

*SVMMARIVM.*

*Alienatio in potentiorem iudicij futuri mutandi cauſa facta non ualet.*

*Quo caſu contra alienantem ad intereſſe, & vtili rei uendicatione, contra emptorem uerò rei uendicatione agitur, nu. 2.*

*Limita modo concluſionem prędictã, ut nu. 4. & ex ea limitatione conſiliũ ſume, quo alienatio etiam in talem perſonam fieri poſſit, ut nu. 5.*

*Potentior quis dicatur in caſu alienationis iudicij futuri mutandi cauſa factę.* 3

*Dolus requiritur in alienante, ut aduerſus eum actione in factum ex edicto de alien iud. mut. cauſa facta, uel utili rei uend. agi poßit, & qualiter dolus probetur, remiſſiue, ac quomodo libellus et poſitiones fiant, nu. 7. remiſſiuè pariter.* 6

POTENTIORIBVS † alienatio iudicij futuri mutãdi cauſa facta non valet, vt habes penè per totum tit. extra de alie. ind. mut. cau. facta, & ff. ac C. eodem, & tam contra alienantem, quàm contra emptorem agi poteſt, † contra alienantem, actione in factum ad intereſſe, l. prima, & l. 3. §. opus, verſiculo, ex quibus. ff. eodem, ac vtili etiam rei vendicatione. l. nec vllam. §. ſi. & l. ſed & ſi. §. ſin autem. ff. de pet. hæred. l. ſi autem. §. ſed & is. ff. de rei vendit. & l. ſi bonæ fidei. ff. de noxa. l. qui dolo, & l. pareirl. ff. de regu. iur. tradit gloſ. in l. prima, in verbo, in integrum, in fine, & ibi ſequitur Barto. C. de alien. iud. mut. cau. facta. contra emptorem autem directa agitur rei vendicatione. capit. primo, in fine, extra eodem, & dicta l. vnica, & ibi gloſ. & Doct. C. eodem. † Potentior autem hoc caſu generaliter ſumitur qui libet, qui me vexaturus eſt, non ille dun taxat, qui terribilis eſt, & minacem poteſt oſtendere feruorem, prout ſumitur in caſu ceſſionum (de quo per Azo. in ſum. C. ne lic. poten. nu. 1.) vt eſt tex. in l. 2. ff. eodem, & de hac materia vide plenius apud Azo. in ſum. eiuſd. titu. & de requiſitis, ne alienatio valeat, vide penes gloſ. in dicta l. vnica. C. eodem, in verbo, in integrum. Et † ſcias, quod iſta alienatio in potẽtiorem facta non valet, ſi nulla neceſſitate cogente fiat, ſecus ſi ob neceſſitatem. l. non ſolum. §. ſi quis autem, & l. ex hoc edicto.

edicto. §. ſed hæredem, cum ibi tradi-
tis. ff. eodem, & per Azo. d. ſum. Ideo
5 conſilium ſumi poteſt, † Quòd quan-
do in ſimilem perſonam fit alienatio,
aliquæ probabiles cauſæ appareant,
quibus neceſſariò fuit facta alienatio,
quas collige ex dicto. §. ſi quis, & per
Azo. dicta ſum. ſub numero ſecundo,
& ideo illis vtere, quæ tibi magis vi-
6 debuntur idoneæ. Quoniam † verò
inter alia requiſita ad hoc, vt contra
alienantem agi poſſit, vel actione in fa
ctum ad intereſſe, vel etiam vtili in
rem, requiritur, quòd alienatio mu-
tandi iudicij cauſa facta fraude, vel do-
lo facta ſit, dicta l. prima, & l. item ſi.
§. primo, ff. eodem. & not. gloſ. in di
cta l. vnica. C. eodem. Ideo hoc in ca-
ſu ad ſciendum, qualiter dolum pro-
bes, recurre ad not. per gloſ. in l. Ful-
cinius. §. quid ſit autem latitare, & ibi
Barto. & Doctores, ff. ex quibus cau.
in poſſ. eat. Dy. in capitulo, pro. poſſeſ-
ſore, extra de regulis iuris, in ſexto. Ac
7 qualiter † libellus, ac poſitiones for-
mentur, tradit Spec. in tit. de alien. iud.
mut. cau. facta.

## CAVT. CXCIX.

De præceptis executiuis in ſimplicis citationis vim reſoluendis.

### SVMMARIVM.

1 *Præcepta executiua, quæ ante ſententiam fiunt, regulariter prohibentur.*
*Limita, remiſſiuè, vt nu. 2.*
*Vt autem tale præceptum valeat, & quid operetur, traditur numero 3.*

PRÆCEPTA † executiua, quæ 1
ante ſententiam fiunt, regu-
lariter prohibita ſunt. l. ſi cũ
nulla. ff. de re iud. l. 1. C. de
execut. rei iud. & C. com. epiſt. &c. pe-
ne per totum. Hinc illud eſt, quod quo
tidie in foro exclamari conſueuit, iudi-
cium non eſſe ab executione inchoan-
dum; † Quæ tamen regula multis mo- 2
dis limitata reperitur, quos partim ex-
primit, partimque remittit Ripa in l.
de pupillo. §. meminiſſe, num. 26. ff. de
operis noui nun. & in celebri §. diui. l.
ſi filiusfam. ff. de leg. 1. ſub num. 117.
Veruntamen, vt executiuum præce-
ptum valeat, aut ſi reus comparuerit,
aliquid ſaltem operari poſſit, remediũ
tibi trado, † quod in eo clauſulam il- 3
lam inſeri caueas, & ſi te grauatum ſen
ſeris, venias in iudicium reſponſurus,
vel coram nobis compareas, &c. quo-
niam clauſula illa erit ad validandum
præceptum reo non comparente, poteſt,
vel eo comparente, ſaltem operabitur,
vt præceptum in ſimplicis citationis
vim reſoluatur, prout ita voluiſſe vide-
tur Barto. in l. nec quicquam. §. vbi de-
cretum, in rep. num. 1. ff. de offi. pro-
conſ. quem & ad id vide in d. l. 1. C. de
execut. rei iud. ſub num. 3. vbi refert
nonnullis in locis id ſæpè fieri, & ego
quoque Brixiæ id aliquando ſeruari vi-
di: clarius Ripa, vbi de communi refert,
in d. §. meminiſſe, ſub num. 24. verſicu.
contra primam, & eiuſdem clauſulæ iu-
ſtificatoriæ in præceptis executiuis inſe-
ri ſolitæ meminit quoque ipſe Ripa in
d. §. diui, num. 118. dicens ipſam clau-
ſulam nuda ſaluare præcepta, ſecundũ
gloſ. in cap. ex parte. 1. extra. de verb. ſi-
gnifi. & in dicto §. meminiſſe, & ibi la-
tiſſimè Alexander, & recentiores, ad
quod etiam vide Ruynũ, conſilio ſexa-
geſimoſecundo, numero ſexto, libro
quinto. quem refert Dominus meus
Cæphal. conſilio centeſimo, numero ſe
cundo, & quod præceptum executiuũ
cum

cum clauſula iuſtificatiua valeat, ſed citato comparente, in ſimplicis citationis vim reſoluatur, magis receptum inquit Iaſ. in d. l. necquicquam. d. §. vbi decretum, num. 6. quem citat Ioan. Bapt. Plot. in tract. de in lit. iur. §. 3. num. 34. & de hac materia vide plenè per ſcrib. in d. §. meminiſſe.

## CAVT. CC.

### De probanda præſcriptione decem, vel viginti annorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſcriptio, vt procedat quot requirantur, & quæ iſta ſint requiſita, & numero* 2. 10. 11. 14. *quę quidem requiſita intellige circa præſcriptionem decem, vel viginti annorum corporalium rerum. Incorporalium autem habes remiſſiuè, numero* 27.

*Ad præſcriptionem autem triginta, vel quadraginta, aut centum annorum, quæ requirantur, habes remiſſiuè, nu.* 26.

3 *Bonæ fidei ſucceſſor ille eſt, qui authorem dominum eſſe credit, vel alienandi ius habere.*

4 *Bona fides ſemper præſumitur, niſi contrarium probetur.*

*Quod intellige, vt nu.* 5. *&* 7.

*Vnde ad hanc bonam fidem probandam conſilium datur, nu.* 6.

8 *Præſcriptionis verbum plenum eſt, & bonam includit fidem.*

9 *Mala fides quomodo probetur aduerſus eum, qui præſcripſiſſe ſe dicit, remiſſiuè.*

12 *Traditio, quomodo probetur, etiam ſi ea apertè probari nequeat.*

*Quodque intellige, vt nu.* 13.

15 *Continuatio poſſeſſionis quibus modis probetur, & numero* 17. 22. 23. 24. 25. 29. 30. 32. 33. *& vide ſub num.* 16. *verſi. Qui vult.*

*Teſtis ſi dicat, quòd Titium vidit poſſidere per triginta annos ſemper, eius non redarguitur dictum, licet ex aduerſo probetur, quòd Titius aliquo tempore abſens fuerit.* 16

*Conductori, & ſimilibus perſonis non competit interdictum vnde vi, ad poſſeſſionem recuperandam.* 18

*Limita, vt nu.* 21.

*Non entis nullæ ſunt qualitates.* 19

*Priuatio ſupponit habitum.* 20

*Teſtes, ſi dicerent, quod talis poſſedit à decem annis citra, continua decem annorum poſſeßio non probaretur: ſed ſi adijceretur copula, &, bene probaretur, vt ſi dicerent, à decem annis, & citra, ut nu. ſeq.* 28

*Dictio, per, rei tempus ſignificanti adiecta totius temporis perfectionem ſignificat.* 31

PRAESCRIPTIO, † vt procedat, quinque requiruntur; quoniam primum eſt, quòd res non ſit vitio affecta, ſcilicet in ſingul. ſucceſſore vitio reali, non vero perſonali (iſtud hodie intelligendo, vt infrà ſub hoc nu. dicam, ver. Quod autem) in vniuerſali verò neque etiam vitio perſonali; nam vniuerſalis ſucceſſor perinde præſcribere nequit, ac eius non poterat author, vt hæc not. gloſ. & ſcrib. declarant, in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acq. poſſ. in l. vitia. C. eod. tit. & in §. furtiuæ. Inſt. de vſucap. ac vt plenè ad modum tradit Balb. in tract. præſcrip. 2. par. 3. parti. prin. q. 12. quodque de hærede dictum eſt, procedit etiam, ſi præſcriptionem ex ſua perſona incipere velit, ſecundùm communem opinionem contra Dy. & ſequaces, vt ita magis communem tradit Iaſon in d. §. cum quis, ſub nu. 22. ad finem, & communem pariter notauit Didac. in c. poſſeſſor.

ſor.par.2.§.9. nu.1. ex.de reg. iur.in 6. Dec.conſ.272.nu.6. Riui. conſ. 40. nu. 18.lib.1.Rub. conſi.13.num. 14. Gozad.conſi.56.num.15.latè Balb.in d.q. 12.num.12. vbi in fine numeri inquit ab hac communi contra Dy.non eſſe in iudicando, & conſulendo recedēdum. qui tamen à numero 13. vſque ad finē quæſtionis, quatuor tradit ad iſtam cōmunem ſententiam limitationes, vbi vide. Quod autem de ſingulari ſucceſſore rem vitio perſonali affectam præſcribere prætendente dictum fuit, verum eſt, ſi verus dominus ius ſuum, & rem alienatam non ignorat, vt in auth. malæfidei.C.de præſcrip. lon. temporis, quā ſane authenticæ eius diſpoſitionem intellige ſecundùm limitationes 12. Aretini,in d.§.furtiuę,col.fi.& in §.ſed iſtæ, Inſt.de action.quas hinc inde colligunt Doct.& quinque ponit limit.tanquàm vtiliores, & in foro frequenter contingentes Balb.d.q. 12.à verſi.Primò limitatur,qui eſt ſub numero 7.vſque ad numerum decimum.

2 Secundum eſt requiſitum, † Quòd qui vſucapit bonam habeat fidem. c.vigilanti,& c. ſi. extra de præſcrip.& d.c. poſſeſſor,extra de reg.iu.in 6. l. Celſus. ff.de vſuc. & l. 2. C. de præſcrip. longi
3 temp, † Bonæ autem fidei ille eſt, qui authorem dominum eſſe credit, vel alienandi ius habere.l.bonæ fidei.ff.de ver-
4 bo. ſign. † Et quidem bona fides ſemper adeſſe præſumitur, niſi contrarium probetur.l.penul. C.de euict. latè tradit Balb.in rep.d.l. Celſus, in 3. par.Alciat. de preſump.reg.3.præſ.5.& latè quoq; Didac.à Couarru.de ſpon. par. 2.c.8.§. 1.numero 4.Circa quam rem aduerte,
5 † quòd ſi quidem bona fide præſumitur, ſi allegetur,non autem, ſi non allegetur; licet enim probanda non ſit, eſt tamen de neceſſitate allegāda, ad quod eſt textus in l. ſi adulterium cum inceſtu.§.ijdem Pollioni.ff.de adul. tradūt Bal.& Ang.in l.ſuper longi. C.de præſ. longi tem. & alij quam plures, de quibus Balbus in d. 3. par. re[illegible] l. Celſus,
num. 4. † Vbi ſecundu[illegible] cautum 6
admonet eſſe aduoca[illegible] præſcriptione probanda bon[illegible] et fidem:
nam alias ſuccumberet[illegible]. † Quod qui- 7
dem allegandæ bonæ fidei dictum verum eſt, quando quis ſimpliciter poſſeſſionem, & titulum deduceret, ſecus, quando ſe præſcripſiſſe diceret, ſine pręſcriptionē allegaret; † Quia præſcriptio 8
nis verbum plenum eſt, & bonam includit fidem, ſine qua præſcriptio non currit,& tacitè videtur allegata, vt per notabilem Panormitani deciſionem in c. fi. verſi. ſed quarto an ſit neceſſe. extra de præſcription.tenet Balb.in d.3.par.rep. l.Celſus,num.6.vbi nu. 7.tradit, quòd etiam bonafides in tanti temporis præſcriptione,cuius initij memoria non exiſtat,non eſt de neceſſitate allegāda,quia in tali preſcriptione titulus, & bonafides,etiam ſi non allegetur, ſemper præ
ſumitur. † Verùm, vt mala fides aduer- 9
ſus eum, qui præſcripſiſſe ſe ait probetur,multi dantur modi, de quibus Bar. in d.l.Celſus,num.18.& Balb.latè in d. 3. par.à num. 13. vſque ad illius partis finem.

† Tertium pręſcriptionis requiſitum 10
eſt titulus.d.l.Celſus,& ſcrib.ibi. l.nullo. C. de rei vendic. & l. diutina. C. de præſcrip.lon. tem.cum ſim. qui ſanè titulus etiam putatiuus, ſufficit, quando ſcilicet in titulo eſt error iuſtus,iniuſtus enim non ſufficit,vt per Bar.in d. l. Celſus,num.1.vbi num.4. docet quis ſit iuſtus error,quis iuſtiſſimus,& quis iniuſtus, ad quæ vide Balb. in rep. d. l. Celſus,parte 1.à num. 31. vſque ad numerum 47.

† Quartum requiſitum eſt traditio, 11
vel quaſi, in caſibus in quibus dominiū abſque traditione non transfertur: in caſibus autem,in quibus dominium, etiā ſine traditione transfertur,vt in tit. pro hærede. l. cum hæredes, in princ. ff. de

acq.

acq.poſ.vel in titulo pro legato. l.patet.
§.ſurdo.ff.de legat. 2.& l.à Titio, ff. de
furt.) ſola ſufficit poſſeſſionis appræhen
ſio, dummodo ſine vitio ſit, vt per glo.
in d.l.Celſus, ac per Bart. ibi num. 8. dif
fuſè Balb. in ipſius.l.rep. 2. par. per tot.
12 † Scias autem velim, quòd ſi aperto
Marte traditionem probare nequieris,
ſat erit, ſi titulum probes, ac quòd, qui
tibi conceſſit, eo tempore, quo tradidit,
poſſidebat, & denique, quòd illo ſcien-
te, & præſente pacificè poſſediſti. Nam
etiam non conſtito clarè de traditione,
ipſa præſumetur, vt per gloſ. in l. quæ-
dam.ff.de rei vendic.& l.2.C. de acqui.
poſſ. tradit Barto. in d.l.Celſus. nu. 16.
& iſtam eſſe communiter approbatam
doctrinam ait Balbus in 2.par.prin.rep.
13 d.l.Celſus, in fi.† Quod quidem verum
eſt, ſi traditio allegetur, vt tradit Alexan.
conſi.69.vol. 2.quem & alibi vide, cum
Aret. in locis, quæ adducit additio ad
Barto.ſub d.num.16.litera.H.in verbo,
præſumitur. Sis igitur cautus, vt iſtam
traditionem in ſimilibus alleges, ſicut
& cautum te fore admonui in bona fi-
de allegandа.
14 † Quintum modò. & vltimum ad præ-
ſcribendum requiſitum eſt, tanti tempo
ris continua poſſeſſio, quantum ad præ-
ſcriptionem ſufficit.l.3.ff. de vſucap. &
l.2.C.de præſcrip.longi temporis, cum
ſim.ideo ne preſcribatur, tradam in pro
xima ſequenti cautela remedia, quomo
do præſcriptio interrumpatur, & actio
etiam perpetuetur. Sed congruum eſt,
vt hic tibi modos tradam, quibus iſta
probetur continuatio. ſcias igitur, quòd
Bar.in d.l.Celſus, ſub articulo huius vl-
timi requiſiti plures notabiles tradit
modos, qui tibi pro cautelis ſeruire po-
terunt, quoſque latè proſequitur Balb.
in repet.ipſius.l.Celſus, in 3.q. 1.

Et primus quidem modus eſt, ſiue
15 cautela prima, † Quòd probes omni
anno recollegiſſe te fructus tanto tem-
poris ſpatio, quantum ad preſcriben-
dum ſufficit, ex illa nanque annua fru-
ctuum recollectione poſſeſſionis conti-
nuatio probabitur. l. Titia, ff. de ſol. &
in l.liubus, circa prin.C.de agric.& cen.
lib. 11.ibi, inueterata redditũum ſuſce-
ptione. ſanè preſcribenti opus non eſt,
quòd in fundo quolibet permaneat mo
mento, vt inquit Bar. arg.l. ſi quis ita le
gauerit. 1.ff.de cond.& dem. & faciunt
tradita per ipſum Bar. in l. 1. num. 20.
cum non nullis ſequen.ff. ſol.ma. vbi in
d.l.Celſus, ſe pro hac re remittit, ibique
concludit, † quòd ſi teſtis dicat vidiſſe 16
Titium per triginta annos ſemper poſſi-
dere, eius non redarguitur dictum, li-
cet probetur Titium aliquo tempore
abſuiſſe: nam quamuis Titius ſemper
eſſe in fundo non potuerit, quia tamen
eſſe poteſt, quòd omni anno ſibi reſpõ-
deri de fructibus à colono viderit,
(quod ſatis eſt ad continuam proban-
dam poſſeſſionem; per iura modo dedu
cta) teſtis ipſe excuſari poteſt; quam ſa-
nè Barto. traditionem communiter re-
ceptam aſſeruit Alex.in d.l.1. ſol. matr.
num.38.ex his, quas adducit, authori-
tatibus, & cum Bar. omnes tranſire di-
xit Iaſ.ibid.num. 34. ad quod etiam vi-
de ipſum Bart.ĩ d.l.ſi quis ita legauerit,
num. 2.ff. de cond. & demon. & iſtud
Bartoli dictum procedere quoque po-
teſt, ſi etiam pars aduerſa probaret, Ti-
tium per annum integrum abſentem
fuiſſe: nam teſtis potuiſſet alium vidiſ-
ſe percipere nomine abſentis Titij fru-
ctus, ſecundum Aret.in d.l.1.ſol, matr.
Qui vult, ſi probetur aliquem abſentis
nomine fructus percepiſſe, quòd dica-
tur probatum abſentem poſſediſſe, quã
uis de eius mandato, qui fructus perce-
pit, non conſtet, per tex. in c.ad audien-
tiam, extra de preſcrip. addit Ripa in d.
l.prima.ff. ſol. matrim. ſub num. 109.
(idem tenens, & verius Bartoli dictum
aſſerens, ſub num. 108. ad finem) tex.
in l.arboribus.§.quid tamen, & §. nam
& ſi agrum. ff. de vſufructu. circa mo-
dò

dò prædictam teſtium depoſitionem vide omninò ipſum Ripam, d. l. 1. ſolu. matri. à nu. 207. vſque ad numerum
17 110. † Similiter poſſeſſionis continuatio denotaretur ſi non de fructuum perceptione probaretur, ſed de mercedis ſolutione ob rei locatæ penſionem, vt per Bar. in l. qui vniuerſa. §. quòd per colonum, num. 1. ff. de acquir. poſſeſ. Conductor enim, & ſimiles perſonæ, licet corporaliter poſſideant, non ſibi, ſed locanti domino poſſident. l. 1. C. com.
18 de ſuc. Propterea videmus, † quòd talibus perſonis non competit interdictum, vnde vi ad poſſeſſionem recuperandam. l. 1. §. deijcitur. ff. de vi, & ui arm. ea ſcilicet ratione, quia (vt dixi) cum pro ſe non poſſideant, ſed pro eo-
19 rum dominis, † non entis nullæ ſunt operationes, iuxta Philoſophorum illud, & eſt apud nos tex. qui communiter ad hoc allegatur, in l. eius, qui in prouincia. §. quòd ſi ſtipulatus. ff. ſi cer. pet. & ibi not. hoc Deci. num. 5. idque pari-
20 ter propterea procedit, † quia priuatio habitum præſupponit. l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iure, cum ſim. ſed ille qui reintegrandum ſi petit, proculdubiò ſpoliatum ſe ipſum prætēdit, quod & apparere debet, vt habemus in totis titulis. ff. & C. vnde vi. & in tit. ex. de reſti. ſpol. ac in c. reintegranda. 3. q. 1. Idque non habet dubium, ergo conductor, taleſque non habentes penes ſe, niſi pro domino poſſeſſionem eam a-
21 miſſam recuperare nō poſſunt. † quod verum intellige, niſi conductor poſſeſſionem interuertiſſet, quia tunc decidens poſſeſſionem recuperare poſſet, vt per gloſ. in d. §. deijcitur, in verbo, ſi colonus, & ibi Barto. cum ea, ac tradit Menoch. vir clariſſimus, in eo celeberrimo tractatu de recuperanda poſſeſſ. remed. 1. numero 69. Apparet igitur ex prędictis per mercedis etiam locatæ rei ſolutionem poſſeſſionem probari poſſe, vt & tradit, eleganterque declarat Balb. in dicta 4. parte rep. l. Celſus, numero 2. & vſque ad numerū 5. circa hanc rem egregia nonnulla, & notatu digna deducit, quę ſatis ad ſupradictam cautelam cōferunt. Sed quia modus ſupradictus quandam in ſe difficultatem continere videtur, ex eo, quia vix poſſent reperiri teſtes, quibus continuata poſſeſſio modo prædicto probaretur; ideo ſecundus ineſt modus Bartoli, ſiue pro hoc articulo ſecunda cautela, † Quòd probes traditio 22
nem, & initium temporis præſcriptionis, & quòd in fine poſſides, nam eo modo continuè poſſediſſe videberis, ſicque continua cenſebitur probata poſſeſſio, arg. tex. in l. penultima, C. de apoch. pub. libro decimo, & plures congerit Doctorum cum Barto. tenentium authoritates, Balbus in dicta quarta parte rep. l. Celſus, numero quinto. verùm ſcias, quòd ſi poſſeſſionis principium, & finem probare non poſſes, non per id tibi poſſeſſionis cōtinuationem probandi facultas auferetur; Non enim cogeris, neque neceſſitate ad iſtud principium, & finem probandum teneris, ſed eo modo, quando probationes habueris, vti poteris: † ſin autem hæc 23
duo extrema probare nequieris, ſat erit (& hic eſt tertius Barto. modus, ſeu tertia cautela) ſi poſſeſſionis probaueris initium, & lapſum eſſe tempus ad præſcriptionem requiſitum, quibus probatis, tanti temporis poſſeſſio continuata præſumetur, etenim qui ſemel poſſedit, cum de eius commodo tractatur, ſi ſe poſſidere aſſerit, ſemper poſſediſſe, & poſſidere prǽſumitur, niſi contrarium probetur, ſecundum Bartolum, qui mouetur ex l. ſiue poſſidetis. C. de prob. & ex not. per Cyn. in l. ſuper longi. C. de pręſcrip. lon. temp. & latè proſequitur Balb. in dicta quarta parte rep. l. Celſus, numero ſexto, vſq; ad nonum, quo in quarta huius concluſionis limitatione

24 tione docet, quòd † ad hanc inducendam huiuſmodi præſumptionem poſſeſſionis allegetur continuatio. Ideo caue, ſicut & dixi de bona fide, ac de traditione. circa hunc autem tertium modum aduertas, quòd quatenus ad reum conuentū ſpectat, planus eſt, quia reus de præſenti re vera rem poſſidet, de qua mouetur lis: Quo autem ad aliquem, qui actor eſſet, ſecus eſſe poſſet, & ideo duo ſaltem extrema ab eo probanda eſſent, vt tradit additio ad Bartolum in d.l. Celſus, ſub num.21. littera E. quo loci hunc tractat articulum Bart. & hoc eſt, quod dicere voluit Balb. in d.4. par. nume.7. vbi limitando primo concluſionem prædictam, eſſe veram eam ait, quandocunque ille, qui probat ſe olim poſſediſſe, eſt in præſentiarum in poſſeſſione: nam ad reū ea tranſeunt verba, qui, cum ſuper re vendicanda conuentus ſit, non poteſt nō poſſidere
25 dici. † Actor autem hoc poſſet vti remedio, ſi poſſideret, vt ſcilicet poſitionem vnam particularem faceret, quòd ipſe nunc poſſidet, nam ſi reus eū poſſidere crederet, dubium non eſt, quòd poſſeſſionis duntaxat initium probando continuatio præſumetur. Hactenus igitur habes, quæ ad probandam præſcriptionem requirantur, & quomodo te geras, vt in iudicio victoriam conſequaris, & hæc quinque requiſita ſcias, quòd tibi tradidi circa 10. vel 20. annorum corporalium rerum præſcriptionem, quę etiam tradit Hoſtien. in ſum.
26 ex. de pręſcrip. † Quę autem requirantur circa 30. vel 40. aut centum annorum pręſcriptionē, breuiter habes apud pract. Papien. in for. reſp. rei conu. in verbo, pręſcriptionis, num.4. cum non nullis ſequen. In quo verbo pręſcriptio
27 nis materiā docte pertractat: † Quę vero in rerum incorporalium pręſcriptione requirātur ipſe Pap. tradit in for. act. confeſſorię pro ſeruit. in verbo, ſeruitus aquę ductus, vbi late de hac materia tractat nu.20. cum cęteris ſeq. quo quidem loci facile potes in huiuſcemodi caſibus articulandi elicere modum, & de iure tuo docere. Quia autem capitula fieri, & teſtes ad continuam probandam poſſeſſionem citra ea, quę tibi modo dixi, ſolent induci, & quandoque in eorum atteſtationibus talia dicunt, ex quibus nulla poteſt adimpletę pręſcriptionis colligi concluſio: Idcirco circa hoc poſtremo admonitum te volo,
† Quòd ſi teſtis productus iſtis, vel ſimilibus vteretur verbis, quod talis poſſedit à 10. annis citra, continua 10. annorum poſſeſſio non probatur, vt dicunt Doctores, maximè Hoſtien. & Io. And. in c. licet cauſam, extra de probat. & Bart. in d.l. Celſus, num.23. Bal. in l. indicia, in fi. C. de rei vendic. & in l. falſus. colum.3. C. de furt. Alex. conſ.110. in vol. 1. Practica Papien. in d. verbo, præſcriptionis, nu.21. alias tradit auth. Balb. in d.4. par. rep. l. Celſus, q.2. ſub nu.10. vbi iſtam eſſe communem opinionem pręſupponit, attentis his, quę ſub num.9. verſ. & Bartolus tradit hic, dixerat & huiuſce rei ratio eſt, quoniā propoſitio talis in vna die verificari poteſt, vnde non elicitur concluſio, quòd quis toto 10. annorum tempore poſſederit, pro quo facit textus in l.j.§. quod autem, vbi idem Barto. dicit. ff. de aqua 28
quot. & æſti. † ſed ſi teſtis cum copula deponeret, hoc modo: Titius poſſedit à 10. annis, & citra, tunc copulę eius virtus operaretur, vt continue poſſediſſe intelligeretur, & ſenſus eſſet, quòd poſſeſſionis initium fuit, iam ſunt 10. anni, & quod poſtea hucuſque poſſedit, ad quod facit. cap. veniens. extra de probat. & d.c. licet cauſam, Bar. tradit in d.l. Celſus. num.19. latius Balb. ſub modo citato. num.10. verſ. ſecunda habetur concluſio, hāc pariter communem ſupponēs eſſe Doct. ex Bar. ſententiam. 29
† Veruntamen vt omnes tollantur dubitationes, facias capitula, & poſitiones 30

hoc

hoc pacto, videlicet, quòd talis poſſe-
dit talem fundum à decem, vel viginti
annis citrà, & per ipſum tempus, vel
quòd poſſedit per tempus decem, vel
viginti annorum, proximo præterito-
31 rum; † Nam hęc dictio, per, totius tem
poris ſignificat perfectionem. l. vrbana
familia. §. pernoctare. ff. de verb. ſignifi.
Bar. in d. l. Celſus, nu. 25. & alibi idem,
& alij, vt ſtatim dicam: & ex hoc articu
landi modo idem eueniret, ac ſi dice-
ret, continuè talis poſſedit ſpatio de-
cem, vel viginti annorum, vt ex Bar. di-
ctis colligere eſt; quo loquendi gene-
re, vt clarius intentionem tuam probes
te vſurum hortor, vt etiam Papin. in d.
for. reſp. rei con. d. ver. præſcriptionis,
num. 22. Bartoli dicta in eundem reſol-
uit modum, ſupradictam practicam, &
articulandi modum tradit idem Barto.
in l. ſi poſt acceptum, in prin. ff. de rei
vend. in l. Labeo, ſub num. 6. ff. de ſup.
leg. vbi in ſimili caſu idem dicit, & in d.
l. 1. d. §. quod autem. ff. de aqua quot.
& æſti. ſequitur Bal. in d. l. indicia, circa
finem. C. de rei vend. & alij, quos citat
Balb. in d. 4. parte rep. l. Celſus, ſub nu.
9. ac pariter ſecutus eſt Dominus meus
32 Ceph. conſi. 611. num. 37. † Circa au-
tem hunc articulandi modum, vt teſtes
rectè deponāt, aduertendum eſt ſecun-
dum Bar. in d. l. ſi poſt acceptum, per il-
lum textum in d. l. Celſus, nu. 27. in l.
more. C. de rei vend. per illum textum,
& per eũ tex. in l. nec bona. C. de præſ.
lon. temporis, Quod quando articulus
ſecundum praxim, quam tibi dedi, for-
matur, ita concipiatur; vt præſcriptionē
completam, ante litem conteſtatam, in
ducat, ſpecificando tempus, quo ante in
choatam litem finita dicatur præſcrip-
tio; nam ſi aliter formaretur articulus,
& teſtes ſimpliciter, ſecundùm articu-
lum, deponerent, quòd talis poſſedit
per decem vel viginti annos proximè
præteritos, intelligeretur à die teſtimo-
nij redditi, & ſic tempus, quod poſt li-
tem conteſtatam fluxiſſet, includeretur,
vnde interrupta vſucapio diceretur,
quod articulanti noceret. d. l. ſi poſt ac-
ceptum, & d. l. more. ff. & C. de rei ven-
dic. & d. l. nec bona. C. de longi temp.
præſcrip. & concluſionem iſtam com-
muniter eſſe receptam habes ex Balbo
latius in d. 4. parte rep. l. Celſus, nu. 12.
† Vlterius diligenter aduertere debet 33
is, qui articulos producit, vel teſtes in-
ducit, quòd non ſimpliciter dicatur,
quòd talis poſſedit ſpatio decem, vel
viginti annorum, quia talis confuſus
ſermo teſtimonium nullum redderet,
cum ignorari poſſet de quibus decem,
vel viginti annis teſtes loquerentur,
ſeu deponerent. Poſſet enim eſſe, quòd
teſtes ſenſiſſent de decem, vel viginti
annis, qui ante per plures annos exti-
tiſſent, & non de proximis, uel quod
unus teſtis de aliquibus decem ſeu ui-
ginti annis, alius uerò de alijs ſenſiſſet,
& ſic eſſent ſingulares, & non proba-
rent, vt per Bar. in d. l. Celſus, ſub num.
29. & per iura, quæ allegat, ſequitur
Pap. in d. ver. præſcriptionis, ſub d. num.
22. ver. amplius, & latè proſequitur Bal-
bus in d. 4. par. ſub num. 18. in 6. con-
cluſ. vbi omninò vide, qui & ſub num.
20 ver. vnde ſaluando, iſtam tradit eſſe
receptam communiter ſententiam. &
quia quidam contrarium ſentiunt, ipſe
Balb. ſub d. num. 18. circa finem, quan-
dam tradit pro conciliandis opinioni-
bus diſtinctionem ſecundum Roma-
num, quam ibi vide. † Colligendo igi- 34
tur circa iſtam Bartoli doctrinam ſingu
larem, & optimam, omnia, quę dicta
ſunt, hoc modo articulare poteris, & te-
ſtes inducere, vt dicatur, Titius poſſe-
dit continue ſpatio decem, vel viginti
annorum proximè præteritorum, ante
inceptę litis diem; item, quòd de præ-
ſenti tenet, ac poſſidet, & hoc vltimum
fiat, quando de præſenti poſſeſſione nō
conſtat, vt ſuperius dicebam. & ſcias,
quòd hęc ſola non ſufficerent, niſi &
alia,

alia quæ docui accederent: Ideo cautus ſis, ne erres: Nec errabis tu, qui ingenium habes.

## CAVT. CCI.

### De pręſcriptionis interruptione, & actionis perpetuatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſcriptio interrupta denuo inchoari poteſt, & eodem temporis ſpatio compleri, quod ante ad ipſam interruptam præſcriptionem requirebatur, quomodo autem naturaliter, & ciuiliter interrumpatur præſcriptio, traditur remiſſiuè. num. 2.*

*Et vt ipſa præſcriptio non modo interrumpatur, ſed actio quoque perpetuetur, remedia habes, num. 3. 6. 10. & 13.*

4 *Præſcriptio triẽnalis rerum mobilium quæ mere fauorabilis eſt, litis conteſtatione interrumpitur, ſaltem in effectu: quo in re conſilium pro iudice traditur, quomodo ſententiam pro actore ius ſuum probante ferat, quomodo lite durante talia immobilia ſunt vſucapta, quæ ante litis conteſtationem non erant. numero 5.*

7 *Iuramentum, ſi quis ſibi in fine inſtrumenti deferri faciat, actionem eam perpetuam ad annos 40. contra debitorem reddet.*

*Quod tamen iuramentũ parum operatur, quia etiam abſque eo debitor in mala fide conſiſtens, & eius hæredes perpetuo non pręſcribũt. nu. 8.*

9 *Statutum præſcriptionem inducens, etiam data mala fide, non valet.*

11 *Reſtitutio in integrum, quia litis conteſtatione non perpetuatur, non poteſt etiam fideiuſſoris datione perpetuari.*

12 *Fideiuſſor pro eo etiam accedere poteſt qui iudicis officio conueniri poteſt.*

14 *Præſcriptio mere odioſa citatione quidem interrumpitur, ſed actio non perpetuatur: nam eodem mot temporis curſu finiri poteſt.*

15 *Statutaria debiti pręſcriptio citatione interrumpitur, & eodem temporis curſu præſcribi denuò poteſt, & ſub num. 16.*

16 *Statutum, quod vult debitum decem annis præſcribi poſſe ſubrogatur in locum pręſcriptionis 30. annorum.*

PRAESCRIPTIO qualiter probetur audiſti in prę cedenti cautela; quomodo autem interrumpatur, & actio perpetuetur, hic dicam.

Primum igitur ſcias, † quòd quando eſt pręſcriptio interrupta, poteſt denuo ex integro inchoari, vt eodem temporis curſu, qui interrupta præſcriptione requirebatur, expleri poſſit, vt probatur per text. in l. ſi ędes. §. libertas, vbi not. Bal. ff. de ſeru. vrb. pręd. Idque tradit Balb. in tract. pręſcrip. 3. par. 6. & vltimę part. principalis. in principio, vbi pręmittit ad primam quæſtionem, nu. 1. & incipit illud principium, expedita. † qualiter autem præſcriptio interrumpatur, & naturaliter, ac ciuiliter, vide apud Bart. ac alios in l. naturaliter. ff. de vſucap. quo loci latiſſime habetur per Doctores hæc interruptionis materia, circa cuiuſcunque generis præſcriptiones. Verum, vt præſcriptio ipſa non modo interrumpatur, ſed etiam actio, vſque ad annos quadraginta perpetuetur, remedium eſt primum, quòd † lis contra præſcribentem conteſtetur, quo caſu dicta inducitur perpetuatio, vt eſt text. in l. fin. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. in l. 1. §. ad hæc, in fi. C. de an. excep. & tradit glo. in l. cum notiſſimi, in

verbo

verbo, ſolam. C. de præſcript. 30. anno. quod procedit non modo, ſi eſt facta litis conteſtatio animo litem proſequẽdi, ſed etiam, ſi duntaxat eſt facta animo præſcriptionem interrumpendi, & actionem perpetuandi, nec mox vlterius progrediendi, vt eſt glo. ordinaria in dicta lege finali, quæ eſt gloſa prima. C. de pręſcript. triginta annorum, quam communiter ſequuntur Doctores, vt tradit Balb. in dicto tract. pręſcri. quarta quęſtio. dicta tertia part. vltimę part. prin. ſub numero trigeſimotertio, verſic. ſed iſta limitatio. Licet autem Barto. in dicta lege, naturaliter, numero decimonono, verſiculo, circa quod eſt ſciendum, & in lege, ex hoc edicto, ſub numero quarto. ff. de eo, per quem factum erit, &c. dicere videatur, quòd mere fauorabilis rerum mobilium triennalis vſucapio litis conteſtatione nõ interrumpatur. Id tamen procedere de-
4 claratur, † vt ſi quidem ipſo iure talis vſucapio litis non interrumpatur conteſtatione, ſed cum effectu bene interrumpitur: actori enim intentionem ſuam probanti res, licet ſit poſt litis conteſtationem vſucapta, reſtituitur, vt eſt caſus in lege, ſi poſt acceptum. ff. de rei vend. & tradit Barto. in lege ſecunda, §. ſi rem, numero primo, ff. de vſucap. pro empt. & in lege, ſicut, ſub numero ſecundo. C. de præſcript. triginta annorum, traditque Practica Papien. in forma. reſpon. rei conu. in verbo, pręſcriptionis, numero vigeſimoſexto. Cęterę autem pręſcriptiones, ſiue mere ſint odioſę, vt eſt illa triginta vel quadraginta annorum: ſiue mixtę, vt eſt illa decem inter pręſentes, & viginti annorum inter abſentes, ipſo iure, & cum effectu litis conteſtatione interrumpuntur, vt in pręictis locis
5 Doctores. † Et ideo in hac mere fauorabili triennij vſucapione talis per iudicem ſeruetur modus. Quia ſi lis eſt conteſtata pendente iudicio, nihilominus vſucapio currit: vnde ſi interim triennij tempus completur, & actor de iure ſuo probauerit reum condamnet, ſi quidem ad rem reſtituendam, non obſtante vſucapione, non tamen rem petentis eſſe pronuntiet, vt ita voluiſſe Balb. apparet in dicto eius tractatu dictę tertię part. ſextę & vltimę partis principalis, dicta quęſtio. quarta, numero tertio, & in qua quęſtione ipſum circa hanc litis conteſtationis interruptionem cum ſuis ampliationibus, & limitationibus latiſſimè vide. † Secundum eſt interruptio- 6
nis remedium, quo etiam vſque ad annos quadraginta, actio perpetuabitur, Iuramentum, quod procedit, tam in iudiciali iuramento, quàm in extraiudiciali, ſecundum Bartolum, & communiter Doctores in lege, nam & poſtea. §. ſi is, qui temporali. ff. de iureiuran. Borgninus Caualc. in tract. de vſufruct. mul. relicto, ſub numero centeſimoſeptuageſimo. vnde Barto. ipſe in dicto §. ſi is, qui. infert, † Quòd ſi 7
in inſtrumenti fine quis ſibi iuramentum faciat deferri, actionem eam perpetuam ad annos quadraginta, contra debitorem reddet, quod & tradit Rolandus à Valle, conſilio vigeſimoquinto, numero decimonono, volumine ſecundo. † Sed, vt inquit Balb. in di- 8
cto tractatu, quarta parte vltimę part. princ. quæſtione ſecunda, ſub numero quarto, hodie iuramentum id modici videtur effectus, cum debitor in mala fide conſiſtens, & eius hęres perpetuo non præſcribat ſecundum communem opinionem: † Nec etiam valet ſtatu- 9
tum præſcriptionem inducens, data mala fide, vt late concludunt communiter Canon. in capitulo finali, extra de præſcrip. & per Balb. in tractatu prędicto, ſecunda parte tertię part. principalis, quęſtione decimaquarta, per tot. vbi limitat, quando ſtatutum prędictum valere poſſit, & huius rei quoque

verba faciam in ſequenti cautela, numero decimo. Tertium remedium eſt,

10 † vt creditor adiungi faciat per debitorem fideiuſſorem ſuper debito; nam perpetuabitur in annos quadraginta actio, ſi etiam per litis conteſt. perpetuari poterit, vt per gloſ. quam veriſſimam tenet Barto. & multum extollit in l. cum quis. §. ſi quis pro reo, quæ eſt gloſ. prima, in quarta ſolutione, ff. de ſol.

11 † Vnde reſtitutio in integrum, quia litis non perpetuatur conteſtatione. l. finali, & ibi gloſ. in verbo finiendumque. C. de temp. in integrum reſtit. nec etiam fideiuſſoris datione perpetuari poteſt, vt eſt caſus in dicto §. ſi quis pro reo, & per Barto. ibi. ex quo etiam textum habemus,

12 † Quod pro eo, qui ſolo Iudicis officio conueniri poteſt, fideiuſſor accedere poteſt, vt & Barto. ibi not. numero primo.

13 † Quartum, & vltimum eſt pro creditore conſilium, vt actio perpetuetur, ſicut & per litis conteſtationem, vt ſcilicet rei hypothecatæ poſſeſſionem apprehendere procuret; inde enim fiet, vt non ſolùm præſcriptio interrumpatur, ſed etiam in quadraginta annos perpetuetur, eo quòd talis apprehenſio litis conteſtationis vim habeat, vt eſt caſus, & ibi pro hac cautela omninò vide in l. cum notiſſimi. §. imò, ac ibi not. Salycet. verſiculo, nunc reuertor. C. de præſcrip. triginta annor. reprobata gloſ. opinione ibi, & pro his omnibus remedijs vide Balbum de præſcrip. in dicta quarta parte vltimæ partis princip. quæſtione prima, & ſecunda, per totamque eam partem de hac agit materia, vbi omninò videndus eſt. Sic igitur habes, quibus modis præſcriptionem interrumpas, ita vt perpetuam reddas actionem. Nec miſeris, ſi tibi affero per citationem interruptionem; Quia licet fortè diceres eo modo actionem omnem vſque ad triginta annos ſaltem extendi, vt videtur gloſſa in dicta l. ex hoc edicto, in verbo, tempore acquirat. ff. de eo, per quem factum erit, in dicta l. cum notiſſimi, in dicto verbo, ſolam, & in . finali, in fine, in verbo, cognitio, C. de pręſcript. triginta annorum.

14 † Tamen re vera per ipſam citationem tantùm præſcriptio interrumpitur (ea ſcilicet, quæ merè odioſa eſt, vt eſt textus in dicta lege, cum notiſſimi, in principio, & §. imò, traditque Balb. in dicto tract. præſcrip. dicta tertia partis vltimæ parte princip. dicta quæſtione quarta, numero tertio) vt mox idem temporis curſus dennò requiratur, vt ſentit Barto. in dicta l. ex hoc edicto, ſub numero quinto, verſiculo, certe domini. Quod & ego verum puto, attento textu ſecundum caſum ſuum, in dicta l. cum notiſſimi, in principio, & ad hoc vide Franc. Mar. in deciſione Delph. 327. numero primo, & ſecundo, parte ſecunda.

15 † Ideo, ſi ſtatuto caueatur, quòd debitum, ſi per decem annos, vel ſimiliter petitum non fuerit, extinguatur, citatione ſi quidem illius debiti præſcriptio interrumperetur,

16 † Quia ſtatutum illud in locum præſcriptionis triginta annorum, de qua in l. ſicut. C. de præſcrip. triginta annor. ſubrogatur, vt velle dicere videtur Barto. in dicta l. ex hoc edicto, ſub dicto numero quinto, & communem eſſe de hac re opinionem, latè deductis authoritatibus, tradit Balbus in dicta quarta quæſtione, tertia parte vltimę partis principalis, numero decimo. ſed actio poſtmodum eodem temporis curſu à ſtatuto requiſito præſcribi poſſet, vt & per Barto. in dicta l. & hoc edicto, ſub dicto numero quinto.

## CAVT. CCII.

### De remittenda præſcriptione, ſeu uſucapione.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſcriptio, & vſucapio, an principaliter, vel ſecundario Reip. fauore inductæ ſint, & nu. 3.*

2 *Præſcriptioni, ſeu vſucapioni odioſæ pacto renuntiari non poteſt etiam ſi ſit ſtatutaria præſcriptio, vt numero quinto. renuntiatio tamen hodie ſuperflua eſt, cum canonum iure nullo tempore quicquam mala fide præſcribi poſſit, vt habes, ſub numero decimo, verſiculo, nam nec.*

*Verùm quia hæc concluſio non ſine aliqua difficultate procedit, ideo ad omnes remouendas dubitationes, vt renuntiatio fiat traduntur remedia, nu. 11. & 17.*

4 *Inducta principaliter ob priuatam vtilitatem, & ſecundario ob publicam remitti non poſſunt per paciſcentes, niſi iuramentum adſit, vt numero 19.*

6 *Præſcriptio triginta annorum odioſa eſt, quia abſque titulo, & bona fide, ſola non petentis negligentia, procedit: præſcriptio decem annorum partim eſt odioſa, & partim fauorabilis.*

7 *Præſcriptio à ſtatuto inducta, quòd debitum per decem annos præſcribatur, in locum præſcriptionis iuris communis eſt ſubrogata, ideo odioſa eſt.*

8 *Præſcriptio ſtatutaria longi temporis præſcriptionem minuens eius aſſumit naturam.*

9 *Subrogatum eius naturam ſapit, cuius in locum ſubrogatur.*

10 *Statutum, dicens, quòd intra decem annos debitum ſuum non petens cadat à iure ſuo, per ſacra iura reprobatur, nec valet.*

*Præſcriptio omnis mala fide procedens non valet, ſub dicto numero decimo, verſi. Nam nec.*

12 *Vſusfructus capitis diminutione omiſſus reaſſumi poteſt ex diſpoſitione, quæ peremptum repente ipſum remouet vſumfructum.*

13 *Res quælibet, vt facile ad proprium, & priſtinum ſtatum, atque naturam redeat, quid admittitur.*

14 *Hæreditas, vel legatum licet in alterius voluntatem expreſſe conferri nequeat, ſi tamen per velatam diſpoſitionem id fiat, teſtantis voluntas ſuſtinetur.*

15 *Emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſerui optio, & tutoris datio diem, vel conditionem non recipiunt: vnde per temporis, vel conditionis adiectionem in totum vitiantur, ſed ſi in his occulte conditio, vel dies inſit, actus illi ſuſtinentur.*

16 *Locupletari non debet quis cum aliena iactura.*

18 *Renuntiari cum iuramento iuri poteſt, quod non ob meum fauorem, ſed propter alterius odium introductum eſt.*

20 *Iuramentum operatur, vt actus eo modo valeat, quo valere poteſt.*

21 *Peccatum vbi imminet, ius canonicum attendendum eſt, & ei ius ciuile cedit.*

22 *Iuramentum facit, vt promiſſa in forma ſpecifica ſeruentur.*

23 *Compenſatio de liquido ad liquidum licet regulariter fiat, tamen ſecus eſt, ubi vnum debitum eſt iuratum.*

PRaeſcriptionem,
1 † & vſucapionem principaliter in publicum fauorem inductas eſſe tradit Barto. in l. nemo poteſt, numero 20.ff.de leg. primo,& in l.prima,per eum tex. ff.de vſucap.(quod tamen an verum ſit, inferius dicam.).
2 † Ideo pacto illis renuntiari non poſſe per l. ius publicum. ff. de pactis. tradit idem Barto. in dicta l. nemo. dicto numero 20. quem ibi ſequuntur Rapha. Cum.Alex. Aret. & Iaſon in vtraque lectura, cum alijs concord. de quibus Alexan. ibidem, & iſtam eſſe communem tradit ex Felyno Ripa in dicta l.nemo,ſub.numero 104. & ex Præpoſito ac Felyno ipſo Balb. in tract. pręſcrip. quinta parte quintæ partis principalis, quæſt.6.ſub numero primo,& numero ſeq.ſed ipſam communem intellige, vt per Barto.ipſum in d.l.1.de vſucap.ſub numero 2.vbi inter odioſam, fauorabilemque pręſcriptionem diſtinguit, dicens odioſæ pacto renuntiari non poſſe. l.tamen ſi.ff.ad Maced.& quod ibi not. & quia pro bono publico (vt dictum eſt) introducta fuit, facit quod not.in .properandum,in prin.in verbo,triennij.C.de iudic. Illi autem, quæ fauorabilis eſt,renuntiari poſſe. l. quod ſi nolit, §. quid ita. ff. de ędil. edicto, facit tex.in l.fina. §.pen. ff. ad Velle.& quod not.gloſ.in dicta l. tamen ſi, ad Maced. & ita ſecundum Bartoli diſtinctionem tenent Doctores nonnulli, de quibus Iaſon in d.l. nemo, in 1. lect. ſub num. 80. verſicu. cum diſtinctione tamen. & cum ea diſtinctione tenere Doctores in dicta l. prima,de vſucap.& in dicta l. nemo, tradit Cœpo. caut. mihi ſeptuageſimaquinta,in fine.& licet Bartoli opinio, quòd per pactum odioſæ pręſcriptioni derogari non poſſit; vera ſit, tamen illius propoſitio, quod principaliter ſit ob bonum publicum
3 inducta, vera non eſt. † Principaliter enim ob priuatam vtilitatem inducta fuit, licet ob publicum intereſſe ſecundario, & ita procedit tex. in dicta l.prima, de vſucap. ſecundùm Antonium de Butrio, in capitulo, cum non liceat, extra de pręſcrip. Angelus, Imola, & Alexan. in dicta l. nemo. & colligitur ex Bartoli doctrina in l.prima, ff. ſoluto matrimonio, ſub numero 25. Nec obſtat, quòd ideo præſcriptioni renuntiari poſſet, argumen.l. penultimę. C. de
pactis. nanque reſpondeo, † quòd iu- 4
ri principaliter ob priuatam, ſecundario ob publicam vtilitatem inducto renuntiari non poteſt, vt per Barto.in dicta l.ius publicum, de pact.& per Ang. Imo. Aret. Alexan. & Moder. in dicta l. nemo poteſt. concluſionem autem ſupra firmatam, quod per pactum pręſcriptionis curſus impediri nequeat, ampliat Barto. in dicta l. prima,de vſucap.numero tertio, & in dicta l. nemo, numero vigeſimoſecundo, procedere,
nedum in legali pręſcriptione, † ſed in 5
ſtatutaria quoque, ſi ſtatutum dicat, quòd debitum decem annorum ſpatio præſcribatur: quia (vt inquit Barto.) hęc præſcriptio non petentis negligentia currit, & ſic odioſa eſt. l. finali, in fine, cum gloſ. C. de edicto diui Adriani tollen. Dy. in capitulo, poſſeſſor, extra de reg. iuris, in ſexto. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd illa.l. finalis cum gloſ.& Dy. loquuntur in præſcriptione trigin-
ta annorum, † quæ benè odioſa eſt, 6
cum abſque titulo, & bona fide procedat, ſola non petentis negligentia, præſcriptio verò decem annorum mixta dicitur, non autem merè odioſa, vt præter gloſam dictę l. finalis, in fine, etiam tradit Chriſt. Por. in Rubrica, Inſtitutio. de vſucap. ergo Bartoli fundamentum non procedit, nam motiuo huic Iaſ. in dicta l. nemo, columna antepenultima, ſub numero centeſimodecimoſexto, in 2. lect. reſpondet, (vt & ego in proxima præcedenti cautela

7 cautela, numero 16. dicebam) † quòd iſta ſtatutaria præſcriptio decem annorum eſt in locum præſcriptionis iuris communis triginta annorum ſubrogata: Quod & in præcitatis locis Barto. ſentire voluit: Ideo talis ſtatutaria præſcriptio odioſæ naturam aſſumit, ſecundum Baldum in lege, in contractibus, in principio, in primo not. per illum textum. C. de non nume. pecu. & in capitulo, ſi quis per triginta, columna vltima, ſi de feudo fuer. contr.
8 vbi notat, † Quòd præſcriptio ſtatutaria minuens longi temporis præſcriptionem, eius aſſumit naturam: Idque
9 propterea fit, † Quoniam ſubrogatum eius ſapit naturam, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum, & ibi not. ff. ſi quis caut. Hic tamen eſt aduertendum, quòd licet Alexander, & Iaſon in dicta lege, nemo, poſt alios ſicco pertranſeant pede cum hac Bartoli concluſione, quæ tale ſtatutum valere præſupponit: attamen hoc ve-
10 rum non eſt, † quia ſtatutum id per ſacra reprobatur iura, tanquam propter malam præſcribenti fidem peccati nutritiuum, vt non valere quoque voluit idem Barto. ſibi contrarius (qui contrarium tenuit in lege, ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. ſub numero tertio.) in lege, omnes populi. ff. de iuſtitia & iure, numero vigeſimoquarto. vbi in terminis iſtis dicit, quod non valet ſtatutum, quod qui per decem annos debitum ſuum non petierit, cadat a iure ſuo: Idem tradunt alij, quos refert, & ſequitur Ferr. caut. trigeſimaoctaua, numero ſecundo, vbi, & poſtmodum ſub numero tertio & quarto, cautelas tradit, quibus tale ſtatutum conualidetur, & iſta eſt communis opinio, & vera, vt tenet Imola in dicta lege. ſequitur. §. ſi viam, columna ſecunda. in fine, cum duabus ſequentibus, vbi ad contraria motiua reſpondet, & quòd tale ſtatutum non valeat data mala fide, tenent communiter canon. in cap. fin. de præſcrip. & pro hac re late vide penes Balb. in tract. præſcrip. ſecunda par. tertiæ partis princ. quæſtio. quarta, Iacob. Phil. Por. in tertio libro comm. concl. concluſ. quadrageſimaquinta, vbi hinc inde pro hac quæſtione relatis plurimis authoritatibus, concludit magis eſſe communem opinionem, quòd tale nõ valeat ſtatutum, mox ad id limitationes duodecim tradit. Hancque pariter communiter teneri opinionem tradit Ripa in dicta lege, nemo, ſub numero centeſimodecimoſexto. Nam nec ius ciuile ſuſtinetur, dum vult, quòd data mala fide triginta, vel quadraginta annis præſcribi poſſit, iuxta tex. leg. ſecundæ. C. de conſtit. pec. l. ſicut, leg. omnes, & leg. cum not. ſſimi. C. de præſcr. triginta vel quadraginta ann. ac leg. primæ. §. ad hæc. C. de anna. except. Etenim ſecundum communẽ Doctorum opinionem Legiſtarum, & Canon. ſimilis præſcriptio proſſus exploditur, non modo in actionibus realibus, rebuſque corporalibus, ſed etiam in perſonalibus, & iuribus incorporalibus, vt poſt alios quamplures, quos ad hoc congerit, & ſequitur, dicens iſtam eſſe magis communem, & in conſulendo, ac iudicando ab ea non eſſe recedendum exiſtimans, Franciſc. Viu. in libro ſecundo, com. opin. variorum, littera A. opinione 7. nu. 2. & 3. latiſſimè habes penes Balb. in d. 2. parte. 3. part. prin. quæſt. 13. quem pro hac re omnino vide cum ſuis limitationibus. Idem quoque tradit ipſe Balb. in 3. par. 4. partis princ. q. 3. num. 5. quam opinionem inquit eſſe veram, & tenendam conſulendo & iudicando propter generalitatẽ regulæ. c. fin. extra, de præſcript. Addo Cæpo. cautela mihi 46. Franc. Mar. deciſ. 436. num. 2. par. 1. & Gozad. conſ. 56. numero decimotertio, hanc quoq; ſequentes opinionẽ, vnde fit, vt in hiſce præſcriptionibus nec opus

ſit, quòd quis remiſſionem earum de-
ſideret, adde etiam Fer. communem di-
centem in prædicta caut. 38. in prin. &
Portium in dicto 3. lib. com. concluſ.
concluſ. 44. vbi pariter hincinde infini-
tis pene adductis authoritatibus, ma-
gis communem eſſe opinionem dicit,
vt etiam in actionibus perſonalibus
nunquam currat præſcriptio, data ma-
la fide, quod procedere ampliat, tam
de iure canonico, quàm ciuili, mox ip-
ſam concluſionem tribus modis am-
pliat, & ſeptem, ad eam tradit limita-
tiones. Cæterum, quia modò tradita
concluſio abſque controuerſia non per
tranſit; ſunt enim ex aduerſa parte Do-
ctores graues admodum, (& Bar. ipſe)
diuerſam opinionem tenentes, quo-
rum meminit Viuius in modo dicto lo
co, num. 1. & Port. in prædicta concluſ.
44. ac in dicto modo citata 13. q. Bal-
bus referens qualis eorum ſit in hac re
opinio, cum alij ſentiant antiqua iura
tantùm quo ad reales actiones, non quo
ad perſonales eſſe correcta; alij vero au
dacius aſſerant nequaquam ciuilia ip-
ſa iura corrigi, quorumque opinio-
nem nec ego ſequor, cum in ambiguo
hæc opinio, quæ animæ fauet, tutius te
neri poſſit, ac eius ſim intentionis (cu-
ius omnes eſſe debent,) vt ſemper illi
adhæream parti, quæ æternæ beatitudi-
nis viam ſequatur. Iccircò, vt omnem
prorſus contradictionem effugias, &
aduerſus præſcriptionem ſemper muni
tus exiſtas, duo tibi affero remedia,
quibus præſcriptio, etiam odioſa, ſi-
ue mala fide concepta, & odio negli-
gentis duntaxat introducta, tibi nun-
quam noceat. Et primum ſanè eſt reme
11 dium, † quòd inter te, aduerſariumque
tuum, ſeu eum, qui tecum contrahit,
conuenias, vt quoties tempore actio
finiatur, toties remoueatur; vel, ſi tem-
pore obligatio finiatur, iterum debe-
ri incipiat, quod quidem tradit reme-
dium Barto. in dicta l. nemo poteſt, nu
mero 22. per tex. l. ſicut in annos, in prin
cipio, ff. quibus mod. vſuſf. amit. vbi
dicitur, † quòd vſusfructus capitis di- 12
minutione amiſſus poteſt reaſſumi ex
diſpoſitione, quæ peremptum repen-
te renouet ipſum vſumfructum. ſic igi-
tur ex vnius deſinentia alterius reſulta-
bit origo, & pro hac Bartoli opinio-
ne adduco ego tex. in l. ſi vnus. §. quod
& in ſpecie dotis (tex. eo ſecundum ge
neralem, naturaque proditam rationem
qua mouetur attento) ff. de pactis, vbi
habetur, † quòd facile quid admitti- 13
tur, vt res ad proprium, & priſtinum ſta
tum, atque naturam redeat. cum igi-
tur quis antea teneretur, dicendum vi-
detur, quòd res ad priſtinam obliga-
tionem pacto hoc reduci valeat, licet
præſcriptionis curſus impediri nequeat.
ſecundo pro Bartólo adduco textum in
l. ſi quis Sempronium. ff. de hæred. in-
ſtituend. & in l. nonnunquam. ff. de con
di. & demonſt. vbi habetur, † quòd li- 14
cet hæreditas, vel legatum in alterius
voluntatem expreſſè conferri non va-
leat, ſi tamen per voluntatem relatam
id fecerit teſtator, eius diſpoſitio, quam
uis in idem recidat, perinde, ac ſi ex-
preſſiſſet, ſuſtinebitur. ſic igitur in pro
poſito noſtro, licet expreſſe præſcrip-
tioni renunciari non poſſet, quin ſecū
dum iura ciuilia curreret, videtur ta-
men, quòd hoc velato modo ipſa præ-
ſcriptio, vel ſaltem eius effectus tolli
queat. Tertio, & vltimo pro Bartoli
ſententia adduco textum in l. actus le-
gitimi. ff. de reg. iur. (cuius legis fun-
damentum idem videtur, quod proxi-
mum ſuperius eſt fundamentum) vbi
habetur, † quòd emancipatio, accepti- 15
latio, hæreditatis aditio, ſerui optio, &
datio tutoris, diem, vel conditionem
non recipiunt, & ideo per temporis,
vel conditionis adiectionem in totum
vitiatur, ſed ſi occultè conditio, vel
dies inſit, actuum illorum quidam ſu
ſtinentur, vt in acceptilatione, quæ il-

li ſit, qui ſub conditione debet, nul-
la habita conditionis mentione; nam
ſi mox conditio euenerit, ille accepti-
lationis eius vigore liberatus remane-
bit, quod ita non eſſet, ſi conditio in
acceptilatione expreſſa fuiſſet. vnde in
propoſito noſtro dicendum eſt, quòd
licet præſcriptionis caſus expreſſam nō
recipiat aduerſus leges renuntiationem
tamen ſi ſuppreſſo modo ſit comprehē
ſa, actus ſuſtineatur, & valeat. Et Bar-
toli opinionem hanc, atque remedium
ſupradictum reperio ſecutos eſſe Cæ-
pollam caut. mihi ſexageſimaquinta, &
Boer. deciſ. 328. numero quinto, qui
& alios allegant, quam opinionem ego
quoque comprobarem, attentis ſupra-
dictis iuribus, quæ addebam ego, &
attento quoque, quòd iſthæc opinio
æquitatem continet naturalem, cum ex
16 cludat, † ne quis cum aliena iactura lo
cupletetur, iuxta textum. l. nam hoc na
tura. ff. de cond. indeb. niſi Balb. re-
periſſem in dicto tracta. prӕſcrip. quin-
ta parte quintę partis princ. quæſt. ſex-
ta, ſub numero 4. volentem ex his, quæ
tradit Fely. in rub. extra de præſcrip. co-
lumna penul. in ſeptima fall. magis com
munem eſſe, & veram opinionem con-
tra Bar. quod ſcilicet talia verba in præ-
ſcriptionibus his nihil operentur, qui-
bus expreſſe renuntiari non poteſt; ean
demque ſententiam contra Bartolum,
poſt Iaſ. comprobaſſe Ripam video in
dicta l. nemo, ſub numero 19. 20. &
21. & propterea adhuc illi, qui tutiſſi-
mè ſibi, & omni prorſus controuerſia
remota, proſpicere vellet, omnino cau
tum non eſſet. Secundum igitur, & vl
17 timum aſſero remedium, † vt penes re-
nuntiationem ſiue penes ſupradictam
cautelam, vel penes verba, quæ ad eam
inducendam adduxi, iuramentum ap-
poni cautus ſis; tunc enim per tale iu-
ramentum prӕſcriptioni, omni peni-
tus dubio remoto derogatum erit; nam
vt inquit Alexander in dicta l. nemo po
teſt, quem refert Balb. i dicta ſexta quę
ſtione, quinta parte quintæ part. prin.
numero 3. † Renuntiari cum iuramen- 18
to iuri poteſt, quod in alterius odium
introductum eſt, capitulo, ſignificante
extra de pig. † & etiam iuri ſecundario 19
ob publicam vtilitatem inducto, capitu
lo, cum contingat, cum ibi not. extra de
iureiu. ad quod etiam vide Boer. dicta
deciſio. 328. ad finem, & Rip. qui cum
Alexan. tenet in dicta l. nemo, numero
121. vt ſaltem præſcriptione comple-
ta, res præſcripta peti poſſit; nam, vt in-
quit ipſe Ripa, † iuramentum opera- 20
tur, vt actus eo meliori modo valeat,
quo poteſt, per tex. in l. cum pater. §. fi-
lius matrem. ff. de leg. 2. licet Fely. al-
leget in d. Rub. de præſcr. diſtinguen-
tem inter iuramentum ſpecificum, &
generale. Pariter iuramento fieri, vt
omnis prorſus ſit ſublata præſcriptio,
tenent Angelus, & Roma. in dicto §. ſi
viam; gloſ. Bald. & Imo. in dicto capi-
tulo finali, extra de præſcrip. & Iaffred.
poſt alios nonnullos ab eo relatos de-
ciſione centeſimaquadrageſimaoctaua,
incipien. actiones perſonales, quos re-
fert Viu. in dicta opinione ſeptima, ſub
numero quarto, rationem ſubdēs, quia
vbi † de peccato vitando agitur, lex ſe- 21
cularis Pontificiæ cedit, & ſubijcitur,
quoad vtrunque forum, vt eſt gloſ. or-
din. in reg. poſſeſſor, extra de regulis iu
ris, cum qua tranſeunt ibi Francus, &
omnes, & Fely. in capitulo, in cauſis, co
lumna ſecunda, extra de teſt. in capitu-
lo primo, columna octaua, & in capitu-
lo, Eccleſia, colum. decimaſexta, extra
de conſtit. Aliam ego addo rationem,
nam † vbi in contractu iuramentum in 22
ſeritur, illud in forma ſpecifica atten-
di debet, quòd in ipſo contractu con-
uenit, vt ego copioſè probaui ſuprà
cautela ſexageſimaoctaua, numero ſex-
to, in litera. l. ſed ſi iuramentum præ-
ſcriptioni non obſtaret, certè alio mo-
do quod debitum eſſet, tolleretur,

quàm eo quo promiſſum eſſet modo.
ergo ipſo iuramento ſpecificè omni
tempore id præſtandum eſt, quòd quis
debere promiſit, nam & in ſimili vi-
23 demus, quòd † licet regulariter de li-
quido ad liquidum fiat compenſatio.
l. ſi conſtat, & l. finali, C. de compenſ.
ac.§. in bonæfidei, Inſt. de action. ſi ta-
men quis iuramento promiſerit, de de-
bito iurato ad non iuratum compenſa-
tio non admittetur, vt communem in-
quiunt eſſe opin. Iaſ. in l. eum, qui. §. ſi
iurauero, ſub numero quinto, ff. de iu-
reiur. Viuius in primo tomo commu-
nium opinionum variorum, litera C.
verſiculo, compenſatio licet fiat, Eman.
Soar. in Theſau. recept. ſenten. litera C.
numero 151. & alij, de quibus ego ſu-
prà, litera C. cautela vigeſimaquarta,
num. 2.

## CAVT. CCIII.

### De tempore immemoriali probando.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſuetudo tanti temporis, cuius initij memoria non ſit, quos operetur effectus, & nu. 1. 2. 3. 4. & 5.*

*Quòd quidem talis conſuetudinis tempus quomodo probes conſilium datur, num. 6.*

*Communis omnium opinio quomodo probetur, remiſſiuè, & quot teſtes requirantur.*

PRAESCRIPTIONEM,
ſeu tanti temporis conſue
tudinem, quod hominũ
memoriam excedat, mul-
tos notabiles operari effe-
1 ctus videmus; † Quia eius tẽporis vſus,
& obſeruantia vim habet conceſſionis,
& priuilegij in his, quæ ſunt Principi re
ſeruata. c. ſuper quibuſdam. §. prętereà,
extra de verb. ſignifi. & ibi not. c. contra
morem, centeſima diſtinct. cap. ſi. 18. q.
ſecunda, ad hoc vide textum in l. hoc
iure. §. ductus. ff. de aqua quot. & æſt. l.
fina. C. vectigalia noua inſtitui non poſ
ſe. † ſimiliter ea conſuetudo longiſſi- 2
maque obſeruantia veritati ęquipollet,
glòſ. 1. hoc not. in l. prima, C. de ſeru.
† Neque eſt neceſſarius tali in caſu titu 3
lus, aut tituli allegatio, vt in cap. 1. cum
ibi not. per Archid. & Ioan. And. extra
de præſcrip. in ſexto, & not. Innocen. in
capitulo, cum Eccleſia, de cau. poſſeſ. &
Baldus, in titulo, de pace Conſt. in ver-
bo, ſicut ab antiquo, † Nec etiam ne- 4
ceſſe eſt docere de vtentium aliqua bò-
na fide, vt not. in locis prox. allegatis,
& Anto. de Butrio, in capitulo finali, de
conſuet. dum tractat, quæ ſit inter con
ſuetudinem, & præſcriptionem diffe-
rentia. † Porrò ex longiſſimi tempo- 5
ris vſu bona fides præſumitur, vt not.
Ioannes Andr. in Additione ad Specu.
in titulo, de teſtibus, §. nunc videndum,
in prima Additione magna, in verſicu-
lo item, vt ſcripſi, & Archid. in dicto ca
pitulo primo, de præſcrip. in ſexto, &
ad quod vide Bartolum in l. finali, C.
vnde vi, numer. decimoſeptimo, & An
gelũ in l. penultima, C. quibus non ob.
longi temp. præſcrip. in l. eum, qui. §. fi-
nali, ff. de Publicia. & in l. ſuper longi.
C. de præſcrip. longi temporis. Hos
igitur, & plurimos alios illud imme-
moriale tempus operatur effectus: qua
propter ſi id in tuis iſtiuſmodi nego-
cijs probare poteris, plurimum tibi affe
ret vtilitatis. Hoc autem tempus, vt
probetur, conſilium tibi trado, † quòd 6
per teſtes oſtendas, communem eſſe
opinionem memoriam in contrarium
non extare, & nunquam aliquos au-
dierunt, qui eius rei ſe memoriam
habere dicerent, uel aſſererent, ſe au-
diuiſſe aliquos dicentes, ſe recor-
dari, aut dicentes, ſe intellexiſſe ab
ali-

aliquibus, quòd recordabâtur, & ſic ſurſum verſum in infinitum adeo, quòd teſtes iſti omnem prorſus elidant memoriæ ſcintillam, iuxta modum textus, quem tibi obijcio videndum ante omnia in l. ſi arbiter, cum ibi notatis. ff. de probationibus, & vt not. glo. & Doct. in dicto cap. primo. de præſcript. in 6. in glo. fin. Cano. in c. quid per nouale, & in c. veniens, extra de verbo. ſign. lib. 6. Spec. in tit. de probat. §. 1. verſ. vltimo quæritur, qualiter, &c. & ſequitur Bart. in lege ſecũda, §. item Labeo, ad finem, de aqua pluu. arcen. ſed non ita clare
7 exprimit. † Quomodo autem communis probetur opinio, vide penes Bart. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſt. num. 19. ac per duos ſaltem teſtes communem hanc hominum opinionem probari poſſe tradit Spec. in modo citato loco, & pro quo vide quæ dixi ſupra cau. 133. num. 6.

## CAVT. CCIIII.

### De proteſtatione prætori fienda, cum eius durante officio contra aliquem quid in ipſius præiudicium facit.

*SVMMARIVM.*

1 *Prætor eius durante magiſtratu conueniri nequit.*
*Vnde ſi in ſubditi præiudicium aliquid facit, remedium datur, quomodo ſubditus hic ſe aduerſus prætoris iniuriam muniat. nu. 2.*
*Et coram quo ſibi iſte conſulat. numero 3.*
4 *Metus iuſtus aduerſus prætorem qualiter probetur, & num. 5. limitando vt num. 6.*
7 *Proteſtationis forma quæ ſit, quando ob nouum opus prætoris ſit, & quæ forma nuntiationis poſt adimpletum officium, remiſſiuè. num. 8.*

PRAETOR durante † eius officio conueniri non poteſt. l. 1
pars literarum. aliàs incipit, magiſtratus. ff. de iudicijs, & l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. † Pona- 2
mus modo, quòd ſubditus eius iuriſdictioni aliquis iniuriam ab eo patiatur, ob quam, niſi ſtatim prouideat, graue damnum eidem immineat, vt puta, ſi prætor nouum faceret opus in alicuius ſubiecti præiudicium: Quo remedio talis ſubiectus prætoris violentiæ obuiam ibit? Certè videtur eſſe textus optimus, ſecundum eius puritatem intellectus (prout & glo. 1. ibi in prima lectura intellexit, cui aſſentiunt Barto. & alij) in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope. noui nunt. qui apertè conſilium tradit (vt & prædicta gloſſa docet) vt non nuntietur quidem prætori ipſi, quia (vt dixi) conueniri nequit & ob quam rationem ad id communiter mouentur Doctores, vt ibidem oſtendit Iaſ. ſub numero primo, verſic. & ſic Bart. quamque rationem in verſ. quid tenendum, ipſe quoque tenet explóſis alijs intellectibus Dyni, Alber. Raph. Cum. & Iaco. Put. ſed proteſtetur denuntiari non poſſe, demum eius finito officio nouum opus nuntiari debet, & retro nuntiatum fingitur. vnde ſi interim, quid poſt factam proteſtationem ſuperædificatum fuerit, demoliendum erit. † Sed punctus eſt, 3
cui hæc proteſtatio fieri debeat. Dicta glo. prima in dicto §. ſi quis. dicit, quòd ipſi prætori, vel coram vicinis fieri debeat. Quod tamen declarat Bart. ibid. in princip. vt ſcilicet, quando non eſt de iudice timor eidem ipſi proteſtatio fiat: ſi vero probabiliter iudicis perſona timeri poteſt, coram vicinis fieri pôt, l. fin. C. qui per metum iud. non appell. iuſtum † autem metum probari inquit Bart.

Bart.in d. §.ſi quis ipſi.q. 5.ſi manifeſtũ
fiat,talem iudicem ſolitum eſſe appel-
lantes ab eius geſtis incarcerare, aut illis
iniuriã inferre, vel quòd minatus fuit,
quod tales perſonas in carcerem trude-
ret,& ſimilia, & ita quoque tenent Ho-
ſtien.Io.And.Ant.de Butr.Bald.& Imo.
in c.fin. extra de appel. quos ad id refert
Alex.in d. §.ſi quis ipſi, ſub num.15.&
ſubdit num.ſequenti, dicere Baldum,in
§. iniuria, de pace iur. firman. quod
5 † etiam ſolus terribilis iudicis vultus iu
ſti metus cauſa eſſe poteſt,pro quo alle-
gat no.per Ioan.And.in c.quia propter,
6 de elect. verum ſi † iudex malefactori
alicui minatus fuiſſet & terribilem ſe
oſtendiſſet, non per id tamen iuſtus ti-
mor induceretur, vt declarat Bald. in l.
vnica. C.de confeſſis, qui dicit ſecundũ
hoc debere intelligi not.per Bart.in d.§.
ſi quis ipſi, & hoc eſt etiam de mente
ipſius Baldi, in dicto §. iniuria, & facit
tex.in l.reſpiciendum.ff.de pœnis,& ita
vide Alex.d.§.ſi quis,nu.17.Plenius au-
tem circa iſtum metum videas omnino
ipſum Bart.in d.§.ſi quis.q.6.cum qua-
tuor ſeq.& adde,quæ tradit ibidem Ro.
& Alex. nu. 19. cum nonnullis ſequen-
tibus, dum quinque eas Bartoli proſe-
quitur quæſtiones, & vide quoque An-
cha.conſi.300.Card.conſ.137.& Alex.
7 conſil.16. lib. 3. qualis † autem debeat
eſſe proteſtationis forma, quæ interim
fit,tradit Bar.in d.§.ſi quis.q.11.Itidem
8 † qualiter poſt finitum officium nuntie-
tur,habetur ex ipſo Bart.q.13.

## CAVT. CCV.

### De precario per mediatæ perſonæ interceſſionem in rebus tertij introducto.

*SVMMARIVM.*

1 *Precarium quid ſit, & vnde deſcendat, quid differat à donatione, & in quo*
*cõmodato ſimile ſit, ac ab eo differat.*
*Reuocaturque precarium, etiam ſi de non reuocando pactum interueniret: remedium tamen indicatur, quomodo etiam in precario fiat, vt reuocare non liceat, ſub numero 1. circa finem.*
*Verbis lex imponi non debet, ſed rebus, ſub numero 1. verſicu. quod eſſe.*
*Commodatum ad certum vſum conceditur.* 2
*Precarium an tu à Sempronio, an vero à* 3
*me habere dicaris, ſi me rogaueris, vt Sempronij re vtaris, deinde ego Sempronium rogauero, & ille conceſſerit? deciditur, quod à me habere diceris.*
*Item an Sempronius mecum, quaſi à me rogatus interdictum habeat? dicitur, quòd non, nu. 5.*
*Traditur tamen conſilium, qua actione Sempronius aduerſus me pro alio rogante agat, nu. 6.*
*Precario ab illo habes, verba hæc quid* 4
*ſignificent, ſeu oſtendant.*

PRECARIVM † illud eſt, qđ 1
precibus petenti vtendũ tan-
diu conceditur, quandiu is,
qui conceſſit, patitur, quod li
beralitatis genus ex gentium iure de-
ſcendit, & diſtat à donatione: nam quod
donatur irreuocabile eſt, quod verò pre
cario cõceditur ad concedentis libitum
reuocatur: ſimileque eſt commodato in
hoc: nam & qui commodat, ſic commo
dat, vt accipientis rem non faciat, ſed vt
ei re commodata vti permittat, de his
eſt tex.in l.prima, ff.de precario. verum
à commodato in eo differt: nam preca-
rium, ſine certi vſus præfinitione con-
ceditur, vnde quandocunque reuocari
poteſt. l.cum precario. ff.eod. & intan-
tum verum id eſt, vt etiam ſi pactum de
non reuocando interueniret, nihilomi-
nus reuocari poſſet, vt tenet Barto. per
d.l.cum

2.l.cum precario, in l.vbi ita, de donat. cauſa mortis, & Doctores in d. l.cum precario, ac vide poſt Barto. quæ pro hoc tradit ad ipſum Bartolum Andreas Barbatia in d. l.cum precario.in verbo, & per hoc dicimus, ac Doct. quos in ſimili negotio allegat in eodem verbo P. Paulus Par. bene poſſet hoc in caſu quis vti remedio, quod tradit Bart.in d.l.vbi ita, verſic.ſi verò nullum nomen, quod comprobatur ex traditis per Iaſ.in l.fin. in 2. not.nu.2. ff.de cond.ob cau. quòd ſcilicet in concedendo nullum contractus nomen exprimatur, ſed ſimpliciter dicatur hoc modo, concedo tibi fundū hoc pacto, quòd non liceat reuocare:nā tunc, quia precarij nomen, vel alterius non eſt expreſſum, intelligitur de eo, quod ex verbo colligi poteſt, ſed vix erit, vt apud cautum virum (prout hodie plerique ſunt) cum re vera precario
2 concedere velit, illud obtineas, † commodatum autem ad certum conceditur vſum: proinde aduerte, quòd ſemper vbicunque de commodato tractatur, ſtatim vſus ſupponendus eſt, ad quem res eſt conceſſa. ſic enim dicitur commodaui equum, vt ad villam duceres, pecuniam, vt diues videaris, vt ff.de cō mod.l.3.§.vlt. l.4. & l.ſicut.§.ſed interdum, ac l.vlt.ſic etiam dicitur, ſcalas cō modaui, vt feneſtris apponeres, vt Inſt. de oblig. quæ ex delic. naſcunt. §.ope & conſilio, & ita not.in d.l.1. ff.de precar.& tradit Azo in ſumma. C.de commoda. nu.4. qui ſub nu.5. eorum damnat opinionem volentium tunc dici cō modatum, cum dicitur, commodo ſed precarium eſſe, cum dicitur precario cō cedo, idque dictum ridiculum ait, cum hoc pacto verbis tantum, non rebus lex imponeretur, quod eſſe, nō debet.l.omne.C.com.de leg.& Inſtit.de lega. §.ſed olim quidem. Circa autem precarium
3 illud quæſitum fuit, † ſi me rogaueris, vt Sempronij re vtaris, deinde ego Sempronium rogauero, vt concederet, & ille, dum mihi præſtitum vult, conceſſerit, an tu à Sempronio, an ue à me precario habere dicaris? & Venuleius quidem in l.quæſitum. ff.eo.reſpondit, te à me, nō à Sempronio precario habere, & quòd ego tecū de precario agere potero; Sempronius autem non aget cum te, quia in
quit ibi Iuriſconſultus, † hęc verba, ab 4
illo precario habes, oſtendunt ei demū competere interdictum, à quo quis pre
cario rogauit, non ei, cuius res eſt: † An 5
tamen Sempronius mecum, quaſi à me rogatus, interdictum habet? & in d.l.Iuriſc. idem reſpon. non habere, quia non habeo precarium, cum nō mihi, ſed alij impetrauerim: conſilium tamen Venul.
ibi tradit, † quòd Sempronius mandati 6
actione contra me agat, ſi mandante me tibi dedit; At ſi id non mandato meo, ſed magis me intercedente hoc fecerit Sempronius, conſilium traditur, quòd in factum actione aduerſus me agat.

## CAVT. CCVI.

De primo decreto alijs quoq; vtilitatem, quàm ei, pro quo interponitur, afferente.

*SVMMARIVM.*

*Decretum primum ad veri creditoris requiſitionem interpoſitū alijs quoque creditoribus prodeſt.* 1

*Quod tamen intellige, vt nu.2.5.8.9. & 10.*

*Et quando iſtud primum decretum ad vnius petitionem interpoſitum alijs prodeſt creditoribus, illi alij creditores proceſſus facti ad primi petentis inſtantiam copiam petere poſſunt, num.7.*

*Ac vt in hoc caſu, quando decretū ad vnius inſtantias interpoſitum tibi prodeſſe debere prætēdis, practicare ſcias, conſilium datur nu.8. et quāto tempore beneficium tuū duret, nu.9.*

*Credi-*

5 *Creditor licet olim ex primo decreto immitti poſſet in poßeſſionem omnium bonorum debitoris, hodie tamen non poteſt immitti vltra debiti modum.*

*L. cum vnus. ff. de bon. auth. iud. poſſ: non eſt per ius Authenticorum dempta.*

4 *Vigilantibus magis, quàm dormientibus iura ſubueniunt.*

6

1 PRIMVM † decretum veri creditoris requiſitione interpoſitum alijs omnibus creditoribus prodeſt, non ita ſi primus, cuius inſtantia decretum interpoſitum fuit, non vere; ſed putatiuè creditor extiterit, de hoc eſt textus in l. cum vnus. ff. de bon. auth. iud. poſſiden. ibi glo. & Barto. ac Ant. Neguſ. in tract. de pign. in 2. memb. 3. partis princ. q. 8. num. 10. vbi vſque ad num. 12. ponit ad hanc reg. & ampliationes, & limitationes, quas ego hic non proſequor, ſed nonnulla duntaxat attingam, quæ ad inſtitutum noſtrum faciunt. Plane. l.
2 prædictæ textus † hodie ſic eſt attendendus, vt procedat, cum creditor primus, qui ex primo decreto in bonorum debitoris poſſeſſionem miſſus eſt, ſit tantæ ſummæ creditor, quòd ipſius de-
3 bitoris ſubſtātiam totam capiat: † Quia licet Digeſtorū iure olim poſſet creditor ex primo decreto immitti in omnium bonorū debitoris poſſeſſionem, rei ſecundæ cauſa, etiam ſi debiti ſumma minor eſſet, quàm debitoris bonorū valor. l. 1. ff. quib. ex cau. in poſſ. eat. iure tamen Authēticorum hodie effectum eſt, vt ex primo etiam decreto creditores in debitoris bonis vltra debiti declarati menſuram non immittantur, auth. ei qui, & in corpore vnde ſumi-
4 tur. C. de bon. auth. iud. poſſ. † Nec vtique per illud Authenticorum ius hæc lex, cum vnus, inefficax facta eſt: Ideo: quia cum centum duntaxat in debitoris bonis eſſent, & ille, qui primus poſſeſſionem ex primo decreto obtineret, centum prætenderet, inconueniens eſſet alios eorum credito, & iuribus priuari, quod verum non eſt, vt per glo. primam, in fi. in d. l. cum vnus, quam ſequitur ibi Bart. nu. 5. quem etiam vide in l. ſi & iure, ſub num. 1. verſ. Hodie vero. ff. qui pot. in pign. habean. & Neguſ. in d. 2. memb. 3. part. ſub d. nume. 10. verſic. Tertio reſtringe. Non obſtat tex. in l. ſi non expedierit. §. 1. in principio. ff. eodem, de bon. auth. iud. poſſid. iuncta l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. vbi habetur, quando ex pluribus creditoribus vni non maligne petenti, neque per gratificationem ſoluitur, illa ſolutio non communicatur, etiam ſi alia nō ſint bona, vnde alijs ſubueniatur, vt & illa verba, & interea res deterior, &c. ac textus generalitas in 2. reſp. d. l. pupillus, probant. Quia reſpondeo, quòd illa ſolutio in caſu illo ſolùm reſpectu eius, cui ſoluitur, fit: ſed in caſu immiſſionis in poſſeſſionē dicitur, quòd alij etiam immiſſi videntur, d. l. cum vnus, & in l. fi. C. de bon. auth. Iud. poſſ. Ideo nimirum, ſi cū de præiudicio irreparabili tractatur, primum decretum etiam alijs proficit, propterea textus contrarij non obſtant, maxime, quia ſolutio plenam reſpicit ſatisfactionē, primum autem decretum nequaquam, cum nec poſſeſſorem, nec dominum, ſed ſimplicem eum faciat detentatorem, qui cuſtodię cauſa immiſſus eſt. l. 3. §. fin. ff. de acq. poſſ. cum ſimil. Propterea dicitur in l. qui autem. §. ſciendum. ff. quę in fraud. cred. quod ſolutio ante bona poſſeſſa creditori facta ſoli creditori prodeſt, cui ſoluitur, poſt bona vero poſſeſſa, cum iam omnium creditorū conditio par facta ſit, non ita dicēdum eſt. Patet igitur verū illud eſſe, primum decretum alijs etiam creditoribus tunc proficere, cum immiſſio in tot bonis facta ſit, quot debitoris ſubſtantia capiebat,

bat, vel etiam, per eandem rationem, in
tantam partem, quòd mox ex ſuperfluo
ceteris plenè ſatisfieri non poſſit: etenim
5 opinor, † quòd ſi poſt factam hanc pri-
mi decreti interpoſitionem, alia ſuper-
eſſent bona ad ſatisfaciendum, cæteris
creditoribus plenè ſufficientia, iſta pri-
mi huius creditoris immiſſio alijs non
prodeſſet, argum. tex. in d. l. ſi non expe-
dierit. dicto §. primo, 2. reſp. ſicut enim
ibi ſolutio per gratificationem vni fa-
cta, rectè fit, nec, cum bona alia ſuper-
ſint, cum cæteris creditoribus commu-
nicatur, licet communicanda eſſent, ſi
bona non ſupereſſent: ita quoque in pri
mi decreti caſu, quãdo bona ſuperſunt,
vnius immiſſio alijs non prodeſt, licet
tunc prodeſſet, quãdo bona non ſuper-
eſſent, vt dictum eſt, & quem textum
Barto. in dicta l. cum vnus, num. 6. ad id
allegat, licet poſtmodum ſe dubitare di-
cat, & hoc indeciſum omittat, quod
tamen affirmare videtur ipſe Barto. in
dicta l. ſi & iure, ſub d. num. 1. verſi. ſed
ſi alij vellent immitti, & Negus. in di-
cto verſic. Tertio reſtringe, vel in verſic.
Nam ſi vltra, quod & veriſſimum arbi-
tror: nam ſi hoc caſu alijs etiam credito-
ribus primum iſtud decretum prodeſ-
ſet, abſurdum illud introduceretur, vt
primum illud decretum primi credito-
ris fauore interpoſitum in eius damnũ
indebitè verteretur, quod ferendum
non eſt. l. quod fauore. C. de legibus,
ſtante maximè, quia ſumus in caſu, in
quo dici apprimè poteſt (extantibus, ſci-
6 licet bonis alijs ſufficientibus). † vigilan
tibus magis, quàm dormientibus ſub-
ueniri poſſe, dicta l. ſi non expedierit.
dicto §. primo, dicta l. qui autem. dicto
§. ſciendum, & dicta l. pupillus, ff. quæ
7 in frau. cred. cum ſim. † Quatenus au-
tem cæteri creditores decreti primi pro
vno interpoſiti beneficium habent, no-
tandum eſt, ſecũdum Barto. in d. l. cum
vnus, num. 4. & Bald. in l. fin. verſiculo,
pone debitor. C. de bon. auth. iud. quòd
iſti alij creditores petere poterunt copiã
facti proceſſus à Notario ad vnius cre-
ditoris petitionem, quia eorum inter
eſt, ſibiq́; ipſis prodeſt. vt autem ipſam
legem, cum vnus, practicare non igno-
res, caue, † quòd ſi ad primi petitionem 8
decretum interpoſitum eſt, Tu venias,
& de credito tuo fidem facias, citato de-
bitore, vt ad fidem de debito faciẽdam
adſit, & tunc ſtatim poſſeſſionem ſicut
primus, ingredi poteris, nec nouo erit
opus proceſſu. † Ad quod faciendum 9
ſi præſens eris, biennij; ſi abſens, qua-
driennij ſpatium habebis, vt in d. l. vlt.
C. de bon. auth. iud. poſſid. & ita etiam
conſilium tradit Barto. in d. l. cum vnus.
nu. 2. quem etiam vide ita tradentem in
d. l. ſi & iure, ſub d. nu. 1. verſi. quando-
que ille, & cum eo Negus. in prædicto
2. memb. ſub d. num. 10. verſic. quarto
reſtringe. expenſæ † autem ſunt contri- 10
buendæ ſecundum crediti portionem
cum creditore primo immiſſo, vt eſt tex
tus in d. l. ſi. C. de bo. auth. ind. poſſ. no.
in d. l. cum vnus, Barto. in d. ſi & iure. d.
verſi. quandoque ille, ac Neguſ. in dicto
verſi. quarto reſtringe.

## CAVT. CCVII.

### De impetratione, quæ à Principe fit.

*SVMMARIVM.*

*Conceſſio Principis ſimpliciter facta, ſemper intelligitur ſine alterius incommodo.* 1

*Amplia, nu. 2.*

*Et conſilium datur, num. 4. quomodo quis à Principe conceſſionem procuret, quæ in alterius præiudicium vertatur, & in quibus tale conſilium proſit, necne, habetur nu. 5.*

*Verba potius impropriari debẽt, quàm quòd tertio præiudicium afferatur.* 3

1 PRINCIPIS † conceſſio ſim-
pliciter facta ſemper abſque
alterius incommodo intelli-
gitur. c.ſuper eo, de offic.de-
leg. & c.quamuis, de reſcrip.in 6.l.2.§.
meritò. ff.ne quid in loco pub. & l. nec
auus.C.de emancip.liber.Iaſon in l.Gal
lus.§.& quid ſi tantum,nu.63.de lib.&
poſth.Dec.conſi.271.nu.2.conſi.389.
num.4.& conſil.544.num.34.D.meus
Ioan.Cæph.conſi.6.num.1.28.num.5.
96.num.5.132.num.102.235.nu.17.
454.nume.26.& 573.num.22.& alibi
2 quamplures alij. † Quæ ſanè concluſio
procedit etiam ſi motu proprio conceſ-
ſio fiat, vt no.Hoſtien.& ibi Abbas, poſt
alios ſequitur, in c.cauſam, quæ. 2.extra
3 de teſt. † & verba potius impropriari
debent, quàm quòd tertio præiudicium
inferatur, vt dicunt Bald.& Card.in d.c.
ſuper eo, per illum tex.& ita vide Deciũ
conſil.520.ſub num.3.& in conſi.689.
4 nu.9. † Quando autem conceſſionem,
ſiue beneficium à Principe, ex quo ter-
tio pręiudicium aliquod paratur, omni
modo cupis obtinere, conſilium eſt, vt
iſtud impetrare procures: ita enim fiet,
vt priuilegium expreſſe in tertij præiu-
dicium conceſſum valeat, ad quod eſt
tex.in d.l.2.§.ſi quis à Principe, ff.ne qd
5 in loco pub. † Quod tamen conſilium
ad gehennam ædificare poteſt, & natu-
ræ ius non patitur, vt cum aliena iactura
locuples fias, l.nam hoc natura.ff.de cō-
dic.indebiti, idque conſilium meritò re
ſtrictum reperitur, quoniam ipſum pro
cedere bene poſſe pro te ſcias in his, quæ
contra ius ciuile ſunt, in quibus non ma
gnum exiſtat præiudicium, non verò in
his, quæ aduerſus ius gentium, vel ſpu-
blicam vtilitatem exiſtant, vel magnam
afferant alicui incommodum, vt per gl.
& Barto. in l.2. C.de prec.imp. offer. &
per gloſ.ac vt declarat Barto.in l.fin.C.ſi
cont.ius, vel vtil.pub.& ita communiter
teneri refert Bened.de Cap.reg.102.nu.
12. cuius dicta ſunt eiuſdem nomine
tranſcripta in lib.2.com.opin.variorum
littera P. num.39.de materia autem, an
princeps ius tertio quæſitum tollere poſ
ſit, & quo pacto id ei liceat, vide penes
Bart.in prima conſtitutione.ff.in princ.
num.6. & in d.l.fin.C.ſi contra ius,&c.
Doct.in c.quæ in eccleſiarum, extra de
conſtitut. latè Iaſon in l.Barbarius, nu.
24.verſ.circa duas vltimas, vſque ad nu.
45.ver.extra gl. Petr.Pau. Paris.ad Bart.
in l.item ſi verberatũ. §.1.ff.de rei ven.
& Franc.Viu. in libro primo commu-
nium opin. variorum, littera P. verſic.
Princeps de plenitudine, cum his quos
ibi allegat.

## CAVT. CCVIII.

### De Principis gratia tã ad pœnam, quàm etiam ad infamiam, & ad alia porrigenda.

*SVMMARIVM.*

*Gratia, quam alicui facit Princeps, quã- 1*
*do ad pœnam tantum, & quando ad*
*famam, & alia omnia extendatur,*
*& ſub nu.4.verſic.quin & Bar.con-*
*ſiliumque affertur pro obtinenda*
*plena omnium gratia, nume. 2. 3.*
*& 4.*

*Bannitus reſtitutus non recuperat bo- 5*
*na confiſcata, in alium tranſlata. am-*
*plia etiam ſi Princeps expreſſe dixe-*
*rit, num.6. Remedium tamen datur*
*ad hoc, nu.7.*

*Quin & fructus à fiſco perceptos non recuperat, ſiue & alius priuatus perceperit, nu.8.*

*Doctor collegio reſtitutus non recuperat priorem locum in pręiudicium eorum qui medio tempore ſunt doctorati, vt habetur ſub nu.5. uerſic. in ſimili.*

1. PRincipis † gratia, quam condemnato alicui de delicto facit, quandoque ad pœnam tantū reſtringitur, quandoque & ad pęnę, & ad famę omniumque reſtitutionem extenditur, quod omne in principis reſcripto animaduertendum conſiſtit: nam ſi Princeps in reſcripto dicit, facimus tibi gratiam vitæ, vel pœnæ illius corporalis, vel pecuniariæ duntaxat, aut indulgemus tibi talem pęnam, tunc ad eam ſolam indulgentiam, & gratiam reſtitutio reſtringitur, facit tex. in l. in agris. ff. de acquirendo rerum dominio, & eſt textus rotundus in l. 2. C. de ſent. paſſ. & reſtit. Bart. in l. fin. ſub nu. 1. & ibi Salyc. col. fi. in 2. caſu, C. eo. de ſent. paſſ. nouiſſimè poſt iſtos tradit Peregrinus de iure fiſci, lib. 5. tit. 2. num. 32. quo loci ipſum de hac materia latè tractantem vide. Si autem dixerit Princeps, facimus tibi omnium gratiam, vel ad omnia, vt prius eras, reſtituimus, ad omnia quoque reſtitutio extenditur, & pœnæ corporalis, & famæ, & ſimilium, quia Principis verba clara ſunt, & de eius voluntate expreſſe conſtat, argum. l. ille, aut ille. §. 1. & l. nō aliter. ff. de leg. 3. & l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obl. & facit, quia per verbum, omnium, nihil excluditur. l. Iulianus. ff. de leg. 3. cum ſimilibus, de quibus Dec. in l. omnia, in princ. ff. ſi cer. pet. Sed ſi Princeps ſimpliciter in gratia vtitur verbo, indulgeo, ſola criminis pœna corporalis indulta cenſetur. d. l. 2. & l. ſi ademptis. C. de ſent. paſſ. reſtit. Idem probatur in l. in inſulam, & l. generalis, & per totum penè tit. C. eod. ſi vero vtitur verbo, reſtituo, quoad omnia etiam ad bona confiſcata, reſtitutus cenſetur, vt l. prima, & fi. & ibidem Doct. C. eod. de ſent. paſſ. & quod reſtitutio ad bona confiſcata non dum alienata trahatur, inquit eſſe communem omnium ſententiam Pet. Bellus de re milit. fo. 123. nu. 21. quem refert Iul. Clar. in pract. §. fi. q. 59. verſ. Quæro nunquid, ſic & cōmunem tradit Peregr. vbi ſupra, nūm. 25. quem vide pro ampliationibus in nonnullis nu. ſeq. † Ideo 2
qui pro amico gratiam conſequi vult, caueat, vt in reſcripto reſtitutionis verba, non indulgentiæ, vel aridorum ſimilium ponantur, quæ fortè eueniet, ſi etiam in precibus reſtitutoria ponantur verba, † cautius erit ex prædictis, ſi pro- 3
curetur reſtitutio ad omnia, † idem erit, 4
ſi in reſcripto verba ponantur, & indulgentiæ, & reſtitutionis, vide ad hęc Gril. de relax. carc. ſub tit. de benef. & indul. Princ. q. 1. quin & Barto. vult in l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſt. & in d. l. fin. in fi. C. de ſen. paſſis, quòd ſi verba indulgentiæ ita concepta ſint, vt dicant, gratiam facimus, vel rebannimus, perinde operentur, ac reſtitutionis verba, quam opinionem communem dicit Boſſ. in titu. de rem. ex ſola clem. Prin. ſub num. 4. ad fin. vbi alias refert authoritates, & poſt Boſſium Peregrinus, qui dicit, quòd hęc opi. ſibi magis placet per l. non puto. ff. de iure fiſci, in præd. tit. 2. lib. 5. ſub nu. 20. limita tamen non procedere vt per ipſum Boſſium, d. loco, num. 7. quando ſcilicet Princeps non ſoleret facere gratiam, niſi ratione perſonæ: nam tunc intelligeretur ſecundum vſum ſuum gratiam ipſam feciſſe: nam omnis diſpoſitio capit interpretationem à ſolito, Inn. in c. olim, in princ. de verb. ſign. Iaſ. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. petatur. latiſſimè vide pro hoc Euerar. in topic. in loco ab vſitato, ſeu à ſolitis. Sed
† an iſte reſtitutus bona confiſcata interim in tertium tranſlata, per iſtam reſtitutionem recuperabit? Barto. & alij in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthum. tenuerunt, quòd non: idem Barto. & Bald. in d. l. fin. C. de ſent. paſſ. Car. in c. quia diligentia, de elect. Abb. in c. 1. de paroch. & in c. ex tua, in fi. de cler. non reſid. Imo. in c. in noſtra, extra de iniurijs: idemque tenet Abb. in c. inter quatuor, de maior. & obed. vbi Fely. 5

nu. 4.

nu.4.hanc communem eſſe refert,idq;
conſtat ex allegatis per Alex.& recentio
res in d.§.& quid ſi tantum,& commu-
nem pariter ait Boſſ. in d.tit. de rem. ex
ſola clementia Principis, ſub nume.11.
quod & tradit Peregr. d.lib.5.tit.2. nu.
34.in ſimili facit quod tradit Bar.in l.2.
ff.de decur.ſequitur Dec.in l.cum quid,
in prima lect. nu.11. ff.ſi cert. pet. ſcili-
cet Doctores de collegio expulſos, &
mox reſtitutos, nõ recuperare priorem,
quem habebant locum, in eorum præ-
iudicium, qui medio tempore docto-
ratum adepti ſunt; ſed haberi vt ad col-
legium de nouo veniẽtes,quod not. eſt.
Et ſupradicta quidem concluſio amplia
tur procedere, etiam ſi Princeps expreſ-
6 ſe † dixerit,quòd reſtitutio etiam traha-
tur ad bona in alium tranſlata, vt ita in
d.§.& quid ſi tantum, tenent Cyn. Bal.
& Alex.nu.23.per iura,quæ alleg.quod
& tradit Peregr. vbi ſupra, nu.43.quem
etiam pro regu. prædicta vide omninò
latè ipſam limitantem, à num.44. cum
nonnullis ſeq.quibus adde quę ego ad-
duxi in præcedenti proxima cautela; &
authoritates,de quibus in fine.ſed vt ad
hæc quoque bona trahatur, remedium
7 iſtud † adhibeat bannitus, vt procuret
reſtitutionem cum clauſula,quòd reſti-
tutio ſit pleniſſima,ita quòd nihil poſſit
obijci de banno, & bonorum confiſca-
tione:nam tunc reſtitutio ad dicta bona
trahetur, vt per Car. & Imo.in d. c.quia
diligentia. moti,quia licet Prin. ius ter-
tio quæſitũ ſine cauſa auferre nequeat',
tamen ordinare poteſt, ne à ſuis magi-
ſtratibus talis exaudiatur allegatio, quia
Prin.ſuorum magiſtratuum iuriſdictio-
nẽ moderari poteſt, l.2.circa princ.ff.de
orig.iur. vnde licet directò talis reſtitu-
tio non ſit valitura, vt ſupra dixi, tamen
per indirectum ſuum ſortietur effectũ,
& ita inquit Car. in facto ſeruari, quod
ſanè dictum Alex. ſequitur in dicto §.
& quid ſi tantum,ſub num.20.ad finẽ,
vbi iſtud notandum admonet, vt pro
amico fauorabilem ſcias formare reſti-
tutionem, iſtud quoque ſequitur Soci-
nus,in dicto §.& quid,ſub num.16.pro
quo refert Barto. conſil. 142. Domini
Priores, quod eſt mihi conſil.31.vol.2.
quem refert, & ſequitur Abb. in rep.
c.eccleſia Sanctæ Mariæ, verſicu.2.q.in
qua conſul. idemqne etiam tenere Pet.
de Anch.in commento c. canonum ſta-
tuta,extra de conſtit.col.85.verſi. Quæ-
ro etiam de quæſtione, refert Iaſ.in d.§.
& quid ſi tantum, ſub nu.78.licet mox
ſubiungat Iaſ. duram ſibi videri iſtam
deciſ.quia ius tertio quęſitum Princeps,
ſine cauſa,auferre nequit: ſed dico ego,
quòd non aufert, nec poteſt, ſed magi-
ſtratus habet manus ligatas,ideo ſupra-
dictam deciſionem ſequere,quia eſt cõ-
muniter recepta,aſſẽtente Marco Anto.
Peregr.d.tit.2.lib.5.nume.56.& magis
communiter ita tenere Doctores teſta-
tur Viuius in primo tomo communiũ
concluſionum variorum, in litera B.ver
ſic. Bannitus.licet ibi per eam Card. di-
ctam deciſ. intelligi velit probari, quòd
Princeps ẽt expreſſe iſtud facere queat,
quod verum non eſt:nam iſte eſt diuer-
ſus caſus, & ita diuerſum caſum faciunt
Doctores in d. §.& quid ſi tantum, vt
penes Alex.ibi cernere eſt,ſub dicto nu.
20.& nu. 22. & 23.& fortè Viuius ad
caſuum diuerſitatem non aduertit. Tu
tamen aduerte.Licet autem † bona non 8
alienata bannitus reſtitutus recuperet,
vt dixi,ob id tamen neutiquam recupe-
raret fructus: qui dum in banno ſtete-
rit, vel à fiſco, vel ab alio priuato ſuiſſẽt
percepti,vt eſt tex.ſingularis in auth.idẽ
eſt de Neſtorianis. C.de hæret. ſecundũ
omnes communiter, referente Iaſ.in d.
§.& quid,nu.64.licet mox ipſe, & Boſſ.
in d.loco,in cõtrarium inclinent,ſupra-
dicta de bonis penes fiſcum exiſtẽtibus,
quæ ob reſtitutionem prædictam recu-
perari poſſunt,procedunt de iure ſi qui-
dem,ſed de facto cameræ fiſci fortè non
placebit: ideo ſatis tibi ſit in Principis
gratiam

gratiam redijſſe, quando bona iam cõ-
fiſcata obtinere non poteris, & tibi pro-
ponas naturalem ſoluiſſe ad antidora
obligationem, propter gratiam, quam
fueris conſecutus, quã tanti æſtimato.

## CAVT. CCIX.

### De procuratore datum ſubſtitutum reuocare deſiderante, & ſubſtituto non obſtante, gerere volente.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator, facto ſubſtituto, amodo gerere nequit, nec ſubſtitutum reuocare poteſt, num. 4.*
*Quod intellige, vt num. 3. 5. 8. 10. & 12.*
*Vt autem procurator ſubſtituens, & reuocare ſubſtitutum, & in cauſa ſe exercere, in quam ſubſtituit, queat, traduntur remedia. nu. 6. & 7*
2 *Tutori, curatore ſubſtituto, ſolutio fieri non poteſt.*
9 *Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus.*
*Procurator regulariter alium ſubſtituere nequit, ſub n. 10. limita n. 11.*
13 *Mitius agitur cum lege, quàm cum homine.*
14 *Delegatus à Principe alium ſubdelegans ſubdelegatum reuocare tunc poteſt, cum adhuc eſt res integra, licet ſubdelegatio ſuſcepta ſit, & quare id fieri permittatur. nu. 15.*

1 PROCVRATOR † procura-
torem alium ſubſtituẽs am-
2 plius gerere non poteſt, † ſi-
cut tutori, curatore ſubſtitu-
to, ſolutio fieri nequit, vt per text. in l.
quòd ſi fortè. §. quid ergo ſi ſoluit ei, &
ibi not. Barto. numero 3. ff. de ſol. & eſt
caſus in cap. is qui, extra de procur. in 6.
3 † Qui textus loquitur, quando ſubſti-
tutus mandatum ſuſcepit, licet eo po-
ſtea non vtatur: † Neque etiam per 4
ſubſtituentem reuocari poterit, dicit
tex. ille: Bene verum eſt (vt in eodem
textu,) † Quòd ſi ad plures cauſas, vel 5
generaliter ad omnes procurator ſit cõ-
ſtitutus, alijs in cauſis, in quibus mini-
me ſubſtituerit, eius poterit exercere
officium. Vt autem ſubſtituens procura-
tor, & reuocare ſubſtitutum, ac in cau-
ſa ſe exercere, in quam ſubſtituit, va-
leat, remedium eſt, † quòd in mandato 6
caueat conceſſionem à domino habe-
re, de reuocandi poteſtate, ac in eodem
pariter mandato verba poni, quòd ſub-
ſtituere queat, & ſubſtituẽs & iam pro-
curator remaneat, probatur per text. in
d. c. is, qui, & per Bartoli doctrinam in
d. §. quid ergo, ſub num. 3. qui aliud tra 8
dit conſilium, quo ſubſtituens poteſt
forte nihilominus exercere, † videlicet,
ſi in procuratoris mãdato dicitur, quòd 7
ſemel plurieſq; ſubſtituere queat. Nam
per hoc, quòd dicitur, pluries, conſti-
tuens velle videtur procuratorẽ ſubſti-
tuentẽ nõ deſinere eſſe procuratorẽ. Ad
hæc etiam vide Sebaſtianum Vantium
in tract. de null. proc. tit. de null. ex de-
fectu inhab. ſeu man. compar. numero
centeſimoquarto, cum nonnullis ſe-
quen. quo loci numero centeſimoſe-
ptimo, inquit ſecũdum Rot. deciſ. cen-
teſimooctuageſimoquarto. Si procura.
in no. quòd ſi in mandato ea eſſet ap-
poſita clauſula conſueta, videlicet cum
poteſtate ſubſtituendi, ac reuocandi,
& toties, quoties videbitur expedire
onus in ſe reaſſumendi, tunc poterit
ipſe procurator quomodocunque ex-
preſſe, vel tacitè, puta reaſſumendo in
ſe onus, ſubſtitutum reuocare, prout
& numero cẽteſimooctauo, ipſe Vant.
ait, quòd ſi data ſit reuocandi pote-
ſtas à domino, poterit ipſe procurator
etiam tacitè reuocare, puta procedendo
ſimpliciter in cauſa; alleg. Rot. deciſ.
centeſimãoctuageſimãſextã. Si procu.

in no. vel ſimpliciter alium in eadem cauſa ſubſtituendo : ſic enim primus ſubſtitutus reuocatus cenſebitur, ſecundum glo. Barto. & alios in l. ante litis. ff. de procur. & amplius ait ipſe Vant. ſecundum Rot. deciſ. 71. in no. & Aeg. conclu. 565. & conclu. 590. cum ſequenti, quòd procurator ita alium ſubſtituendo primum reuocare dicetur, etiam ſi à principio proteſtatus fuiſſet per aliquam ſuam comparitionem ſubſtitutum nolle reuocare, quia aliud eſt comparere, & aliud alterum ſubſtituere. Ex prædictis conſtat reuocandi facultatem ob conſtituentis domini voluntatem, volentis, ſubſtituentem procuratorem nihilominus remanere procuratorem, eſſe tributam : quapropter tenerem,

8 † quòd ſi ex coniecturis aliquibus in domini conſtituentis mandato appareret poſt etiam factam ſubſtitutionem ipſum ſubſtituentem procuratorem pariter procuratorem remanere, veluti quia dominus multum de ipſo procuratore confideret, vel ſimiliter procurator ipſe, ſubſtitutione non obſtante, exercere poſſet, argum. l. cum virum. §. ſanè, C. de fideicommiſſ. Ac cum procurator remaneat per conſequentiam etiam ſubſtitutum à mandato reclamare poſſe exiſtimo, etiam ſi ſubſtitutus ipſe mandatum ſuſceperit, quod indiſtinctè fieri poſſe credo ante lit. conteſt. poſt autem non, niſi vel cauſa cognita, vel ipſo quoque ſubſtituto conſentiente, per textum in cap. quamuis, & per gloſ. in capit. penult. in verbo, ſiue poſt, textum illum contrarium, dicto capit. quamuis, declarantem, extra de procur. in 6. & quòd prædicto modo reuocatio fieri per procuratorem ſubſtituentem poſſit, moueor. Nam ratio aſſignatur per gloſ. in verbo, aliud, ad tex. dicti capit. is, qui, quòd poſt ſuſceptum mandatum ſubſtituens reuocare non poteſt, quia officio ſuo, id eſt procuratoris, functus eſt. verum cum procurator (vt dixi) remaneat, eius officio functus dici non poteſt, ergo reuocatio concedatur, quia ceſſat cauſa, qua motus eſt tex. dicti cap. is, qui, vt reuocatio fieri
nequeat, † qua ceſſante, cum ſit imme- 9
diata, & proxima, effectus etiam ceſſare debet. c. cum ceſſante, extra de appell. c. magnæ, in prin. de voto. l. generaliter. C. de epiſcopis, & clericis. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. cum ſim.

† Superius autem tradita attende in eo 10
procuratore, qui ſubſtitutionis poteſtatem, niſi à domino conſtituente tradatur, non habet (prout regulariter eſt omnis procurator. l. quòd quis, & ibidem gloſ. Barto. & alij omnes. C. de procur. Rom. conſilio 256. & ſing. 213. incip. quòd ſi in toto inſtrumento, ac Barto. Socin. reg. 392.) de quo præcisè loqui videtur textus dicti capit. is, qui. ſecus eſt in eo, qui abſque conſtituentis con-
ceſſione ſubſtituere poteſt, † vt eſt pro- 11
curator omnis poſt litem conteſtatam, quia litis dominus efficitur, procurator in rem ſuam datus, qui & ante, & poſt litem conteſt. ſubſtituere ipſo iure poteſt, ac demum procurator ad negotia, qui pariter omni in tempore alium deputare poterit, quorum trium caſuum, in quibus ipſo iure ſubſtituendi facultas conceditur, dinumeratio patet in capit. primo, extra eodem, de procuratoribus in 6. & not. in dicta l. quòd quis, ac tradit Socin. dicta reg. 392. in tribus primis limit. vbi & tres alias fal-
lentias ad iſtam regulam ponit. † in 12
his enim tribus caſibus & ſubſtituens exercere poterit ac ſubſtitutum, re tamen integra, id eſt antequam ſubſtitutus mandato vſus ſit, indiſtinctè reuocabit, ſed tunc demum lite per ipſum ſubſtitutum conteſtata reuocatio dabitur, cum vel ipſe ſubſtitutus conſenſerit, vel cauſa cognita reuocatione dignus apparuerit, prout ſuperius ex dicto capitulo, quamuis, tradebam. Huic autem meæ opinioni, quòd in his

tribus

tribus caſibus reuocatio conceſſa ſit, &
exercitatio prædicta, Gloſſæ adde autho
ritatem in dicto cap. 2. qui in verbo,
aliud, verſiculo, & ſecundum ſuperius
dicta, quod quidem & ex eo compro-
13 batur: † nam mitius agitur cum lege,
quàm cũ homine.l.Celſus. ff.de recep.
arb. lege igitur ſubſtitutionem per pro-
curatorem fieri prędictis in caſibus per-
mittente, dicendum eſt facilius poſſe
reuocationem, & exercitationem fieri,
quàm in caſu, quo homo concedit ſub-
ſtitutionem. Ad quod etiam facit tex.
in cap.quamuis, extra de offic.deleg.vbi
14 dicitur, † quòd à Principe delegatus
alium ſubdelegans, re adhuc integra,
licet ſuſcepta delegatione, ipſam ſub-
delegationem reuocare poteſt, & ratio-
nem ad tex. dicti cap. quamuis, aſſi-
gnat gl. in dicto cap.is,qui,in d.verbo,
15 aliud, in princ. † quòd ſcilicet illud ita
fieri permittatur, quia lex concedit,
vt à Principe delegatus ſubdelegare
valeat.

## CAVT. CCX.

### De libello per procuratorem faciendo, ex quo actus quoſcunque procuratorio nomine facere credatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator procuratorio nomine agere incipiens, licet mox actum faciat, nec dicat, procuratorio nomine, tamen cenſetur repetitum, procuratorio nomine.*

*Vt autem omnis prorſus tollatur dubietas, conſilium traditur quomodo libellus concipiatur, quo ſemper procuratorio nomine procurator agere intelligatur, nu. 2.*

PROCVRATOR, † qui pro- 1
curatorio nomine agere
cępit, licet poſtea actum
faciat, & non dicat, procu-
ratorio nomine, tamen
repetitum videtur, procuratorio nomi-
ne, vt ex traditis per Bartolum colligi-
tur in l.qui in aliena. §.pen.ſub numero
1.verſi.quod eſt verum. ff.de acquiren-
da hæred.in l. 1.§.nuntiatio, num. 15.&
ibi Alex. palam dicit, num. pariter 15.
ff.de oper. noui nunc. quodque Barto.
idem expreſſe tradit in l. ſi ita ſtipula-
tus, §. Chryſogonus, numero 8. ff.de
verb.obl.& ibi ſequuntur Imola, Raph.
Caſtr.& Alex.ſub nu. 18. & Baldus in l.
procurator, qui pro euictione.ff.de pro-
cur. Quia tamen id aliquam poteſt pati
contradictionem Barto. idem dicto §.
Chryſogonus, ſub dicto numero 8.con-
ſilium tradit, † quòd dum libellum con 2
cipit procurator, in eo verba ea appo-
nat, Agit, & agere intendit talis procu-
rator nomine talis, quia in futurum quo
que verba ea extendentur.

## CAVT. CCXI.

### De vitanda infamia in actione famoſa.

*SVMMARIVM.*

*Infamis non fit dominus, ſi in actione famoſa procurator cõdemnatur, etiã ſi dominus ſit litem conteſtatus.* 1

*Nec etiam ipſe procurator infamis erit, nu. 2.*

*Infamiam igitur vt quis in actione famoſa euitet, conſilium datur, nu. 3.*

PROCVRATOR † ſi in actio 1
ne famoſa condemnetur, do-
minus nõ infamabitur, etiam
ſi ipſe dominus litem conte-
ſtatus fuerit, vt tradunt Barto. & Bald.

in l.furti. §.ſi quis alieno, per gloſ.ibidem, in verbo, ſi ab initio, numero 2. ff.de his, qui not.infam. & Alexan.in l. iuſiurandum.4. §.cum res, in fine, ff.de
2 iureiur. † Nec etiam ipſe procurator in-
3 famis fiet, per text. dicti §. ſi quis. † vt ergo quis in actione famoſa infamiam euitet, remedium eſt, quòd (ſi poteſt) per procuratorem litiget, vt & remedium hoc tradit Bart. in dicto §. ſi quis, in fine, quod quidem remedium mirabile aſſerunt Doctores prædicti, idemque tradit Cepo.caut. 12. Aliud euitandæ infamiæ remedium, vide ſupra in litera I.caut. 114.

## CAVT. CCXII.

### De eo, qui ſoluit procuratori mandatum ad recipiendam ſolutionem, vel mutuum habenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator habens mandatum ad ſolutionem recipiendam, vel mutuum, ſi confiteatur tantumodo pecuniam recepiſſe, id eſt ſolutionem, vel mutuũ, domino non præiudicat.*

*Limita non procedere, vt nu.6.*

*Vt autem dominus ex tali receptione obligetur, & illi receptioni ſtare debeat, conſilium datur, nu.7.*

2 *Recipere aliud eſt, aliud confiteri recepiſſe.*

3 *Procurator conſtitutus ad mutuum accipiendum, per illud verbum, accipiendum, intelligitur de mutuo naturali, confeſſioq; receptionis mutuum ciuile arguit, cui natura non cooperatur, niſi numeratio probetur.*

4 *Mutui cauſa agens, & teſtes inducens, qui nihil de numeratione dicant, ſed de mutui recepti confeſſione tantum aſſerãt, reum cõuentũ obnoxium nõ reddit, ſed abſoluẽdus reus ipſe uenit.*

5 *Depoſiti cauſa contra aliquem ſi quis agit, dicens reum fuiſſe confeſſum, ſe ab eo centum libras depoſitas recepiſſe, ad quarum reſtitutionem eundem conuentum condemnari petat, & de tali confeſſione inſtrumentum producat, indeque etiam legatur, quòd confitens ad actoris voluntatem reſtituere promiſerit, condemnatio ſequi non poteſt.*

PROCVRATOR † mandatum ad recipiendam ſolutionem, vel mutuum habens, ſi pecuniam tantummodo, id eſt ſolutionem, vel mutuum recepiſſe confiteatur, domino non præiudicat, & ideo ipſum obligare non poteſt, vt per Bart. Bald. Fulg. Caſtr. & communiter Doct. in l. 2. in fi. ff.ſi cert.pet.per Bar.Ang. & Imo. in l.ſi debitorem. ff.de nou.& per alios, quos Iaſ.in d.l.2.in fi.ſub nu.20.ver. cum primo dicto, & Soc.refert, conſi.3.ſub nu. 6.verſi.quinto probatur, vol.1.Io.Bern. Diaz. reg. 608. Cæph. dominus meus conſ.101.nu.18.& Emanu. Soar.in ſuis com.opi.litera P.num.317.huius rei rationem ponit Bart. in d.l.ſi debitorem,
† quia aliud eſt recipere, aliud recepiſſe 2
fateri, vt & gloſ.in l.ſi ex cautione. C.de non num. pec. ad quod etiam facit textus cum gloſ. in l. 1. §.ſi mutuam. ff.ſi quid in fraud. patro. & in l.prima, & l. finali. C.de dote cauta non num.Barto. & Doctores in l.à diuo Pio. §.ſed ſi emptor, numero 6.ff.de re iudic.idemque in effectu videtur dicere Barto.in dicta
l.2.in fi. ſi cer.pet.nu.6.dum ait, † quòd 3
factus ad mutuum accipiendum procurator, per illud verbũ, accipiendũ, intelligitur de mutuo naturali, ſed receptionis cõfeſſio mutuũ arguit ciuile, cui natura non cooperatur, niſi numeratio probet: in ſimili dicebat Spec. in titu.de teſt. §. primo, verſiculo, ſed pone, egi contra te, nume. mihi 66. † quòd ſi aliquis

ex

ex mutuo agit, & teſtes inducit, qui ni-
hil de numeratione dicant, ſed de mu-
tui recepti confeſſione duntaxat depo-
nant, conuentus eſt abſoluendus, quo-
niam teſtes extra agentis intentionem
dixerunt, proptereaque Io. And. ibidem
ad Spec. in litera D. in verbo, fundus,
ſecundum Nic. de Mata. concludit (ad-
ductis pro vtraque quæſtionis parte ra-
5 tionibus)† quòd ſi quis contra aliquem
ex depoſiti cauſa agat, dicens reum fuiſ-
ſe confeſſum, ſe ab eo centum libras in
depoſitum habuiſſe, ad quarum reſtitu-
tionem eundem ſibi condemnari petit,
& de tali confeſſione inſtrumentum
producat, quo caueatur, ꝙ talis reus cen
tum illas libras in depoſitum ab actore
recepiſſe confeſſus fuerit, & depoſitũ il-
lud ad ipſius actoris voluntatem reſti-
tuere promiſerit, condemnatio inde ſe-
qui non poteſt. Quamobrem in ſimili-
bus cautus ſis, ne decipiaris. Quod au-
tem dictum ſuperius eſt, procuratorem
ad mutuum accipiendum conſtitutum,
ſola confeſſione dominum non obliga-
6 re, non procedit, † vbi procurator eſſet
ad accipiendum, & confitendum pecu-
niam recepiſſe conſtitutus, prout con-
tra Barto. tenent Bald. Fulg. Caſtr. Alex.
Iaſ. magiſque communiter Doct. in di-
cta l. ſecunda, in fi. vt ibi mag s commu-
niter Bartoli reprobatam opinionem
Alexand. dixit ſub numero octauo, ad fi
nem, & additio ad Bart. ipſum, ſub nu-
mero 7. litera F. in verbo donatio, quæ
quidem additio egregie Bartolum de-
fendere conatur, & Dec. ibidem ſub nu-
mero 39. & num. 40. licet antea commu
nem opinionem contra Bart. videri ipſe
Decius teſtatus ſit, quamque Bart. opi-
nionem communiter reprobatam ibi-
dem ait Iaſ. ſub numero 20. & numero
23. prout & contra Barto. ipſum eodem
in loco communem eſſe ait Curt. iun.
illam communem defendens, ſub nu-
mero 26. & num. ſequenti. quamque
Bartoli opinionem communiter dam-
natam refert Eman. Soar. in ſuis com.
opi. d. litera P. num. 318. Sed certè fun-
damenta dictæ additionis & Decij mihi
pro Bartolo vrgentia videntur, quibus
alia addere meritò poſſem, ſed pertran-
ſeo, cum tractatus hic longas non ſem-
per patiatur diſputationes. A communi
tamen in iudicando, & conſulendo non
eſt recedendum. Vt autem ei, qui pro-
curatori ſic ad accipiendum mandatum
habenti numerat, cautum ſit, atque ad
abundantem omnino cautelam, cum
additum eſt, & ad confitendum, conſi-
lium erit, † quod faciat, vt procuratore 7
pecuniam actualiter recipiente, notarius
in numerationis inſtrumẽto dicat, quod
tali procuratori recipienti dedit, & nu-
merauit in ipſius Notarij præſentia, &c.
quod conſilium tradit Barto. in dicta l.
ſi debitorem, idem conſilium Barto.
tradere videtur in dicta l. à Diuo Pio. di
cto §. ſed ſi emptor, numero 6. ff. de
re indic.

## CAVT. CCXIII.

### De libello per procuratorem ad lites tãtum dato, concipiendo.

*SVMMARIVM.*

*Procuratori ad lites dato rectè non ſol-
uitur.* 1

*Ideo tali in caſu conſilium traditur,
quomodo procurator libellum for-
met, nu. 2.*

PROCVRATOR † ſi ad lites 1
datus ſit, ei ſolui non poteſt.
l. ſed ſi tantum, & ibi no. Bar.
ff. de pact. & l. hoc iure, ibi-
que pariter not. Barto. ff. de ſolu. ad
idem facit textus in l. tranſactionis.
C. de tranſactio. Quo quidem caſu
in vtraque lege florum. Barto. conſi-
lium in libelli conceptione tradit,

 quòd

2 † quòd ſcilicet talis procurator conclu-
dat, reum condemnari ſibi, & ad dan-
dum, ac ſoluendum domino, non ſibi:
nam ſi peteret reum condemnari ad ſibi
dandum, libellus; vt inquit Barto. non
procederet, & pro conſilio hoc faciunt
tradita per Barto. ipſum, in l. vero pro-
curatori, ſub num. 2. ff. de ſol. de quibus
ego mentionem feci ſupra hac eadem
litera, caut. 190.

## CAVT. CCXIIII.

### De alienationis prohibitione, tam in contractu, quàm in vltima voluntate fienda.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Alienationis prohibitio in contractu dominij non impedit tranſlationem, licet contraueniens de intereſſe ſit obligatus.*

*Quod attende, ut nu. 7. 8. & 9.*

*Et quantum ad ſupradictum intereſſe, ac qualiter ei ſuccurratur, qui pactus eſt, ne res alienetur, habes remiſſiuè, nu. 10.*

*Itidem quoad prohibitionem ualidandam, duo traduntur remedia, nu. 11. 12. 13. & alia indicantur, nu. 14.*

2 *Libertatem impedit pactum de non manumittendo.*

3 *Pactum de non facienda re ſacra, uel religioſa, aut de non faciendo aliquid, quod ſui natura irreuocabile ſit, tenet.*

4 *Probibitio alienationis per teſtantem fieri poteſt, dũmodo ea interueniant, quę habentur, nu. 5.*

*Ideoq; datur conſilium quo nam modo quis in teſtamento alienationem probibeat, nu. 6.*

15 *Alienationis probibitio, quando tenet in contractibus, an ſi contrafiat, ille, cui proſpectum eſt propria poſſit authoritate rem alienatam capere.*

16 *Clauſula conſtituti quid operetur, & an ea potens ſit, ut pacto executiuo utatur quis aduerſus ſing. ſucceſſorem eo non citato, & negotio non liquidato, nu. 17.*

PROHIBITIO † alienationis 1
in contractu dominij tranſla
tionem non impedit, licet
contrafaciens ad intereſſe te-
neatur. l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege,
ibique per ſcrib. C. de condic. ob cau. &
not. gloſ. in l. peto, §. fratre, in uerbo, vel
extero. ff. de leg. ſecundo, Bar. in l. filiuſ-
fam. §. diui, numero 14. de leg. primo, &
ibidem alij, & Socin. iunior conſilio 91.
nume. 5. volum. 4. communem dicens.
Huius autem rei ratio eſt, quia non alie-
nare obligatus, ad factum dicitur obli-
gatus, vnde ſuccedit obligatio ad inter
eſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff.
de verb. oblig. & de quo ego latè ſupra
in cautela 68. litera F. & ita quoque ra-
tionem reddit Ripa, nume. 84. quam
ſanè rationem perpendere videtur gloſ.
in d. §. ea lege, in verbo, intereſt, & ibi
quoque Iaſ. num. 7. & ſub nume. 20. &
licet tex. in lege fi. C. de rebus alien. non
alien. totum contrarium dicere videtur,
ille tamen intelligitur ſecundum prædi-
cta iura, & ibi glo. prima, & Barto. in di-
cta l. ea lege. C. de con. ob cau. idque ſen-
tiunt omnes, vt prædictis in locis apud
Doctores colligere eſt. Bene verum eſt,
quòd ſi in prohibitione quid continea-
tur, quod alienatum difficilis eſſet reuo
cationis, prohibitio ipſa teneret, vt pro-
bat tex. l. ea quidem. C. ſi manc. ita fuer.
alien. vbi habetur, † quòd pactum de 2
nõ manumittendo libertatem impedit,
& inquit Bart. in d. l. ea lege. C. de cond.
ob cau. & in d. §. Diui, ſub nu. 14 quòd
illud eſt ibi in libertate ſpeciale, ea ſcili-
cet ratione, quia ſicut difficilius reuoca-
tur, ita facilius impeditur manumiſſio,
pro quo etiam facit tex. in l. 4. §. in illis,

&c in

& in l.ſeruus hac lege.ff.de manum.tit. generali,& in l.ille ſeruus.§.fi. ff.qui, & à quib.quod & in alijs ſimilibus procedere ait Barto.

3 † vt in pacto appoſito de non faciendo rem ſacram, vel religioſam, quod pactum eadem tenet ratione:nam rei ſacræ vel religioſæ factum irreuocabile eſt.iſtud quoq; ſentit Bart. in d.§.ea lege, ſub num.3.verſi. aut non ſeruat, & ſub num.ſequenti, quem ſequuntur ſimpliciter ibi Ang.& Rapha. Cum. ac ſequi videtur ibidē Iaſ.ſub nu. 34. verſicu. ſed tu declinata, idem ipſe Iaſon in prima lectura d.§.Diui, ſub nu. 90.verſic.tu potes. ſed certè huic Barto. opinioni, quòd non poſſit fieri res ſacra,vel religioſa,obſtat tex.in l.fin.C.de pactis inter emp. & vendit. qui, ſecundum gloſ. intellectum, id dicit, quòd prohibitio talis valet,ſi quidem,vt contraueniens ad intereſſe teneatur, non autem vt res ſacra, aut religioſa non fiat,quem ſanè intellectum ad eum textum communiter approbatum tradunt Alexan.in dicto §.Diui,ſub numero 16. & ibi Iaſ. in prima lectura, ſub numero 90. & in ſecunda lectura, ſub numero 120.ac Ripa ſub numero 86. ad finem, & Iaſon in dicto §. ea lege, ſub numero 34.& pro quo intellectu communi eſt tex. in l.pen. ff.de pact. ex quo quidem textu gloſ. in dicto l.fin.C.de pact.inter emp.& vendit. ita illum textum intellexit:niſi quis pro Bartoli opinione dicat, illam Iuſtiniani.l.corrigere dictā l. pen. de pactis, vt ex illis verbis conſtare videtur,ibi,licet hoc apud veteres.& certè uerba legis eius multum ſunt prægnantia, quæ intellecta ſecundum communem(vt præfati Doctores aiunt)ſenſum cauillari videntur, dum uolunt immutilatum talem remanere contractum, qui proculdubio immutilatus non remanet, ſi ad ſolum intereſſe actionem reſeruet; cum & intereſſe difficilis ſit probationis: quin & ipſius. l.fin. uerba finalia pro Bartolo faciunt, ibi,quomodo ferendum eſt,uſque ad finem. Hoc unum me contra Bartolum mouet;quia hæc pariter obligatio conſiſtit in non faciendo, unde Bartoli eam limitationem admodum tutam non habeo.Sunt & aliæ ad regulam noſtram limitationes, quas per te colligere potes, ex Bar. Baldo, & Salyceto in dicta l.ea lege, & pro quibus uide Rapha.Cum.in dicto §.ea lege,& ibi nonnullas enumerat Iaſ. cum una ampliatione de iuramento etiam in pacto interueniente, à numero uigeſimotertio,uſque ad numerum 36. & Ripa in dicto §. Diui, à numero 84. uſque ad numerum 94.ubi ſeptem ipſe enumerat limitationes, & penes alios repetentes in dicto §. Diui, alias potes colligere limitationes: ego hic unam attingo, quæ colligitur ex d. §.Diui(duas alias ī remedijs infra tradēdis inſerētes)

† quòd ſcilicet alienationis prohibitio 4 per teſtatorem fieri poteſt, illudque ſupremæ uoluntatis fauore cōceſſum eſt, unde ut Pract. Pap.excogitat, in for.act. rea.in uer.ueris, ac legitimis titulis, ſub numero uigeſimooctauo, uerſiculo,cuius ratio, cum teſtator nuda poſſit uoluntate, abſque alia traditione, dominium in aliquem transferre.l.à Titio. ff.de fur.impedire etiam poteſt, ne dominium transferatur, ut tritiſſima illa regula,contrariorum eadem eſt diſciplina, locum habeat, & eius eſt nolle, qui pōt & uelle,quæ quidē ratio in contrahente ceſſat. l.ti traditionibus. C.de pact. cum ſimil. & quam quidem rationem in contractibus conſiderauit etiam glo. in dicta l.ea lege, & Iaſon in dicto §.ea lege, numero uigeſimo, & Ripa, dicto §.Diui,ſub numero 84. Vt autem materiam hanc tam in contractibus, quàm in ulti. uoluntatibus planius cum ſuis cautelis habeas,attēde quę breuiter ſum dicturus; quoniam

5 † aut teſtator alienationem prohibet,& tenet prohibitio, dummodo tamen cauſæ alicuius, uel perſonæ intuitu fiat, ut in dicto §. Diui,

ibiq́ue per ſcrib. & de hac etiam ma-
teria tractat Dyn. in l. pater. §. Iulius
Agippa. de leg. tertio, vt refert Barto.
6 in d. l. ea lege, ſub numero 9. † Cautè
igitur faciet teſtator, cum alienationis
prohibitionem facere voluerit, ſi alie-
nationem ob cauſam, vel perſonæ ali-
cuius reſpectu (cauſam, aut perſonam
exprimendo) prohibebit, ita tamen, vt
quando expreſſa non fieret alienatio-
nis prohibitio præambula, teſtator per
futurum indicatiui modi, non ſubiun-
ctiui verba alienationem hanc inhi-
beat, hoc videlicet pacto; lego fun-
dum, & ſi alienabis, volo, &c. vt per
Barto. in d. §. diui, num. 6.& ibi Imo.
Raph. Cum. Caſt. Alex. num. 3. Iaſ. in
prima lectura, numero 37. quique in
ſecunda lectura, numero 56. commu-
nem inquit, Ripa ſub num. 43. in fi. om
nes cum Bartolo tranſire dicit, quem
etiam vide tribus numer. ſeq. & num.
48.& ad hoc alias allegant concor. Ale-
xan. d. num. 3.& Iaſ. in d. prima lectura.
d. numero 37. quibus adde pract. Pa-
pien. in loco infra citando: conſulo ta-
men, quòd teſtator expreſſe alienatio-
nem prohibeat, dicens, lego fundum,
quem prohibeo, ne alienes, quia mox
ſecundum communem ex Bartolo de-
ſumptam concluſ. poterit etiam per fu
turum ſubiunctiui ſubdere, & ſi aliena-
neris, volo quòd deueniat ad talem, ſed
& poterit vti verbis, de quibus Papien.
pract. in d. for. act. rea. in d. verbo ve-
ris, & legitimis titulis, ſub numero 31.
verſi. nolo, quòd hęres, & quo loci ſa-
tis plenè ipſe Papien. materiam hanc
alienationis prohibitæ, tam ob prohi-
bitionem in vltima voluntate, quàm in
ter viuos, examinat. Sed ſi cauſa, aut
perſona prohibitioni non adijciatur, re
medium eſt, quòd pœna nudæ ipſi pro-
hibitioni in caſu alienationis inſeratur;
nam ſic ab ipſa pœna nuda ea veſtitur
prohibitio, ſecundum Bartolum, Bal-
dum, & alios in l. quoties. C. de fideic.
Raph. Cuma. in d. §. diui, & poſt eum
Iaſ. in 2. lect. num. 67. & Rip. numero
22. Aut verò per contrahentes inter vi-
uos alienatio prohibetur, & eo caſu ſub
diſtinguendum eſt; † nam aut qui pa- 7
ciſcitur, ne alienetur, ius aliquod ſibi re
ſeruat, nec ne; Primo caſu translatio im
peditur, vt patet in domino, qui eo pa-
cto in emphyteuſim rem dedit, ne em-
phyteutæ rem aliena re liceat. l. fi. C. de
iure emphyth. facitque. l. ſi creditor. §.
fi. ff. de diſtr. pig. ſecundum veram Piſa-
nam literam, vt dixi ſupra, litera L. caut.
155. poſt numerum 4. & ita tenet Bar.
in d. §. diui, ſub num. 14. Iaſ. in 2. lectu-
ra, num. 121.& Ripa, num. 87. Barto. in
d. l. ſi ita quis. §. ea lege, ſub num. 3. de
verborum oblig. & ibi Iaſon, num. 29.
& Barto. in d. l. ea lege, numero 5. C. de
cond. ob cau. idem Barto. in l. nemo. ff.
de pactis, & in l. qui abſenti. §. 1. in fine,
& ibidem Alex. num. 4. ff. de acquiren.
poſſ. Secundo caſu alia fit ſubdiſtinctio,
† quia aut factum, quod per prohibi- 8
tum fieret, irreuocabile eſſet, & eo caſu
(vt ſuprà dixi Bartolo placuiſſe) prohi-
bitio tenet; † aut modò factum, ſiue 9
alienatio eſt ſui natura reuocabilis; &
tunc ſecundum omnes prohibitio non
tenet, quantum ad dominij translatio-
nem, ſed ſolum quo ad prohibentis
intereſſe, vt in dicta l. ſi ita quis, §. ea
lege, ff. de verborum oblig. & in dicta
l. ea lege. † Verùm etiam quantum ad 10
intereſſe hoc, & qualiter ei ſuccurra-
tur, qui pactus eſt, ne res alienetur, vi-
de Pap. in dicta forma act. rea. & in di-
cto verbo, à numero vigeſimooctauo,
vſque ad vigeſimumnonum, ſed etiam
quòd prohibitionem validandam duo
dantur remedia virtualiter, vt per Bar.
in dicto §. diui, ſub numero decimo-
quarto, & ibi Ripa, numero 87. cum
ſequenti, Barto. in l. qui abſenti, §. pri-
mo, & ibi Alexand. numero tertio, &
quarto, ff. de acquirenda poſſeſſione, &
per Papien. d. loco, numero 29. ac etiam
vnum

vnum ex his ponit remedium Aret. in
§.item ſi quis in fraudem, numero 11.
Inſt.de action.& Cœpo. caut. 32.Mul-
11 ti ſunt. Primum, † Quòd qui prohibe.
prohibitiua alienationis verba ad ip-
ſius alienandi actus pręambulum refer
ri curam habeat; hoc videlicet modo;
vendo, vel dono tibi hanc rem,ſub hac
conditione, forma, &c.quod non alie-
nabis; & ſi contigeret te ad aliquem
alienationis actum peruenire, ex nunc
prout ex tunc, in me reuertatur pleno
iure, &c. & in illo caſu conſtituis te
12 meo poſſidere nomine; ſed † caueat
prohibens ſecundùm Barto.& Alexan.
dictis in locis, & vt colligitur ex Pa-
pien. ne dicat, & ſi alienaueris; quia in
perfectę alienationis tempus conferret,
vnde ius ſibi reſeruare non poſſet.l.Sti-
cus.ff.de manum.teſt. & ita communi-
ter tenetur, vt ait Ripa in dicto §. di-
ui, ſub numero 45. Secundum eſt ſin-
13 gulare remedium, videlicet, † Quòd
ille cui donatur, vel venditur promit-
tat rem non alienare, & per hoc ſpe-
ci aliter obliget dictam rem: eam enim
alienando alienatio eo in caſu redditur
nulla, & ita eſt communis opinio, ſi
ſpecialis interueniat hypotheca, vt ita
hic docet, vt habes colligere ex tradi-
tis à Iaſone in dicto §. ea lege, numero
32.Gozad. conſilio centeſimo, ſub nu-
mero 24.Neguſ. de pign. iu 1. parte 1.
memb.numero 5. Alex. in d.l.traditio-
nibus, numero 8. C. de pact. & magis
commune aſſerunt Anto. Gomez. in l.
40.Tauri, numero 19. & Didac. à Co-
uarru. lib. 2.var. reſol. cap. 15. numero
3.Licet autem nonnulli contrarium ſen
tiant,& communem, ac magis commu
nem proferant, quòd idem etiam ge-
neralis operetur hypotheca, vt habes
penes Eman. Soar.in ſuo Theſau. rece-
pt. ſenten. litera P. numero 333. Tu ta
men non errabis, ſi ſpeciali hypothe-
14 cæ reſpexeris. Sunt † & aliæ caute-
lę ob prohibendam alienationem in
contractibus à Baldo traditæ in dicta l.
ea lege, & ab Alexandro relatæ poſt
alios in dicta l.qui abſenti, §.primo,nu-
mero ſeptimo, cum duobus ſequenti-
bus, & vnam aliam habes ex Bal. in l.
fina.C. de pact. int. emp. & de qua Ri-
pa,dicto §.diui,numero 92.Sed tu non
relinquas duas, quas hic tibi exprimo.
An autem cum † ex prędictis cautelis 15
dominij impeditur translatio, primus
vendens, vel donans aut alius, cuius in-
tereſt, propria valeat authoritate rem
ſibi accipere? vide Alexand. in dicto §.
primo,l.qui abſenti, numero decimo,
poſt Rom.ibi, Iaſ.in dicto §. diui, nu-
mero 43. in prima lectura, & in ſecun
da,numero 56. cum alijs, quos allegat,
pertranſit, quod ſic, & pro hac opinio
ne allegant Doctores gloſ. in §. de cę-
tero, in verbo, licentiam damus,in Au
th.vt de cętero commu. non fiant. ſed
quia ſupradicta affirmatiua ex dicta gl.
deſumpta ita ſimpliciter non pertran-
ſit, vide quoque ipſum Iaſon. in dicto
§. ea lege, numero trigeſimoquinto,
poſt Raph.Cum.& Are.ibidem,& poſt
Ang.in d.§.de cætero, ac poſt Alexand.
in d.§.1.d. l.qui abſenti. In hoc autem
ego dico, quòd ſi vſus fueris remedio
cum clauſula conſtituti,prout tibi tradi
di ſupra,nu.11. non erit dubium, quin
propria poſſis authoritate in caſu aliena
tionis apprehendere. conſtituti † enim 16
clauſula operatur totius poſſeſſionis, q̃
penes conſtituentem erat, translationē.
l.quædam mulier.ff. de rei vend.l.ſi pi-
gnus.ff.de pig.act.& l. quod meo. ff.de
acq.poſſ.Doct.in l.3.ff.eod. Soc.conſi.
131.nu.13.vol.3. Cępo.conſ.4.nu.5.
in crim.Papien.in form.libelli in cauſa
vend.in verbo, conſtituens,&c.ſub nu.
2.ver.& ideo,& Menoch.in trac.de adi
piſcenda,rem.5.nu.36. vbi ſubdit cum
Bartolo,quòd fruſtatoria eſt illa clauſu-
la,ꝙ liceat propria authoritate, &c.quã
do cõſtituti ineſt clauſula,quæ illud idẽ
operatur, & † tradit Soc.conſi. 82. nu. 17
8.vol.

8. volum. 3. quòd etiam aduerſus tertium ſingularem poſſeſſorem poteſt quis pactum executiuum exercere, eo non citato, & negotio non liquidato, quando in pacto ineſt conſtituti clauſula, & latè dixi ſuprà in litera. C. cautela 20. ſub nu. 3. ideo in his cautus ſis, vt hac conſtituti clauſula vtaris.

## CAVT. CCXV.

### De acquiſitione per forenſem acquirere prohibitum.

*SVMMARIVM.*

1 *Statuto ſi prohibeatur, ne in forenſem alienetur, forenſis acquirere poterit ab inteſtato. Item dotis cauſa alienari poterit, nu. 2.*

*Ideo datur conſilium, vt forenſi proximiori teſtamento non relinquatur ſed ſinatur, quòd ab inteſtato ſuccedat, nu. 2.*

4 *Alienatione expreſſe prohibita à teſtatore dotis cauſa poteſt alienari.*

1 PROHIBITIONE † per ſtatutum ſimpliciter facta, ne in forenſem bona alienentur, ab inteſtato, & ſic legis communis diſpoſitione ipſe forenſis ſuccedere poterit, vt probat textus in l. cum pater. §. cum inter, de leg. 2. deſumendo argumentum de teſtantis diſpoſitione ad ſtatuentium diſpoſitionem, prout ita argumentum deſumi poteſt, vt patet ex not. à Bar. in l. 1. num. 4. C. de his, quib. vt indig. Alexand. in l. ita ſtipulatus, ſub num. 12. ff. de verb. oblig. & in conſi. 32. col. 2. in prin. vol. 2. & Ripa in l. filiusfam. §. diui, ſub numero 71. de leg. 1. & pro quo etiam vide Euerar. in top. iuris, in loco ab vlt. volunt ad legem, & ſtat. vel conſu. Sicque ab inteſtato forenſem, non obſtante d. ſtatuto, ſuccedere poſſe tradit per d. §. cum inter. Bar. in l. ſi ita quis. §. ea lege, num. 8. ff. de verb. oblig. quem ad hoc refert Papien. in forma act. rea. in verbo, veris, ac legitimis titulis, ſub num. mihi 16. & ſequuntur in d. §. ea lege, Imo. & Pau. de Caſtro. ſequiturque Rol. à Valle, conſi. 80. num. 32. cum tribus ſequentibus, vol. 3. vbi ex traditis, ſub num. 29. verſi. circa alium, communem iſtam ſupponit eſſe concluſionem.
† Qui igitur ſuum proximiorem in bo- 2
nis ſuis ſuccedere optauerit, ſi tale extiterit ſtatutum, cautus erit, non facto ſuo ſicque eius expreſſa voluntate, in eum forenſem bona ventura diſponere, ſed eum ipſum ab inteſtato ſuccedere ſinat, quia tunc illa ſtatuti diſpoſitio (vt dixi) locum non habebit: quin & inquit Ri-
pa in d. §. diui, num. 71. † Quòd prohi- 3
bitio talis non intelligitur prohibere alienationem ex dotis cauſa, ſecundum Cur. quem allegat, conſi. 27. quod incipit, Magnificus dominus Vigutius. qd
& ratione probatur; nam & ſi † à teſtato 4
re ſit facta alienationis expreſſa prohibitio, dotis tamen cauſa alienari conceditur, vt tradit poſt Iac. de Are. Bar. in d. §. diui, num. 10 quem ſequuntur ibidẽ Docto. communiter, vt tradit Iaſ. ibi, in 1. lect. num. 13. & ſub num. 59. ad finẽ, verſi. pro communi, & ſub nu. 65. ubi inquit in iudicando, & conſulendo ab hac communi non recedendum eſſe; licet mox in puncto iuris in contrarium arguat, & in 2. lect. iſtam opinionem pariter communem ſæpe appellat; & maximè ſub nu. 96. & 98. verſi. iſta eſt communis, licet mox in contrarium arguat; hanc itidem communem appellat Ripa in d. §. diui, ſub nu. 70. verſi. & iſta opi. eãdemque opinionem tenent Iaco. de Are. Cy. Bal. & Salycet. in l. voluntas. C. de fideicommiſ. Bal. & Saly. in l. ſi. in pe. q. C. de reb. alien. non alien. Alex. conſi. 56. vol. 1. quod eſt errore duplicatum conſ. 23. volum. 2. & latius proſequitur

Cur.

Cur.d.conſilio 27.in 2. dub.& Barb.in Rub.de reb.eccleſ.non alien.in 6. & vltima q.ac facit optimè pro iſta opinione, quod pulchrè tradit Albericus de Roſ.in 1.par.ſtat.q.158.incipien.ſtatuto Regis,& Regni Aragoniç, &c.Denique iſtam receptam Doctorum habes opinionem ex his, quos refert Bapti.à Villalob. in ſua collecta com.concluſ. litera. A. nu.86. quibus adde Cur. Iun. in auth. res, quç.quem vide cum ſuis limitationibus, num.25. cum ſequen.C. com. de leg. ſic igitur etiam in ſtatutorum diſpoſitione dicendum eſt, cum à pari procedat cum diſpoſitione vltimarum voluntatum, vt ſuprà dixi.

## CAVT. CCXVI.

### De eo, qui ob delictum citatur, & vltima die termini poteſtas non comparet.

*SVMMARIVM.*

1 *Actum in termino expedire prohibitus prohibitionis ratione non excuſatur, niſi expreſſe in actis proteſtetur.*

2 *Iudicis copiam non habenti appellationis proſequendæ tempus currere non incipit, dummodo proteſtetur.*

3 *Citatus aliquis in criminalibus, quòd intra talem terminum compareat, aliàs in banno ponetur, ſi tempus labitur, & vltima die termini poteſtas ad banchum non venit, quid banniendus agere debeat.*

1 PRohibitvs † actum in termino expedire prohibitionis ratione excuſationem non habet, niſi expreſsè in actis proteſtetur, prout voluit gloſ. ſolęnnis in c.cupientes. §. quod ſi per viginti,in ver. propoſita, de elect. in 6.& per gl.illam ibi Io. de Imo.dicit ſe obtinuiſſe (& ſequitur ibidem Gem.) in quadam appellationis cauſa, vbi propter Iudicis defectum pars appellationem nõ eſt proſecuta, & tempus labi permiſit; nam ex quo poteſtationem Iudici in actis non fecit, ſibi prçiudicauit, & excluſus fuit, ad idem vide gloſ. in c. 1. & c. plerunque, de reſcri. cum alijs, de quibus Alex.in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi, num.9.& ſeq.ff.de oper.noui nunt. Io. Ber.Diaz.reg. 615. & ideo Bald. in d.c.
plerunque, de reſcrip.inquit,† quod ei, 2
qui Iudicis non habet copiam, appellationis proſequendç tempus currere nõ incipit, dummodo proteſtetur: & hæc quidem attende, vt dicam infrà in caut. 218.& ex hoc ibi Bald. optimum notat argumentum (vt & aliàs dixi ſuprà litera,
ra,B.caut.13.) Quòd † ſi ĩ criminalibus 3
citetur aliquis vt infrà talem terminum compareat, aliàs in banno ponetur, & banni tempus labitur, ac vltima termini die poteſtas ad banchum non venit banniendus iſte ad banchum ſe prçſentare debet, & Iudicis requirere prçſentiam,& ſi eam hebere non poteſt, proteſtetur apud tribunal,aliàs terminus labetur,& ſi cauſa capitalis eſt, procurator ad proteſtandum conſtitui non poteſt,quia nec ad comparendum,& proteſtatio comparitionis loco ſuccedit, ita in d.loco inquit egregie Baldus, & hæc etiam tradit Iaſ.in d.§. ſi quis ipſi, vbi latius vide ſub num. 2. & in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iud. quç bene nota, vt in praxi ea in promptu habeas.

## CAVT. CCXVII.

### De facti alieni promiſſione.

*SVMMARIVM.*

*Facti alieni promiſſio non valet.* 1

*Vt autem teneat duo dantur remedia num. 2. & 3.*

1 PRomiſſio † facti alieni nõ tenet, vt eſt textus in l. ſtipulatio iſta, in prin. ff. de verborũ oblig. & Inſt. de inutil. ſtip. §. ſi quis alium, & §. verſa uice. excipe tamen caſus nonnullos, vt per gloſſam in d. §. ſi quis, in ver. non obligabitur. vt autem indiſtinctè facti quoque alieni
2 ſponſio valeat, remedia duo trado; † Primum, quòd promiſſori caueat, ſe effectum, vt tertia illa perſona faciat, de quo eſt textus in d. §. ſi quis. ſecundum
3 eſt remedium, † vt pœna adijciatur, vt eſt textus in d. l. ſtipulatio, & in d. §. verſa vice. & ſicut alienum factum inutiliter promittitur, ita & è contrario alteri quis ſtipulari nequit, vt ſuper hac re faciam infrà cautelam, in litera. S. cautela 258.

## CAVT. CCXVIII.

### De proteſtatione fienda, etiam ſi per Iudicem non ſteterit, ſed alia ſint, ne appelletur, impedimenta.

*SVMMARIVM.*

1 *Proteſtatione opus eſt, cum iudicis facto quis appellationem proſequi nequit, nec vna ſufficit proteſtatio, ſed plures requiruntur. ſed ſi aliud ſit, quàm Iudicis impedimentum proteſtatio non eſt neceſſaria, dummodo mox impedimentum probetur, num. 2.*

*Cautius tamen fiet, ſi ſemper proteſtabitur, nu. 3.*

PRoteſtatio † neceſſaria eſt, ſi Iudicis facto quis appellationem proſequi impeditur, & non ſufficit vna, ſed plures debent adeſſe proteſtationes (prout ego de hoc ſpecialem faciam cautelam infra caut. 240.) ita dicit Alexander conſilio decimonono, volumine primo, & tradit Bald. in capitulo, ex ratione, in fine, extra de appell. quoſque ad hoc refert Maran. in loco inferius modo allegando, vbi inquit de hoc eſſe veram concluſionem: quibus adde ipſum Baldum in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iudicijs, & ibi Alexand. & Iaſon, Bald. in capitulo, ſi autem aliquis, de reſcrip. & in auth. item ſi appellatione. C. de appellationibus. ad hoc etiam vide Alexan. in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi pretori, numero nono, & decimo, & ibidem Iaſon, ſub numero ſecundo, ff. de oper. noui nunt. † Si verò alio impedimento, quàm Iudicis facto, impeditur, proteſtatione opus non eſt, ſed ſufficit, quòd poſtea impedimentum probetur. † Cautius tamen eſt, quòd ſemper de impedimento proteſtatio fiat, ita pulchrè diſtinguit Phil. in dicto capitulo, ex ratione, verſiculo, ſed dubitatur ad hoc &c. & ita intelligitur gloſ. in capitulo, cupientes. §. quòd ſi per viginti, & ibi Gemin. & Petrus de Anch. de elect. in ſexto, & Barto. in l. prima, §. dies. ff. quando appellan. ſit. ita quoque tradit Maran. de ordi. ind. parte ſexta, verſiculo, appellato, aliàs ſecundus actus principalis, numero ducenteſimodecimonono. Hæc quo ad impedimenta in proſecutione, quomodo ad impedimenta in appellationis interpoſitione, dixi ſuprà in litera A. cautela tertia, & octaua.

CAVT.

## CAVT. CCXIX.

De pupillari ſubſtitutione filio emancipato fienda, & de relinquendo eidem minus legitima abſque teſtamenti præiudicio.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emancipato filio impuberi, vel nepoti emancipato, aut aliàs ſui iuris exiſtenti, parens pupillarem non poteſt facere ſubſtitutionem.*

*Quod conſuetudine introductum eſt, num. 10.*

*Vt autem tali perſonæ pupillariter ſubſtitui poſſit, remedia dantur, nu. 9. 11. 12. 13. 20. 21.*

*Quibus conſilijs vti poterit teſtator, ſi voluerit omnia bona ad aliquam perſonam, decedente in pupillari ætate pupillo illo, peruenire, ſin minus, ſeruare poterit, quod traditur, num. 25.*

2 *Nepos natus, & conceptus filio iam emancipato, non naſcitur in aui poteſtate, ſed patris ſui emancipati.*

3 *Princeps ſummam habet poteſtatem, & de eius poteſtate nonnulla dicuntur vſque ad num. 9. Quòd ſcilicet iuris apices tollere queat, conſuetudinique, iurique alij poſitiuo derogare poſſit, & ſtatutis etiam iuratis, ac clericis conceſſis.*

6 *Conſuetudo ius poſitiuum dicitur, differens ſolum à iure communi, vt tacitum ab expreſſo.*

*Pupillaris ſubſtitutionis ius hodie quoque conſuetudinarium appellatur, ſub num. 10.*

13 *Emancipatum filium, nepotemve parens adoptare poteſt, cui facta mox ſubſtitutione pupillariter ſubſtituere poteſt, nu. 14.*

17 *Legitima filio debita omne grauamen, & tempus de medio excludit.*

*Limita nu. præcedenti. 16. 20. & 21.*

*L. cum ex filio. ff. de vulg. an ſit per l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. correcta, ſub nu. 17.*

*Et an per ius auth. numero 18. & ſub num. 19.*

*Legitima hodie inſtitutionis iure filijs debetur, ſublata emancipationis, & patriæ poteſtatis differentia.* 19

*Limita, vt num. præcedenti. 18. 20. & 21.*

*Ius agendi ad ſupplementum querelæ loco ſuccedit.* 22

*Alimenta interim debebuntur filio impuberi emancipato, cui pater ad pupillaris ſimilitudinem prouideat ſecundum conſilium l. cum ex filio. ff. de vulg.* 23

*L. cum ex filio. ff. de vulg. an procedat extraneo hærede inſtituto.* 24

*Legitima, & Trebellianica à liberis detrabitur grauatis ex interuallo hæreditatem reſtituere.* 26

*Mater quibus remedijs pupillariter filio ſubſtituere poſſit.*

*Adoptare fœminæ non poſſunt.*

PVPILLAREM † ſubſtitutionem impuberibus liberis, qui ſui ſint iuris, parentes facere nequeunt, l. 2. ff. de vulg. & pupil. l. quamuis, & l. ſi teſtamento. C. eodem, & Inſtit. de pupil. in prin. Pone modo quem impuberem habere emancipatum filium, nepotemve, cui pupillariter ſubſtituere deſideret, aut (vt ſæpius euenit) nepotem habere ex filio emãcipato natum, cóceptumq́; poſt filij emãcipatione (quo † caſu nepos ille non in aui, ſed in patris ſui poteſtate naſci dicitur, vt eſt textus in §. illud, Inſt. quibus mod. ius pat. pot. ſolu.) filio autem vita iam functo auum nepoti impuberi illi vrgẽti ex cauſa pupillariter ſubſtituere optare: an ſit remedium pro eius deſiderio? Dic quòd ex † quo Principi ſumma

ma eſt tributa poteſtas. l. 1. ff. de conſt. Princip. qui & iuris apices remittere po teſt. l. etiam. §. 1. ff. de bon. libert. & vt not. in l. ſi quando. C. de inoff. teſtam.
4 Ac † conſuetudini introductæ derogare permiſſum eſt, vt eſt tex. in auth. omnes peregrini, verſic. non obſtante, C. com. de ſucceſſ. traditq́; Oldrad. conſil. 118. Et propterea dixit Bal. conſ. 388. 401. col. 1. circa finem, & 430. in fine. vol. 4. quem ſequitur Crau. conſ. 228.
5 quòd ſolus † Princeps ſub pedibus cõſuetudinem habet. Quæ quidem con-
6 ſuetudo, † cum poſitiuum dicatur ius, licet non ſcriptum, differens ſolum à iure communi, vt tacitum ab expreſſo. l. de quibus. ff. de legibus, & §. ex non ſcripto. Inſt. de iu. nat. gen. & ciu. Crauet. conſ. prædicto 238. col. 2. proinde etiã à Principe tolli poſſe eo apparet: quia
7 † ipſe iuri poſitiuo derogare poteſt. l. idem Vlpianus. §. 1. ff. de excuſat. tut. l. quidam conſulebãt, in fine. ff. de re iud. iux. not. à glo. & Doct. in c. nonnulli, de reſcript. & in c. 1. de exceſſ. prælat. lib. 6. Bart. in extr. ad reprim. in verbo, nõ obſtantibus, Fran. Mar. deciſ. 808. num. 5. & deciſ. ſequen. nu. 5. par. 1 & ideo vi-
8 demus, quòd † poteſt Princeps derogare ſtatutis, quia dicũtur ius poſitiuum, Bald. conſ. 187. verſ. ſed quid, volum. 2. etiam iuratis, Gozad. conſi. 70. num. 5. & clericis conceſſis. Afflict. deciſ. 261.
9 num. 9. Iccirco primum † erit in caſu noſtro conſilium, vt à Principe priuilegium impetret ille, poſſe ſe tali filio, aut
10 nepoti ſubſtituere. † Cũ enim moribus, & conſuetudine introductum ſit, vt ad pupillarem ſubſtitutionem fiendam requiratur patria poteſtas. d. l. 2. ff. de vul. & Inſtit. de pupil. in princ. quæ quidem pupillaris ſubſtitutionis introductio & hodie quoque conſuetudinarij iuris habetur, vt per Bar. in d. l. 2. ſub num. 1. & ita ibi communiter concludunt ſcrib. vt ibidem teſtatur Ripa num. 13. Propterea fit, vt ex prædictis quis à Principe tale poſſit conſequi priuilegium, quod & in caſu noſtro pro matre tradidit Io. Dilect. de arte teſt. tit. 5. caut. 30. in fi. motus ipſe arg. l. ex facto, cum ibi traditis à Doct. ff. de vulg. Nec † etiã incon- 11
ſulte fecerit parens, ſi procurauerit, vt Principis reſcriptum cum clauſula: Nõ obſtante aliqua lege, quæ in cõtrarium loqueretur, emanet, iuxta tradita à Bart. in d. extrau. ad reprim. d. verſ. non obſtantibus, nu. 1. 2. & 3. & in l. fin. nu. 4. & 5. C. ſi cont. ius, vel vtilit. publ. Alex. in l. Centurio, num. 31. ff. de vulg. ſecundum datur † remedium, quòd talem 12
filium, aut ſui iuris impuberem nepotem per adoptionem parens in ſuam redigat poteſtatem: quia † id facere po- 13
teſt. l. ſi pater familias. §. qui duos, & l. ſi pater. ff. de adopt. & facta † mox ado- 14
ptione pupillariter ſubſtituere poterit. l. ſed etſi plures. §. in arrogato, ff. de vulg. & vt not. in l. ſi arrogator, §. ſed an impuberi. ff. de adopt. Ac ita vide Iaſ. tale tradentem conſilium in caſu. l. cum ex filio, vbi ſub num. 6. circa finem. ff. eod. de vulg. Verum, quia non ſemper temporis commoditas ſupradictis conſilijs vti concedit, & euenit, vt iam in extremis laborans ſubſtituere talibus perſonis pupillariter velit: Ideo accipe tertiũ iſtud conſilium, quod ex quattuor iuris prudentibus, Labeone ſcilicet, Offilio, Caſelio, & Trebatio proditum fuit, referẽte Iaboleno in d. l. cum ex filio. ff. de vulg. vt † impubes ab ea pſona, cui 15
ſubſtituendum eſt, hæres non inſtituatur, ſed ab alio hærede inſtituto, quem pupillariter ſubſtituere parens deſiderauerit, per fideicõmiſſum eidem impuberi in pubertatis tempus relinquatur: Neque † etiam interim impubes il- 16
le ſuam poterit conſequi legitimam, licet † aliàs in liberorum legitima omne 17
tempus, atque grauamẽ de medio ſubducatur. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam. per quam legem videtur correcta ipſa. l. cũ ex filio, quod tamen

verum

verum non eſt, vt ibi habes ex Bartolo,
Alb. Ang. Imo. Raph. Alex. & Iaſone,
qui licet diuerſis ad hoc inducantur ra-
tionibus, in eundem tamen effectum
18 communiter recidunt: Quin † & con-
ſilium iſtud procedere tenet Bar. in d.l.
cum ex filio, non obſtante Authentico-
rum iure in §. prohibemus, Authen. de
trien. & ſemiſſe, & in §. aliud quoque
capitulum, Auth. vt cum de appe. cogn.
19 vbi † filijs legitima inſtitutionis iure
decernitur, nec ſufficit alio quouis ha-
bere relicti titulo, ſublata emancipatio-
nis, patriæque poteſtatis differentia,
quam ſane Bar. opin. egregie rationibus
nonnullis habes comprobatam ex Ia-
ſone in d.l. cum ex filio, num. 6. & ean-
dem quoque opinionem tenuit Bal. in
auth. ex cauſa, in 4. oppoſit. C. de libe.
præteritis, vbi etiam Curt. iun. num. 33.
& iſtam quoq; opinionem magis com
muniter tenere Doct. ait Iaſ. in d.l. cum
ex filio. d. num. 6. vbi alias refert ad id
concord. & vide Iac. Phil. Port. in 1. lib.
20 com. conc. reg. 42. limit. 1. Quod † pla-
nius procedet, ſi parens, cum ita diſpo-
nit, adijciat, ſe optima intẽtione, & pro
illius impuberis ſalute id facere: nanq;
virtute bonæ mentis, & intentionis te-
ſtantis, dies, etiam quantum ad legiti-
mã non reijcitur. l. ſi patronus. §. ſi quis
non mala mente. ff. de bon. lib. l. multi.
ff. de lib. & poſth. l. filijs matrem, & l. ſi
quis in ſuo, circa fin. C. de inoffic. teſta.
Quæ etiam leges hodie procedunt ſe-
cũdum magis communem Doctorum
opinionem, de qua teſtatur Alexan. d.l.
cum ex filio, ſub num. 6. verſic. eſſet ta-
men videndũ, quod & tradit ipſe Alex.
in d.l. multi, verſ. Sed Cyn. ac Iac. Phil.
Port. in d. limitatione prima regulæ præ
dictæ. Propterea neque obſtabunt Au-
thenticorum iura in dd. §. prohibemus,
& §. aliud quoque capitulum. vnde im-
pubes iſte facto defuncti neutiquam
contrauenire poterit: Ad abundantem
tamen cautelam habes ex Bartolo in d.
l. cum ex filio, num. 1. prudenter factũ,
ſi † in quinque ſolidis (puta) ille impu- 21
bes inſtituatur, reſiduum ſibi in puber-
tatis tempus legando (exprimendo au-
tem, vt dixi, id pro impuberis ſalute
fieri) nam dicit Bart. quòd nullum tunc
dicere non poterit teſtamẽtum ille im-
pubes: quia inſtitutus erit, nec etiam ad
legitimæ ſupplementum agere valebit,
quia † ius ad ſupplementũ agendi que- 22
relæ loco ſuccedit. l. omnimodo, & l. ſi
quis filium, in fi. C. de inoff. teſta. vn-
de ſicut querela intentari Digeſtorum
tempore non poterat, vt probat text. &
ibi no. in d.l. cum ex filio (nam & alio-
qui cõſilium illud fatue datum fuiſſet)
& ita ibi tenet Bar. & omnes admittũt,
quamq; legem non eſſe, per l. quoniam
in prioribus, ſublatam multis authorita
bus oſtendi, adeo, vt communis de hoc
appareat ſententia. Ita quoque nec ad
ſupplemẽtum agi poterit, arg. l. ſi eum,
§. qui iniuriarum, & ibi not. ff. ſi quis
caut. Bene † verum eſt, quòd interim ab 23
hærede inſtituto alimenta ipſi impube-
ri debebũtur, vt ſentit Alex. in d.l. cum
ex filio, ſub nu. 5. ad finem, & ſub nu. 6.
verſ. & dico, quòd hoc interim. idque
maximam ſapit æquitatem, ne dicere-
mus, Quod fauore alicuius cõſtitutum
eſt, illud in eius damnum conuerti. l.
quod fauore. C. de legib. Scias autem,
† Quòd iſtud ex hac l. cum ex filio, re- 24
medium nõ procedere intellexit ibid.
Alex. ſub nu. 5. verſ. item ſi verũ, quan-
do extraneus eſſet ita inſtitutus, per tex.
in l. inter cætera. ff. de libe. & poſth. & l.
ita tamẽ. §. qui rogatus, ff. ad Treb. quod
& in ſe verum eſſe admiſit in d. l. cum
ex filio, Iaſ. ſub num. 5. verſ. Sed iſta ra-
tio. Verum ego ab iſtis diſſentio, nam
& iura ſſtorum ea allegata per Alex. il-
lud non probant, vt tu inde facile colli-
gere poteris: quia ſi ita illas leges intel-
ligeremus, eſſet ſubuertere illam pari-
ter ſſtorum. l. multi, quæ totum contra-
rium probat, & ibi quoq; Alex. expreſ-
ſe no-

ſè notat eam legem procedere extraneo quoque inſtituto: vnde vides, quòd ſi magis eſt communis opinio, d.l.multi, procedere etiam hodiernis temporibus cogimur quoq; omnino dicere, magis communem eſſe opinionem, etiam ſi extraneus inſtituatur, attẽto etiam, quia eadem eſt ratio bonę mẽtis in extraneo dicto modo inſtituto: & miror, quod Alex. ad iſta non aduerterit. Supradictis autem remedijs parentes pro eorum liberis impuberibus, ſui iuris exiſtentibus, vti poterunt tunc, cum omnimodo abſque diminutione vlla talia bona, tanquam ex pupillari ſubſtitutione, ad aliquam perſonam peruenire voluerint;
25 † Sin minus, poterunt liberos eos inſtituere, & grauare, vt ſi infra 14. annos deceſſerint, tali reſtituant perſonæ, iuxta
26 textum. §. extraneo, Inſt. de pupi. † Quo caſu fiet & legitimę, & Trebellianicæ detractio, quoniam ex interuallo reſtitutio fieret, vt per ſcriben. communiter in c. Raynutius, & in c. Raynaldus, extra de teſtamentis, & communem quoque opinionem tradit Afflict. deciſ. 367. nu. 4. & Berous in c. in præſentia, nu. 437. cum ſeq. extra de prob. & iſtud eſt conſilium Raph. Cum. in d.l. cum ex filio, deuiantis à Bartoli ſupradicto conſilio, de inſtitutione quinque ſolidorum, & proinde ſuum peius (vt arbitror) id ponentis conſilium, quia (vt vides) plenè non prouidet, vbicunque ſcilicet teſtator vellet, quòd ſubſtitutus omnem ha-
27 beret hæreditatem. Sed† & mater ſupradictis poterit vti conſilijs, cum ad pupillaris ſimilitudinem liberis ſuis (quos in poteſtate non habet. §. fœminę Inſt. de adop.) ſubſtituere optauerit, eo excepto conſilio, quòd ſecundo loco, nu. 12. de adoptione tibi datum eſt; quoniam † fę-
28 minę adoptare nõ poſſunt, niſi ex Principis indulgentia ad liberorum amiſſorum ſolatium. l. mulierem. C. de adopt. & d. §. fœminæ, Inſt. eod. Quin & ſi ex Principis priuilegio adoptare permiſſū eſſet, per id ſubſtituere pupillariter non poſſent, cum (vt dixi) non habeat patrię poteſtatis iura, quę ad faciendam illam ſubſtitutionem requiruntur, vt ſuperius dicebam: vnde ſi Principis munere mater vti voluerit, melius erit, quòd illud procuret, vt expreſſe facultatem pupillariter ſubſtituendi concedat, ſecundum ea, quæ in primo conſilio dicebam, num. 9. vſque ad 12. & ita quoque iſtud Principis priuilegium pro matre operari poſſe voluit Io. Dil. dicta cautela 33.

## CAVT. CCXX.

### De tutore, ſiue curatore emente, vel contrahente cum pupillo, vel minore.

*SVMMARIVM.*

*Tutores, vel curatores pupilli, vel minoris bona, eorum durante officio, emere non poſſunt, nec cum eis contrahere.* 1

*Et quare nu. 2. & 3.*

*Vt autem hi cum minoribus contrahere valeant, remedium datur nu. 6. & num. 8.*

*Et eſt aliud remedium, num. 11.*

*Quod tamen locum quoad tutorem non habet in caſu, de quo num. 12. ſecundum aliquos.*

*Quæ tamen conſilia procedunt, vbi pupilli bonorum alienatio non interuenit: ſed ſi interueniat, tunc attende, vt nu. 16. & 18.*

*Metus arguitur ex minis, ac reuerentia coniuncta tutorum, vel curatorum.* 4

*Limita, vt num. 9.*

*Qui quidem metus, & reuerentia ad reſcindendum contractum ſufficit, num. 5.*

*Tutorum authoritas diuidua eſt.* 7

*Tutores, vel curatores tenentur ſeruare* 10

*nare indemnem pupillum, vel minorem, vt & eo ſatisdent nomine.*

*Furtum non committit, qui palam, & bona fide pecuniam alicuius accipit, ſub num. 11.*

*Teſti pecunia poteſt palam dari, vt veritatem dicat, ſub numero 11. vbi etiam dicitur, quòd licet teſtes inſtruere palam, vt veritatem dicant.*

13 *Curatori adoleſcentis hæreditas ab ipſo adoleſcente reſtitui poterit.*

14 *Palam, & bona fide, quando tutor cum pupillo contrahere dicatur.*

*Nam ipſe tutor cum pupillo contrahere poteſt, ſi palam, & bona fide id fiat, vt num. 11. præterquam in caſu, de quo num. 12. quod tamen non eſt in curatore, qui indiſtinctè palam, & bona fide cum eius adoleſcente contrahere, ipſo authorante, poteſt. d. num. 12. & probatur num. 13.*

15 *Tutor quod facit præſentibus pupilli coniunctis, bona fide facere videtur.*

17 *Minorum bona, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, qua ſolennitate adminiſtratores vendere debeant.*

1 PVPILLI, † vel minoris bona
tutores, ſiue curatores eorũ
durante officio emere nequeunt,
textus eſt in l. ſi in
emptione. §. fin. ff. de contrahenda emptione.
ex quo etiam probatur, quòd
nullum contractum cum ipſis minoribus
hi facere poſſunt: Ratio ea eſt,
2 † quia ipſorum tutorum, ſiue curatorum
requireretur authoritas, quam tamen
in caſu proprio præſtare non poſſunt,
lege prima, & lege, pupillus, in
3 princip. ff. de authoritate tuto. † nam
dantur hi pupillo, vt eum tueantur,
non vt ſpolient, lege prima. ff. de tuto.
& §. tutores, Inſt. eod. Qui & ob eorum
ætatis imbecillitatem, infirmumque animi
iudicium facile decipi poſſent, iux.
text. leg. primæ, ff. de minoribus, &
forte minis, coniunctaque reuerentia
ipſis tutoribus, vel curatoribus debita
inducti minores † (vnde metus argui- 4
tur, vt videtur textus, & Barto. ibi in lege,
ſi per impreſſionem. C. quod metus
cau. Bart. & magis communiter Doctores
in lege, ad inuidiam. C. eodem,
idemque Barto. & magis communiter
Scrib. in l. 1. §. quę onerandæ. ff. quar.
rer. act. non dat. vt refert Soc. conſ. 263.
ſub nu. 3. volum. 2.) minores ipſi contraherent:
† Qui quidem metus, & re- 5
uerentia ad contractus reſciſſionem ſufficit,
vt eſt textus, coniuncta glo. in d. §.
quę onerandæ, in verbo, metu ſolo: &
has quidem omnes rationes ad regulam
hanc conſiderauit Duen. quem vide
cum ſuis ad iſtam regulam ampliationibus,
& limitationibus, regula 31.
litera A. An autem ſit modus, quo & ipſi
tutores, ac curatores cum eorum minoribus
contrahere ualeāt? Profecto ſi
quod inuenietur remediũ, quo ſupradictæ
ceſſent rationes, earũ quoq; ceſſabit
effectus, arg. l. adigere. §. quamuis. ff. de
iurepat. cum ſimilibus. † Vnde pono in 6
eo minore caſum, qui cum eius adminiſtratore
contrahit, alio authorāte, vt probatur
ex. l. 4. & 5. ſimul. ff. de auth. tut.
† cum enim horum authoritas ſit diui- 7
dua, d. l. 4. ff. de auth. tut. & vt in toto titulo.
C. de diui. tut. & l. fina. C. de auth.
præſt. proculdubio † eo caſu alius pro 8
contractu, quem iſte adminiſtrator alius
palam, & bona fide cum minore facit,
authorari poterit, ſicq; contractus,
tanquam bona fide initus, valebit, vt eſt
text. in l. non exiſtimo, ff. de adminiſtr.
tut. & ibi Doct. & eſt tex. ibiq; not. in d.
l. pupillus. §. item ipſe tutor. ff. de auth.
tut. fatentur oēs in l. cum ipſe. C. de cōtrah.
empt. vt ait Socin. conſ. 160. ſub
num. 15. verſ. alio inſuper modo, vol. 2.
tunc nanque prima ceſſabit ratio, quia
alius authorabitur, ceſſabit ſecunda,
† quia metus non interfuiſſe credendũ 9
erit propter alterius præſentiam, arg. l.
tranſactionem, & ibi Bar. C. de tranſact.

Tertia pariter ratio ceſſabit, cum propter alterius adminiſtratoris præſentiã
10 deceptio non ſit credenda; † nam tutores, ſeu curatores pupillum, minoremve ſeruare indemnem tenentur, vt & eo ſatisdent nomine, toto tit. Inſt. de ſatiſd.
11 tuto. † Sed & tutor ſibi etiam ipſi authorari poterit, ſi palam, & bona fide cum pupillo contrahat, ut no. in l. quoties. §. non tantum, in d. l. non exiſtimo, per eum tex. & in l. tutor rerum. ff. de adminiſtra. tut. in d. l. pupillus, d. §. item ipſe tutor. ff. de auth. tut. in d. l. ſi in emptione. d. §. fi. ff. de contrahen. emptio. & in d. l. cum ipſe tutor. C. eodem. de contrahen. emptio. vbi etiam bonus tex. & ibi tradunt glo. Cyn. Barto. Bal. & Salyc. qui communem dicit hãc eſſe opinionem: Idemque tradit Cyn. in l. ſenium. C. qui teſtamen. face. poſſ. Barto. in l. ſingularia, ſub num. 7. & Decius ibi, ſub num. 7. & communiter ſequuntur Doctores, vt ibi Curt. iun. ait num. 10. ff. ſi certum peta. Gomes. in §. ex maleficijs, nu. 21. uerſi. ſed tamen aduertendum eſt. Inſti. de actio. Dec. conſi. 441. ſub num. 6. Socinus conſilio 87. ſub num. 5. volum. 1. & idem d. conſilio 160. ſub d. numero 15. volumi. 2. vbi communem iſtam eſſe concluſionem teſtatur, etiam ſi contractus ſit vltro, citroque obligatorius, à qua ait non videri, maximè in iudicando, recedendum eſſe, vt ita quoq; communem eſſe opinionem habes ex Cur. iun. in d. l. ſingularia. d. numero decimo. quodque pariter communiter receptum, teſtatur Iaſon in l. 1. §. fuit quæſitum, ſub nũmero uigeſimonono. ff. ad Trebellia. & pro his faciunt tradita à Bal. conſilio 347. libro ſecundo. Alex. conſilio 31. in fi. lib. ſeptimo, quos eſt ſecutus Crauetta conſi. 3. nume. 5. eum, ſcilicet furtum non committere uideri, qui palàm, & bona fide alicuius accipit pecuniam, & inquit Bald. in c. ulti. extra de appell. Aug. ad Angelum, de malefi. in uer. falſario, nume. 20. Decius conſilio 189. nume. 7. Craue. conſilio 321. Boſſ. in tit. de falſ. ſub nume. 168. verſi. ſed hoc locum non habet, quod conceſſum eſt palam teſti dare pecuniam, ut ueritatem dicat: Et pariter dicit Boſſ. in titu. de oppoſi. cont. teſt. ſub num. 147. circa finem, quòd licitum eſt palam inſtruere teſtes ad uerum deponendum, ad quod alleg. Bald. in d. cap. fina. de appell. ſic igitur & tutor palam, & bona fide cum pupillo contrahens ſibi ipſi authorari poteſt. Tenet tamen Alexand.
† quòd in his, quæ iuris ſapiunt mixturam 12
(vt in fideicommiſſi reſtitutione) nequaquam ſibi tutor authorari poteſt, vt ipſe hoc ait in d. §. fuit quæſitum, & meminit etiam Socin. d. conſi. 160. ſub d. nume. 15. quod tamen confunditur per ea, quę tradit Ripa in d. §. fuit quæſitum, ſub num. 7. uerſi. ſecunda fuit. vbi alias tradit ſolutiones circa obiectiones, quæ ad ipſum §. fuit quęſitũ, fiunt; Et diuerſitatis etiam unam habes rationem, quę pro diſpoſitione illius §. fuit quæſitum, aſſignari poteſt, ex Barto. in l. 2. in fi. ff. de ſtip. ſer. & Bello. in ſpecie in lib. 3. ſupput. iuris. cap. 15. nam in d. §. fuit quæſitum, agitur de eo, quod relinquitur tutori, ut tutori, non autem vt priuatæ perſonæ: & ideo ſi talis ſe excuſaret à tutela priuaretur commodo teſtamentario. l. ſi. ff. de confirma. tut. & l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his, quibus, vt indi. vnde cum in d. §. fuit, illud ſit relictum vt tutori, non poteſt, vt tutor ſibi dare, & ut tutor accipere: & hoc eſt, quod dicit ibi text. non poſſe tutori, eidemque authori, & cæt. nam ſic nulla eſſet differentia inter dantem, & accipientem, contra d. l. ſecundã, de ſtipu. ſer. cum ſimi. At in contractibus non ita eſt; quia tutor, licet vt tutor authoretur, tamen ut priuata perſona contrahit cum pupillo; Quod tamen dictum eſt de caſu d. §. fuit quæſitum, ad curatorem non extenditur;
† nam vt inquit tex. d. §. fuit quęſitum, 13

curatori

curatori adoleſcentis hæreditas ab ipſo adoleſcente reſtitui poterit, quoniam neceſſaria non eſt curatoris authoritas
14 ad reſtitutionem: † Palam autem, & bona fide tutor contrahere dicetur, ſi coram pupillo, amicis, vel conſanguineis contractus fiet, nam tunc omnis ceſſabit ſuſpicio, arg. d. l. trāſactionem. C. de tranſact. Idem etiam erit, ſi iudice præſente id fiet, per tex. in l. fin. in prin. ff. quod met. cau. & ita per iſtos textus notabiliter tenuit Bar. in l. frater à fratre num. quinquageſimoprimo, ff. de cōd. indeb. & in eius legis repet. Iaſ. numero quadrageſimoſecūdo, Bartolum ſequitur Alexand. in dicta lege, tranſactionem, in fine, quodque de iudice tradit Ripa in dicto § fuit quæſitum, ſub numero nono, ad finem, & allegat Bald. conſilio ducenteſimoprimo, incipien. vobis ſpectabilibus, libro tertio, & in terminis noſtris optime facit gloſa, & quod ibi not. Bald. in 3. oppoſit. in lege Polla, in verbo, pupillo, verſi. vel tertio, ac ibidem Caſtr. C. de his quibus, vt
15 indign. quæ voluit, † quod factum à tutore, præſentibus pupilli coniunctis, bona fide factum videatur: Adde Iaſ. lege prima, numero ſextodecimo. C. de tranſact. in dicta lege, Polla, numero trigeſimoſecundo, & in lege, bonorum, numero quarto. C. qui adm. Dec. in dicta lege, ſingularia, numero duodecimo, & ſequenti, ff. ſi certum petatur. Pet. Gher. ſing. quinquageſimaſeptima, numero primo, Marſ. ſing. 417. Præſentia, numero tertio. Nicol. A relat. ad Alciat. reg. 1. præſumpt. trigeſimoprimo, numero ſecundo & tertio, & vide etiam Cæpol. caut. vigeſimaquarta. Ratione, quos omnes refert, & ſequitur communem dicens Borgn. Caualc. in tract. de tut. &
16 curat. numero 111. & ſeq. & † hæc procedant in contractibus, qui minoris bonorum nō reſpiciunt alienationem, ſed ſi fiat in ipſum tutorem alienatio: tunc ea, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, modis prædictis emere poſſet: Quæ autem ſeruando ſeruari poſſunt, vt ſunt immobilia, & mobilia nonnulla, quæ non conſumuntur, emere ita non poſſet niſi iudicis etiam decreto, cauſa cognita, interueniente: † iure etenim no- 17
ſtro ſancitum eſt, minorum mobilia, & immobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vendi non debere, niſi iudicis pręcedente inquiſitione, cauſę probatione, atque decreti interpoſitione: mobilia autem quæ ſeruari nequeunt, abſque decreto alienari poſſe. l. lex, quę tutores. C. de adminiſt. tu. & l. ob æs. C. de pręd. minor. † ſi igitur tutor exit minoris cre- 18
ditor, & minor non habeat, niſi bona, quæ iudicis requirant decretum, Iudicē ipſum adeat, & ſibi ſatisfieri caueat, ſecundum modum, qui traditur in l. magis puto. §. non paſſim. ff. de rebus eorum.

## CAVT. CCXXI.

### De alimentis pupillo taxādis.

*SVMMARIVM.*

*Alimentatus præſumitur pupillus à tutore.* 1

*Ne tamen ſuper ipſis alimentis controuerſia oriatur, conſilium datur tutori, vt alimenta pupillo præſtanda taxari faciat num. 2.*

*Et horum taxandorum alimentorum modus indicatur num. 3.*

PVPILLVS † à tutore alimētatus præſumitur, nec creditur de nihilo vixiſſe, & ſine ſumptibus ſtuduiſſe. l. quod ple- 1
runque, C. de alimen. pup. præſt. † Ve- 2
rum ne ſuper præſtitis alimentis controuerſia oriatur, quæ & quanta fuiſſe æſtimentur, conſilium elicitur ex d. l. quod plerunque, & ibi Bart. not. nu. 1. Quòd

tutor alimenta pupillo præſtanda à Iudice taxari haud negligat: Quomodo
3 † autem ipſe iudex in taxandis pupillo alimentis facere debeat, habes elegantem Vlpiani inſtructionem in lege tertia.ff.vbi pup.educ.deb.Et videas omnino d.Meno.de arb. Iud. libro ſecundo, caſu cẽteſimoſexageſimonono, in prin. ac tangit aliquid circa ipſam alimentorum taxationem Rolan. à Valle conſil. ſeptuageſimoquarto, numero decimonono, volumine ſecundo, & poſt eum Borg.Caualc.in tract.de vſufru.mul.relicto, numero vigeſimooctauo. Et circa ſupradictam materiam vidi ego quandoque à Iudicibus fuiſſe electos peritos partium confidentes, qui inſpecta patrimonij quantitate, & pupillorum qualitate, ipſa taxarent alimenta: Et præſertim in patria mea Oſtiani tempore Clariſſimi & præſtantiſſimi Iureconſulti D. Barnabæ Cornazzanij Placentini, ibidem Prætoris meritiſſimi, qui in peritorum ad hoc electorum diſcordia iudicauit alimenta ipſa taxanda fore ex fructibus patrimonij, ad redditũum rationem quinque pro centenario, faciendam ex valore patrimonij ipſius, motus (vt aiebat ipſe) Alexan. authoritate conſilio 200. numero quarto & quinto, libro ſexto. Ne tamen eorum obliuiſcaris, quę tractant Menoc. & Caualc. præcitatis in locis, ex quibus ingenioſus Iudex arbitrium ſuum rectè interponere non ignorabit.

## CAVT. CCXXII.

De eo pupillo, qui doli capax, cum iuramento contrahens aduerſus iuramentum auxilium habet.

*SVMMARIVM.*

*Doli capax pupillus iureiurando contrahens ligatur.* 1
*Quomodo autem ei ſubueniatur, remedium eſt num. 7.*
*Pupillus doli capax quis dicatur.* 2
*Et quis proximus pubertati, numero tertio.*
*Pupillus quando poſſit de delicto puniri, & qua pœna puniatur etiam doli capax. num. 5.* 4
*Infans, & non doli capax, de delicto puniri nequit.* 6

PVPILLVS † doli capax, 1 etiam abſque ſolennitatibus requiſitis, iuramento contrahens, contractus reſciſſionem petere nequit, vt eſt textus in c. literis, & ibi gloſ. extra de ſponſ. iuncto. c. 1. de delict. puer. ad idem text. l. fin. §. fin. ff. de lib. cau. Bart. in auth. ſacr. pub. numero nono, vbi dicit ita communiter tenere Doct. C. ſi adu. vendit. Abb. conſilio trigeſimonono, vbi communem ait, libro primo. id que adductis multis authoritatibus cõprobat Laur. Chircouius in 4. cent. com mu. conclu. concluſ. prima, vbi communem docet, receptiuſque teſtatur Mich. Graſſ. in ſuis commun. opinio. capitulo ſeptimo, Iuramentum, quæſt. decimatertia, verſic. contrarium, & cap. nono, Tutela, & cura, quęſtio. trigeſima quarta, verſic. amplia hoc etiam, libro primo. quod & tradidi ſupra caut. centeſimatrigeſimaquarta, ſub numero 4.
† Doli autem capax pupillus tunc habetur, cum pubertati proximus eſt, ita Doc. in dicto capitulo primo, de delict. puer. & in clementina prima, de homic. 2
† Et pubertati proximum maſculum poſt decimum annum, cum dimidio, fœminam poſt nonum, cum dimidio; tenet gloſa not. in lege, pupillum. ff. de regul. iuris, in §. pupillus. in ver- 3

in verbo, infantiæ, Inſtit. de inuti. ſtipu. & in §. fi. in verbo, proximus pubertati, Inſt. de obliga. quæ ex delic. naſcun. cuius glo. opin. communiter approbatam aſſerunt Iaſon in l. properandum. §. & ſi quidem, nume. 2. C. de iudicijs. Soci. in l. prima. §. adipiſcimur. ff. de acquirenda poſſeſſione, Ange. Are. d. §. pupillus, nu me. 3. Dec. & Cagnol. numero ſecundo. d. l. pupillum. hanc eadem opinionem communem refert, alias authoritates adducens, Lauren. Chircouius in 3. Centu. commun. concl. concluſ. fi. & Eman. Soar. in ſuis commu. opin. litera P. numero 357. Quas quidem gloſſas nonnulli procedere limitarunt in ciuilibus; non autem in criminalibus: Quoniam eis in caſibus, vt quis pubertati proximus dicatur, ſex tantum menſes ad perfectam ætatem, id eſt pubertatem, deficere debere opinati ſunt, ita notat Bald. per illum tex. in l. excipiuntur, & ibi ſequitur Ludo. Roma. ff. ad Syllan. idem Bald. in l. properandum. §. ſin uerò cauſę. C. de iud. Iaſ. in d. §. & ſiquidem, ſub d. numero ſecundo. verſi. Secundo mul tum no. limita; & idem in d. auth. ſacr. pube. nume. 15. C. ſi aduer. uend. Corn. conſi. 147. num. 25. volum. 1. Nonnulli alij verò tenuere non modò quòad delicta, ſed & in alijs quibuſcunque actibus proximam pręcedentem ſeruandam opinionem, de quibus abundè Io. Igneus in d. l. excipiuntur. ſed puto ſupradictis omiſſis opinionibus iudicis id eſſe arbitrio relinquendum; qui cautus erit, vt attenta pueri diſcretione, & alijs contingentibus circunſtantijs, uidelicet, num ſit pubertati proximus, nec ne, & ita tenent Ioan. Fab. in d. §. pupillus, Salyce. in l. impunitas. C. de pœnis, Ioann. Anan. d. cap. 1. numero 4. de delict. puer. Anto. de Butr. in cap. atteſtantes, in fine, de deſponſa. impu. Abb. & Præpo. in cap. continebatur, eod. titu. de deſponſa. impu. Dec. d. l. pupillum, ſub nume. 2. Viglius in §. teſtes autem, nume. 11. Inſt. de teſtamen. Menoch. de arbi. iudi. lib. 2. caſu 57. nume. 44. qui di cit hanc ueriorem, & hodiè magis receptam eſſe opinio. cuius circa hanc mate riam pulchram declarationem vide ibi nume. ſequenti; quid ſcilicet circa hoc iudex obſeruare debeat; Quod tamen ſupradictum eſt de iudicis arbitrio, pro cedere intellige, vt declarat Couarru. in ſuo epit. dè ſponſal. in 2. par. cap. 5. nume. 5. quòd ſcilicet iudex ante illam ætatem communi ſupradicta opinione diffinitam (annorum ſcilicet decem, cũ dimidio in mare, & 9. cum dimidio in fœmina) arbitrium ſuum imponere nequeat, niſi maximis adducatur coniecturis; immo raro, & cautiſſimè id face re debet: Ad quod igitur cautè aduertat iudex: Aduertat † etiam in criminalib. 4
iudex ipſe, ne pupillum, doli quoq; capacem, pœna plectendum ſtatuat, ſi in omittendo deliquerit: ſolùm enim ipſum doli capacem, tunc punire poteſt, quando in committendo deliquerit, ut ita fuit diſtinctio Cyni, quam dicit eſſe communiter approbatam Igneus in l. 1. §. impubes, nu. 5. ff. ad Syllan. quę refert Clar. in pract. §. fi. q. 60. in princi. ubi etiam ſubdit, quòd † nunquàm pupillus 5
capitali pœna affici pro quocunq; graui delicto debet; ſed eius pœna citra mor tem, vel membri mutilationem eſſe debet: & ita pluries ſeruatum uidiſſe ait, & in ſpecie in quibuſdam pueris, qui permiſerunt ſe ab alijs carnaliter cogno ſci, qui fuerunt duntaxat fuſtigati, non verò igni dediti: & ita quoque vide Aegid. Boſſ. in titu. de homic. nume. 79. & Anto. Gomes. in cap. primo delictorum, numero 60. in fine, quem refert Clarus præcitato in loco, vbi etiam ſubdit, quòd hæc defenſio pupillo prôderit non modò ante ſententiam, ſed etiam poſt condemnationem, contra eum in contumaciam ſecutam: Infans † autem (ideſt minor ſeptennij. l. ſi in- 6
fanti. C. de iure deliber.) & non doli ca-

pax, nunquam, quoquo modo delinquat, punitur. l. infans, ff. ad leg. Cor. de ſicarijs, l. impuberem. ff. de fur. & in §. fi. Inſt. de obliga. quæ ex. delicto naſc. & gloſ. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum, in verbo, non ſubuenietur. ff. de mino. Bonifac. de Vital. in tract. de maleſ. titu. de damno dato, num. 70. & ita eſt omnium ſententia, vt tradit Plaza libro 1. delic. capitulo 32. numero 5. & 6. Redeundo modo ad propoſitum noſtrum, ſciendum eſt, quòd pupillus etiam doli capax, ſi iurauit, ſe adiuuare remedio reſtitutionis in integrum
7 poterit: quandoquidem, † ſi non ſit certioratus in contractu de reſtitutionis in integrum beneficio, licet contractus ſit in ſuo robore firmus, tamen reſtitutionis beneficio, ſi læſus erit, aduerſus læſionem vti poterit, nam & puberi vigintiquinque annis minori læſo reſtitutionis in integrum beneficium conceſſum eſſe tenet Franc. Marc. deciſione vigeſimaprima, tomo primo, idque verum credo intelligendo, ſi aduerſus læſionem reſtitutio petatur: quoniam etiam ſi contractus reſcindi nequeat, propter iuramentum; firmo tamen adhuc manente contractu ob ſolam læſionem reſtitutio in integrum peti poterit, iuxta ea, quæ tradit Gozad. conſilio quadrageſimoquarto, vbi vide, & de hoc vigintiquinque annis minore cautelam ſuperius tradidi in litera I. caut. 135. & in litera M. cautela 161. Aduertendum igitur eſt, ne hoc in caſu reſtitutionem in integrum ad contractus reſciſſionem petas; ſed tantummodò aduerſus læſionem, (vt dixi,) quod bene nota, & pro hoc ad plenam intelligentiam vide ſuprà in dicta cautela 161. numero octauo, nono, decimo, vndecimo, duodecimo, & decimotertio.

## CAVT. CCXXIII.

### De eo, qui ciuili iudicio indebitè conuentus aduerſarium decipere deſiderat.

*SVMMARIVM.* 1

*Criminali iudicio pendente reus ciuiliter eius non poteſt conuenire accuſatorem.* 2

*Delicta puniri publicè intereſt.* 3

*Ciuiliter qui indebitè conuenitur, quomodo aduerſarium eludat.* 4

*Calumniator qua pœna teneatur, et an aduerſus eum iniuriarum actione agi poſſit, etiam ſi à calumnia ſe excuſet, nu. 5.*

QVAESTIONE † criminali pendente reus ciuiliter ſuũ non poteſt conuenire accuſatorem, per tex. in l. fi. C. de ord. iud. ſecundum communem illius legis intellectum, vt Claud. dicit in l. edita, num. 68. C. de eden. & ita concludunt omnes, vt atteſtatur Cur. iun. in d. l. edita, num. 182. in fine, huncque, & illum refert Clar. in pract. crim. §. fi. quæſtione ſecunda, verſiculo, ſed quid è conuerſo, idque fieri dicit, † quia publicè intereſt, ne crimina remaneant impunita, quod comprobatur ex tex. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. † Tu igitur, qui alicui quid debes, & indebitè te debere ſcis, nec probare potes, vt vitare poſſis, ne conueniaris, creditorem (ſi potes) criminali iudicio conuenire cautus ſis, vt ipſe creditor, & ſui delicti pœnam patiatur ad Reipublicæ vtilitatem, & tu debiti, quod ſecum habes, dilationem ſaltem habeas, vel interim tuas prepares ſolutionis, aut indebiti probationes: ſed caue, ne calumnioſus habearis;

ris; ſcilicet abſque rei veritate crimina-
le iudicium aduerſus tuum credito-
rem non inſtituas, ne Deum vltorem
habeas: quin etiam ſeculari plecten-
4 te Iudice ſaltem † in pœnam extraor-
dinariam teneberis, ſecundum Boſ-
ſium in titulo de præuaricatoribus, nu-
mero 8. & (vt dixi in cautela prima)
5 † vel tali iudicio conuentus creditor, &
innocens repertus iniuriarum actione
aduerſus te accuſantem, & non proban
tem, atque etiam à calumnia excuſan-
tem agere poterit, vt per Boſſ. in titu. de
accuſation. num. 20. & in d. titulo de
præuaricato. ſub d. nume. 6. quam rem
& ego tetigi ſuprà in litera C. caut. 15.
ſimilem tradam cautelam in litera R.
caut. 239. ſed aliquantulum latiorem;
nam & in ea illud inſeram, quando cri-
minaliter accuſatus accuſatorem ſuum
etiam criminaliter accuſet.

## CAVT. CCXXIIII.

### De aſſignando termino calumniatori in eodem ſuæ accuſationis iudicio de calumnia condemnando, ad probandum quare condemnari non debeat.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſator falſus in eodem poteſt iudicio, & in eadem ſententia, in qua reus abſoluitur, condemnari ita tamen, vt accuſati præcedat abſolutoria, mox ſtatim de calumnia accuſator condemnetur.*

2 *Quis autem ſit hac in re practicandi modus habetur, num. 2.*

QVERELAM † quoque, 1
ſeu falſam inſtituens ac-
cuſationem calumniator
poteſt in eodem iudicio,
in eademque ſententia, in
qua reus abſoluitur, vno contextu con
demnari de calumnia, ita tamen, vt ac-
cuſati præcedat abſolutoria, mox ſtatim
de calumnia accuſator condemnetur,
vt ita communiter teneri ait Salyc. in l.
1. numero 3. C. de calumn. quem refert
Clar. in pract. crimin. quæſt. 62. verſicu.
ſed quæro, vbi iudicibus hoc caſu con-
ſilium, & practicandi modum tradit,
† quòd ſcilicet prius terminum accuſa- 2
tori, ad allegandum, quare de calumnia
condemnari non debeat ſtatui faciat, &
cum proficuum nihil calumniator de-
duxerit, poterit in eadem ſententia ab-
ſolutoria accuſati condemnari, & ita do
ctrinam eſſe Barto. ait in l. athletas. §. ca
lumniator, numero 6. ff. de his, qui not.
infam. Idem ferè tradit Barto. in l. 1. in
prin. ſub numero 6. ff. ad Turp. ſin au-
tem ſecùs fient, opus eſſet pro calum-
niatore condemnando noua inſtantia,
nouoque proceſſu: & ſi quis de calum
nia, non ſtatuto termino prędicto, con
demnaretur, iudex in ſyndicatu tene-
tur, vt tradit Angelus de malefic. in ver-
bo, & ad querelam, numero 70. & circa
hanc materiam vide eundem Ang. in
eodem verbo, numero 71. & ibi Au-
guſt. & aliorum additiones. Quæ au-
tem hodie ſit calumniatoris pœna, vi-
de ſuprà cautela prima. A. & quomo-
do quis calumnię præſumptæ pœnam
euitet, vide ſuprà cautela decimaquin-
ta, C.

## CAVT. CCXV.

### De interdicto quorum bonorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdictum quorum bonorum, cui competat, & contra quem.*
*Et quid neceſſe ſit, vt hoc competat remedium, num. 5.*
*Libellus autem quomodo ſit hoc in interdicto formandus, habetur num. 2. & 3.*
*Ac quando actor ignorat, vtrum aduerſarius pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſideat, an vero pro legato, libellum alternatiuum concipere poteſt, cum proteſtatione, quòd ex altera tantum actione commodum conſequi intendit, nu 4*
*Illi autem, qui conuenitur, conſilium datur, quid agere debeat, ut quandoque actorem excludat nu 6.*
7 *Hæredi, qui aliquando in rerum hæreditariarum poſſeſſione fuit, & mox ab ea cecidit, conſilium datur, quo agat remedio, & nu ſeq.*

1 QVORVM † bonorũ interdictũ hęredi, qui vel hæreditatẽ de iure ciuili adierit, vel de iure prætorio bonorum agnouerit poſſeſſionem competit contra eum qui titulo pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, vt eſt tex. in l. 1. ff. quor. bon. & in l. 1. & 2. C. eod. & Inſt. de interd. §. ſequens, vel adipiſcendæ. Et ppea cautus eſſe potes, cum tali experiris interdicto, † vt in libello narres, qualiter vel hęreditatẽ adieris, vel bonorum poſſeſſ. tibi delatã agnoueris, & nunc ad effectualem auocandam poſſeſſionem aduerſus pro hærede, vel pro bonorum poſſeſſore poſſidentem, vel cõtra eum, qui iniuſtè tenet, vel poſſidet, agis. Et quidẽ libellãdi formã tradit Ang. Are. in §. quadrupli, nu. 41. Iuſt. de act. quẽ refert Menoch. in tract. de adipi. poſſ. rem. 1. nu. 3 94. Hoc pacto; † Ago contra Titiũ, qui talem poſſidet hęreditatẽ, & eius bona pro herede, vel pro poſſeſſore, vel qui detinet talem Seij rem hæreditariã, quę in dicti Seij bonis eius mortis tempore erat, & cuius ego ſum hæres, ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato, vt proximior agnatus, prout caſus eueniet, cuiuſq; hæreditatem adiui, vel bonorum poſſ. mihi delatam agnoui; verum, quia hęres conſtitui debet poſſeſſor bonorũ defuncti, peto per vos, & officiũ veſtrum me in poſſeſſionẽ dictæ hæreditatis, vel talium bonorum conſtitui, vel tales res mihi tradi, & dictum Titium detentatorem mihi condemnari ad tradẽdam dictarum rerum poſſeſſ. Et iſtum quidem libellandi modũ in hac materia rectius traditũ inquit Menoch. ſub d. num. 94. quã ſcripſerit Odofr. in trac. de interd. c. 12. refert Menoch. & Specul. in ti. de teſta. §. nũc dicendũ, num. 3. (ſed mihi eſt ſub nu. 1. ubi tradit libellãdi formã) oſtẽdentem poſſe hoc modo in libello concludi, Quare peto mihi reſtitui poſſeſſionem, quã opi. ſequitur Affli. deciſ. 118. ſub nu. mihi 1. Illud aũt notandum eſt, † quòd ſi actor ignoret, vtrum aduerſarius ꝓ hęrede, vel poſſeſſore poſſideat, 4 anve pro legato, libellum incertum, & alternatiuum cõcipere poterit, cum proteſtate tamen, quòd ex altera duntaxat actione commodum cõſequi intendit, ut eſt tex. in l. 1. §. quia autẽ, ſiue §. hoc interdictum. ff. quorum bon. & ibi Ripa num. 5. cuius rei meminit Barto. in l. ubi autem. §. qui illud. ff. de uerbo. obligatio. Sciendum eſt denique, † quòd ad 5 hoc, ut iſtud adipiſcendæ poſſeſſorium competat, neceſſe eſt, quòd hæres nunquam habuerit hęreditatis, vel rei illius, quam petit, poſſeſſionem; ſecus eſt, ſi quandoq; habuit, deinde ab ea cecidit; quia nõ cõpetit ſibi vlterius hoc interdictum, tex. eſt in §. pro hærede. Inſti. de interd. † Propterea tu, qui hoc conuenie- 6 ris interdicto, caue, ſi probare poteris, aliqñ in poſſeſſ. agentem fuiſſe, quia ſic eum ſuccumbere facies, & iſtã practicã

tradit

tradit Maran. de ord.iud. par.4. diſt.7. ſub num.6.in qua diſt.à num.4. vſque ad 10. de hoc interdicto tract. vbi vide, & latius tractat doctiſſimus vir, D. Menoch.in toto d.rem. primo tractatus adi
7 piſcendæ. † Veruntamen ille, qui quandoque fuit in rerum hæreditariarum poſſeſſione, & poſtea cecidit, poteſt recuperandæ remedio vti, vt & docere vi-
8 detur Maran. in diſt.7. ſub num.5. † Et fortè poterit vtiliſſimum intentare remediũ c. reintegranda. 3. quæſt. 1. de quo plenè, & eleganter admodum, ac docte celeberrimus Iuriſc. D. Iac. Menoch. in ſuo tract. recuper. rem. 15.

## CAVT. CCXXVI.

### De ſententia in rei vendicatione pro actore de dominio probante ferenda, cum conuentus litem ſuſceperit, nec vllo modo ipſum poſſidere apparuerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus litem ſuſcipiens in rei vendicatione condemnandus non eſt ſi nec fuerit interrogatus, an poſſideat, nec alio modo ipſum poſſidere in iudicio probatum ſit.*

*Sententia tamen pro actore de dominio probante ferenda eſt iux. modũ, qui habetur, nu. 2.*

1 REI † vendicatione agente aliquo, ſi conuentus nunquam interrogatus, an poſſideat, necne, litem ſuſceperit, neq; apparuerit, an poſſederit, condẽnandus non eſt, vt per glo. primam; & ibi Bar. & Angelus in l. is, qui ſe obtulit, ff. de rei vend. & iſta eſt communis opinio, prout latius docui ſupra in litera I. cautela 126. vbi de his verba præmiſi ad hoc, vt actorem hortarer, quo interrogationes reo actione reali conuento faceret, an poſſideat, necne. Hæc autem hic ad aliũ finem poſui, vt vides, & ideo pro his plenè recurras ad ea, quæ ibi dixi, quæ hic repetere fruſtra eſſet. quomodo ergo ſententia ferretur, ſi in caſu præmiſſo actor plenè de eius probauerit domi-
nio? † Bart. ipſe in d. l. is, qui ſe obtulit, 2
in fine, & in l. ſi à te §. ſi quis fundum, in fi. ff. de excep. rei iud. per eum textum ſecundum vnam lect. ibi ita intellectũ conſilium tradit, quod iudex pronuntiet rem ad actorem pertinere, & reum ideo abſoluat, quia eum poſſidere non apparet. Et ita tenent communiter ſcrib. vt habes ex his, quę tradidi in dicta cautela 126.

## CAVT. CCXXVII.

### De conueniendis duobus debendi reis, & quomodo duo credendi rei libellum concipiant.

*SVMMARIVM.*

*Rei duo debendi inſolidum conueniri nequeunt.* 1.

*Vt autem conueniri valeant remediũ traditur, nu. 2.*

*Iniuriam qui paſſus eſt pro ipſa iniuria non poteſt ciuilem, & criminalem intentare actionẽ, quia earum vtraque ad vindictam tendit.* 3

*Si tamen cumulatio fiat cum proteſtatione de qua in nu. 4. ſuſtinebitur.*

REI † duo debendi, vt vnus, & 1
alter inſolidum teneatur, conueniri non poſſunt. l. reos, & quod ibi not. ff. de duobus reis, iuncta. l. 1. C. de fid. tut. ſed remediũ eſt, vt inſimul conueniri queant, & vterque inſolidùm, † vt ſcilicet in libello proteſtatio fiat per actorem, quòd vtica-

duntaxat

duntaxat contentus eſt ſolutione, & eſt doctrina Bartoli in l. 3. §. vbi duo, nu. 3. de duobus reis, vbi ſub num. 4. tenet, quòd & ex eadem proteſtatione duo credendi rei agere valeant, eademque tradit Bartolus in authen. hoc ita C. de duobus reis, ſub num. 21. & Pract. Pap. in forma libelli contra plures reos debendi, in verbo, contra, & aduerſus. Et
3 pro hoc remedio facit illud, † quod dicitur de actionum ciuilium, & criminalium cumulatione, quæ in iniurijs omnino prohibetur, quia vtraque actio ad vnum tendit finem, ideſt ad vindictam, per ea, quæ tradit Spec. in tit. de fur. §. 1. verſi. ſed nunquid, num. 2. & ti. de iniu. §. 1. verſi. ſed quæritur, nu. 4. notat Bart. in l. 5. §. fi. & in l. prætor edixit. §. ſi dicatur, ff. de iniur. ac in l. 1. C. quando ciuilis act. præiu. crim. ſub num. 2. Abb. in c. tuæ, extra de procur. Boſſius in ti. quom. proced. per act. in delict. nu. 50. & in tit. de pluribus viol. num. 23. & hæc eſt cōmunis opi. vt tradit Maran. de ordine iudiciorum, parte quarta, diſtinct. prima, num. 5. quod & ipſe tradit ibidem, ſub num. 12. communem quoque tradit ex ipſo Maran. Iulius Clarus in pract. crim.
4 §. fi. q. 2. verſi. fi. & † tamen ſi fiat cumulatio cum proteſtatione, quòd altera pœnā iniuriam qui paſſus eſt, contentus remanet, ſi integrè fuerit irrogata, ſecus, quòd iniuriam qui intulit vtraque puniatur, ea ſuſtinebitur cumulatio, vt latè Maran. dicta diſt. 1. dictæ partis quartæ, nu. 14. dixi ego de hac cumulatione, ſupra in caut. 21.

## CAVT. CCXXVIII.

De conueniendo vno ex reis debendi inſolidum.

*SVMMARIVM.*

*Reorum plurium debendi ſi vnus inſolidum conueniatur diuiſionis habebit beneficium.*

*Vt autem nullum habeant diuiſionis beneficium remedium traditur, numero 4.*

*Tutores, & curatores plures diuiſionis habent beneficium quando conueniuntur.* 2

*Fideiuſſores diuiſionis beneficio vtuntur ex Diui Adriani epiſtola.* 3

REI † plures promittendi in ſimul, vt inſolidum quilibet teneatur, conueniri nequeunt, mediante cautela modo tradita. Scias autem, † quòd etiam ſi eorū aliquis inſolidum conueniatur, diuiſionis habebit beneficium ex nouis conſtitutionibus, vt eſt textus in auth. hoc ita, & in corpore, vnde ſumitur. C. de duobus reis, † ad inſtar tutorum, & curatorum, vt in l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. diſtr. tradunt ſcrib. in l. 1. C. de tranſact. & Boer. deciſ. 59. † & ad fideiuſſorum exemplum, quibus ex diui Adriani epiſtola ſuccurritur, vt eſt tex. in l. inter fideiuſſores, cum l. ſequenti. ff. de fideiuſſ. in l. fi. C. de conſt. pec. & in §. ſi plures, Inſt. de fideiuſſ. Vt autem diuiſionis nellum habeant rei debendi beneficium, remedium eſt, † quod in contractu eos nouarum conſtitutionum auxilio renuntiare facias, vt communiter ſcrib. in d. auth. hoc ita, & ita communiter quoque practicatur quæ quidem renuntia plena erit, ſi hoc fiat pacto; Renuntiantes beneficio nouarum conſtitutionum, de fideiuſſoribus, & de pluribus debendi reis propter Bartoli rationes in d. auth. hoc ita, ſub nu. 33. 1

## CAVT. CCXXIX.

De nuntij relatione in actis inſerenda.

*SVMMARIVM.*

*Nuntij relatio in actis apparere debet, antequam actus in contumaciam expediatur,* 1

*pediatur, alioquin actus nullus eſt.*

*Item an pariter commiſſio de citando apparere in actis debeat, numero 7.*

*Quæ quidem relatio die in Dei honorem feriata fieri non poteſt, numero 2.*

*Sed bene die in hominum honorem feriata fieri poteſt.*

*Proptereaque conſilium traditur, quòd quando vides actum in contumaciam factum perquiras ſemper, an in actis nuntij relatio ſcripta ſit, num. 5.*

*Et an facta ſit ante nuntij relationem ſententia, nu. 6.*

3 *Nuntio licet credatur ſe citaſſe referenti, niſi tamen referat, & de relatione conſtet, iudex ſuam non poteſt ferre ſententiam, quod amplia ut numero 4.*

1 RELATIO † nuntij in actis
apparere debet, antequã
actus in contumaciam ex
pediatur, aliàs actus nul-
lus eſt, ex quo relatio ip-
ſa actus ſubſtantialis eſt, Bal. in l. fi. C.
de fer. & ibi etiam Saly. quos refert Ma-
ran. de ord. iud. par. 6. verſicu. propoſui,
aliàs citatio, num. 54. quem etiam ibid.
vide ſub num. 55. adde Rolan. à Valle,
2 conſi. 47. numero 67. vol. ſecundo. † &
hanc relationem die in honorem Dei
feriata nuntius facere non poterit, idem
Maranta. d. num. 55. Rolan. d. conſilio
47. num. 69. Sed bene die in hominum
honorem feriata fieri poteſt, vt per Bar.
in extr. ad reprim. in verbo, de plano, &
circa hanc nuntij relationẽ dicebat Bal.
in l. conſentaneum. C. quom. & quan.
3 iud † quòd licet credatur nuntio ſe ci-
taſſe referenti, niſi tamen referat, & de
relatione conſtet, iudex ſuam non pote-
rit dicere ſententiam. refert ad hoc Bal.
cum Boer. d. loco, num. 8. Rolandus d.
conſi. 47. num. 66. & intantum verum
id eſt, † quòd etiam ſi Iudex priùs pro- 4
nuntiaret contra contumacem, quàm
relationem reciperet, & poſtmodum
ipſam nuntij acciperet relationem, ſen-
tentia, & proceſſus nullum eſſet, vt per
Maran. in primo verſic. num. 56. vbi id
notabile, & menti tenendum dicit, &
refert ſe plures errare in hoc vidiſſe:
quodque proceſſus factus in contuma
ciam ante nuntij relationem nullus ip-
ſo iure ſit, expreſsè tenet Bar. in l. hęc au
tem, §. non defendi. ff. ex quib. cauſ. in
poſſ. eat. quem refert cum alijs ad hoc
Maran. d. tract. par. 4. diſt. 16. num. 9.
Idque notandum, inquit ibi Maranta,
quia millies euenire poteſt, & conſiliũ
tradit, num. 9. in fine. (de quo etiam Ro
lan. vbi ſuprà, num. 70.) † Quòd quan- 5
do vides actum in contumaciam factũ
ſemper perquiras, an in actis nuntij rela
tio ſcripta ſit, conſilium pariter ex præ-
dicts ſume, † vt videas, an facta ſit an- 6
te nuntij relationem ſententia, & iſtud
Marantæ conſilium ego ita ſeruaui,
vt mihi in practica quandoque ſeruie-
rit. Quin † & aduertendum eſt, quòd 7
nuncij relatio nihil proficit ad aliquem
conſtituendum contumacem, niſi etiã
conſtaret de commiſſione ſibi ad citan-
dum data, ſecundum Bar. in d. extra. ad
reprimen. in verbo, per nuntium, num.
6. per l. fi. C. de exhib. reis, & ibi ad Bar.
optima Apoſt. in ver. præcedente, Io. de
Plat. in l. 2. num. 2. C. de decu. lib. 10.
Dec. in c. quoniam contra, num. 22. ex.
de prob. & iſtam cõmunem tradit Rol.
à Valle, alias afferens authoritates, con-
ſilio 90. num. 32. vol. 1. quod & tradit
d. conſi. 47. num. 65. vol. 2. & commu-
nem quoque tradit Laur. Chirco. in 3.
cent. com. op. in litera N. nu. 7. conclu.
60. alias habes authoritates hoc tenen-
tes, & com. dicentes penes Sebaſt. Van.
in tract. de nul. tit. de nul. ex defec. cit.
num. 40. vbi tamen duobus nu. ſequen
tibus habes, communem magis eſſe op.
(ſecundum Iaſ. in §. quadrupli, verſi. re-
fert

fert etiam circa,&c. Inſt. de act. quem ibi Van. refert) quòd nuncio referente, ſe de iudicis commiſſione citaſſe,illi ſtatur. Concludit autem ipſe Van. ſub num.42. ſtandum eſſe ſtilo,& conſuetudini curiæ, vbi fueris.

## CAVT. CCXXX.

### De mulieribus pro aliis intercedentibus certificandis de priuilegijs ſibi competentibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Mulier S.C. Velleiano renuntians poteſt reclamare, ſi certiorata non eſt; ideo vt certioretur conſilium datur, num.2.*

*Ipſi autem mulieri, quæ certificata in inſtrumento aſſeritur, contra id remedium datur, num.3.*

*Sed vt mulier omninò acquieſcat conſilium datur, num.4.*

1 RENVNCIATIO †S.C.Velleiani, quod mulieres pro alijs intercedẽtes adiuuat tot.tit,ff.& C. ad Senatuſcon.Velle.efficax non eſt, ſi ipſa intercedens mulier primùm de priuilegijs ſibi competentibus certior reddita non fuerit, vt ita tradit Azo in ſum.C.eod.num.3. gloſ.in l.fi.§.ſi mulier pro eo, in verbo,non vſuram. ff.eo. Bal.conſi.4.lib.2.& conſi. 47. lib.2.3. Socin.reg.333.& idem conſi.263. nu. 14.vol.2. vbi iſtam ſententiam communiter approbatam ait, Doct. communiter ſequuntur in l. ſciendum.ff. de verbo.oblig. & ibi maximè vide Alex. nu. 21.& Iaſ.num.31.quam etiam communem oſtendit Viuius in primo lib.communium opin.variorum,litera M.verſ. mulier iuuatur Velleiano. & ita communiter obſeruari ait additio Alexand, ad Bar.in d.§.ſi mulier. Huic autem concluſioni nõnullas tradunt limitationes Alex.& Iaſ. prædictis in locis, & Socin. d.reg.333. cum ſeq. Inter quas vnã hic ad inſtitutum noſtrum præcipuam in-
ferius aſſeram. Cauti † igitur ſint, qui 2
contrahent muliere intercedente, vt renuntiatio, præuia certioratione, inſtrumento facta conſtet. Veruntamen non obſtante facta à notario certiorationis aſſertione, pro muliere adhuc renitente conſilium erit, quo ſe ipſam ab obliga-
tione exoluat: ſi notario † interrogato- 3
rium fiat, quid ſit Velleianum,& reſpõdere neſciat, vt tradit Alber. de Roſ. in d.§.ſi mulier, qui dicit pluries ſe ita obtinuiſſe,& iſtud ibi bene notandum admonet Fulg.licet mox in contrarium reluctetur, prout etiam contrarium ſentit Alex.in d.l. ſciendum, ſub num.33.& pariter poſt Fulg.& Alex. Cæpo. caut. 196.vnum affert, quod quotidie experientia docet; nam hominis memoria labilis eſt.l. peregre, in prin. ff.de acqu. poſſ. ex quo dici poſſet, quod contractus tempore notarius vim ſenatus Cõſulti Vell.ſciebat: tempore autem, quo interrogatur, non recordabatur. Sed Decius in l.1.num. 53.ff.ſi cer.pet. in 3.lectura, cum Alberico ſentit, quod cõcordando opiniones ſaltem verum demõſtrat, ſi confecti inſtrumenti tempore notarius interrogetur: eandem quoque ſententiam tradit idem Alber. in l.2.C. de hæret. & ipſam Alber. opin. ſecuti ſunt Ripa, in d.l.1. ſi cer.pet. ſub num. 31. vbi ait circa fi. quòd hæc ſententia verior eſt, quam etiam tenent alij nonnulli, quos refert Viu.in d. verſ. mulier iuuatur, quibus adde ipſum Ripã, in l. Centurio, ſub nu. 88. ff.de vulg. retenta igitur hac opinione, quæ magis communis videtur (nam & eorum obliuio, quæ ad propriam ſpectant profeſſionẽ, turpis eſſet, arg.l. qua actione, §.ſi. & l. ſeq. ff.ad l. Aquil. l. ſi quis fundum. §. Celſus. ff. loc.l. imperitia, & quod ibi

not.

not.ff.de reg.iur.) Ad vitandum, ne ſic, cum notarius de certioratione mentionem faceret, mulier & notariũ, & principales inſimul circumueniret, remedium contra eam intercedentem erit;
4 † Vt iuramenti religione arctetur: nanque interueniente iuramento, nulla etiã præcedente certioratione mulier perinde obligabitur, ac ſi ſolenni præmiſſa certificatione renuntiatum eſſet, vt eſt tex.in c.ex reſcripto, extra de iureiu.per quem tex. ita poſt alios quos refert ſentit Alex.in d. l.ſciendum, ſub num.30. & ibid. Iaſ.ſub num. 31. Soc. in d. reg. 333, lim. 1.& reg.ſeq.lim. fi.Alex.conſ. 27.num. 3.vol. 1.& conſi.117.lib.2.ad de Soc.iun.in d.l.ſciendum, num.57.& ſeq.& Laur. Chircou.in commu.opin. cent.4.litera R.concl.10.

## CAVT. CCXXXI.

De excludendis nepotibus ex filia, ne auo ſuccedant, quatenus filia auo ſuperuiuat.

### SVMMARIVM.

1 *Filia, quando à patre dotatur, bonis paternis cum iuramento ſi renuntiat, valet renuntiatio, ſed non quò ad legitimam, & ſi patri ſuperuiuit; mox relictis ex ſe filijs decedat, nepotes, tanquam matris hæredes auo ſuccedere nolentes excluduntur.*

*Quod procedit etiam ſi non tanquam matris heredes, ſed per ſucceſſorium edictum admitti vellent, ſiue matris fratres extent, ſiue in gradu remotiores, vt num.2.& 6.*

*Quod tamen intellige, vt nu.7.*

*Scilicet cum filia aliquid pro ſuę partis ſatisfactione accepit, ſecus ſi vt nullo ſuccederet modo, ac vt repudiaret, accepiſſet.*

*Et ideo conſilium hac in re traditur, quòd ſi velit pater, vt ex filia nepotes non ſuccedant, faciat filiam cum iuramento ſe contentam pro portione ſua vocare, nu.8.*

*Supradictam quoq; concluſionẽ limita procedere ſi patri filia eſt ſuperſtes, ſecus ſi patre adhuc viuente decederet, nam tunc ea non obſtante renuntiatione nepotes ad aui ſucceſſionem uenirent, vt num.10.*

*Rationem habes, num. 11.*

*Portio, quæ in perſonam excluſæ filiæ deficit, coniunctis, ſeu pariter vocatis accreſcit.* 3

*Ius accreſcendi eſt ſucceßorio edicto potentius.* 4

*Succeſſorij edicti vigore excluſis remotioribus, nepotes auo ſuccedunt, quando mater, vel per reputationem, vel per mortem, vel aliter eſt excluſa.* 5

*Limita tamen, vt num.6.*

*Filia, quæ dotem, vel al ud aliquid habuit, ſi ſe pro ſua legitima contentam vocauit, tali caſu eius portio alteri non accreſcit, quia illa non eſt mera repudiatio, ſed ſatisfactio quædam.* 9

*Renuntiatio per matrem facta tacitam eam habet conditionem, ſi ſucceſſio ei deferatur.* 11

*Sipulatio ſi purè facta ſit animo conditionalem nouandi obligationem, tacitam eam habet conditionem, videlicet ſi conditio nouandæ obligationis eueniat, quæ ſi deficiat inanis redditur ſtipulatio.* 12

RENVNTIANS † filia, quã do à patre dotatur, bonis paternis cum iuramento, (vt quotidie fit) amplius ſuccedere non poteſt.c. quamuis, ext.de pact.in 6. Quod pluribus modis fallit, vt habes penes Socin. qui ponit 36. fallen.reg.194.in litera F. & vide etiam latè de hoc Iacob. 1

Phil.

Phil. Port. in 4. libro com. conclu. concluſ. 52. Aduertendum tamen eſt, quòd per hoc legitimæ renuntiaſſe non videtur, niſi ei expreſsè fuerit renuntiatum; licet enim Rom. in l. 1. §. ſi quis ita, de verb. oblig. Alex. conſi. 181. vol. 5. Dec. conſi. 26. num. 3. & alij, ac maximè Ripa in l. 1. ſub num. 70. ff. de vulg. & pupil. & de leg. cap. 6. num. 8. ac in rub. de verb. ob. num. 4. qui com. dicit, ſecus tenuerint, tamen magis crebriori calculo eo ventum eſt, vt filia verbis generalibus renuntians, & iurans, à legitima nõ excludatur, ita firmat Iaſ. in l. de his. ff. de trãſ. Ang. Aret. Guido Pap. Gul. de Bened. Caſſãn. Boer. Afflic. Barbat. & Grã. quos refert, & ſequitur Mich. Graſ. lib. 1. com. opin. cap. 10. renuntiatio. q. 4. Supradicta autem iurata renuntiatio, quæ filiam excludit, vt amodò ſuccedere non valeat, prout dictum eſt, adeò verificatur, vt ſi patri ſuperſit filia, mox ex ſe filijs relictis decedat, nepotes, tanquam matris hęredes, auo ſuccedere volentes excluduntur: id enim auo ſuccedendi ius in matris hæreditate, per renuntiationem iuratam excluſæ, non inuenitur, vt voluit glo. fi. in c. quamuis, extra de pact. in 6. quam communiter receptam dixit Alex. conſilio 29. col. fi. vol. 3. & ita quoque not. omnes in l. pactum. C. de collat. & in l. qui ſuperſtitis, ff. de acq. hær. vt firmat Rober. Maran. in diſput. 10. nu. 40. quos refert Mich.
2 d. loco. q. 5. † Idemque eſſet etiam ſi tanquam matris hæredes non veniret, ſed per ſucceſſorium edictum ſe admittendos dicerent, ſiue matris fratres extarent, ſiue in gradu remotiores; extantibus enim fratribus matris ipſi ad mulieris partem per accreſcendi ius admit-
3 tuntur, † quoniam portio, quæ in excluſæ filiæ perſonam deficit, coniunctis ſeu pariter vocatis accreſcit. l. 1. C. quã. non pet. par. & ibi per Azo. & ſcriben-
4 tes declaratur, † quod quidem accreſcendi ius eſt ſucceſſorio edicto potentius, & conſequenter nepotibus ſucceſſorij beneficij præcluditur via, quia ſunt in gradu ſequentes, d. l. vnica, ſecũdum vltimam gl. lecturam ibid. per Doct. communiter approbatam, & per Bal. in l. meminimus. C. de legit. hæred. ac per Caſt. in d. l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hæred. Extantibus vero in gradu remotioribus, qui per accreſcendi ius venire nequeunt, tunc † licet iſto caſu nepotes regulariter per ſucceſſorium admittantur edictum, quando vel per repudiationem, vel per mortem, vel aliter filia eſt excluſa. l. ſi is, qui, in prin. ff. de inof. teſt. & l. 1. §. quibus. ff. de ſucceſſ. edicto, † quia tamen filia aliquid pro dote recepit, ſicque portionem ſuam, nepotes, non renuntiationis vi, ſed ſucceſſionis virtute excluduntur, nam cũ ipſa ſucceſſiſſe videatur, non eſt tractandum, quòd nepotes, per ſucceſſionum remedium veniant, ita Bal. in d. l. pactũ dotali, C. de coll. propter not. per Barto. in l. prima, §. qui habebat, num. 6. q. 4. ff. de bon. poſſ. contra tab. † quod tamen intelligit Bal. verum, quando filia aliquid pro ſuæ portionis ſatisfactione accepit, ſecus ſi vt nullo ſuccederet modo, & repudiaret, habuiſſet, arg. l. fuit quęſtionis. ff. de acq. hæred. † Et propterea Bal. patri conſilium tradit, ſi velit, quando talis ſit renuntiatio, quòd ex filia nepotes omninò non ſuccedant vt faciat, quòd filia cum iuramento ſe contentam pro eius portione vocet, cũ nanque partem habuerit, æquè reputabitur, ac ſi ſucceſſiſſet totaliter, & non eſt de ſucceſſorio edicto tractandum. Et quamuis Imo. in d. l. qui ſuperſtitis, hanc vltimi huius capitis opinionem reprobam demonſtrare videatur, diſtinctionẽ tamen ſupradictam ad vnguem Alexan. ſequitur, & concludit illam eſſe veriorem in d. l. pactum, & Doct. ibi, per ea, quæ not. Barto. in d. §. qui habebat, & Bal. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio, & in l. duobus. ff. de leg. 1. vbi per tex. illũ inquit,

Margin numbers in right column: 5 (at "tunc † licet iſto caſu"), 6 (at "quia tamen filia"), 7 (at "quod tamen intelligit"), 8 (at "Et propterea").

9 inquit, † quòd ſi filia, quæ dotē, aliudve aliquid habuit, pro ſua ſe legitima contentam uocauit, tali caſu eius portio alteri non accreſcit, quia mera non eſt repudiatio, ſed ſatisfactio quædam, & ibi eum ſequuntur Caſtr. & Alex. ac cum eadem diſtinctio. pertranſit Natta in d.c.quamuis, verſic. quod limitat,
10 & Dec.conſi.181.num.7.† Et prædicta quidem vera ſunt, cum nepotum mater eius ſuperuixit patri, ſecus ſi patre adhuc uiuente deceſſiſſet: Nāque tali non obſtante renunciatione nepotes ex ea nihilominus ad aui ſucceſſionem venirent, vt not.Bald.in d.l.pactum.q.2.in fi. ubi inquit, quòd ſi filia, quæ renunciauit, uiuo patre moriatur, indiſtinctè nepotibus nō nocet, & idem tenet Bal. in l.fi.uerſ.ſed hic incidenter quæritur. C.de pact.& Imo.in d.l.qui ſuperſtitis, & iſtam receptam ſententiam dixit Alexan.in d.l.pactum.nu.7. verſ.extra glo. & ibid.Dec.num.18. & iſtam opi.magis comm. eſſe concludit Port.d.lib.1. conclu.32.limit.23. uerſ. tenendo primam opi.Mich.Graſ.d.q.5.uerſic. Aut uerò moritur.Porrò communis hęc ſententia ea potiſſimum ſuadetur ratione;
11 † quia renunciatio per matrem facta tacitum uidetur habere conditionem, ſi ſucceſſio ei deferatur; Ideo ſi tacita illa non eueniat conditio pro infecta renunciatio habetur; ſicut in ſimili uidemus,
12 † quòd ſi ſtipulatio purè animo conditionalem nouandi obligationem facta ſit, ſtipulatio ipſa tacitam eam habet conditionem, videlicet ſi nouandę obligationis conditio eueniat, quæ ſi deficiat ſtipulatio inanis redditur. l. quoties.ff.de nouation.& ut latius per Alexand.dicta l.pactum. Et hanc quoque opinionem tanquàm communem ſequitur Socin.conſilio centeſimooctuageſimotertio.in princip.uerſicu.ſecundo præmitto, uolum.ſecundo. Gozad. conſilio ſeptuageſimoquinto, numero uigeſimoprimo, & 22. & dicit Aymo Crauet. conſilio octuageſimoquarto, numero 5. quòd iſta opinio in practica ſeruaretur, & ita quoque ſequitur Rol. à Valle conſilio 11.nume.7.volum. primo, vbi in fine dicti numeri 11. inquit, quod durum eſſet in iudicando ab hac opinio.recedere.

## CAVT. CCXXXII.

De inſerenda omnis legum auxilij renunciatione in contractibus.

*SVMMARIVM.*

*Legum omnis auxilij renunciatio nonnullos operatur effectus, quorum aliqui enumerantur.nu.2.4.5.6.7.* 1
*Ideoq; conſi.datur, quòd talem in contractu apponi renunciationem cautus ſis.nu.8.*
*Mulier regulariter carcerari non pōt.* 3

RENVNCIATIO, † quæ omni fit legum auxilio, plures operatur effectus, quia † mulier tutrix omni legum auxilio renuncians, Velleiano quoq; renunciaſſe intelligitur, Barto. in l.ſi quis ſub conditione, num.21.ff.de teſt.tut. & in auth.matri,& auiæ. num.14. C. quan. mul.tut.offic.fung.Dec.conſi.452. nume.19.& Ripa in repe.l.ſi unquam, nume.118.C.de reuocan. dona. Immo & per eam renunciationem talis mulier carcerari poteſt ( licet † regulariter carcerari non ualeat, ut in auth. ſed hodie. C.de offic.diu.iudi.) Bart.in d.l.ſi quis ſub condi.num.18.& in d.auth. matri, & auiæ.num.13. & ibi Salyce. Alex. & Iaſ. in l.plerique, circa fi.ff.de in ius uoca.Iaſ.in l.fi.num.4.ff.ſi certum peta. & Ripa in præd. loco; pro hoc autem vide quæ dixi ſupra caut.81.

Et † per quam clauſulam renunciatum 4

tum cenſetur beneficio.d.l.plerique,de
in ius voc.beneficio.l. de his.ff.de tráſ.
vt per Rp.in d.l. ſi vnquam, ſub d. nu.
118.& Dec.d.conſ.452.num.18.Bene-
ficio, ne quis conueniatur vltra quàm
facere poſſit, Corn.conſ.118.col. fi.lib.
3.Gozad.conſ.69.ſub num.20.& Ripa
vbi ſupra: Ac cedendarum actionum
beneficio.Socin. conſ.200.num.3.vol.
2.& conſ.125.ſub nu.18.vol.4. Dec.in
d.conſ.452.ſub nu.19.& Ripa in pręd.
5 l.ſi vnquam,ſub nu.præd.Atq; † ex hac
renuntiatione emphyteuta, vel condu-
ctor non poterunt petere remiſſionem
occaſione ſuperuenientis belli, nec in
caſibus, in quibus propter ſterilitatem
conductori eidem remiſſio compete-
ret, vel ab alium quemcumque caſum,
vt ita obtinuiſſe coram collegio Perga-
menſi ait, & ſeruari in Lombardia Al-
ber.de Roſ.in l. item quæritur. §. exer-
citu.ff.loc.quem refert, & ſequitur Iaſ.
in lege prima, ſub numero trigeſimo-
octauo, verſiculo,per iſta remanet. C.
de iure emphit. quod & tradit Gozad.
in dicto conſilio ſexageſimonono. Per
6 † quam etiam renuntiationem cenſe-
tur renuntiatum tam iuris communis,
quam municipalis auxilio, Bald.Angel.
& Raph.in lege,ſed & ſi quis. §. quæſi-
tum.ff. ſi quis caut. Gozad. dicto loco.
7 Et † tandem per hanc quoque renun-
tiationem ſublatum cenſebitur inuen-
tarij beneficium, vt ita quoque tradit
Gozad.vbi ſupra, ex Corn.conſilio tri-
geſimoprimo, volumine tertio. Ho-
rum ratio eſt,quia dicta clauſula ad om
nia auxilia, & non expreſſa beneficia
referri poteſt, iux.tradita per Specu.in
titu.de procu. §. primo, verſiculo, ſed
nunquid ſufficit, ſub numero decimo-
tertio, per Decium in lege, omnia, in
princip.ff. ſi cert. pet. & Gozad. in ſæpe
dicto loco, ad quod etiam faciunt quæ
ego ſupra tradidi caut. centeſimaunde-
cima, numero quarto, vſque ad deci-
mumtertium incluſiue. Ex prædictis
igitur tot poſſem colligere cautelas
quot ſunt caſus: ſed propter breuitatem
generaliter te hic admoneo, vt † in con- 8
tractibus hanc inſeri renuntiationem
curam habeas, quæ cum tantæ ſit virtu-
tis, fere in omnibus caſibus tibi ipſi val-
de proderit.

## CAVT. CCXXXIII.

### De licentia per iudicem à reo petenda procedendi, & proceſſum expediendi vſque ad ſenten. diffinitiuam incluſiue, cum mentione generali, quòd ſingulis diebus, & horis proceſſui contra ipſum facto, &c.

*SVMMARIVM.*

*Capto reo, vel ſponte comparente, quid* 1
*ſtatim ſoleant facere iudices.*
*Reus ſi ſit coram iudice conſtitutus,* 2
*& reſpondere nolit, præciſe affirman*
*do, aut negando delictum, ſed vel ni-*
*hil omnino reſpondeat, vel per am-*
*bigua verba, Iudex eum ad tortu-*
*ram ponere debet, & cogere, vt af-*
*firmatiuè, vel negatiuè reſpondeant:*
*Quæ quidem tortura non pro veri-*
*tate eruenda, ſed ad extorquendam*
*reſponſionem datur, vt nu. 3. ſub quo*
*num. verſic. Quam ſane practicam,*
*dicitur, quòd etiam ſuper circunſtan*
*tijs ad delictum ſubſtantialibus fieri*
*poteſt.*
*Iudex tamen admonetur, quòd ad*
*hanc non deueniat torturam, niſi*
*aliqua ſubſint indicia contra reum,*
*numero 4.*
*Vel niſi procedat diffamatio, aut*
*tale quid, quod diffamationis loco*
*exiſtat. num. 5.*
*Ignorantia in facto proprio non ex-*
*cuſat, ſub numero ſecundo, verſic.*
*Plane*

3 *Planè. Limita, vt ibi remiſſiuè.*

*Tortura vt inferatur, requiruntur indicia, ſub numero 4. verſ. Et certe Aegid. Boſſ.*

6 *Reus ſi negat delictum quid agi debeat per iudicem, ac num. 8 ac 10.*

*Quinque admonetur, vt facta teſtiũ repetitione, & confrontatione monitio fiat reo, poſt petitam licentiam de procedendo reo etiam non citato, ſecundum ea quę habentur, numero 17.*

7 *Informationem teſtium ante inquiſitionem iudices ſuſcipiunt in actis redigi curare debent Iudices.*

9 *Teſtes ante litem conteſtatam contra aliquem recepti nullam contra eum faciant fidem.*

11 *Confrontatio teſtium cum ipſo reo facta vicem habebit partis citationis.*

*Et quando hęc fiat confrontatio, num. 12. & 15.*

*Quę quidem non eſt neceſſaria, ſed in practica ſeruatur, nu. 13.*

*Nec ea omiſſa corruit proceſſus, numero 14.*

*Quæ quidem confrontatio quando fit non ſolus reus teſtibus exhiberi debet, ſed & cum eo alij tres, aut quattuor, qui quantum poſſibile ſit, reo ſimiles exiſtant, num. 16.*

1 REo † capto, vel ſpontè cõparente ſolent iudices illum, notario adhibito, ſtatim ſuper delicto interrogare, quod quidem examen vulgò conſtitutum appellator, idq́ue in actis redigitur, Sublata iuris communis ordinatione, volentis, quòd ſi reus compareat, & neget, vlterius non ſit examinandus, ſed teſtes recipiãtur, & ad vlteriora, ad proceſſus perfectum procedatur, vt Doctorum communem de hoc eſſe opinionem dicit Marianus, in capitulo, qualiter, & quando, poſt numerum 217. q. 75. in fine, extra de accuſat. quem refert ad hoc Clarus in pract. crim. q. 45. verſic. ſciat autem, aſſerens ibi ſecundum Marian. d. loco hodie ex cõſuetudine contrarium ſeruari, quoniam ſi reus facta inquiſitione compareat, & neget, nihilominus interrogatur, & ſuper eadem inquiſitione examinatur. Neque etiam reo dilationem petenti indulgetur, eum ſuper facto proprio interrogetur, Bald. in l. cum falſum, numero 2. ff. de acquiren. hæred. Ang. de malef. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totum, numero 6. & communem teſtatur op. Aug. ad eundem ibi, & ita de cõſuetndine ſeruari inquit ipſe Clatus, d. q. 45. verſi. ſed hic quæro. Subdit autem Clar. in d. q. 45. verſicu. ſed pone, talem communem, † quod ſi reus ſit 2
coram Iudice conſtitutus, & reſpondere nolit pręcisè affirmando, aut delictum negando, ſed vel nil penitus reſpondeat, vel per ambigua verba, vt neſcio, vel non recordor; tunc Iudex eum tormentis ſubijcere debet, & cogere, vt affirmatiuè, vel negatiuè reſpondeat, idq́ue tradit Clarus ex Baldo, in l. accuſationem, poſt numer. 11. verſiculo, ſuper hoc melius. C. qui accuſare non poſſunt. Planè facti proprij error, & ignorantia intolerabilis eſt l. finali, ff. pro ſuo, & quod ibi not. cum ſuis concordan. Barto. & Doctores, in l non fatetur. ff. de confeſſ. & Iaſon in l. error, numero vigeſimoprimo, C. de iur. & facti ignoran. ac Bartolo. Socin. regu. 219. niſi caſibus quibuſdam exceptis, de quibus Barto. & cæteri in dicta l. non fatetur, in l. cum fideicommiſſum, numero ſecundo, ff. de iur. & facti ignoran. idemque Bartolus in l. ſi res obligata, in principio, de leg. & in l. ſi quis delegauerit. ff. de noui. Iaſon in præcitato loco. Soc. in prædicta reg. vbi octo ponit limit. & Cœpo. conſilio criminali vigeſimoprimo, numero vi-

3 geſimonono, & ſequen. † Tortura au-
tem, de qua ſupra, iuxta Bal. loco præd.
ad verit. eruendam non datur, quia ad
hoc indicia ad torturam neceſſaria ad-
eſſe deberent, ſed ad reſponſionem ex-
torquendam infertur, quam Baldi opi-
nionem in facti contingentia approbaſ-
ſe conſilium Neapol. teſtatur Capic. de-
ciſ. 145. prout eum refert Foller. in pra-
cti. crim. fo. 308. nume. quarto; quam
ſanè practicam Clar. in d. verſicu. ſed
pone, approbat, & eam ſæpiùs ſerua-
tam uidiſſe aſſerit, non ſuper facto
principali duntaxat, ſed etiam ſuper
ſubſtantialibus ad illud delictum cir-
cunſtantijs, modò tales exiſtant cir-
cunſtantiæ, quòd veriſimile ſit, ipſum
reum de eis recordari poſſe, quia de
facto proprio interrogetur, de modi-
co tempore, ac de rebus, de quibus a-
lij communiter recordari ſolent, pro-
ut conſiderata facti, & perſonarum
qualitate iudex ipſe arbitrari poterit:
Admonet tamen iudicem Clar. in pro-
4 ximè dicto uerſiculo, † quòd ad hanc
non deueniat torturam, niſi omninò
aliqua ſubſint contra reum indicia, a-
liàs enim reſpondere non teneretur;
quinimò ſi diffamatio non præcederet
reus reſpondere non teneretur, prout
Card. Alex. in c. de accuſatione, col. 37.
circa fi. 2. q. 8 dicit ità communiter tene
re Doctores, idemq; tradit Aret. in cap.
qualiter, & quando, 2. §. debet, uerſi. In
foro autem, extra de accuſ. quem refert
Don Ant. de Padilla in l. tranſigere, nu.
5. C. de tranſact. Et certè Aegid. Boſſ. in
ti. de ind. & conſider. ante tort. tradens
nu. 132. quòd regulariter ſine indicijs
ad torturam deueniri non poſſit, inquit
ſub nu. 136. nõnullos inueniri caſus, in
quibus ad torturam non requirantur in
dicia. iſtud tamen Clarus in modo di-
5 cto loco ità, intelligendum dicit; † niſi
ſcilicet uel diffamatio præcedat, aut ta-
le quid, quod diffamationis loco exi-
ſtat, prout ſunt partis querela, & de-
nuntiatio, & huiuſmodi, quæ ad diffa-
mationis inſtar iudici uiam ad inqui-
rendum ſpecialiter aperiunt, de quibus
Pap. in forma inquiſitionis, in uerbo,
Hæc eſt quædam inquiſitio, ſub nume.
38. Ang. de malef. in uerbo, & ad que-
relam, num. 1. & in uerbo, Nec non ad
denuntiationem, ſub num. 1. & ſub nu-
me. 6. ac Boſſ. in tit. de accuſatio. nume
ro 6. & de denunt. nume. 2. & Clar. ip-
ſe in pract. quæſtio. 7. & 10. Verum e-
nim verò † quando conſtitutus coram 6
Iudice reus, & de delicto interrogatus,
an ipſe illud commiſerit, neget, teſtes
debent parte citata examinari ſuper ip-
ſius delicti veritate, & ità communiter
tenere Doctor. docet Card. Alex. in lo-
co prælleg. refert Clar. in d. q. 45. verſ.
cæterum, ſubdens ex mente Salyc. in l.
fin. in fi. C. de quæſt. pro iudicibus con-
ſilium, † quòd caueant, vt teſtium in- 7
formationem, quam antè inquiſitio-
nem recipiunt, in ſcriptis redigi fa-
ciant, ne poſteà contrarium dicant, &
habita informatione forment inquiſi-
tionem, & ſi pœna ſit corporalis faciant
reum re, non verbo citari, ne fugiat;
mox eum inquiſitioni reſpondere fa-
ciant, & ſi neget, teſtes iterum exami-
nentur, eo citato ad eos iurare uiden-
dum, &c. quod quidem Salyc. conſi-
lium refert Gram. conſil. Crim. 15. nu-
me. 1. & 2. & ſequitur Clar. dicto verſi-
culo, cæterum, dicens, † quòd grauiter 8
erraret iudex, ſi tali omiſſa teſtium re-
petitione ad torturam, vel ad conde-
mnationem procederet; Licet autem
Blanc. in prac. crim. §. 1. folio mihi
5. & 6. nume. 33. 34. & 37. ſenti-
re uideatur, quòd noſtris hiſce in par-
tibus talis ad teſtes repetendos citatio
fieri non debeat, ſed illa eorum pri-
ma depoſitio ſit, & ad torturam, ac
ad ſententiam ſufficiens, & quòd pro
eo defendendo ſuper ſupradicta com-
muni opinione non ſit elaborandum,
tamen Clar. in quæſt. 11. ver. Item quę-
ro,

ro, verum illud eſſe tradit, quando pars
eſſet in contumaciam condemnandà,
quia tunc nec partis opus eſſet citatio-
ne, nec teſtium repetitione, ſecus quan-
do reus pręſto ſit, quia tūc ſuperior tra
dita opinio communiter recepta ſerua-
9 tur. † Neque enim teſtes ante litem con
teſtatam recepti vllam contra reum fa-
ciunt fidem, cum ipſo non citato ex uni
nati ſint, vt in d. q. 95. d. verſic. Cęte-
rum, inquit Clar. & facit textus in c. 2.
extra de teſtib. in l. ſi quādo. C. eodem
& eſt in argum. textus in l. de vnoquo-
que. ff. re iud. & tradit Bar. in l. fin. num.
9. ff. de quæſt. ad quod etiam vide tradi-
ta à Boſſ. in tit. de oppoſ. contra teſtes.
10 num. 34. † Proinde, vt tradit in d. verſ.
cæterum, Clarus in teſtibus his repeten
dis perindè ſeruandum eſt, ac ſi nun-
quam examinati fuiſſent, quod notan-
dum eſt, quia multi non animaduer-
11 tunt. Aduertendum tamen eſt, † quòd
ſi Iudex teſtes, parte non citata, repetat
& cum ipſo reo confrontet, ac priora
eorum dicta in ipſius rei faciem confir-
met, ipſi teſtes tanquam parte citata
recepti dicentur, & ita practicari ait Af-
flict. ſuper ſecunda par. conſt. reg. ru-
bri. 10. nume. 20. quem ad hoc refert
Clar. d. quæſt. 95. verſic. ſed in propoſi-
12 to. † Quam quidem confrontationem
fieri ſolere ait dicto loco ipſe Clar. quā
do teſtes quid rei dicto contrarium aſſe
13 runt: † quæ licet iure neceſſaria non ſit,
pro tamē clariori elucidatione in practi
14 ca ſeruatur, † & dicit, quod hanc non
credit confrontat. eſſe de ſubſtantia, nec
15 ea omiſſa corruere proceſſum. † Itidē
ait Clar. quod confrontatio fieri debet,
cum teſtis, niſi mediante ipſius rei in-
16 ſpectione, certificari nequit, † quo ca-
ſu non ſolus reus propter ſubornatio-
nis timorem exhibere debet, ſed cum
alijs tribus, aut quatuor fortè, & illi,
quantum fieri poſſit, ſimiles eſſe reo
debent, quod & ſeruari in curia Neap.
ait Foller. in pract. crim. fol. 23. nume.

34. in fine. Facta igitur repetitione, &
confrontatione teſtium, conſilium eſt
pro iudicibus, † vt priuſquam reum 17
carceribus tradant, vel fideiuſſori rela-
xent, licentiam ſibi dari faciant proce-
dendi vſque ad ſententiam incluſiuè,
ſingulis diebus, & horis, etiam eo ab-
ſente, & non citato, & eſt practica Bar-
to. in l. is, qui reus, num. 4. ff. de pub.
iud. & ita quotidie fieri dicit Bal. in l.
diem proferre, in verſ. ſi quis litigator.
ff. de arb. & in l. ſi quando, nume. 5. C.
de teſt. ait, quòd ita practicatur, & in l.
vt perfectius, nume. 15. C. de anna. ex
cep. inquit, quod ita obſeruant aſſeſſo-
res, id tradit Angel. de mal. in verbo, &
ad querelam, ſub nu. 61. ac ita ex com-
muni conſuetudine hodie obſeruari te-
ſtatur Marian. in d. cap. qualiter, & quā-
do, ſub nume. 235. verſ. 90. quęro, &
poſt Ang. de malef. in verbo qui iudex
fecit ſibi dari licentiam, Augu. ad eum
poſt nume. 2. ac poſt iſtos Iulius Clar.
in d. q. 45. verſic. fin. qui ſubdit, quod
ſucceſſiuè iudices faciunt ipſis reis mo-
nitionem generalem, vt ſingulis diebus
& horis adeſſe debeant proceſſui fa-
ciendo per ipſos iudices, tam quo ad te
ſtium receptiones, quam circa alia quæ-
cunque vſque ad ſententiam incluſiue
& cæt. & de qua monitione Ang. verba
facit in verſ. qui iudex dictos inquiſitos
& ibi Aug. ad eum. Dicit etiam Clar. d.
uerſ. fin. in fi. quod licet talis practica
quoad accuſatorē non ſeruetur, tamen
quò ad reum & in Ducatu Mediolani
& alibi ſeruatur, nec aliquem ſolere fa-
cto examine in carcerem trudi, quin no
tarius in actis ſcribat, Quo facto fuit
conſignatus, & ei facta in faciem mo-
nitio generalis, vel huiuſmodi. & ( re-
dit, quòd ſi de ipſa monitione non ap-
pareat in actis, omnia, quæ poſtea fie-
rent, reo legitimè non citato, corrue-
rent, penes quam etiam monitio-
nem licentia prędicta inſeratur, ſine
qua ſola illa, & ſimplex monitio per ap

 pella-

pellationem reſcindi, & nullius reddi effectus poſſes ſecundum magis communem opinionem, vt per Marian. in tractat. cita. in articulo vigeſimo, principali, in quæſtione decimaſexta, & vt dicit Boſſ. in titulo de ſenten. numero decimotertio, Et quam rem tetigi ſupra cautela ſecunda, in fine verbis.

## Caut. CCXXXIIII.

## De alienandis rebus ciuitatis, & publicis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Publicarum rerum alienationem mandatarius reipublicæ mandato generali facere nequit.*
*Limita vt num. 2.*
*Conſilium que traditur, vt ex mandato generali tales res alienari ualeant num. 4.*

3 *Ciuitatis res ut uendi poſſint multæ requiruntur ſolennitates.*

5 *Statutum faciens ciuitas, ut eius rerum alicui Tyranno alienatio fieret, ſi alienatio ei fiat reuocari poterit, tanquam iuſto metu facta.*

6 *Statutum faciens ciuitas, vt eius bona uendi poſſint, & mox de poteſtatis plenitudine emptori bona alienata auferens tenebitur ad intereſſe.*

7 *Papa ſi aliquod in me conferat beneficium, & mox de plenitudine poteſtatis illud alteri tradat tenebitur mihi aliud aſſignare beneficium ſimile.*

RERVM † publicarum alienationem Reipublicæ mandato generali mandatarius 1
facere non poteſt, † quod 2
verum eſt, niſi lege municipali etiam alienatio in eodem mandato includatur, textus eſt ſingularis, & per eum notat Barto. in l. prohibere, §. plane. ff. quod ui, aut clam. ea propter Barto. ipſe d. §. plane, & in l. prætor ait, in princip. quam ipſe primo loco interpretatur. ff. ne quid in loco pub. conſi-
lium tradit, † cùm in rebus ciuitatis 3
vendendis multę requirantur ſolennitates, per l. vlt. C. de vend. reb. ciu.
libro 10. vt illæ vitentur, † Quòd po- 4
teſt Ciuitas res ſuas vendere volens primò ſtatuere ut ſub mandato generali rerum etiam ſuarum alienatio comprehendatur, & poſtmodum cuique generaliter rerum ſuarum gubernationem mandare, quia tunc vigore dicti §. planè, & d.l. prętor ait, cum ſua gloſ. in verbo, lege, etiam alienatio fieri poterit, ſubdit tamen Barto. in d. §.
planè, † Quòd ſi ciuitas tale faceret 5
ſtatutum, vt in Tyrannum aliquem alienatio fieret, alienatio facta; & omnia quoque reuocari, tanquam iuſtó metu facta, poſſunt, allegat l. primam. §. quæ onerandæ, verſiculo, & in ſumma. ff. quar. rer. act. non dat. ad quod vide Barto. ipſum in tracta. de Tyran. numero 20. & faciunt per eundem tradita in l. cum te, nume. 7. C. de his, quę ui, metuſuè cauſ. fiunt, & vide ad hoc etiam Bald. in l. decernimus. C. de ſacro. ſanct. eccleſ. & Petrum de Anchar. conſilio 300.

Circa autem illud, quod dixi de ſtatuto pro re ciuitatis vendenda fien-
do talem addo quęſtionem. † Quid 6
ſi facto ſtatuto Ciuitas vendidit, & illud quod vendidit mihi mox poſt aliquod tempus de poteſtatis plenitudine aufert, Nunquid ad intereſſe
tenebitur? & dico, quod ſic; † Namque 7

etiam

etiam ſi Papa aliquod in me contulit beneficium, demum de poteſtatis plenitudine alteri illud dedit, tenebitur mihi de altero prouidere beneficio ſimili, ſecundùm Innoc. in c. niſi cum pridem, de renuntiat. Bal. per glo. ibi in c. 1. verſic. ſi verò, de allodijs. & Gozad. conſi. 5. ſub num. 12. adhoc vide quæ no. Cy. Bar. Caſt. & alij, in l. digna vox. C. de legibus, & conſt. Iaſon in l. prima, in principio. ff. de pact. & latè Dec. conſilio 287. à verſi. ſed tamen his, & ſimilibus &c. vſque ad fi.

## CAVT. CCXXXV.

### De acquirenda re abſque pecunia, & de acquirenda obligatione in re per alium ex mea pecunia quæſita.

*SVMMARIVM.*

1 *Empta res de pecunia alterius, non eſt illi tacitè obligata, cuius eſt pecunia, & multò minus iure dominij quęſita, nu. 5.*
*Amplia, ut nu. 2. & 9.*
*Et ampliationem, quę eſt numero 2.*
*Limita, ut nu. 12.*
*Similiter dicendum eſt, cum res emitur ex pecunia, nihil pignorata, quia illa res non eſt mihi obligata, num. 3.*
*Itidem res empta à creditore ex ſuperfluo precio pignoris diſtracti ipſi non erit debitori hypothecata, nume. 4.*
*Vt autem res ex mutuata pecunia empta ſit mutuanti obligata, remedium datur, nu. 13.*
6 *Pecunia aliena acquirens ſuam facit acquiſitionem, non eius, cuius eſt pecunia.*
*Socius particularis, ſi de pecunia communi ſuo tantum nomine negotiatur, lucrum ad eum ſolum pertinebit.* 7
*Quod & in patruo ex communi pecunia quicquam acquirente dicitur, num. 8.*
*Emens alterius nomine de propria pecunia rem emptam nec dominij iure, nec hypothecę ſibi aſcribit.* 9
*Ideo conſilium datur pro eo, qui non habet pecuniam, & tamen aliquam rem emere deſiderat, nu. 10.*
*Et pro quo conſilio tuendo alia datur monitio, nu. 11.*
*Ruſticis pro bobus emendis pecuniam mutuans, qua cautela uti debeat.* 12

Res † ex alterius pecunia empta, illi, cuius eſt pecunia, non eſt tacitè obligata. l. quamuis, tertia. C. de pignor. † Quod procedit etiam ſi pecunia ſpecialiter ad rem acquirendam eſſet mutuata, vt tenet Ripa in l. Senatuſconſulto. ff. in quibus caſibus pig. vel hyp. tacitè contr. nu mero 11. per tex. in §. his conſequens, in Auth. de æqual. dot. intelligendo textum, prout ipſe intelligit ibi ſub numero 10. & in dicto textu notatur, in verbo, agrum. & idem tenet Bar. in l. interdum, ſub numero 5. ff. qui pot. in pign. hab. & in l. quod quis. ff. de priu. cred. & receptam ſententiam inquit Bald. in authen. quo iure, in fine. C. qui pot. in pig. hab. quem refert Eman. Soar. in ſuis commu. opin. litera M. numero 273. † Sicque etiam fiet, vt res ex pecunia pignorata empta non propterea dicatur creditori, cui erat pecunia obligata, eſſe pignorata. l. idemque. §. finali, ff. qui pot. in pigno. hab. † nec etiam res empta à creditore ex ſuperfluo pignoris diſtracti precio ipſi erit debitori hypothecata.

(Right margin: 1, 2, 3, 4 beside the lines where the † marks occur.)

5 l.ſi.C.de diſtr.pig.†Hinc venit, quòd ſi
res ex alterius pecunia empta non eſt
illi pignori obligata, multo minus do-
minij iure erit quæſita, arg. l. qui indi-
gnus.ff. de ſenat.& l.relegatorum,§.po
teſt, ff.de interd. & releg. cum ſimilib.
6 † Et ideò ſi quis ex aliena pecunia quid
ſibi acquiſierit ſuam acquiſitionem fa-
cit, non eius, cuius erat pecunia, l.ſi ex
ea pecunia. C. de rei vend. l, ad proba-
tionē.1.C.de prob.& l.1.C.ſi quis ſibi,
7 vel alteri, cum ſim.† Quare eò peruen
tum eſt, vt ſi quis ex ſocijs (dico parti-
cularibus, non vniuerſalibus, ne ex vni
uerſitate vnitatem ſubſtantię, & perſo
næ pene identitatem conſideremus. l.
1.§.in ſocietate, & l. 3. §. cum ſpeciali-
ter. ff.pro ſoc. cum ſim. quæ late tradit
Guido Pap. conſi. 20.) de pecunia com
muni ſuo duntaxat nomine negotia-
tus ſit, compendium ad ipſum ſolum
ſpectabit.l. ſi vnus.§.ſi vnus.ff.pro ſoc.
8 † ideoque patruus etiam ſi ex commu-
ni pecunia quicquam ſibi quęſierit, id
proprium ipſius erit. l. ſi patruus. C.
9 com.vtr. iud. † Sic etiam res empta de
pecunia alterius nomine ementis, nec
dominij iure, nec hypothecæ ad ipſum
pertinet ementem.l.mancipia, & quod
ibi not.in verbo,empta,& l. fi. ac quod
ibi not.ff.ſi quis alt.vel ſibi, iunctis l.1.
& 2.C.per quas perſ.& tradit Ripa, in
dicta l.Senatuſconſulto, ſub num. 11.
Vides igitur quantæ ſit efficacię in tuū
fauorem per te aliena erogata pecunia
& quantæ ſit utilitatis tibi, cuius nomi-
ne ipſa pecunia per eundem quoque
pecuniæ dominum expenditur; vnde
ex eo, quod dictū eſt, ementem ex pro-
pria pecunia alterius nomine rem ali-
quam nullum in ea ius prætendere poſ
10 ſe, † Conſilium optimū tibi trado, qui
non habes, vnde quid emas, & tamen
fundum acquirere deſideras, vt abſque
ulla pecunia, & quaſi ex nihilo illum
fundum tuum facias; videlicet, quòd
amicum tuum procuratorem ad fun-
dum tibi emendum conſtituas, & eum
roges, vt tibi pecuniam mutuet, ſub ſpe
fortè eidem tradita, quòd ipſum poſſi-
dere permittes, donec illi ſatisfeceris,
Qui ſi tuo emerit nomine, ſinas vt fun-
dum poſſideat, nec ab eo repetas, quo-
uſque tot iam fructus perceperit, qui
ſorti æquiparentur; quod ſi tibi, vt di-
ctum eſt, ſuccedet, rem abſque pecu-
nia conſequeris, & hanc cautelam po-
nit Ripa, in d.l. ſenatuſconſulto, num.
12. quem etiam attigerat ante eum Fer
rat. Brix.caut. 54.ſed certè cautela iſta
contra amicum bonus nō vteretur ami-
cus, cum integritatem nō ſapiat, & frau
dem quandam contineat: ſi tamen vti
malueris tu, qui ita non es integritatis
ſcrupuloſus, prout hodie hominū ma-
litia introductum eſt, † caueas aduer- 11
ſus præſcriptionem, ſi rem ipſam habe-
re deſideraueris: nam licet ille idem, qui
pro te emit, ſuo nomine prius præſcri-
bere non poſſet, quam tu ex fructibus
ſortem extenuares, poſſet tamen alicui
bona fide ementi vendere, qui 10.annis
inter pręſentes, & viginti inter abſentes
præſcriberet, Inſt. de vſuc.in prin. Vnde
licet contra venditorem, qui dolo, aut
culpa poſſidere deſijſſet, agere ad ęſtima
tionem poſſes.l. qui petitorio, & qd ibi
not.& l.ſi culpa, ac l.quod ſi poſſeſſor.
ff.de rei vend.tamen rem ipſam ob præ
ſcriptionē conſequi non poſſes, quę res
fortè vtilior exiſteret. Quatenus autem
ſuperius dixi emptam rem ex aliena pe
cunia, etiam ſpecialiter ad rem emendā
mutuata mutuanti pignoratam non cē-
ſeri, verum eſt, † niſi ſpecialiter cautum 12
ſit, cum pro emenda re pecunia datur,
vt ipſa res creditoris pignori ſubdita ſit,
nam tunc benè pignus conſtitueretur,
& priuilegiatum, quod anterioribus ēt
præferretur. l. procuratoris, §. planè.ff.
de tribu.& l.licet.C.qui pot.in pig.hab.
not. in d.§. his conſequens, in ver. agrū,
& in d.l.licet.Bar. d.l.interdū, † & ideò 13
in hoc, cum mutuas, cautus ſis, prout &

in

in caſu ſpeciali cautum te eſſe docet Ripa d.l.Senatuſconſulto, ſub num. 13. vi
14 delicet, † quòd quándo pro emendis bobus ruſticis pecuniam mutuas, facias illos tibi ſpecialiter obligare, quam cautelam inquit hodie eſſe maximè neceſſariam. Et quotidie videmus, quòd eorũ partiarijs colonis pauperibus domini de pecunia ſubueniunt, vt pro colendis agris boues ſibi comparent, & alia.

## CAVT. CCXXXVI.

### De reprobanda læſione quando agitur ad contractus reſciſſionem ob læſionem vltra dimidiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Aeſtimari debet res cum qualitatibus ſuis.*

2 *Res tanti valet, quanti vendi poteſt, homini ſcilicet ſcienti conditiones, & rei qualitates.*

3 *Donatio quingentos aureos aſcendere non dicitur, neq; inſinuationem exigit, ſi detracta gabella quingenti tãtum remanent.*

4 *Pactum de retrouendendo efficit, vt tanti res non æſtimetur, quanti valeret, ſi liberè venderetur.*

5 *Vſurarium contractum eſſe, ſi probandum venit, non eſt verus rei ualor reſpiciendus, ſed onus adiectum, uidelicet pactum de retrouendendo, propter quod minus ualet.*

*Vſurarius autem contractus præſumitur, cum in eo pactum de retrouendendo interuenit, cum pretij modicitate, nu. 6.*

*Quæ tamen pretij modicitas cum onere retrouendendi computatur.*

7 *Pactum de retrouendendo, in ſe reprobum non eſt.*

*Et id pactum de retrouẽdendo, emptore interim fructus lucrante, non efficit, ut contractus uſurarius præſumatur, num. 8.*

*Quod amplia, ut nu. 9.*

*Litigio ſubiecta res minus eſt æſtimãda.* 10

*Beneficia minoris eſſe ualoris dicuntur propter onus annexum.* 11

*Beneficij redditus tanti ſunt æſtimandi, quanti, deductis oneribus ualent.* 12

*Qualitas loci, tempus faciendæ ſolutionis, ac uenditionis perſona, & emptoris faciunt rem eſſe pluris, uel minoris æſtimationis.* 13

*Ideo conſilium datur, quando de aliqua re æſtimanda tractatur, quia forte uẽditor ſe prętendat læſum ultra dimidiam, unde agat remedio l. 2. C. de reſcin. uend. quæ ex parte rei ſint conſideranda, ut rei precium uilius reddatur, nu. 16. 17.*

*Ex aduerſo autem uẽditori conſilium datur, quod doceat emptorem ea ſciuiſſe onera, & qualitates, quod & proderit, cum qualitates eas deduceret emptor, ut læſum in contrarium vltra dimidiam demonſtraret, & ſic uel contractum reſcindi petens, aut ſuperfluum habitum reddi, num. 18.* 4

*Soluendo non præſumitur qui debitis implicitus eſt, & uſuris.* 14

*Sciens nõ decipitur, ſed ſeipſum decipit.* 19

RES † æſtimari debet cum qualitatibus ſuis, vt no. Bar. in l. j. 1
§. ſi hæres. ff. ad Treb. ad idẽ eſt tex. in l. ſi ſeruus. 2. ff. de cond. fur. & ibi gl. notat, in verbo, inuenerit, in l. mortis cauſa capimus, in fi. ff. de don. cau. mor. vbi gl. ex hoc declarationem ad regulam eam vulg. colligit,
† quòd tanti res valet, quanti vendi po- 2
teſt, homini ſcilicet rei conditiones, & qualitates ſcienti: minus enim res valet propter annexũ onus, vt in iuribus prædictis, ad quod etiam facit tex. in l. ſed ſi hoc. §. cuidam, & ibi Bar. ff. de cõd. & dem. & in l. quoties. ff. ad l. fal. vbi Bar.

3 ad notabilem infert quæſtionē, † quòd
vltra quingentos aureos donatio aſcen-
dere non dicitur, nec inſinuationem re-
quirit, ſi detracta gabella quingenti tm̄
aurei remanent. Propterea ad nonnulla
4 quoq; egregia inferri poteſt, † Quod pp
de retrouendendo pactū venditioni ad
iectū tāti res non eſt ęſtimāda, quanti ſi
libere vēderet, vt & infert Soc. in d. §. ſi
hęs. qui allegat Pan. in c. ad noſtrā, extra
de emp. & ven. ſed & idē Pan. dicit in c. i
aliquibus, per illū tex. de deci. Infertq;
5 † q ad probādum vſurariū contractum
nō eſſet tūc verus rei valor reſpiciēdus,
ſed onus adiectum, videlicet pactū de re
trouendendo, propter quod res minus
valet, & idem inquit Dec. conſil. 167.
ſequens Pan. eūdem, ex quo Dec. conſ.
6 colligitur, † q licet magis ſit cōis opin.
contractū præſumi vſurarium, cū in eo
interuenit de retrouendendo pactū, cū
precij modicitate, vt late demonſtrat in
d. conſ. Dec. in prin. (quāuis mox in eo-
dem conſ. velle videatur, quod etiā ter-
tium cōcurrat, quod ſcilicet perſona fę-
nerari ſit ſolita) precij tamē modicitas,
onere computato, quod ex pacto de re-
trouendendo prouenit, attendi debet:
7 † Quia pactum de retrouendendo in ſe
non eſt reprobatum, vt eſt tex. in l. 2. C.
de pact. inter empt. & vendit. & Bal. ibi
8 in fine dicit, † quòd pactum de retro-
uendendo, emptore interim fructus lu-
crante, nō facit contractum vſurarium
præſumi, idque non modo de iure ciui-
li verum eſt, ſed etiam de iure Canoni-
co, atque Diuino, vt probat Cæpolla
de ſimul. contr. nu. 2. idemque ait Cęp.
in d. tract. præſump. 12. num. 53. expri-
9 mens † id verum eſſe, ſiue ad certum
tempus, ſiue in perpetuum pactum id
de retrouendendo iniungatur. Simili-
ter ad regulam prędictam, quòd res mi
nus valet propter onus annexum, infer-
10 tur, † Quòd ſi litigio res eſt ſubiecta mi
nus venit ęſtimanda, vt in d. §. ſi heres,
idemq; probatur in d. l. mortis cauſa ca-
pimus, in fine, & ita quoq; infert Ripa
in d. §. ſi hęres, ſub nu. 26. vbi nu. 27. in-
fert etiam Ripa, † Quòd beneficia mino 11
ris eſſe dicūtur valoris propter onera ip-
ſis annexa, ſecūdū Bal. in d. l. ſed ſi hoc,
§. cuidā, in fine, ff. de cond. & dem. vbi
inquit. † Quòd beneficij redditus tanti 12
ſunt ęſtimandi, quanti deductis oneri-
bus valent, quodq; dicunt Pau. & Alex.
in l. nō amplius, in prin. per eum text. ff.
de leg. 1. facitq; text. in l. fructus, & late
tradita ibi per Lud. Rom. & poſt eū re-
centiores. ff. ſol. matr. & ita concludunt
Fel. in c. ad noſtram, extra de iureiur. ac
Decius conſ. 156. nū. 2. † Loci autem 13
qualitas, ſolutionis faciendę tempus, ac
venditoris perſona, atq; emptoris rem
pluris, minoriſue reddūt æſtimationis.
l. eū, qui. §. melior. ff. de in diē adiect. ad
quod faciūt d. gl. in l. 2. in verbo, ſuſpe-
ctum, ff. ſol. mat. & in l. qui habebat, in
verbo, relicta, de leg. 3. ex quibus trahi
tur, † quòd debitis, & vſuris implicitus 14
præſumitur non ſoluendo: Et ideo Bar.
rectè cōſilium dedit in d. §. ſi hęres, nu.
3. † quòd quando de aliqua æſtimanda 15
re tractatur, quia forte venditor vltra iu
ſti precij dimidiā deceptus dicatur, vn-
de venditionis reſciſſionem, vel pretij
ſuppletionem prætendat, iux. l. 2. C. de
reſcin. vend. ex parte conuenti rei conſi
deretur ad rem æſtimandam venditio-
nis perſona, ſi erat venditor debitis im-
plicitus, vel ſi fideiuſſorē dedit, vel non,
vt ex hoc cōcludi poſſit, quòd talis res,
quæ hominis ſic debitis grauati fuit, èm
ptorem tantæ quātitatis non reperiſſet.
Itidem conſiderentur ſimiles rerū qua-
litates, quæ precium augere, vel mi-
nuere valeant. Adde † pariter loci 16
qualitatem, vbi res ſita eſt, eſſe atten-
dendam: quia, vt inquit Ripa in dicto
§. ſi hæres, ſub num. 28. minus valet ſi
ſit penes Rhodanum propter corro-
ſionis periculum, vel ſi ſit in montibus
caſmati ſuppoſitis, ſecundum gl. Bar.
& alios in d. l. 2. ff. ſol. matr. pariterque
viden-

7 videndum erit, † an propè malum, & rixoſum hominem res exciterit, vt idē Ripa, ſub d. nu. 28. per l. quod ſæpè. §. fi. ff. de contr. empt. Hæc igitur per emptorem conuentum erunt articulanda,
8 & notabiliter attendenda. † Sed & ſi emptor læſionem in contractu vltra dimidiam demonſtrare vellet, & ipſe emptor de his rei qualitatibus, quæ rei ipſius precium minuunt, articularet, aut ſi emptor ad venditorem excludendū pro læſione vltra dimidiam agentem de his pariter qualitatibus opponeret, cautus ſit venditor, vt ex aduerſo doceat, quòd emptor ipſe ex his qualitatibus ſe munire nequit, quia onera, & eas ſciebat qualitates, vnde ex his deceptus di-
9 ci non poteſt. † Quoniam ſciens non decipitur, ſed ſeipſum decipit. l. 1. in fi. ff. de act. emp. & l. ſi fundum ſciens. C. de euict. & ſuperius etiam dictum eſt, ꝙ tāti res valet, quāti vendi homini qualitates, & rei conditiones ſcienti poteſt, cum igitur probatum ſit emptorem ipſas haud ignoraſſe qualitates, inde ſibi fundamentum ſumere non poterit, & pro hac venditionis contra emptorem cautela vide Ripā, in d. §. ſi hæres, ſub num. 21. verſi. vel aliter dici poteſt.

## CAVT. CCXXXVII.

### De impetratione ædificandi in publico etiam in alterius incommodum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Principis reſcriptum ad eius inſtantiā, qui conceſſionem ædificandi in publico petit, factum, in dubio contra tertium interpretandum non eſt.*

2 *Vt autem ille, qui talem petit conceſſionem, etiam in alterius incommodum in publico ædificare queat, conſilium datur, num. 2.*

1 Rescriptvm † Principis ad eius preces, qui ſibi concedi petit, vt in publico ædificare valeat, in dubio in tertij lęſionem non extenditur, vt eſt caſus in l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco pub. Verum vt id etiam in cuiuſcunque præiudiciū fieri poſſit, conſiderandum eſt, † ꝙ qui ſupplicationes porrigit licentiam impe- 2
trare, etiam in tertij incōmodum, procuret: tunc nanque in damnum quoq; alterius in ſolo publico ædificare valebit, vt eſt textus expreſſus in d. l. 2. §. ſi quis à Principe. Et de hac concluſione, quæ in alterius impetratur incommodū gnaliter locutus ſū ſup. īra P. caut. 207. vbi latius verba feci, & ibi uide oīno.

## CAVT. CCXXXVIII.

### De in integrum reſtitutione minorum vigintiquinque annis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Reſtitutio in integrū illud reddit, quod abſtulit læſio.*

2 *Quæ quidem modò eſt ad contractum reſcindendum, modò ad læſionem reſarciendam firmo manēte contractu & modo ad ſolutionē, quā minor cō ſumpſit, iterum faciendam, firmo pariter exiſtente contractu, vt nu. 2.*

3 *Quapropter aduocatis conſilium traditur, quomodo in hiſce petendis reſtitutionibus ſe gerant, num. 3.*

Restitvtio † in integrum, (vt inquit Bar. in l. ſi quidē. C. de præd. min. non alien.) illud reddit, quod abſtulit læſio, & allegat. l. j. & l. quod ſi minor. §. reſtitutio, ff. de minorib. Proinde ad huiuſce rei intelligentiam, diſtinctionem circa iſtam fiendam reſtitutionem ponit. 1
† Nā aut minor ideò eſt deceptus, quia ſibi contrahere non expediebat, & tunc aduerſus contractum, vt reſcindatur, reſtituitur: aut eſt lęſus, non quia minimè expediret contrahere, ſed quoniam malè contraxit, puta viliori vendendo prēcio, quod cariori vendere debebat, & eo caſu reſtitutio in integrum cōpetit, 2

non

non vt contractus ſcindatur, ſed vt precium ſuppleatur, quod verum puto, niſi aduerſarius contractum ſcindi potius vellet, quam precium ſupplere, arg. l. ſecundæ. C. de reſcind. vend. quod & tradit glo. in d. l. ſi quidem, in verbo, in integrum, in princ. Aut modo minor eſt læſus, non in eo, quia contrahere non expediret, nec in eo, quòd male contraxerit, verùm in eo, quòd acceptam conſumpſerit pecuniam, & illo in caſu aduerſus ſolutionem reſtituetur minor, firmo manente contractu. Quo etiam in caſu, per legem prędictam crediderim id in aduerſarij arbitrium conſiſtere, ſcilicet vt iterum ſoluat, aut vt contractũ infringi permittat, precio tamen, quod dederat, nequaquam reſtituto:

3 † Et per hæc tu Aduocate cautus eſſe poteris, quonam modo, iuxta facti contingentiam, libellum formare debeas, ac poſitiones, & ad quid tuum clientulum reſtitui concludas. Et profectò ſupradicta diſtinctio mihi ſummopere placet, cuius etiam diſtinctionis meminit Gozad. in conſil. 44. num. 14. & eam ſecutus eſt, dicens id communiter teneri, & ob iſtam diſtinctionem vide quæ dixi ſupra in littera M. cautela 161. circa articulum eum, Quando minor iureiurando affirmat, ſe minoris ætatis ratione aduerſus cõtractum non venturum.

## CAVT. CCXXXIX.

### De criminali iudicio inſtituendo, ciuili actione pendente.

*SVMMARIVM.*

1 *Ciuili pendente iudicio reus contra actorem criminalem poteſt intentare actionem, & tam ex cauſa connexa, quam ex penitus ſeparata.*

*Et eo caſu ciuilis ſuſpenditur actiò, donec ſuper criminali pronuntietur. numero ſecundo.*

*Quæ quidem ſuſpenſio ob criminalis actionis præeminentiam fit, nu. 3.*

*Suſpenſio autem prædicta quatenus fiat intellige, num. 4.*

*Ideo conſilium eſt, vt qui ciuili conuenitur actione, adhoc, vt iudicium illud differri faciat, videat, an aduerſus actorem, vel eius teſtes criminale poſſit ſuſcitare iudicium. nu. 9.*

*Criminali pendente cognitione reus accuſatorem ſuum ciuiliter conuenire nequit, & quare, num. 6. & ſub nu. 7. verſ. Atque.* 5

*Bene poterit reus criminaliter eius accuſare accuſatorem, quod tamen intellige iuxta diſtinctionem, quæ remiſſiue habetur, num. 8.*

*Et ideo reo criminaliter accuſato cõſilium datur, quomodo eius conueniat, & inquietet accuſatorem. numero 10.*

*Delicta puniri publicè intereſt.* 7

REVS † pendente iudicio 1
ciuili contra actorem, tam ex cauſa connexa, quam penitus ſeparata criminalem poteſt inſtituere actionẽ, prout quotidie fieri videmus, quando reus actionis teſtes de falſo accuſat, qui in ciuili contra eum depoſuerunt:
† Quo ſane caſu ciuile ſuſpenditur iu- 2
dicium, donec ſuper criminali pronuntietur, & ita concludere communiter Doct. dicit Sigiſmund. in conſ. feud. conſ. 6. num. 6. quem refert Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 2. verſ. ſed quęro, vbi dicit, † quòd ciuilis cauſæ ſuſpenſio 3
fit ob præeminentiam, & criminalis, vt
ait, maioritatem, † limitat tamen ſuſpẽ- 4
ſionẽ prædictam ita fieri debere, vt ſententia quidem ſuper ciuili fieri nequeat, ſed bene procedi vſque ad concluſionẽ in cauſa poſſit, idque comprobat ex
Capic. deciſ. 25. † Non autem reus ipſe 5
è conuerſo pendente criminali ciuilem

poterit

poterit inſtituere actionem, vt colligitur ex tex. in l. fi. C. de ord. iud. ſecundũ communem intellectum, quem ex aliorum authoritatibus Clar. d. q. 2. verſi. ſed quid è conuerſo, inducit, & rationem

6 aſſignat, † Quia propter talem litem ciuilem criminale diſtraheretur iudicium, quod fieri non debet, quia in criminali eo publicum verſatur intereſ

7 ſe, † vt ſcilicet delicta impunita non remaneant, quod probatur ex l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Atque abſurdum illud introduceretur, vt quod minus eſt maius offuſcaret, & deprimeret, ac id, quód vinceretur, vinceret, vnde & repugnãs illud adeſſet, vt criminale quod ſuperat, & reprimit, non ſuperaret, nec reprimeret, & ciuile quod ſuperatur, & reprimitur, iudicium nec ſuperaretur, neque reprimeretur, quod eſſet contra

8 l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. † Benè poterit reus criminaliter conuentus accuſatorem ſuum criminaliter pariter cõuenire, ſecundum illas diſtinctiones, quas ponunt Gand. de maleſ. in tit. qui accuſ. poſſ. §. ſed ego quæro. qui inſcribitur, de filiofam. & vtrum poſſit accuſ. à num. 40. vſque ad fi. & Aug. ad Ang. de maleſ. in verbo, & ad querelam, poſt ipſum Ang. num. 63. quas etiam tradit Clar. §. fi. q. 14. verſic. Tertius eſt caſus.

9 † Ex prædictis igitur tu, ſi ciuili conueniris actione, ad hoc vt ciuilem ipſam ſaltem differre poſſis, remedium habes, quo actorem criminaliter accuſare potes, vel eius teſtes: ſed caueas rectè criminalem eam inſtituere, ne in laqueum incidas, ſaltem expenſarum, vel etiam iniuriarum illatarum, quarum actio datur, etiam ſi accuſans ſe à calumnia excuſaret, vt per Boſſ. in tit. de accuſ. num. 20. & in tit. de præuaric. ſub numero 8. quam rem & ego tetigi ſuprà in litera C. caut. 15. Sin autem criminali quis cõ

10 ueniatur, videat, † nunquid ſuum valeat accuſatorem vel per accuſationis, aut per exceptionis viam inquietare, ſecundum diſtinctiones ſuperius indicatas, ſed & circa remedium hoc caueat, ut ſuprà, ſimilem ferè ubi dedi cautelam ſuprà litera Q. caut. 223. ſed breuiorem, & minus continentem.

## CAVT. CCXL.

### De acquirenda publicarum riparum poſſeſſione.

*SVMMARIVM.*

*Riparum publicarum vſus licet publicus ſit, illorum tamen proprietas eſt, qui penes eas prædia habent.* 1

*Poſſeſſio tamen earum ipſo iure ſine apprehenſione non datur, numero 2.*

*Quæ quidem poſſeſſio, vt apprehendatur conſiderandum eſt, nu. 3.*

*Et quando alius prius poſſeſſionem occupaſſet, quid agendum ſit, vt illa habeatur poſſeſſio traditur, nu. 4.*

*Quod melius declaratur, nu. 8.*

*Poſſeſſio per inundationem perditur.* 5

*Quod intellige, vt nu. 7.*

*Violentus non eſt poſſeſſor, qui vacantem poſſidet poſſeſſionem.* 6

RIPARVM † publicarum vſus licet publicus ſit, illorum tamen eſt proprietas, qui propè eas prædia habent. l. riparum, ff. de rer. diu. & §. riparum. Inſt. 1

eo. † Quod amplia, vt dicam infra, cau. 2

293. num. 2. Et ideo domini quorum prædijs adhærent ripæ fluminum, ſi in poſſeſſione ſint, poſſunt euellere nõ ſolum per iudicem, ſed & propria authoritate, ſi in eis aliquod fiat opus. l. quemadmodum. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. ſi vitem. §. ſi ad ianuam. ff. quod ui aut clam. ſecundum Bartolum in l. quominus, in 7. q. ff. de flum. & prout no. in l. de pupillo. §. meminiſſe, in ver. vti poſſidetis.

fidetis.ff. de ope. noui nunc.cum qua Bar.ibi in prin.& alij communiter tranſeunt, ad quod & vide Bar. ipſum in l. 1.§.uunciatio, num. 2. & ibid.Doct.ff. eod.de ope.noui nunt. & ſupradictam concluſionem firmauit quoque cum Bartolo,Cepo.in tract.ſerui.ruſt. præd. in titu.de Ripa, num. 6.Hinc etiam videmus, quòd quando venditur fundus venit etiam adhęrens ripa, iuxta ea,
2 quę latè tradam in d.caut.293.† Sed licet lex det vicino proprietatem, non tamen dat ipſo iure ſine apprehenſione poſſeſſionem, arg.l.cum hæredes.ff.de acq.poſſ.not.glo. fi.in l.ſi fratres, §.idē, 2.in verbo,dominium. ff.pro ſoc.& gl. in l.fi.in verbo,in rem.C.de ſacroſanct. eccleſ.ac tradit Bar.in rep. l.quominus,
3 num. 19.ff.de flum. † Verum vt etiam cum proprietate poſſeſſio apprehendatur neceſſe eſt,quòd caueat prius poſſeſſionem occupare,quam alius aliquis quia in his,quę omnium ſunt,prius occupanti potiora decernuntur iura, vt per ea,quę tradit Bar.in rep.d.l.quominus,ſub num.10. & prout ego latè tractaui,& cautelam feci ſuprà in litera O. caut.179.dummodo tamen vſus publicus non deſtruatur, vel priuato damnū non inferatur.l. 2.ff.ne quid in loco publico. Sed ſi quis ripę poſſeſſionē prius occupaſſet, quā vicinus proprietatis do
4 minus, † remedium eſt pro proprietatē habēte,quòd expectet,donec locus om
5 ninò inundetur: † ( tunc enim primus poſſeſſor poſſidere deſinit,l. 3.§.itē Labeo,l.Pomponius, in prin.& l.qui vniuerſas.§.item quòd à mari. ff.de acqui. poſſ.iunctis gloſſis in d. §. item Labeo, in verbo, occupauerit,& ī d.§. itē quod à mari,in verbo,occupatum ) & poſtea cum de proximo aqua receſſerit poſſeſſionem tanquam vacantem occupet:
6 † vacantem enim qui occupat poſſeſſionem, violenter poſſidere non dicitur.l. 4.§.item ſi occupaueris. ff.de vſuca. & ita Bar.in d.rep.l.quominus,nu. 19.cōſuluit. Sciendum autem eſt ſecundum Rip.in d.l.quominus, ſub num.78.verſicu.inſuper aduerte, † quòd per inun- 7
dationem poſſeſſio non perditur, nisi ſit dānoſa,& inſolita, vt facere,ait tex. in l.1.§.nemo denique.ff.de flum.item niſi ſit longa inundatio, quia per modicam inundationem,puta vnius diei,vel noctis,poſſeſſio nō perditur, vt ad hoc citat Ripa dicto loco Baldum, & Fely. in c.illud, extra de preſcrip. † Quapro- 8
pter aduertas,vt prędicta non vtaris cautela,cum conſueta, & nō nociua eſt inundatio, & cum modici temporis eſt.

## CAVT. CCXLI.

### De fœmina ſubſcribente ſe priuatis ſcripturis.

*SVMMARIVM.*

*Priuata ſcriptura tribus teſtibus ſubſcripta publicis æquiparatur ſcripturis etiam ſi non habeat diem, neque conſulem.* 1

*Fœmina autem in ea ſcriptura ſe ſubſcribens non poteſt illi robur publicæ dare quo ad hypothecarias actiones,num.1.*

*Et ideò conſilium datur,ne fœmina ſit in priuata ſcriptura tribus teſtibus numeraria,ut nu.4.*

*Fœmina regulariter in cauſa ciuili teſtis eſſe poteſt.* 3

*Limita tamen non procedere, quando ſe in priuata ſcriptura ſubſcriberet, quia tunc non poteſt eſſe idonea, ut cum alijs duobus teſtibus ſe ſubſcribens ſcripturam, quò ad hypothecariam actionem publicę æquiparari faciat,ut nu.2.*

SCRIPTV-

1 SCRIPTVRÆ † debitorũ
priuatę tribus teſtibus ſub
ſcripto tam quæ ad perſo-
nales, quàm qũo ad hypo
thecarias exercẽdas actio-
nes publicis æquiparantur, l. ſcripturas.
C. qui pot. in pign. hab. & non requi-
ritur dies, nec conſul, ad hoc, vt pro-
bent, vel faciant fidem contra ſcriben-
rem, argum. l. cum taberna. §. idem quæ
ſijt. ff. de pigno. not. Iaſ. in auth. quod ſi
ne. C. de teſtam. nume. 3. & iuxta com-
munem Doctorum ſententiam, quam
ſequitur. Caſtr. in l. 1. num. 16. C. de no
uo Cod. fac. Alexa. conſ. 70. verſic. ecce
ergo, vol. 1. conſ. 6. verſ. ſecundo reſp.
& conſ. 76. colum. 3. volum. 3. & conſ.
102. verſic. quod ad tertiam volum. 4.
& Moder. omnes in l. admonendi. ff. de
iureiur. vbi iſtam eſſe communem te-
ſtantur. In cuius legis, ſcripturas textu
aduerte ad ea verba, trium virorũ, quia
2 per ea Bald. ibi expreſsè tenet, † Quòd
fœminæ ſe ſubſcribentes talibus ſci-
pturis non valeant eis, quò ad hypothe
carias actiones, robur dare, vt publicis
æquiparentur, eiusque opinionem ſen
tiunt omnes ſcribentes in d. l. ſcripturas
Cremen. ſingul. 145. Marſ. ſing. 611.
poſt princ. Cotta in memoria. in verſic.
Mulier regulariter: & iſtam opin. tan-
quam veriſſimam ſequitur quoq; Dec.
& communem ait in cap. 2. extra de fi-
de inſtrum. num. 11. in c. 3. colum. 3. ex
tra de teſti. in l. fœminæ, num. 32. cum
ſeq. & ibi add. ad eum. ff. de regul. iur.
quod & ipſe Dec. tradit in ca. quoniam
contra, extra de prob. in 8. not. ſequun-
tur alij quàplures, de quibus Pet. Duen.
qui concludit iſtam opin. eſſe magis ve
ram, & communem, reg. 313. lim. 3. li-
cet (vt ipſe Duen. latè in regulæ prædi-
3 ctæ principio probat) † Fœmina regu-
4 lariter in ciuili cã teſtis eſſe poſſit: † Ca
ue igitur, cũ ꝑ tres teſtes priuatã ſcriptu-
rã ad inſtar publicæ roborare volueris,
ne fœminã tribus numeratam adijcias.

## Caut. CCXLII.

### De denuntiatione euangelica in ſubſidium proponenda.

### SVMMARIVM.

*Executio ſententia fieri debet poſtquã in rem iudicatam tranſiit.* 1

*Denũtiatio euangelica locum habet aduerſus læſionem ex ſententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, reſultatantem.* 5

*Qua & generaliter vti quis poteſt, cum ad rem recuperandam, quæ contra conſcientiam ab aliquo detinetur, aliud ciuile deficeret remedium, num. 4.*

*Et ad iſtam denuntiationem euangelicam læſionis probationes paratæ haberi debent, vt num. 3.*

SENTENTIA † poſtquam in 1
rem iudicatam tranſiuit exe-
cutioni demãdari debet, quia
aliàs fruſtra ferretur, niſi debi
tæ mandaretur executioni cap. quod ad
conſultationem, extra de re iud. & not.
gl. in rub. C. de execut. rei iud. & de hu
ius executionis materia vide latè penes
Maran. in eius tract. de ord. iud. par. vlt.
ſextæ, & vltimæ partis principalis verſ.
tertius, & vltimus actus, per totum.
† Modò ſi quis aduerſus ſententiæ hu-
ius executorem, quæ in rem iudicatam
tranſijſſet, læſionem aliquam præten-
deret ad hoc, vt contra eum, in quem
læſionem prætenderet, ſe tueri poſſet
remedium eſt, vt Denuntiatione euan-
gelica vtatur, factis priùs duabus moni
tionibus, ſecundum tradita in ca. nouit
extra de iud. & de hac euangelica denũ-
tiatione mentionem faciunt Specul. in
tit. de denunt. §. 2. quem uide vſque ad
num. 10. Bart. in extrauag. ad reprimen-
dum,

dum, in verbo, denuntiationem, verſic. eſt & alia denunciatio, vbi latè hunc articulum, & quibus in caſibus competat, examinat, & ibi vide: & Maran. de ord. iud. parte prima ſextæ partis princip. verſ. incip. expedita materia inquiſitionis, à nume. 5. vſque ad nume. 7.

3 † Sed aduertendum eſt, vt ille, qui denuntiatione euangelica indemnis conſeruari tentat, probationes paratas habeat, alioquin nihil ageret, vt in prædictis locis per Doctores, & maximè per Spec. d. tit. ac prędic. §. nu. 8. Poterit autem probari, ſi fortè quis extraiudicium faſſus eſſet iniuſtè ſe obtinuiſſe, vt per Abb. in c. 1. circa finē, de conceſſ. prēb. quem allegat Maranta d. loco, ſub

4 num. 6. † Et generaliter hac denuntiationis euangelicæ via vti quis in ſubſidium poterit, cum ad rem recuperandam, quę contra conſcientiam ab alio detinetur, aliud ciuile deficeret remedium, prout ex Doctorum dictis in d. c. nouit, habetur, & ex Bart. in d. ext. ad reprim. in d. verbo, denuntiationem, d. verſ. eſt & alia, in princip. & num. 9. ac per Maran. in proximo citato ver. num. 25. Et de hac denuntiatione in ſimili propoſito tractaui ſuprà in littera. L, in caut. 140. in fine.

## Caut. CCXLIII.

### De ſupplicatione porrigenda, vbi ab alicuius iudicis ſententia appellari non poteſt.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio non datur, quando lata eſt ſententia à Principe ſuperiorem non recognoſcente.*

*Amplia vt num 2.*

*Et alij quoq; enumerantur magiſtratus, à quibus appellare non licet, vt num. 3. 4. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

*Datur autem remedium quomodo fiat, cum ab eorum ſententijs dictis numeris enumeratorum non poteſt appellari, num. 15.*

*Quod ampliatur num 16.*

*Quodque remedium quando locum habere valeat, declaratur num. 19. 20 21.*

*Et quando viua voce illud remedium procedat, ac quando in ſcriptis fieri debeat, declaratur num. 22 ſub quo numero, in verſ. ſimiliter dicitur etiam intra quod tempus quis eo poſſit vti remedio, & num. 23.*

*Docetur etiam numero 24. quando à parte uictrice ſatisdatio exigi debeat, nec ne, cum ipſa pars uictrix ſententiæ executionem petit intra tempus quo de eo remedio ſibi prouidet uictus.*

*Et quo remedio niſi ſemel vti potes, num. 25.*

*Denique quando tali uteris remedio prorſus aduertas, ne iudicis alleges iniquitatem, ſed propriam tuam negligentiam, & erroris tui ueniam petas, aut etiam aduerſarij tui circumuentionem adducas, num. 27.*

*Senator unus hodie tantum Romæ creatur.* 5

*Et an iſte eandem habeat prerogatiuam, quam olim centum ille ſenatores habebant, traditur num. 6.*

*Cardinalium collegium ſenatus loco hodie ſuccedit.* 7

*Veſpaſianus Gonzaga Dux Sabloneta in Lombardia Imperialia iura habet.* 10

*Prorogatus ſi fuit iudex uel de partiū conſenſu datus ab eius ſententia appellari poteſt.* 13

*Limita vt ſuprà num. 12.*

*Qui tamen iudex ut ſuſpectus recuſari non poteſt, num. 14.*

*Supplicatio aduerſus ſententiam non admittitur, quando appellationi locus eſt.* 17

*Et*

*Et quid hæc ſupplicatio ſit, num. 18.*
19 *Supplicatio quibus in caſibus non concedatur, etiam ſi appellationi locus non ſit. & num. 30. & 21.*
*Quibus autem in caſibus locum habeat, dictum eſt ſupra in locis remedio ſupradicto applicatis.*
22 *Supplicatio aduerſus ſententiam in ſubſidium ſi eadem ſententia die ſit in uoce fieri poteſt, mox autem in ſcriptis.*
*Et ideò in hoc cum appellatione conuenit.*
*Quę etiam cum appellatione in alio conuenit, ut ſub d. num. 11. uerſ. ſimiliter, habetur.*
*Et ab appellatione differt in eo, de quo num. 23.*
24 *Executionem ſententiæ ſi pars uictrix petit, cum intra decem dies ſupplicatio ſit, danda non eſt, niſi cum ſatisdatione de toto reſtituendo, &c.*
25 *Supplicatio niſi ſemel aduerſus ſententiam porrigi poteſt.*
26 *Appellari bis poteſt.*
28 *Appellans iudicis iniquitatem allegare poteſt.*
29 *Appellatio, & ſupplicatio in quibus differant, remiſsiuè.*

1 SENTENTIA † quãdo à Principe ſuperiorem nõ recognoſcente lata eſt, nõ appellatur l. 1. ff. à quib. appell. non lic. facit tex. in ca. cuncta per mundum. 9. q. 3. vbi loquitur de Papę ſententia. hinc dicit Ander. de Iſer. in c. imperialem. §. pręterea ſi inter duos, colum. 6. in fine, de prohib. feu. alien. per Fede.
2 † Quod locum habet non modo in ſummi Pontificis ſententia, aut Imperatoris, ſed cuiuſlibet etiam regis ſuperiorem non recognoſcentis: † Similiter à ſententia lata à præfecto pretorio non appellatur. l. 1. §. his cunabulis. ff. de off. pręfec. præt. l. præfecti. ff. de minor.
3
& l. 1. C. de ſent. pręfe. pręt. Itidem à lata ſententia in ſacro regio conſ. non appellatur: ea. n. perindè habetur, ac ſi ab ipſo rege eſſet prolata, nam ſub Maieſtatis regię nomine fertur, quę idem legis vim habet, ſecundum Hoſtien. & Ant. de Butr. in c. cum Bertoldus, extrà de re iud. Bal. in l. fin. C. de legib. quos ad hoc refert Afflic. in deciſ. Neap. 383. num. 8. † Pariter à ſenatus ſententia nõ 4
appellatur, d. l. 1. ff. à quib. app. non lic. qui quidem ſenatores temporibus noſtris non ſunt in vſu. † Sed hodie niſi 5
vnus ſenator Romę per Papam conſtituitur, c. fundamenta, c. fin. de elect. in 6. † & hanc eandem habere pręrogatiuam, quam Romani illi centum ſenatores (de quibus Azo in ſum. C. de ſenatuſc.) habebant, vt ſcilicet non poſſit ab eius ſententia appellari, fuit intentionis Cy. in l. fin. C. de pet. hęred. Ange. & Io. de Imo. in d. l. 1. ff. à quib. appel. non lic. Aduerſus quorum opinionem facit, quod tradit Spec. in tit. de appel. verſ. videndum, ſub num. 1. ad fin. vbi dicit quod verum illud erat quò ad omnes illos Senatores, qui erant numero centum, ſecùs eſt de quolibet Senatore ſeparatim: vndè, cùm iſte vnicus ſit ab eius ſentẽtia appellabitur. Tu autem dic clarius facere, quod cum eadẽ huic Senatori non ſit tributa poteſtas, quę omnibus illis tribuebatur, ab eius ſententia appellari poteſt: ſecùs autem eſſet ſi eadem tribueretur poteſtas, arg. l. ſi eum. §. qui iniuriarum, & quod ibi no. ff. ſi quis caut. Benè teneo, † quod cum 7
Cardinaliũ collegium ſenatus loco hodie ſuccedat, vt tradit Fran. Marc. deciſ. 75. in fine. par. 1. ab ipſius Collegij ſententia appellari non liceat: † A ſententia quoq; ſereniſſimi Venetiarum Ducis non appellatur, ſecundum Cyn. in d. l. fin. C. de pet. hęred. & in l. fin. C. de don. int. vir. & vx. ratio eſt, quia ſuperiorem non recognoſcit. & per hanc quoque rationem credo, † quod à ſen- 9
tentia

tentia per Duces, Marchiones, & Comites, qui Imperalia iura in eorum ſtatu
10 tenent, lata, appellari nequeat, † prout eſt Illuſtriſsimus, & excellentiſſimus Dominus meus ſemper colendiſſimus, in ditione, quam in Lombardię partibus habet, D. Veſpaſianus Gongaza, Sabloneto primus Dux meritiſſimus, qui & ob eius egregia facinora toto terrarũ orbe celebris exiſtit, cuiusque eximia in qualibet arte virtus, ciuitates, arces, ingentiaque erecta ędificia eum immor-
11 talem reddent; † & prout eſt Sereniſſimus Ferrarię Dux, qui Ferrarię, & in eius ſtatu eadem habet iura, quę Papa habebat, ut optimè probat Dominus meus, & pręceptor amantiſſimus D. Ioan. Ceph. conſ. 539. nume. 15. & cuius iura ad excellẽtiſſimum Dominum meum Veſpaſianum Ducem probè ap-
12 tari poſſunt, † attentis eius ditionis iuribus. A ſententia quoque epiſcopi, cuius fuit prorogata iuriſdictio, non appellatur, l. epiſcopale. C. de epiſc. aud. & in hoc epiſcopus pręfecto prætorio æquiparatur, vt per Bald. in d. l. epiſcopale; &
13 eſt ſpeciale in epiſcopo, † quia secùs eſt in alio prorogato Iudice vel de communi partium conſenſu dato, nam ab eius ſententia appellari poteſt, l. ex conſenſu, in princ. & ibi Bart. ff. de appell. & Specul. in tit. de competen. iud. adit. §. 1. verſ. ſed an ſententia, & verſ. Sed ad quem, & glo. in c. ſuper quæſtionum. §. verum, in verſic. aſſenſu, extra de offi
14 cio deleg. vbi dicit † quòd talis iudex vt ſuſpectus recuſari nequit, ſed benè ab eius ſententia appellari poteſt. Habes igitur hic à quibus ſententijs ob perſonarum excellentiam appellare nequeas; verum, vt aduerſus grauamen per tales ſententias illatum te reparare valeas, conſulo, † Quòd ſupplicatio-
15 nem ipſi Principi, pręfecto pretorio, vel tali perſonę porrigas, vt cauſam reuideat, & tuo prouideat grauamini, prout eſt textus in l. 1. C. de ſent. pręfect. præt. & in l. ſi quis, iuncta auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imp. offer. notatque Spec. in tit. de ſupplic. §. 1. & per totum, & habetur per Abb. in c. ex litteris, extra de in integ. reſt. † Ideoq; 16
procedit non modò in Principis ſententia, vel præfecti prætorio, ſed etiam in aliorum inferiorum ſententijs, nam ſupplicatio admittitur, quando appellatio prohibetur; Puta ſi prohibetur appellatio per ſtatutum, vel per Principem cauſam committentem, appellatio ne remota, nam tunc ex quo ordinariũ ceſſat remedium, ſcilicet appellatio, extraordinarium, ſcilicet ſupplicatio admittitur, ita tenet Abb. in d. c. ex literis, in 4. not. & in gloſ. in verbo, ſupplicauit; † aliàs autem ſupplicatio non ad- 17
mittitur, vbi appellatio locum habere poteſt, argum. l. in cauſæ. 2. ff. de min. quid autem, iſta ſit ſupplicatio ponit Abb. in d. c. ex literis in vlt. not. qui di
cit, † quod ſupplicatio, eſt quædam pręcum facta principi porrectio, per quam 18
ex benignitate quadam ſuperior ſupplicantem reſtituit aduerſus ſententiam, contra quam oppoſitionis ordinarium non competit remedium. Scias autem,
† quòd iſtud in omnibus non procedit 19
caſibus, vt ſcilicèt ſupplicatio indiſtinctè ſit conceſſa, vbicunque appellationi locus non eſt; nonnullis enim in caſibus, etiam ſi appellare non liceat, non tamen ſupplicatio admittitur; † Verus 20
nanque contumax licet non appellet, l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appell. & l. 1. C. quor. app. non recip. cum ſim. per Dec. allegatis ad hoc, in conſ. 34. nu. primo tamen neque etiam ſupplicare poteſt, ſecũdum gloſſam in l. fi. C. vt lit. pend. Io. de Imo. in d. l. ex conſenſu. §. fin. & Dec. d. conſ. 34. ſub d. nume. 1. † Simi- 21
liter vbi à iure communi prohibita, non in ſententię priuilegium, eſt appellatio, neque etiam ſupplicari poteſt, ſecundum Iaſ. in d. auth. quę ſupplicatio. C. de prec. Imp. offer. Qui vnam tradit

magi-

magiſtralem regulam; quòd vbi quis propter iudicis excellentiam appellare prohibetur, & ſic in ſententiæ latæ priuilegium, tunc ſupplicatio admittitur, ſecus ſi iure communi appellatio prohibetur, niſi ætatis beneficium, aut matrimonij ſuadeat fauor.

22 † Et circa ſupplicationem iſtam admonitum te velim, quòd ſi illa fiat eadem die, qua ſententia fertur, viua voce fieri poteſt, ſi verò poſtea, tunc in ſcriptis fieri debet, & in hoc cum appellatione conuenit, vt tradit Iaſ. in d. auth. quæ ſupplicatio.

Similiter ſi iudici eidem, qui ſententiam dixit, & à quo ob eius excellentiã appellari nequit, fiat, in hoc etiam cum appellatione conuenit, quia intra 10. dies porrigenda eſt, vt no. glo. in dicta l. 1. in verbo, noſtro nomini. C. de ſent. præf. præt. & tradit Bart. in d. auth. quæ

23 ſupplicatio, in fine. † ſed in hoc differt ab appellatione, nam etiam poſt 10. dies infra biennium principi porrigi poteſt, vt eſt tex. in d. l. 1. de ſent. præf. præt. ibique glo. & Bar. in d. auth. quæ ſupplica-

24 tio. † ita tamen hoc intelligendum eſt, vt cum intra decem dies ſit ſupplicatio, ſi pars victrix ſententiæ petere vult executionem, non aliter danda eſt, quàm ſi ſatiſdationẽ præſtiterit de omni eo reſtituendo, quod per executionem habuerit, in caſu, quo ſententia fuerit retractata; ſed quando poſt 10. dies ſit, & infra duos annos, executio etiam abſque ſatiſdatione ſit, vt eſt tex. in d. auth. quę ſupplicatio, & quod ibi no. & ita tradit Spec. in ti. de ſupplicatio. §. 1. verſ. ſolus

25 tamen. Scias pariter, † quòd iſtam ſupplicationem ſemel tantum porrigere potes, vt eſt tex. & ibi Bal. in l. ſi quis. C. de prec. imp. offer. no. Spec. in d. ti. de ſupplicatio. §. differt, in finalibus verbis,

26 † licet bis appellari poſſit. d. l. 1. C. ne lic. ter. prou. Demum ad plenam cognitionem, quemadmodum hac vti de-

27 beas cautela, aduertas, † quòd, quando prædictam porrigis ſupplicationem, nõ iudicis alleges iniquitatem, ſed propriã negligentiam, & erroris tui veniam petas, aut aduerſarij circunuentionem adducas, argum. d. l. præfecti. ff. de minor. & per Azo. in ſum. C. de ſent. præf. præt. & tradit Aff. in prelud. conſt. in 10.

q. in 4. fall. † licet quando appellas iudicis poſſis iniquitatem allegare, d. l. præfecti. ff. de min. & arg. l. 1. ff. de appel. & 28

facit forma tradita per Papien. in for. appel. à ſenten. diffinit. in illis verbis, & in

quantum ſit aliqua, &c. † Differentias 29

autem inter ſupplicationem, & appellationem plenius vide penes Spe. in d. tit. de ſupplicat. dicto §. differt, & penes Iaſon. in dicta l. ſi quis. C. de prec. imper. offeren.

## CAVT. CCXLIIII.

### De ſententia arbitri ſine citatione proferenda: & de pœna in arbitri ſententia inſerenda.

*SVMMARIVM.*

*Arbitri ſententia partibus non citatis non valet, etiam ſi in compromiſſo cautum ſit, quod abſtinentibus partibus ſententia dici poſſit.* 1

*Conſilium tamen aduerſus hoc traditur, nu. 2.*

*Laudum, in quo arbiter aliquem in centum condemnauit, & ſi intra aliquod ſpatium non dederit, in maiorem ſummam condemnauit, non valet.* 3

*Volenti autem ita in dilationis pœnã condemnare conſilia traduntur, numero 4. & 5.*

*Arbitri poteſtas ex his, quæ in compromiſſo continentur, dependet.* 6

1 SENTENTIA † arbitri pro lata non citata parte non valet.l.diem §. ſi quis litigatorum. ff.de arbit.etiam ſi in compromiſſo dictum fuerit, quòd arbiter ferre ſententiam abſentibus partibus valeat, ſecundum Spec.de arbit. §.excipitur, numero 10. quem ſequitur Ioan. de Imo. in c.dilectus,extra de arb. Alex.in l.ſi quis arbitratu, ſub nume.14. ff.de verbo.oblig. quam tamen ampliationem intellige,vt ſcilicet citari debeat pars,quę mox ſi nõ comparuerit abſente ea iudicium ſuum proferre poterit arbiter,quod apertè cõprobat.d. §.ſi quis litigatorum. Vt autẽ etiam parte non citata laudum proferre
2 valeant arbitri remedium eſt; † ſi partes in compromiſſo clauſulam eam addant, & expreſſe conueniant, vt arbitri ſententiam partibus abſentibus, & non citatis, ferre valeant, quod tradunt Gul. de Cug.in l.epiſcopale.q.vlt.C.de epiſc. aud.Caſt.Alex. Soc. & Iaſ.in d.l.ſi quis arbitratu,tractantes.q.3.Bartoli ibi.Bal. conſi.162.vol.1.Barb.conſi.18.nu.17. vol.1.Io.de Imo.conſi.vlt. Anch.conſi. 270.& Rom.conſil.61. vbi concludit, quòd Piſis hæc opi.ſeruatur, & Marſil. ſing.173.addo Boer.deciſ.283.ſub nu. 38. An modo arbitratoris ſententia parte non citata,valeat,vide penes Bar.in d. l.ſi quis arbitratu.q.3. qui tenet, quòd non, & cum eo ſentiunt plures magnæ authoritatis Doct.quorum meminit ibi Iaſ. qui mox & in contrariam partem plurimos adduxit, & vide quoq; Alex. Socin.& alios in d.l.ſi quis arbitratu.d. q.3. & Boer.d.deciſ.283.num.34.cum
3 nõnullis ſeq. Itidem † ſententia arbitri, qui aliquem in centum condemnauit, & ſi intra aliquod ſpatium nõ dederit, in maiorem damnauit ſummam, non valet,vt per Bar.in l.quid tamen.§.item ſi arbiter. nu.1. ff.de arb. ſed volenti ita in dilationis pęnam cõdemnationẽ augere,conſilium tradit ibidem Bar.nu.2.

† quòd dicat, condemno talem ad tre- 4
centa intra annum ſoluẽda, hoc pacto, quòd, ſi hinc ad octo dies centum ſoluerit, talis eum à tota ſumma liberare debeat, & ex nunc ſit liberatus, idemq; in ſimilibus ſeruandum docet Bartolus. Et hæc quidem Bartoli ſententia ab eorum morſibus qui ſecus tenerent, (freti fortè, quòd hæc cautela eadem rationis identitate ſubuerti queat, & in idẽ omnino recidat) defendi poteſt:nam quandoque euenit,vt ea,quæ expreſſim promulgata non valent, ſi modeſtia quadã, & velatè introducantur, licet in idem cadant, ſuſtineantur, & exempla apertiſſima habẽtur in l. ſi quis Sempronium, ff.de hæred. inſt. in l.1. ibique gloſ. ac ſcrib. ff.de leg.2. in l.nonnunquam. ff. de cond.& dem. Aliud ego trado conſi- 5
lium, † quòd quando fit compromiſſum, talem tradi arbitro licentiam ille,
cuius intereſt, caueat, argum.d.§.item ſi 6
arbiter, † nanque & arbitri poteſtas à compromiſſo in ipſum facto dependet, l.non diſtinguemus, §.de officio. ff.eo. de arbit. cum ſim. Prout & dictum eſt, de facultate in compromiſſo conceſſa, vt ſententiam etiam non citata parte, dicere poſſit.

## CAVT. CCXLV.

De ſententia, quæ profertur abſente eo, qui comparere non tenetur, quiuè legitimam habet abſentiæ cauſam.

### SVMMARIVM.

*Abſens vbi quis legitime eſt ſententia contra eum lata non valet. quod intellige, vt nu.4.* 1

*Iudicium propter legitimas abſentiæ cauſas differtur, conſilium tamen eſt, quod qui legitime eſt abſens, iudici notam abſentiæ cauſam faciat, nu.5.propter ea, quæ habẽtur, nu.4.* 2

*Quid*

*Quid autẽ excuſator facere debeat, habes, num. 6. Et quid facere debeat iudex non obſtante oblatione probationis legitimæ cauſæ, nu 7.*

3 *Sententia lata, & parte legitime abſente, valet, ſed reſtitutio aduerſus eam datur.*

*Quod declara, vt nu. ſeq.*

1 SENTENTIA † contra eum lata, qui legitima de cauſa abeſt, non valet, l.quæſitum. ff.de re iud.ad quod etiam facit tex.in l.2. §.ſi quis in iudic. ff.ſi quis
2 caut. vbi habetur, † quòd ob legitimas abſentiæ cauſas iudicium differtur, nec ideo quis contumax haberi poteſt, neq; obſtat tex.in l.fi. & quod ibi no.ff.de in
3 integ.reſtit.vbi dicitur, † quòd lata ſententia, etiam parte legitime abſente, valet, ſed reſtituitur: nam inquit Bar.in
4 d.l.quæſitum, † quòd ſi iudex abſentiæ cauſam non ignorat, ſententia ipſo iure non valet, ſi ignorat, valet, ſed reſtitutio datur, ad quod facit tex. in l.1.in princ. & quod ibi no.Bart.nu.6.ff.de oper.no. nun. facitque tex. in l.2. ff.ſi quis in ius voc.non ier. iuncta gl.magna ibi, & iuncto tex.l.fi. ff.de iuriſd.om.iud. & iſtud quoque quod ſupra dictum eſt, tradit ipſe Bar.in l.ſeruum. §.1.in fi.de procu. in l.2.§.qui exhibendi, q.1. nu.3. ff.de cuſt. reor. in l.ea, quæ, in fi. & in l.pen. nu.2. C.quom. & quan.iud.ac etiam in d.l.2.§.ſi quis in iudicio, in fi. ff.ſi quis caut. & in extrau. ad repr. in verbo, neglexerit, nu.2.& hæc eſt communis concluſio ſecundum Imo. & Alex.nu.6.d. l.quæſitum. Ideoque in d. l.quæſitum,
5 nu.2.Bar.conſilium dabat, † quòd citatus, qui præſentem ſe facere nõ tenetur, iudici abſentiæ cauſam notam faciat, & terminum prorogari petat, quod obtinebit per d.l.2.d. §.ſi quis in iudic.ff.ſi quis caut. & alioquin (vt dictum eſt) ſi ſententia lata erit, ipſo iure non valebit. d.l.quæſitum, vide etiam ob iſtud conſilium Bart.in d.l.2.d.§.ſi quis in iudic. ſub nu.3. vbi conſuluit in ſpecie pro infirmo de quo ego ſpecialiter tractaui ſupra caut. 166. & idem tradit conſilium ipſe Barto. in d.l.fin. in fi. C.quom.& quã.iud. Quid autem † talis excuſator, 6
ſeu ſignificator facere debeat, vide penes ipſum Bar.in d.l.quęſitum, ſub nu. 5.qui dicit quòd iudex illi excuſatori, ſi probaturum cauſam obtulit, terminum dare debet, vt de impedimento doceat, per l.inter accuſatorẽ, & l.pen. §.ad crimen.ff.de pub.iud.Conſulit tamen Bar.
† quòd iudex pronuntiet reum contu- 7
macem, ſub hac exceptione, niſi abſentiæ cauſa ab iſto excuſatore probetur, vt l.qui vias, §.1.ff.de dãno infecto, quodque pariter excuſator abſentiæ cauſam probare debeat, & iudex oblatam non debeat contemnere probationem, tradit idem Bart.in extr. ad repr. d.verbo, neglexerit, ſub nu.3.vbi Bar.loquitur in cauſa criminali, quod valde notabile reputat Imo.in d.l.inter accuſatorem, quẽ Alex.refert in d.l.quæſitum, ad fi.

## CAVT. CCXLVI.

### De ſententia formanda, ac libello concipiendo.

*SVMMARIVM.*

*Sententia iuxta libellum formari debet.* 1

*Limita, vt num. 3. & nu. 4. remiſſiuè. Daturque iudici conſilium, ne in ſententia ferenda à libelli forma recedat, nu. 2.*

SENTENTIA † ſecundum libelli formam formanda eſt, alioquin ſi iudex contra, vel præter libelli formam pronũtiet, fatuus reputatur, c.licet Hely. de ſimo. l.vt fundus. C.com.diuid.& l.fin. 1

2 C.de fideic.libert. † iudex igitur caueat, vt ſecundum libelli formam ſententiam dicat, & aduocatus conſideret diligenter libelli ſui formã, & propoſitæ actionis qualitatem, ne mox per ſententiam deluſus remaneat, vt & admonet Pract. Pap.in for.libelli in actione reali, in eui dentialibu.,verſi.incip. ad euidentiam, 
3 nu.1. † Regula autem ſupradicta non procedit in cauſa ſummaria, vt tradit Maran.de ord.iud.par.6. verſi.expedita ſecunda parte huius partis ſextæ, &c. 
4 num.62. † vbi & alias ponit limitationes, & plures alias tradit limitationes Soc.in reg.ei attributis,reg.442.

## CAVT. CCXLVII.

De ſententijs, quæ de nocte feruntur.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia de nocte lata non valet.*
*Limita,nu.2.*
*Practicaque habetur quid ſit ſeruandum, cum de nocte ſententia fertur, num.3.*
4 *Nox quando dicatur.*
5 *Dies quando eſſe dicatur.*

1 SENTENTIA † nocturno tempore lata non valet, ſecundũ Bart.Bal.Ang.Caſt. Alex.Iaſ. qui communem teſtatur, in l.non minorem. C.de tranſact. Barto.& alij in l.more. ff.de ferijs, & ibi Iaſ. nu. 12. multas allegat concord. quibus adde Ang.in §.omnis,Inſt.de verb.oblig. vbi inquit prædictam ſeruandam fore opinionem, & iudicem ab ea recedentem litem ſuam facere, & iſtam quoq; ſequitur, & declarat, communem dicẽs Thobias Nonius in dicto §.omnis, nu. 22. & ſeq. magis communem appellat Pet.Phil.Corn.conſi.54.colum.penult. vol.2. quem cum alijs refert Maran. de ord.iudic.in 3.par.6.& vlti.par.prin.in primo actu,verſic.incipiente,venio igitur,nu.92.Et hanc quoque regulam ponit cum quinque limit. Soc.reg.345.& iſtam denique concluſionem communem vocat Iaſfredus dec.412. contrariã autem opinionem, in quam inclinauit Hoſt.in ſum.de iud.§.qualiter, Gloſ.& But.in c.conſuluit, de offi. deleg.intellige † procedere abſque dubio, cum vtraque par præſens eſſet, nec contradiceret 2
quiſquam,vel quando vltima inſtantiæ dies, & iuriſdictionis eſſet expiratura, aut quando expreſſus partium interueniret conſenſus, ſeu quando iudex negotiorum mole prægrauatus diu pronuntiare non potuiſſet,aut deniq; quando conſuetudo in loco extaret,tali tempore ſententiam dici poſſe. Et iſtas ad prædictam concluſionem limitationes habes communiter traditas, ex Doctoribus præmemoratis, ſecundum quas limitationes vel partes, aut iudices pro ſententijs nocturno tempore ferendis, ſibi conſulere poterunt: Latius autem, & vberius pro hac materia vide Noniũ in d.§.omnis. Verum cum in tenebris ob aliquam ex prædictis cauſis pronuntiabit iudex, Practica † erit, vt tria ad 3
ſint luminaria, argum.l.1.§.tria luminaria. ff.de ventre inſpic. iunctis his, quæ habentur in l.2.C.de ſent.ex breu. recit.& ita tenent glo.Barto.& Doct. in dicta l.non minorem, Ang.& alij in d. §.omnis.Et pro his tandem hic ſcias velim, quòd † nox tunc dicitur, quando 4
tenebræ ſuper terram ſunt, adeo quòd de facili homo non cognoſcitur, cap.ſi perfodiens,de homic.quem tex.ad hoc Ang.citat in l.1.C.de cuſt.reor.declarat Bal.in l.more,in prin.& Dec.conſ.404. in fi. Diem † autem inquit proprie ap- 5
pellari Alex. in d.l.more,nu.3.quando ſol eſt ſuper terram quæ bene nota maxime pro ſtatutis pœnas delictorum nocturno tempore factorũ duplicantibus.

CAVT.

## CAVT. CCXLVIII.

### De Saluiano interdicto, Seruianaque actione.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio Seruiana, & Saluianum interdictum ad eundem tendunt finem.*
*In quibus autem differant, nu. 2.*
3 *Saluianum interdictum proponere vtilius eſſe, quam Seruianā actionem.*
*Quod quidem Saluianum vtile an cōpetat non modo pro rebus inuectis, & illatis, ſed etiam cuilibet creditori, qui alicuius bona habet obligata, habes nu.*
*Similiter & competit pro inquilini rebus. d nu 4.*
*Et quòd aduerſus quemcunque tertium poſſeßorem vtile Saluianum competat, habetur nu. 5.*

1 SERVIANA † actio, Saluianumque interdictum ad eundem finem tenduntṡ nam ambo dantur de rebus coloni in fundum illatis, quæ pignoris iure pro fundi mercedibus domino tenentur. §. item Seruiana. Inſt. de act. & §. interdictum quoque, & quod ibi no. Inſt. de in
2 terd. cum ſimilibus. † differunt autem hæc duo inter ſe, quoniā qui Seruiana agit probare tenetur colonum rerum in nectarum dominum obligationis tempore extitiſſe. l. & quæ nondum. §. 1. ff. de pig. ſed in Saluiano ſufficit probare, eum poſſediſſe, vt colligitur in l. 1. in princ. ff. de Salu. interd. & tradit glo. ac ſcrib. in d. §. item Seruiana, & in d. §. interdictum. nec eſt neceſſe probare bona ſibi obligata fore, ſed ſatis eſt illud narrare, at bene crediti cauſam actor probare debet, vt latè Menoch. in trac. de adipiſc. in 3. rem. num. 162. & 163. cum nonnullis ſeq. † patet igitur vtilius eſſe 3
poſſeſſorium Saluianū intentare, quàm petitorio iud. ex Seruiana actione agere, attentis etiam alijs priuilegijs, vt & docet celeberrimus Menoch. in d. tract. de adipiſc. d. rem. 3. nu. 7. & in quo remedia latè ea, quę ad iſtud pertinent interdictum, pertractat: quodque commodius ſit Saluiano magis, quam Seruiana agere, eſt tex. in l. is, qui deſtinauit, ff. de rei vendi. † iſtud nanque interdictum 4
vtile competit non modo pro rebus inuectis, & illatis, vt ſupra, ſed etiam creditori cuilibet, qui alicuius bona habet obligata, item & pro inquilini, nedum coloni, rebus, vt videtur caſus in l. 1. & ibi Bart. q. 1. C. de prec. & Salu. interdicto, & tradit Bart. in d. l. 1. ff. de Salu. interdicto, quam tamen ſententiam, quòd ſcilicet vtile cuilibet creditori competat, video Menochio non placere in d. remedio 3. q. 3. vbi opiniones in vtranque partem affert, & tandem ſub num. 23. videtur communem dicere eſſe contra Bartolum opinionem, quam aduerſus Bartolum ſententiam veriorem credit & in iudicijs ſeruandam: † Itidem 5
aduerſus quemcunque tertium poſſeſſorem competit, vt eſt tex. in d. l. 1. ff. de Salu. interdicto, & vt communem eſſe opinionem tradit idem Menoch. dicto 3. rem. quæſtio. 7. vbi hanc ſententiam contra aliud tenentes eleganter comprobat.

## CAVT. CCXLIX.

### De fiendis per eum articulis, qui continuam præſcripſit ſeruitutem.

*SVMMARIVM.*

*Seruitus, quæ cauſam habet continuam longo tempore præſcribitur.* 1
*Seruitus autem continuam cauſam ha-*

*habens ab ea, quæ habet diſcontinuam diſcernitur, vt nu.2.*

*Conſilium vero ei traditur, qui ſeruitutem continuam cauſam habentem præſcripſit, vt de aduerſarij ſcientia, & patientia articulet, nu.3.*

1 SERVITVS, † quę cauſam cõtinuam habet longo tempore, videlicet decem annis inter præſentes, & 30. inter abſentes, ſciente & patiente eo, cõtra quē præſcribitur, acquiritur, l.3. C.de ſeru. & aqua, & ibi no. & hæc eſt communis opinio, vt tradit Balb. in tract. præſcr. 2. par. quartæ partis principal. q.1. nu.2.

2 † ſeruitus autem cõtinuam habens cauſam, vel quaſi, ab ea, quæ diſcontinuam habet ita diſcernitur, quia ſeruitus continua, vel quaſi eſt ea, quæ hominis non requirit factum: diſcontinua autem, quæ abſque hominis facto conſiſtere nequit, vt declarat Bar. in d.l.2. num.3. clarius differentiam explicat Cæpo. in tract. de ſeru. vrb. præd. cap.19. nu.2. & 3. vbi vide. Quatenus igitur ſuperius dictum eſt longo tempore, ſciente. & patiente aduerſario continuam poſſe præſcribi ſeruitutem, cõſilium traditur per Bart. d. l.2. nu.9.

3 † quòd ſi lis propterea oriatur, ille, qui præſcribit articulum faciat de eius ſcientia & patientia, contra quem præſcriptum eſt, idem quoque tradit Bart. de hac continua ſeruitute in l.1. §. hoc indicto, nu.10. ff. de itin. actuque priu.

## CAVT. CCL.

De ſeruitute diſcontinua ſpacio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes præſcribenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruitus quæ cauſam habet diſcontinuam non præſcribitur, niſi tanto tempore, cuius initij memoria non exiſtat.*

*Vt autem poſſit præſcribi ſpatio decem annorum inter præſentes, vel viginti inter abſentes, remedium datur, nu.2.*

*Contraria autem huic remedio datur cautela, num.3. & 4.*

SERVITVS † autem, quæ diſcontinuam habet cauſam nõ præſcribitur, niſi tanto tempore, cuius initij memoria non extet, vt eſt tex. in c. ſuper quibuſdam, de priuil. & in cap.1. in prin. extra de præſcript. ac in l. hoc iure. §. ductus aquę ff. de aqua quot. & æſtiua, notaſq; gl. magna in l. ſeruitutes, 3. ff. de ſeru. ti. generali, idemque tenet glo. magna in l. 2. C. de ſeru. & aqua. Soc. regu. 460. & tradit Balb. in tract. præſcr. 2. par. quartæ partis prin. q.1. ſub nu.2. Sed vt quis decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes hanc ſeruitutem præſcribat, cautela eſt, † quòd titulum ſe ab illo habere dicat, qui concedere potuit: nam etiam ſi id non probet, probet tamen ſe ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes poſſediſſe, ſciente & patiente domino, ſufficit, & in cauſa obtinebit: nam in ſuæ intentionis adminiculum cõiecturam inducet, eo quia domino ſciente, & non contradicente ſeruitute eą vſus eſt, & de hac notabiliſſima cautela gloſſam ſingularē habemus in d. l. ſeruitutes, quæ eſt eadem glo. magna, quam ſuperius allegaui, quam quidem glo. communiter approbatam tam per Canoniſtas, quàm per Legiſtas dicit Caſt. in d. l. ſeruitutes, & pro hac ſententia ita tenentes alios refert Barto. Soc. in d. regu. 460. lim.1. & ita pariter communem habes opin. ex Did. à Couarru. in 1. lib. reſolut. cap. 17. nu.11. verſ. & ſiquidem, & communem quoque docet tradens multas ad hoc authoritates Viuius in 2. tomo com

munium

munium opinionum variorum, litera S.opin.254.ac Franc. Turzan. in communibus opin.opin.61. & eandem tradens cautelam Balb.in d.tract. & in primo loco,ſub num. 3. qui clarius docet, quòd tali vtens conſilio alleget ſe titulum habere ab aduerſario, ſiue ab eo, qui rei ſeruitutem imponere potuerit, & ſic à vero domino: nec alleget ſe habere titulum ab aliquo tertio non domino, quia hoc non ſufficeret: quoniam ſcientia, & non domini patientia minimè faceret reſultare tituli pręſumptionē in facto alieno, ſed in facto proprio ſic quidem, vt in d. l.ſeruitutes, Paulum Caſtr. ita declarate ait Balb.& ſequi Cæpol.in tract.ſeru.vrb. præd. cap.19.col. pen.cuius Cępo.dicta ſunt ſub nu.mihi
3 8. † quo loci è conuerſo cautelam tradit, vt cū ita hoc in caſu decipitur quis quęrat per poſitiones, vel aliter confeſſionem ab altera parte habere, quòd ſcilicet nullum titulum, prout allegauit, habeat, vel ſi confeſſionem habere nequit, contrarium probare conetur, coarctando titulum ipſum ad certum locum, & tempus, prout ſcrib.docēt in
4 l.actor, C.de prob. † quę quidem coarctatio fiet, (vt opinor) ſi inſtetur,quod iudex allegantem titulum interroget, quo tempore, quone loco contractus proceſſerit, quam ſanè interrogationē, ęquitate ſuggerente, puto lite durante iudicem facere poſſe.l.vbicunque. ff.de interrog. act. & mox interrogatione de tempore & loco facta reſponſione, aduerſus ipſum, qui titulum allegauit,probari poterit tali tempore eum, à quo titulum habere dicit, contractum illum facere non potuiſſe,puta probando tali tempore in alio loco fuiſſe,nec tali contractui pręſtò eſſe potuiſſe, iuxta id, qđ traditur in l.optimam, C.de contr. ſtip. vel ſi tempore,& loco titulus non coarctaretur iudicis poſſet implorari officiū, quòd nuntios mittet ad explorandum, & inquirendum ab eis, qui veriſimiliter de hoc negotio inſtructi eſſe poſſēt, an tali titulo talis res in talem eſſet tranſlata,prout tradit Bar.in l.in illa ſtipulatione ff.ſi cer.pet. ſub nu.10. qui dicit, quòd ſufficeret,ſi nuncij referrent,ſe diligenter perquiſiuiſſe ab his, qui hoc veriſimiliter ſcire debebant, & reperiſſe, quòd tale factum non fuit, & pariter tenet pro negante pręſumendū, ſi nuncij referrent ſe diligenter inueſtigaſſe, & certi nihil reddere poſſe, & Bartoli hanc opinionem de nuncij miſſione ad inueſtigandum, &c. communiter receptam aſſerit in d.l.in illa, additio ad eū, ſub d.num.10.in verbo, qualiter potерunt,quę eſt additio Poma.

## CAVT. CCLI.

### De ſimulato contractu validādo.

*SVMMARIVM.*

*Iuramentum non ualidat ſimulatum contractum,& quare,nu.2.* 1

*Limita,ut nu.4.*

*Vt autem iuramento ſimulatus roboretur contractus,remedia ſunt, nu. 3 & 5.*

*Iuramentum ſecundum actus naturā intelligitur,ſub nu.2.*

SIMVLATVM † contractum iuramentum non firmat, vt 1 eſt gloſ. ſing. & eam ibi ſequuntur Doct. in l.emp. C. plus valere quod ag. Fran. Zabar. in ca. ad noſtram,in 2.q.extra de emp.& ven. Soc.poſt eos, quos alleg. conſil.66.nu. 22.vol.1.Goz.conſi.69. ſub nu.11.vbi communem tradit, & etiam communē inquit opinionē Berous in d. c. ad noſtram,nu.12.& ſeq.Rube.conſ.120. & Bell.conſi.48.num.4.rationem aſſignat Cępo.eandem tenens partem in trac. de ſim. contr. in 7. pręſump. tertij caſus

2 prin.nu.46. † nam cum in ſimulato cõtractu aſſenſus deficiat, iuramentum ad illud non extenditur, cum ipſum iuramentum ſecundum actus naturam intelligatur. l. fi. C. de non num. pecun. Vt autem iuramento ſimulatus contractus validus fiat duo vobis affero remedia, deſumpta ex duabus limitationib. quas ad concluſionem prędictam Cępo. in prędicato loco facit, quorum alterum
3 eſt, † vt ex poſt facto, ſeu ex interuallo, non inconunenti iuramentum pro pręcedentis contractus robore interponi caueatis, quia tunc pręhabitus contractus, licet ſimulatus, validabitur, arg. l. 2. C. quod met. cau. cum ibi no. & faciũt ad hoc tradita per Barto. in l. nemo poteſt, verſic. quęro an renuntiatio excep. qui eſt num. 11. in fi. ff. de leg. 1. vbi in-
4 quit, † quòd licet excep. ſimulationis renuntiatio nõ valeat, quando incõtinenti fit, tamẽ ſecus eſt, ſi ex interuallo poſt inſtrumẽtum, quod ſimulatum dicitur, fiat, & monetur. d. l. 2. C. quod met. cau. idem tenent Can. D. Anto. de Butr. in c. cum contingat, extra de iureiu. Card. & Pet. de Anch. in d. cap. ad noſtram. Lud. Rom. in l. ſi quis cum aliter, de verbo. oblig. quos refert, & ſequitur Goz. vbi ſupra, nu. 13. vbi communem affert pro hac re. Quia autem hoc in caſu vix erit, vt quis ad iurandum poſtmodum indu catur, alterum trado facilius, & expe-
5 diens magis remedium, † vt ſcilicet cauti ſitis, quòd aduerſarius veſter in ipſo actu expreſſe iuret omnia, & ſingula in inſtrumento contenta eſſe vera: quoniam eo caſu iuramentum cõtractum, licet ſimulatus eſſet, validabit, nam ſimulationẽ allegando cõtra propriũ iuramentum veniret, quod non ita eſſet cum ſimpliciter iuraret non contrauenire ſecundum Ioan. de Imo. in d. c. ad noſtram, ad fi. & idem tenent Imo. alijs in locis, Ant. Abb. Mod. Bar. Bald. Saly. & Caſtr. quos refert, & ſequitur Soc. d. conſi. 66. num. 23. & communem dicit hanc ſententiam Curt. iun. conſil. 108. nu. 13. & conſi. 110. nu. 115. & Rolan. à Valle conſi. 93. nu. 22. vol. 1. vbi alios alleg. quod fortius eſſet, ſi etiam, qui iuraret adderet ſe nõ oppugnaturum quę in inſtrumento continentur, Rol. poſt alios vbi ſupra, num. 24. & ad hęc vide etiam Emanuel. Soar. in ſuis com. opin. litera I. nu. 281. vſque ad num. 285.

## CAVT. CCLII.

### De exceptione, quę contra ſocij criminis dictum fit.

*SVMMARIVM.*

*Socius criminis an indicium ad torturam faciat, vel ad tranſmittendam inquiſitionem.* 1

*Et quomodo contra huius ſocij dictũ excipi debeat, conſi. datur, nu. 2.*

*Et in quibus caſibus de ſocijs poſſit interrogari ſocius criminis, remiſſiuè, num. 3.*

SOCIVS † criminis ex ſola ipſius nominatione ad torturam, vel ad formandam, & tranſmittendam inquiſitionem indicium ſufficiens non affert, vt de tortura tradit Ang. in l. & ſi certus, verſi. & no. diligenter. ff. ad Sillan. Saly. in l. fi. col. vlt. C. de accuſat. & ita conſuluit Alex. conſil. 81. nu. 10. vol. 3. conſil. 128. num. 5. vol. 4. conſi. 125. num. 14. vol. 6. licet ipſe conſil. 69. num. 7. lib. 2. contrariam opin. fit ſecutus, & priorem ſententiam ſecutus ẽt eſt Cor. conſi. 58. in fi. vol. 1. Hippol. Marſi. conſi. 15. nu. 5. conſil. 22. num. 21. conſil. 28. nu. 17. conſi. 74. nu. 8. conſi. 109. nu. 16. conſi. 150. nu. 42. & idem in ſua pract. crim. §. diligenter, nu. 60. in l. 1. §. Diuus Antoninus, nu. 5. ff. de quęſt. & in eius ſin. 209. Dec. conſil. 175. ſub numero 2. & 1

conſi.189.ſub nú.10. verſi.2. etiam re-
ſpondetur, Crauet. cónſi.178 num.3.
vol.1.Boſ.in ti.de ind.& cōſid.ante iur.
nu.149. Gram.conſi.crim.66. circa fin.
vbi de communi teſtatur, ac etiam iſtud
verum communi Doctorum opinione
tradit Iulius Clar.in pract.crim.§.fin.q.
21.verſi.ſucceſſiuè, cum verſic.ſeq.ſiue
ſimus in delictis, in quibus ſocius cri-
minis interrogari non poteſt, ſiue etiā
in his, in quibus interrogari poteſt; &
adde pręter authoritates, quas ipſe Cla-
rus allegat, idem tenentem Gram. conſ.
crim.21.ſub num.7.& ſeq.d.conſi.66.
num.2.& 3.& Viuium in loco infra mo
do citando. De formanda autem, &
tranſmittēda inquiſitione habes ex De-
cio.d.conſ.189 nu.9. Gram.conſ.crim.
37. nu.14. vbi alios nonnullos ad hoc
congerit, idem conſi.ſeq.num.20. Viu.
in 1. lib.com.opin. variorum, litera T.
verſi.in teſtem, idque etiam tradit poſt
alios, quos alleg. Clar.d.q.21.verſicu.ſi
vero quæris. Bene verum eſt, quòd ſo-
cij dictum ſufficiet ad inquiſitionem
fundandam, ſiue ad iudicis interroga-
tionem delinquens quem delicti ſociū
dixerit, ſiue abſque interrogatione ſo-
cium aliquem nominarit, & ſiue ſimus
in criminibus exceptis, ſiue non, prout
latè deducit Clar. communem, ex his
quos alleg.docens opin.in d.q.21.verſ.
retenta igitur. concludens tamen in ea-
dem.q.ver.ſi vero, quòd in criminibus
exceptis, in quibus poteſt de iure reus
interrogari de ſocijs, iſtud ſocij dictum
eſt ad tranſmittendam inquiſitionem
ſufficiens, non autem ad torturam, vt in
verſic. ſed quid, tradit, & ad quod vide
etiam Gram.d.conſi.66.nu. 2.& in qui-
bus locis penes Clar. huiuſce materiæ
latè habes Doctorū authoritates, quas
hic tranſcribere non curo. Quatenus au
tem Clar. tenet dictum ſocij ſufficere
quo ad ſundandā inquiſitionem, in his
etiam criminibus, in quibus de iure in-
terrogari non poteſt, hoc videtur contra
mentem Pet. de Ancha. conſil.24.Fulg.
conſi. 107.conſi.136. & conſi.173.Io.
Anan.conſil.59.num.9. & conſil.234.
Hippol. in d.§.diligenter, nu.67.& in
conſi.78.nu.17. Ruyn.conſ.147.nu.1.
& 2.vbi magis com.tradit, lib.5.Gram.
conſi.crim.38.nu.20.Pet.Caleph.conſ.
crim.93.nu.5.& 6. vol.2. Io.Bap. Plot.
conſil.131.nu.3. vol.1.conſil.crim.vbi
hanc eſſe comm.opi. ait Rolan. à Valle
conſil.73.num.2.vol.1.vbi & ipſe, alijs
relatis authoritatibus, cum Ruy.com-
munem dicit. Qui ſanè Doct.etiam in
fundanda inquiſitione loqui videntur,
prout & animaduertit Laur. Chircou.
in 3.cent.comm.opin.concluſ.38.litera
S.vbi præcisè cōtra Clarum tenet. Certè
tamen Clarus maximus fuit practicus,
cui multum eſt deferēdum. Conſilium
autem in his, in quibus ſocij dictum nō
præiudicat, tradit ipſe Clar. in d.q.21.
verſ.in hoc autem propoſito, circa fien-
dam contra ſocij criminis dictum exce-
ptionem, quòd † non dicas, excipio con 2
tra talem, quia criminis ſocius eſt, ne ſo-
cium eum nominando, delictum fatea-
ris, ſed dicas, excipio contra talem, quia
ille delictum hoc commiſit, vel ſi tale
eſt delictum, quòd ſine ſocio committi
nequeat, dicas, excipio contra talem,
quia ſocium ſe criminis facit, & ideo
nihil probat. Qui † autem illi ſint caſus 3
excepti, in quibus ſocius criminis de cō
ſocijs interrogari poſſit, vide penes glo.
in d.l.fi.C.de acc. Bar.in l.repeti.§.1.ff.
de quæſt.cuius doctrinam communiter
in practica ſeruari ait Augu. ad Ang. de
malefic. in verbo, quod fama pub.poſt
num. 106.

## CAVT. CCLIII.

### De ſolennitatibus extrinſecis probandis.

*SVMMARIVM.*

*Iudicis authoritas an ſolennitatem ex* 1
*trinſecam præſumi faciat diſputa-*
*tur,*

*tur, & fundamenta ponuntur, de qua re vide vſque ad num.28. quo nu.conſilium datur, quomodo de his extrinſicis ſolennitatibus conſtare facias.*

2 *Solennitas intrinſeca in actibus interueniſſe præſumitur.*

3 *Lex multum confidit de miniſtro ſuo. Quod intellige, vt nu.8. & 9.ac iuncto nu.23.*

4 *Meri, & mixti imperij cauſæ regulariter delegari nequeunt, niſi in caſibus quibuſdam neceſſitatis delegentur, & ſi iudex aliquam ex his cauſis, deleget, & dicat, delego iuſtis de cauſis impeditus, & maximè neceſſariæ abſentiæ cauſa, iudicis verbis ſtatur, quòd propter iuſtum impedimentum delegauerit, donec contrarium probetur, & quare id procedat, nu.13. & 20.*

5 *Notarij, & officiales alij alium aliquando ex cauſa ſubrogare poſſunt.*

6 *Officiali cauſam aſſerenti creditur.*

7 *Acta cauſæ per iudicis aſſertionem nõ probantur interueniſſe, niſi de his aliter appareat.*

10 *Solennitas extrinſeca per temporis diuturnitate præſumitur.*
*Limita, vt nu.11.*

12 *L.ſi filius. C.de pet.hæredit. diſpoſitio, vnde elicitur, quò decennio ſolennitas extrinſeca præſumitur, quare ita procedat.*

14 *Interrogatio in ſtipulationibus interueniſſe præſumitur, & quare.*

15 *Tutoris, & curatoris authoritas licet neceſſaria ad minoris actum validandum exiſtat, tamen extrinſeca ſolennitas eſt.*

16 *Citatio licet neceſſaria ſit, etiam ſi index de facto ſe informare poſſet, attamen ſolennitas extrinſeca dicitur, & nu.17.ac 19.*
*Statutumque non valet, quod contra non citatum ſententia teneat diſponens, nu.18.*

*Quæque citatio eſt de iure naturali introducta, vt ſub d.nu.18.verſi.Imo.*

*Articulus quidam diſputatur, vſque ad* 21
*nu.28.de eo, cui in contumaciam, iudicis authoritate, fuerat bonorum quorundam ablata poſſeſſio, ſtante maxime, quod in ſententia de citatione mentio habebatur, ſed & citato in actis facta non apparebat.*

*Recuperandæ poſſeſſionis remedio lo-* 22
*cus eſt, ſi quis nouam conuenti, & antiquiorem ſuam poſſeſſionem probat.*

*Iudicis authoritati ſtatur in his, quæ* 23
*rectitudinem reſpiciunt, non in his, quæ rititudinem concernunt, propterea declaratur tex.in l.iuſtè poſſidet ff. de acq. poſſ.*

*Citatio an interfuiſſe præſumatur, cum* 24
*de ea in ſententia mentionem fecerit iudex, videque ſub nu.21.verſi. pariterque.*

*Actorum pluralitas non præſumitur.* 25
*Sed parti acta producenti ſufficit, ſi neget alia eſſe acta, & ſi aduerſarius plura prætendat, probare debet, numero 26.*

*Scriptura eſt quid facti, & facta non* 27
*præſumuntur, niſi probentur.*

*Minoris immobilia cum alienantur, &*
*iudex decretum interponit, quo re-* 29
*medio vtendum ſit.*

SOLENNITATEM † interue- 1
niſſe, de qua aliter, quam per iudicis ſimplicem aſſertionem, non appareat, an iudicis ipſius authoritas præſumi faciat, dubium eſt. (Loquor de extrinſeca ſolen-
nitate: † nam intrinſeca, etiam in caſi- 2
bus, in quibus iudicis non interuenit authoritas, ſemper præſumitur, l. ſciendum. ff.de verb.oblī. & §.in ſtipulationibus, Inſt.de fideiuſſor. & in illis locis ſcrib. quodque no. in l. quæcunque. §. qui à pupillo, ff.de pub.in rem act.) Et quòd ſolennitas hæc extrinſeca, ſi dice autho-

authorante, præſumatur, facere videtur
3 illa vulg. regula, † quia multum de ſuo
miniſtro confidit lex. c. bonæ memoriæ,
1. de elect. & c. in præſentia, cum ſimil.
de renunc. Idque ex eo ſimili compro-
4 bari poteſt, † quia licet meri, & mixti
imperij cauſæ regulariter delegari ne-
queant, niſi in caſu neceſſariæ abſentię,
longæque infirmitatis, vel alterius ſimi-
lis iuſti impedimenti. l. 1. ibiq; per ſcrib.
ff. de offi. eius, ſi tamen iudex aliquam
meri, & mixti imperij cauſam deleget,
& in delegatione dicat, delego iuſtis
de cauſis impeditus, & maxime neceſ-
ſarię abſentię cauſa, iudicis verbis, quòd
propter iuſtum impedimentum delega
uerit, ſtatur, vſque quo contrarium pro-
betur, vt p Gul. de Cun. & Alb. de Roſ.
in d. l. 1. quos ibi refert, & ſequitur Ale.
verſicu. ſed iuxta hoc queritur, & iſtud
5 menti tenendum inquit, † quia aliquã-
do notarij, & officiales alium ex cauſa
6 ſubrogare poſſunt: † nam officiali cau-
ſam aſſerenti creditur, & ad hoc eſt cla-
ra glo. quam ſequuntur omnes in c. pa-
ſtoralis, in verbo exonerare, de offic. de-
leg. de hac re cautelam poſui particula-
rem ſupra caut. 16. in contrarium facit
tex. in c. quoniam contra, extra de pro-
7 bat. vbi habetur, † quòd cauſę acta per
iudicis aſſertionem interueniſſe nõ pro-
bantur, niſi de his aliter appareat, & id,
8 quod in oppoſitum dicitur, † quòd lex
multum confidit de ſuo miniſtro, ho-
die correctum eſt per tex. d. c. quoniam
contra, vt dicit glo. in d. c. bonę, in ver-
9 bo, prẹſumitur, † vel ſaltem non confi-
10 dit lex in alterius prẹiudicium, † ſicut
etiam ſolennitas extrinſeca, quę per tem
poris diuturnitatem, ideſt decẽnio, prę-
ſumi ſolet, vt concludit Alexand. in l. de
vnoquoque, verſi. & intellige hoc verũ,
ff. de re iud. vtque colligitur & no. per
ſcrib. in d. l. ſciendum, & in l. ſi filius. C.
de pet. hęred. tradit Sebaſt. Vant. in trac.
de nullit. proc. in ti. de nullit. ſent. ex de-
fectu cit. ſub nu. 147. & Gab. Rom. li. 1.
concl. com. in tit. de prẹſump. conclu.
1. nu. 36. † tunc non prẹſumitur, cum 11
in alterius excluſionem, & prẹiudiciũ
prẹſumptio induceretur, ſed longius re
quiritur tempus, annorũ videlicet 30.
vt tradunt Alex. in d. l. ſciendum, ſub nu
mero 19. in conſi. 1. num. 20. & in con-
ſil. 17. nu. 8. vol. 4. Soc. conſi. 46. nu. 37.
vol. 4. & Gabr. in d. li. 1. communium
concl. in d. ti. de prẹſump. dictaque con-
cluſione prima, nume. 54. quę quidem
limitatio fundatur per tex. & gl. in c. per
uenit, extra de emp. & vendit. habita
etiam per Alexandrum d. conſil. 17. d.
numero, animaduerſione ad tex. d. l. ſi
filius, vnde ſumitur regula præfatta, ꝙ
decennio extrinſeca prẹſumatur ſolen-
nitas; † nam ſcilicet ibi prẹſump. ea pa- 12
tris acquiſitionem principaliter reſpicie
bat, non alterius cuiuſq; excluſionem.
Ita igitur in authorantis iudicis caſu di-
cendum eſt, vt in alterius prẹiudicium
eius authoritas rite proceſſiſſe non prẹ-
ſumatur, licet aliàs lex de ea iudicis au-
thoritate multum confidat. Nec etiam
obſtat, quod per ſolam iudicis aſſertio-
nem, qua dicat factam iuſtis impedi-
mẽtis delegationẽ, delegatio procedat,
etiam in meri, & mixti imperij cauſis:
nanq; reſpondeo, † ꝙ quo ad eam dele 13
gationẽ impedimẽta ea, potiſſima dele-
gationis cauſa, ſunt de actus neceſſitate,
& intrinſecè ad eam fiendam veniunt,
† ſicut etiam interrogationis actus, qui 14
ſemper in ſtipulationibus prẹſumitur
ad ipſas ſtipulationes intrinſecus eſt, vt
per ſcrib. in d. l. ſciendum, & in dicto §.
in ſtipulationibus. nimirũ igitur, ſi im-
pedimenta propter iudicis aſſertionem
interueniſſe prẹſumuntur. vel ſi dicas ea
impedimenta ita non eſſe neceſſaria, vt
de delegationis ſubſtantia ſint, & in eã
incorporentur, † ſicut dicitur de tuto- 15
ris, & curatoris authoritate, quę licet ne
ceſſaria ſit ad minoris actum conuali-
dandum, vt habetur in totis titu. ff. C. &
Inſt. de auth. tut. tamen extrinſeca dici-
tur

tur ſolennitas, vt per tex.ſcrib. tradunt
in d. l.quæcunque. ff.de publ. in rem
16 act. † vt dicitur de citatione, quæ licet
ad actum neceſſaria ſit. l. de vnoquoq;.
17 ff.de re iudi.cum ſim. † quæ pariter ne-
ceſſaria eſt, etiam ſi iudex de facto ſe
18 certiorem redder. poſſet, † nec ſtatutũ
ſuſtinetur, quòd contra nõ citatum ſen-
tentia valeat, vt per Bal. in l. 1. colum. 1.
verſi.ſed hic quæritur. C.quo.& quan.
iud.ſequitur Dec. conſil. 544. num. 21.
imò ea ipſa citatio eſt de iure naturali in
troducta, clem.paſtoralis, de re iudic.&
vt per Anch.conſi.212.ver. ſubſequen-
ter, Soc.conſil.12.nu.7.vol.1.& conſil.
13.nu.7.vol.4.& Dec.conſi.410.num.
19 24. † attamen ipſa citato ſolennitas ex-
trinſeca dicitur, vt per Fed.de Senis con
ſil.165.Panor.conſil.84.num.2.vol.2.
Alex.conſil.106. col.pen. vol.5. & per
Vant. d.ti.de null. ſent. ex defectu citat.
nu.12.& 13. Reſpondeo, quòd dato,
quòd illa impedimenta, quæ pro iudice
præſumũtur, extrinſecè ad delegationẽ
20 conualidandam veniant, † per ea tamen
iudicis verba, quib. delegatio iuſtè pro-
ceſſiſſe præſumitur, præiudicium parti
non fit, quia ea etiam penes delegatum
iura ſua deducere poterit, ideoque de-
legatio ita facta facilè iuſte facta ꝑpter
iudicis aſſertionem præſumi poteſt, vt
ex ſupradictis licet autẽ hic ingenioſus
aliquis opponere poſſet, quòd imò ex
hac delegatione alteri. præiudicaretur,
cum in cauſis iſtis cenſeatur ordinarij
electa perſonæ induſtria, vt eſt Docto-
rum communis opinio in d.l.1. ff.de
offic.eius, prout ibi tradit Dec.nu.38.&
ideo cum per delegationem in aliã per-
ſonam cauſę tranſirent, parti illud fieret
præiudicium, quòd ipſe ord. vir indu-
ſtria præditus non procederet, tamen
reſpondeo, quòd parti in hoc nõ affer-
tur præiudicium, ex eo, quia delegatus
cognitionem tãtum, non diffinitionem
habet, vt tradit gl.in d.l.1.in verbo, poſ-
ſit eam, quam Bart.ibi ſequitur, tanquã
eius tempore communiter approbatũ,
ſub nu.5. & alij nonnulli idem tenent,
quos in d.l.1. refert Iaſ. ſub nume.70.
quodque tenuit idem Bar.in l.nec quic-
quam.§.vbi decretum, ſub nu.6.verſic.
ſi impeditus eſt, & in rep.d. §.ſub nu.8.
verſic.item fallit ratione ſententiæ. vel
aliter reſpondeo, dato, quod contraria
opinio verior ſit, vt nonnulli tenuere,
quos dicto loco refert Iaſ.& quorum
tenet op.Dec.in d.l.1.ſub nu.61.verſic.
venio, quæ opinio communis videtur
ex traditis per Alciat. in c. quod ſedem
nu.83. ff.de offic.ord.dico, quòd partis
ideo non præſumitur præiudicium ob
factam delegationẽ: nam credendũ eſt,
quòd delegans non rudi, ſed idoneæ
perſonæ cauſam demandabit, argu.d.c.
bonæ memoriæ, cum ſim.& facit, quia
non præſumitur aliter delegatum iudi-
caturum, quàm ipſe ordinarius iudica-
turus eſt, arg.c.ſuper literis, propè fi.de
reſcr. Nimirum igitur illud eſt, ſi tali in
caſu iudicis ſtatur aſſertioni, qui licet
paſſim, & libere, abſoluteque ſi miles
non poſſit demandare cauſas, ne electa
iam perſonę induſtria frequenter in in-
certo vagaretur, quandoque tamen vr-
gente neceſſitate ſic deleganti iudici, cui
lex multum tribuit, & credit, fauẽdum
eſt, donec parti non præiudicetur: nan-
que arbitror, quòd ſi euidens appare-
ret partis incommodum, ſub tali aſſer-
tione delegatio non teneret, nec ſoli iu-
dicis aſſerentis authoritati ſtandum eſ-
ſet, propter ſupradicta. Et aliàs hanc ego
quæſtionum de facto habui, nunquid
ſolennitas extrinſeca propter iudicis aſ-
ſertionem interueniſſe præſumeretur.
Factum tale erat: † dum ex primo de- 21
creto in bonis aliquibus immobilibus
debitoris poſſeſſio daretur, iudex in poſ
ſeſſorijs literis de citatione, & de debi-
toris contumacia mentionem habuit,
de qua in actis non apparebat, debitor
ipſe poſtmodum reintegrandę reme-
dio, ob poſſeſſionem recuperandam,

quę mox eiuſdem iudicis authoritate,
tanquam ex ſecundo decreto, fuit om-
nino ablata, abſque eo, quòd ipſe ſpolia
tus vel citaretur, vel de citatione mentiõ
fieret, agebat, probabat eius antiquiorẽ
poſſeſſionem, & nouam cõuenti, vt no-
ua clandeſtina, & vitioſa haberetur, ſe-
cundum communem opinionem, de
qua Menoch. in tract. de recuper. rem.
15. nu. 483.

In contrarium afferebatur iudicis au
thoritas, quo caſu iuſta haberi diceba-
tur noua poſſeſſio, niſi contrarium pro-
baretur, per tex. in l. iuſte poſſidet. ff. de
acq. poſſ. pariterque adducebatur com-
munis Doctorum concluſio, quòd cita
tio interfuiſſe prȩſumatur, cum de ea in
ſententia mentio habita fuiſſet, vt per
Iaſ. communem dicentem in l. 4. §. con-
demnatum. ff. de re iudic. itidem contra
ſpoliatum deducebatur, quòd ex eo,
quia ſe in non facta citatione fundabat,
omnia acta producere tenebatur, & iu-
dici notum facere alia non reperiri acta,
quàm ea, quę exhibebantur, quia tunc
ſi in eis actis de citatione principaliter
non conſtitiſſet, obtinuiſſet, multaque
alia adducebantur, quę ad prȩſentem
materiam nõ conferunt, conſultus ego
22 dicebam, † ex eo, quòd actor antiquio-
rem ſuam, & conuenti nouam probarat
poſſeſſionem, locum eſſe reintegrandæ
remedio, vt per Menoch. d. loco, & per
alios, quos adducebam. Nec iudicis ob-
23 ſtare authoritatem, † quia eius ſtatur au-
thoritati in his, quę rectitudinem con-
cernunt, non autem in his, quę rititudi-
nem reſpiciunt, vt per tex. in d. c. quo-
niam contra, ibique per ſcrib. extra de
24 proba. † Nec etiam ſuſtineri, dicebam,
eã cõmunem Iaſonis traditam opinio-
nem in d. §. condemnatum, quia magis
communis contra ipſum extat, vt per
Alex. conſi. 42. ſub nu. 3. vol. 4. Sebaſt.
Vant. d. tit. de nul. proceſ. ex def. cit. ſub
nu. 147. & per Eman. Soar. in com. opi-
nionibus, litera C. nu. 72. & alia addu-
cebam, quæ breuitatis gratia nõ refero.
ſimiliter contra obiectum illud, quòd
iudici conſtare debebat omnia acta edi
ta fuiſſe, reſpondebam, † actorum non 25
prȩſumi pluralitatem per glo. in l. om-
nium, in verbo, comprobetur, C. de te-
ſta. & per Saly. in l. 2. C. de erro. aduoc.
& propterea de alijs actis, de quibus nõ
appareret, non eſſe prȩſumendam, † ſed 26
parti acta producenti ſufficere, quòd ne
get alia eſſe acta, & ſi aduerſarius plura
eſſe prætendat, id probare debere, per
glo. in l. cum de lege, ff. de prob. allega-
bam etiam Aym. Crau. in tract. de ant.
temp. par. 2. ſectione, ex prȩmiſſis abſo-
lutam, à nu. 53. vſque ad nu. 56. & pro
his facere dicebam, † quia ſcriptura eſt 27
quid facti, facta autem non prȩſumun-
tur, niſi probentur. l. in bello. §. factę ff.
de capt. & poſtl. reuer. Cęph. Dominus
meus conſi. 452. nu. 34. & ita arguebat
Aym. Crau. in d. tract. par. 1. ſectione
propoſitum noſtrum, nu. 75. Hęc dice-
bã quo ad miſſ. in poſſ. ex primo decre-
to, in quo iudex de citatione mentionẽ
faciebat, ſed de ea citatione principali-
ter nõ apparebat. alia in principalis mei
fauorem inducebam, quo ad in ſolutũ
dationem, quę ſecundi decreti vim ha-
bebat, in qua licet iudicis interueniſſet
authoritas, nulla tamen citationis men-
tio, neque ipſa citatio interuenerat, ſed
ea omitto, quia hic non cadunt. Quæ-
ſtiò præfatta ſiquidem diſputabilis eſt,
attamen concludo (vt & tunc conſului)
hoc caſu iudicis authoritatem parti prę
iudicium afferre non poſſe, nouiter ad-
do Iaſonis dictum in l. admonendi, in
1. lect. de iur. num. 23. tenentis quòd ſi
iudex afferat in ſententia, ſe cauſa cogni
ta iuram. neceſſarium detuliſſe, ei non
creditur, per tria fundamenta, quæ ibi
tu vide, & quæ optime etiam hic con-
ferunt. Item addo Abb. d. conſi. 84. ſub
num. 1. in fi. vol. 2. ita præciſè tenentem
per tex. d. cap. quoniam contra, extra de
prob. Vides igitur tu, quòd ſuper iudi-
cis

cis authoritate circa ſolénitates extrinſe
cas pſumendas te fundare non potes.cõ
28 ſilium itaque præbeo, † vt de his extrin
ſecis ſolennitatibus aliter, quam per ver
ba relatiua iudicis conſtare procures, ſi-
cut & in cauſæ cognitionis materia, cũ
iudex in alienandis minoris immobili-
bus decretũ interponit, remedium tradi
dit Tho. Ferr. in eius cautelarum tract.
caut.fi.propè fi.verſi.tu ergo, qui vis fa-
29 cere interponi, &c. † vt ſcilicet quando
quis iudicis decretum interponi in con-
tractu cũ minore celebrato facere vult,
procuret, vt notarius vnum ſeparatim
conficiat inſtrumentũ, in quo ipſa cauſę
contineatur cognitio, quam ipſe iudex
in contractu cum minore celebrando
adhibuit, narrãdo in eodem inſtrumen
to caſum cõtingentẽ, & vtilitatẽ vel alie-
nationis neceſſitatem, & ipſum minus
damnum ex ipſa re alienanda reſultãs,
& in inſtrumento poſtea venditionis
atteſtatio per notarium procuretur,
qualiter iudex eius interpoſuit cum cau
ſæ cognitione decretum, vt de dicta cau
ſæ cognitione in alio conſtat inſtrumen
to, quam practicam, ab omnibus ſecu-
tam, tractam inquit Fer.d.loco, ex Pau.
Caſt.in conſi.99.

## CAVT. CCLIIII.

### De quantitate per debitorem etiam in neceſſitatis caſu à debitore exigenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Solutio vnius rei pro alia debita inuito creditore fieri non poteſt.*
*Limita non procedere in neceſſitatis caſu, nu. 2.*
*Quo etiam in caſu neceſſitatis conſilium datur, vt non cogatur pro quantitate fundum accipere, ſed ipſam conſequatur pecuniam, nu. 3.*

SOLVTIO † vnius rei pro alia 1
re debita, inuito creditore
fieri non poteſt. l.2. §.mutui
datio, & ibi Doct. ff.ſi cert.
pet.l.promiſſor. §.fi.ff.de conſtit.pecu.
l.item liberatur, §.qui paratus.ff.quibus
mod.pig. vel hyp.ſol. l.ſi ſe non obtulit
§.ait prætor.ff.de re iud.l.eum, à quo.C.
de ſol.& facit tex. in l.manifeſti, in ver-
bo, conſentiente, ibique no. C.eod.Pro
huius autem regulæ plena ſatisfactio-
ne, ampliationibus, eiuſdemque limita-
tionibus videas gl. & Doct.in d. §.mu-
tui datio, & maxime Iaſ. ibi, à nume.8.
vſque ad fi. vbi ad regulam hanc duas
ponit ampliationes, & 20.limitationes,
Soc. in reg.464. incip. ſolui vnum, vbi
duas ponit limitationes. Ioan.de Platea
in §.1.nu.3. Inſt.quibus mod.toll.obli.
qui tradit ad iſtam reg. decem ampliat.
& quindecim affert limit. Ac circa pari-
ter hanc reg.vide Carol.Ruin.conſ.65.
nu.10.volum.2. And.Tiraq.in tract.de
vtroque retr. in titu. de retractu Ligna-
gier, in §.1.in gl. 20.num.13.Soc.iun.
conſi.157.nu.8.vol.1. & conſi.75. nu.
7.vol.2. Marcum de Mantua in lib.6.
obſeruationum, obſeruat.59.atque eun
dem in conſi.18.nu.10.& Franc.Marc.
dec. Delph.198.num.8. par.2.Ego hic
vnam tradam limitationem, quę propo
ſitæ tractationi conuenit, & eſt iſta, † quod 2
ob neceſſitatem creditor in ſolutũ aliud-
pro alio accipere tenetur, dum tamen
rem, quam habet meliorem, debitor in
ſolutum det, veluti ſi quis mutuam ac-
ceperit pecuniam, nec pecuniam redde-
re valeat, aut quid aliud fundo melius,
fundum, inuito quoque creditore, pro
ſolutione fienda tradere poterit, facta
per iudicem ſubtili eius cauſę examina-
tione, vt de fundo prædicto debitori
ſoluere liceat, pręſtanda tamen erit cre-
ditori de euictione cautela, quæ debito-
ri ſit poſſibilis, quodque eſt in alia om-
ni actione, non mutui duntaxat, hæc ha
bentur clarè patentia in auth. hoc niſi,
& in

& in corpore, vnde ſumitur. C.eod.de ſol. Attamen creditori pecuniam magis habere deſideranti, quàm fundum, re-
3 mediũ datur, † vt rei quærat emptorẽ, quo inuento oportet debitorem (cautione iudicis arbitrio creditori præſtita, quòd ſcilicet de precio rei ipſi creditori ſatisfaciet) rem tunc diſtrahere, vt ſoluat, hocque remedium traditur in d. auth. hoc niſi §. at ſi creditor, & in corpore. Cæteras modo limitationes, & materiam, vide penes ſupra relatos Doctores, quos iudicaſſe ſufficiet.

## CAVT. CCLV.

### De his, qui eorum ſpurijs filijs quid in vltima voluntate relinquere cupiunt.

*SVMMARIVM.*

1 *Filijs damnato coitu natis quicquam relinqui non poteſt.*

*Nec ideo inſtitutis hæredibus ſubſtitui, cum ſubſtitutionis virtute à patre capere videantur, vt nu. 4.*

*Propterea neque ex fideicommiſſaria ſubſtitutione ſpurius capere ex patris bonis pōt, nu. 7. & quare nu. 8.*

*Naturalibus autem his, qui ex non improbo coitu naſcuntur, relinqui poteſt ſecundum modum, de quo numero 11.*

*Vt autem etiam his, qui improbè nati ſunt relinqui poſſit remedia dantur nu. 13. 14. 16. 17. & 20.*

2 *Spurio quod relinquitur fiſco non applicatur tanquam ab indigno auferenti, ſed vel venientibus ab inteſtato, vel hæredibus inſtitutis.*

*Limita, vt nu. 3.*

*Illudque attende, vt dicitur ſub nu. 3. ver. quod autem.*

5 *Spurij ab extraneis capere poßunt.*

6 *Spurius ſi pupillariter legitimo filio impuberi ſit ſubſtitutus, ex pupilli bonis capere, non ex his, quę defuncti fuerunt, poterit.*

8 *Fideicommißo quod datur à defuncto capitur.*

9 *Spurius illegitimo coitu natus an matri ſuccedat. Et an matri illuſtri ſuccedat baſtardus ex coitu impunito natus, ſub d. nu. 9. verſic. nequaquã.*

10 *Vulgo quæſiti filij ex coitu impunito illuſtri matri legitimos non habenti filios ſuccedunt, non illuſtri autem, etiam legitimos filios habenti ſuccedunt.*

12 *Spurius filius etiam ex damnato coitu natus à parente ali debet.*

15 *Dos congrua quæ dicatur.*

18 *Comitis Palatini legitimatio in locum reſcripti Principis ſuccedit.*

*Cui imperator poteſtatem dare poteſt legitimandi, etiam extantibus legitimis, & naturalibus liberis, nu. 19.*

21 *Spurius ſi hæres inſtituatur ſub conditione, ſi legitimabitur, interim, donec legitima iura conſequetur, iacenti hæreditati curator dabitur.*

SPVRIIS † ijs, qui ex damnato coitu naſcuntur, quicquã relinqui à patre non poteſt, tex. eſt in Auth. quibus modis nat. effic. ſui §. fin. in authen ex complexu. C. de inceſt. nupt. & in auth. licet, in fine, C. de natur. lib. per quos textus ita tenuit Bar. in l. ſi gener, quæ eſt. l. fin. num. 3. ff. de his, quibus vt indig. Dec. conſil. 289. nu. 3. ſequitur Paleot. effectus Cardinalis meritiſſimus, in eius tract. de nothis, & ſpur. c. 43. nu. 1. & 2. ac tradit Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 31. ver. ſed quid dicendum. † illud autem, quod ſpurio relinquitur, fiſco, tanquam ab indigno auferenti, non applicatur, quoniam, cum ſpurius omnino ſit incapax, fiſcus nō habet, à quo auferat, ſed venientibus ab inteſtato, vel hęredibus inſtitutis defertur, vt voluit Bar. in d. l. ſi genere, nu. 8. in l. in tacitis, & in l. Lucius. § in teſtamento. ff. de leg. 1. ac 2

1.ac ēt in l.hęreditas,nu.1.C.de his,q̄b. vi ind.& hęc eſt recepta Doctorū cōcluſio,ꝓut refert Clar.d.§.teſtam. d.q.31. verſi.ſed quid.qd tñ ibidē Clar.declarat procedere, † ſi palam relictū ſit, ſecus ſi hęres,à quo clā relinquitur,teſtatori tacitè fidē accōmodaret,eo etenim caſu fiſcus ab illo fidē tacitè accomodāte,tanq̄ ab indigno,auferret,& ita quoq; declaraſſe videtur Bart.in d.l.ſi gener, ſub d. nu.8.ver.non ob.leges, & in d.l.hæreditas,ſub d.nu.1. ac alijs in locis ſupra allegatis ac Paleot.d.c.43.nu. 3.& nouiſſimè D.Marc.Ant.Peregr.in tract.de iure fiſci,lib.3.ti.19.nu.2. vbi cōmunem ait eſſe omnium traditionem, quem etiam vide nu.6.& iſtud etiam procedit, ſi nō clarè exprimit teſtator,cui detur, ſed velatè,qñ teſtamentum facit,vt ſi dicat hęredi,dato fundum illi,quem ſcis,& ipſe hæres tacitè fidē accomodaret teſtatori, qui de incapace ſenſerit iuxta ea,quę tradit Bart.in d.l.ſi gener, nu.7.& declarat Peregr.vbi ſupra,ſub nu.3.& nu.7. Qd autem dictum eſt, palàm relictū venientibus ab inteſtato, vel inſtitutis hæredibus applicari, verū eſt in omnibus illicito coitu natis ſpurijs, præterquam in coitu,ex quo bonorum veniat confiſcatio,vt in inceſtis nuptijs: nā tunc pmū ſi qui eſſent legitimi vocarentur liberi mox fiſcus, vt in auth.inceſtas,& in corpore. C.de inceſt.nupt.cuius qdē auth. diſpoſitio hodie nō eſt correcta ex tex. §.fi.in Auth.vt nulli iudicum,ex quo facta eſt auth.bona,C.de bonis ꝓſcr.prout no.in d.§.fi.in verbo,fiſco,& in d.auth.bona,ī verbo, fiſco,ac eſt de hoc cōis opi.vt tradit Boer.dec.264. ſub nu.15. itidem qd̄ dictū eſt palā ſpurio relictum fiſco non applicari, procedit ēt ſi hæres relictū exhibuit, Ro.conſ.43.in 3.dub. & conſ.478. Crau.conſ.20.nu.9.quos refert,& ſequitur Pereg.vbi ſup.nu.10. licet Bal.Caſt. & Cæpo. quos antea ipſe Peregr.refert, ſecus teneat. Ex prædictis aūt,quatenus dictū eſt, ſpurijs nihil patrem relinquere poſſe, iufertur, † ꝙ ſpurios ipſos tunc ſubſtituere inſtitutis nō pōt,cū ſubſtitutionis vigore ab ipſo patre capere viderentur,ſecus ſi ab ipſo patre,ſiue patris bona capere nō videant, 4

3

†qm̄ tales ſpurij ab alijs extraneis capere poſsūt, vt tradit gl.ī d.§.fi.Auth.qb. mod.nat.eff.ſui, cōiter approbata,vt refert Clar.d.§.teſtamentū,d.q.31.ver.regulariter.† ideoq; ſi filio legitimo impuberi ſpurius pupillariter ſubſtitutus ſit, ex pupilli bonis,non ex his, quæ patris fuerūt, capere poterit. l.ſi is,q ex bonis, ff.de vulg.& pup.Paleo.d.c.43. ſub nu. 8.ver.quin potetit.Marc.Ant.Peregr.de iure fiſci, qui ita oēs per d. l.ſi is, tenere ait,ī d.li.3.ti.18.nu.96. quē & vide nu. ſeq.nōnullis,tradentē ad quos deferant eo ī caſu paterna bona,an ad venięties ab inteſtato,an verò ad fiſcū. ex vulgari aūt capere nō pōt ſpurius, q a iūc defuncto ſuccederet, vt in Inſt.de pup.in prin.& ita tenet pfata gl. in d.Auth.quib.mod. no.effi.ſui §.fi.q̄ eſt ī verbo, participiū, &Bar.in d.l.ſi is, qui.nu.2.& in l.qd̄ cōditionis,nu.3.ff. de don.cau.mor.†Nec itidē ex fideicommiſſaria ſubſtitutione ſpurius capere poſſet,†quia illud, qd ex fideicōmiſſo datur, à defuncto capitur, l.cohęredi.§.cū filię.ff.de vulg.Bar.in d. l.qd conditionis,ſub d.nu.3.†ſed an talis ſpurius matri ſuccedat? Reſpondet Bar.in d.l.ſi gener,nu.4.ꝙ non,ex quo mater tali ex coitu puniri dēt, d. §.fi.in Auth. qb.mod.nat.effi.ſui,& ita tenere dicit gl.in l.ſi qua illuſtris,C.ad Orfic.q̄ eſt in verbo,cū legitimis, & in §.nouiſſ. Inſt.ad Orfic.q̄ eſt in verbo,admitti,idē tradit Paleo.in præd.tract. c.41.ſub nu. 3. nequaquam pariter matri ſuccedit baſtardus ex coitu impunito (vt meretricali) natus(niſi tñ coitus ex legitimo concubitu fuerit) ſi mater illuſtris ſit pſona, & filios alios habeat legitimos:ſed ſi coitus ex legitimo concubitu fuerit,ēt extātib.legitimis liberis,& matri illuſtri ſuccedit baſtardus.d.l.ſi qua illuſtris. C.ad Orfic.

5 6 7 8 9

10 Orſic.† Similiter ſpurij filij ex coitu impunito nati (ét ſi non ex licito cócubinatu)puta vulgò quęſiti,illuſtri matri legitimos non habenti filios ſuccedunt, vt etiã hi non illuſtri matri,legitimos quoque habenti liberos, ſuccedunt, prout verius,receptiusq; eſſe tradit Paleo.d.c.

11 41.ſub d.nu.3.ver.quod ſi ſoli. † ſed & his,qui ex non improbo coitu nati ſũt, pater,ſi filios legitimos non habet, ſiue parentes, totam eius ſubſtantiam relinquere poteſt, ſi autem filios habeat legitimos, naturalibus iſtis, quotquot numero ſint(computata etiam matre,ſi vixerit)vltra vnam ſubſtantię ſuę vnciam dare non poteſt, concubinę autem ſoli, non extãtibus eius filijs naturalibus,dimidia tãtum vncia, cum habuerit filios legitimos,per patrem dari poterit: ſi autem parentes tantùm ei extiterint, qui naturales habuerit filios,eiſdẽ relicta eorum portione(quę eſt hodie vna tertia, gl.in §.j. Auth.de trię.& ſem.in verbo, hoc obſeruãdo,in §.ne igitur,in verbo, legitimã, Auth.quib. mod.nat.effi.ſui, & in auth.nouiſſima,in verbo,titulo,C. de inof. teſt.ac in auth. licèt, quę eſt gl. 1.C.de nat. liber. & hæc eſt communis opi. vt ait Iaſ.in d. auth. nouiſſima, ſub nu.36.) reliquum naturalibus pater relinquere poterit, ab inteſtato autem, legitima non ſuperſtite ſobole, ſiue vxore, duę paternæ ſubſtantię vnciæ ipſis naturalibus debentur,quarum duarum vnciarum mater eorum,ſi viua erit, pro virili portione participium cum eis habebit, ita de his naturalib⁹ deciditur in d.auth. licet, & ad vnguem in corpore vnde ſumitur.C.de nat.liber. Quinimò & per nominationem patris naturales iſti ex ea nati, qua cum licitè matrimonium conſiſtere poterat, legitimi fiunt & patri ipſi omninò ſuccedũt,iuxtà tradita in auth. item ſi quis, & in corpore. C.de nat. lib. pro quo tamen ad omnimodam, huiuſce rei intelligẽtiam vide ibi Bar. & additiones ad eundem ibidẽ, & proinde Doctores, quos allegant,ac dominum Barth.Cępo.in caut. 252.En ergo,quòd maxima eſt differentia inter eos illegitimos filios, qui damnato coitu non naſcuntur, ab his, qui improbo naſcuntur concubitu: nam iſti,vt dictũ eſt, nihil ex paterna ſubſtantia capere poſſunt. Sed quæro,an etiã iſtis improbe natis poſſit ex aliquo remedio aliquid relinqui? Bar.in d.l.ſi gener,num. 7.duo tradit remedia in effectu, quib. eiſdem quid relinqui poſſit: Primũ eſt,

† Quia ex eo,quòd de iure canonico ta- 12
lis filius ali debet,c.cum haberet,de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adul. quod & de iure ciuili obſeruari, latè tenet,& communem opinionem commemorat Dominus meus Cęphal.conſilio 498.nu. 15. quo loci ad hoc quamplures citat Doct. Ad quod etiam vide Io. Dil.de arte teſt.tit. 1.caut. 44. num.13. & ante eum Cep.cau.38.ver.Noua cautela,ac etiam vide Pereg. d.lib.3. de iu. fiſci,d.ti.16.nu.55.cum nonnullis ſeq.

† Idcirco pater ſpurijs his tantum relin 13
quere poteſt, quantum ad alimentà ſufficiat, hoc modo, relinquo tali ſpurio meo fundum in vita ſua pro ſuis alimẽtis, & poſt mortem ſit ſuorum filiorũ, quibus poteſt relinqui pro eorum alimentis.l.fi.C. de nat. lib. & ita quoque ſentit Paleot.d. tract. c.45. nu. 8.quod tamen procedere dicit, vt hæc alimenta legitimum non excedant modũ, ſed talia ſint, qualia boni viri arbitratu eſſe debent,de quo etiam Cępol.d.loco,quod & tradit Io. Dilectus prædicto in loco, ſic & ait D.Menochius in trac.de arb.iudi.lib.2. caſu 182.nu.33. ex Baldo in l. fi.ff.de exercit. act. non licere patri rem maximi valoris ſpurio in alimentorum cauſam relinquere, ſicq; vltra neceſſitatem naturalem, ad quód ét vide Pereg. d.tit.18.ſub nu. 72.verſ.contra tamen. & cõſ. iſtud procedit quãdo ſpurij non habent vnde ſe alant, ſecùs ſi haberent, vt per tex.in l.ſi quis à liberis.§.ſi filius.

ff.de lib.agnoſ.tradunt Ant. & Abb. in
d.c.cum haberet.Dec.conſ. 576. nu. 3.
Calca.conſ. 59. ſequitur Pereg.vbi mo-
14 dò ſuprà, nu.69. † Secundum, & vlti-
mum Bartoli remedium eſt, ſi ſint fęmi
næ ſpuriæ, aut alim entorum loco dotē
eodem modo illis leget, nam ſpuriæ pa-
ter dotem legare poteſt, ſicut alimenta,
allegat Bar.in arg.l.cum poſt.§.gener.ff.
de iure dot.& l. 1.ff.ſol.matr.& ita de fa
cto dixiſſe ait, idemq́; tradit in d. auth.
ex complexu. C.de inceſt.nup. quodq́;
tradunt Dec.conſ.611.nu.5.& Paleo. d.
c.45.ſub d.nu.8.niſi modò magnam ex
cedat quantitatem pater, quia tūc fraus
fortè pręſumeretur, allegat Bar.in d.l.ſi
gener.l.1.C.de nat.lib.adde Abb. conſ.
15 115.nu.2.lib. 2. † Et profectò dos con-
grua, & competens erit ſecundū patris
qualitatē,& facultatem, vt tradit Dec.d.
conſ.611.ſub nu.8.ver.& etiam in caſu
iſto. & iſtud, quod dictum eſt de dote
non procederet, ſi filia haberet vnde ſe
dotaret,ad inſtar eius, quod de alimētis
dictum eſt,pro quo vide tex.& ibi glo.
Bar.& Doct.in l.vxorem.§.parens natu
ralis.ff.de leg.3. Pereg. d.tit.18. nu.70.
16 Ego aliud addo remedium, † vt pater à
Principe petat,ꝙ aliquid ſpurijs iſtis re
linquere poſſit,& curam habeat, ꝙ Prin
ceps in reſcripto dicat,non obſtante cō-
traria lege, ſiue Authēticorum conſtitu
tione,arg.l.ſi quis in principio teſtamē-
ti,in princ.ff. de leg.3. per quam legem
etiam ita tenuit glo.fi.in d.auth.licet.C.
de natur.liber.quamq́ue legem in ſimi-
li quoque propoſito eadem gl.allegauit
in l.1.in verbo,reſcripti,C.de nat.lib.ad
quod ēt uide tradita per Bar. in extrau.
ad repri.in uerbo, non obſtantibus, &
Gozad.conſ.6.nu.70.Quin & præ cæte
ris optimum eſt illud cōſilium, quo pa
ter ſpurijs, etiam extantibus legitimis,
relinquere perinde poterit,ac ipſis legi-
17 timis poſſet, † videlicet ſi procuret, vt
Principis reſcripto in legitimorum nu-
merum cooptentur, nam etiam eo caſu
ad legitimorum inſtar,& vna cum verè
legitimis ab inteſtato patri ſuccedēt, vt
per Paleo.in d.tract.d.c.45.num. 13.&
circa hoc Principis reſcriptum ſciendū
eſt, † quòd Comitis Palatini legitima- 18
tio in locum Principis reſcripti ſuccedit.
vt not. Bal.in l.1.per gl.ibi. ff. de tut.&
cur.dat.ab his,& in locis alijs,quæ citat
Dec.conſi.308. num. 2.conſi.317.nu.
3.& conſi.462.num.4.dicit enim Dec.
d.conſi.308. dicto num.2. † quòd Im 19
perator poteſt dare poteſtatem Palatino
Comiti legitimandi, etiam extantibus
filijs legitimis, & naturalibus, quod &
p Bal. ipsū, quē multis in locis allegat,
tradit Gozad. conſ. 85.num.13. qui &
num.ſeq.cum num. 16.tradit poſſe Co
miti dari poteſtatem legitimandi etiam
in pręiudicium eorum, qui nedum hę-
reditatem adiuerūt,ſed etiam poſſeſſio-
nem adepti ſunt. Dant & nonnulla alia
remedia Doctores diuerſis in locis, &
maximè Cœpo.d.cau.38.Io.Dil.d.cau.
14.& Thom. Ferrat.caut.41.vnamq́ue
tradit Bar.ſecundum Dyni mentem, in
l.ſi is, num.6.ff.de lib.leg.Quòd ſcilicet
curam habeat pater, ſpurium cum ali-
quo ſocietatem inire (quæ tamen om-
nium bonorum eſſe debet) & mox ſo-
cium inſtituere hæredem,quia vbicun-
que neutiquam de fraude appareat, ēt
ipſe ſpurius ad hęreditatis dimidiam
iure ſocietatis veniet idque etiam re-
med.habes penes Cœpol. d.caut. 38.in
ver.ſeptima caut.& Io.Dilectum de ar-
te teſt.d.tit.1.d.caut.14. ſub num.6. in
6.remed.cuius etiam meminit Paleo. d.
c.45.num. 1.qui in ſocio patri coniun-
cto,conſanguineovè caſum ideo poſuit
vt mox ſuſpicio tollatur, quòd talem
perſonam pater data opera hæredem
inſtituerit,non ſpurium hęreditatis par
ticipem faceret, cum veroſimile futurū
ſit patrem, eam perſonam hæredem ēt
inſtituturū, ſi cum ſpurio ſocietatē non
contraxiſſet,quod & expreſsè tradit Cę
po.d.caut.38.in 7.caut.ver.ſed circa eā.

Pereg.

Pereg.d.tit. 18.num.95. ſed certè & in hac cautela,& in eis alijs vix fieri poteſt quòd valeant,& tutę pro ſpurijs ſint,& quin fraus conijciatur, ideoq; nec illas alias cautelas recito, neq; ſuper hac maximum facio fundamentum,cũ & præcipuè iſtæ, quas hic trado, ſint & tutiores,& notabiliores:quare & illam cautelam

20 ſilentio non prætermitto, † Quòd pater filium ſpurium hæredem inſtituere poterit,ſub conditione, ſi legitimabitur, vel in tempus, cum capere poterit.l. in tempus.ff.de hæred.inſtit. tradit glo. in §.hæres, in verbo, ex certo tempore Inſt.eod.de hęr.inſt.& Cęp. d.caut.38. ver.octaua cautela,ac Doct.in l.Gallus. §.inſtituens.ff.de lib.& poſt. & alij plures,quos refert,& ſequitur Pereg. d. tit. 18.nu.88. ſicque etiam poſt eos, quos alleg.tradit Gozad.conſi.21.nu.3.& cõmuniter receptam tradit ſententiam Io. Dil.de arte teſt.d. tit. 1.cau.14.nu. 15. Didac.à Couarru.de ſpon.parte 2. cap. 8.§.5.nu.12.Io.Fichar. ad communes concl.Bapt.à Villalob. litera S. poſt nu. 96.verſi.ſpurius filius.Clarus in d.§.teſtamentum.d.q.31. ver.ſed quæro. vbi ad hoc plures hanc eſſe communem tenentes refert Doctores, quodque, tanquam cõiter receptum, tenet Paleot.in ſupradicto tract.de nothis, & ſpur.d.c.

21 45.num.2.quo loci inquit, † quòd interim, donec legitima iura talis ſpurius conſequatur,iacenti hęreditati idem curator dabitur, bonaque illa adminiſtrabit, quod & cõiter receptum aſſerit ex Couarr. præcitato in loco Eman.Soaz. in ſuo Theſau.recep.ſent. litera S.num. 166.interim autem pater poterit ſpurio alimenta relinquere,iux.tex. d.c.cũ haberet, & ipſi licentiam dare, vt mortuo ipſo teſtatore valeat ſe quandocunque legitimari facere, auth. item ſi quis. C. de nat.lib.vt & ita tradit Dilec.loco prædicto,de quo etiam vide Cœpo.d.caut. 38. verſicul.duodecima cautela, & numero 3.

## CAVT. CCLVI.

De ceſſionario, qui ſtatuti beneficio aduerſus debitorem æquè, ac principalis creditor uti deſiderat.

### *SVMMARIVM.*

*Ceſſionarius vtitur eodem priuilegio, quo principalis creditor, vbi ſtatutum concedit poſſe debitorem ad creditoris inſtantiam capi, quod tamen intellige,vt nu.4.& 6.* 1

*Ex quo conſilium datur ceſſionario ipſi,num. 5.*

*Ceſſionarius propriè creditor appellatur, & dominus.* 2

*Subrogatum eius ſapit naturam,in cuius locum ſubrogatur.* 3

*Statuti,vel inſtrumenti forma, ſi cautum ſit vt debitor, eo non citato, capi, & excommunicari ad creditoris inſtantiam valeat,ceſſionarius iſtud non habebit aduerſus debitorem priuilegium, niſi ipſo debitore citato prius,& de ceſſione docto.* 6

STATVTO † ſi cauetur, poſſe ad creditoris inſtantiam debitorem capi (fortè in caſu inſtrumẽti guarentigiati) eodẽ etiam beneficio ceſſionarius vti poterit,ſecundum Iacob.But. Bal.Saly.Roma.& Deci.in fi.ac ibid. in fine, vide Bolog.d.Ray.Rodul.Peruſinum,& Nigrũ l.1.ff.ſi cer. pet. Cy.Bal. Flor. Alexand. nu.24.ĩ l. ſi ſic, & in ipſa l.§.ſi quis ita. Iaſ.nu. 5.ff.de leg.j.Imo.in l.quod ſi Stichum.ff.eodem.1.Saly.in l.ſi à creditore.C.de actio.& obli.Caſt. & Alex. ſub nu.9.in l. ſi poſtulante. ff. ad Treb. vbi ipſe Alex. hanc inquit eſſe magis communem opin.Ioan. Andr. ad Specul. in rub.de ceſſ.act.Ang.conſ.178.Roma. 1

conſi.1 4 2.Bened.de Blaſ. in tracta. de
inſtr.guarẽtig. in prima par. prin. q.9.
Io.Bapt.Bouiùs in tract.de ſtat.vrb.præ
ſcrip.tit.contra om.cred. gloſ. 19. num.
48. & pulchrè ad hoc vide Viuium, in
primo libro communium opinionum
variorum, litera. C.ver. incip. ceſſiona-
2 rius, vbi in eo reſidet, quòd † & ceſſio-
narius, propriè creditor appelletur, &
dominus, ob quod communiter alle-
gari ſolet.l.2.C.de dona. & ad id etiam
facit, quia cum ſit ceſſionarius in princi
palis creditoris vicem ſubrogatus, ſuc-
cedit in eius fauorem regula illa vulga-
3 tiſſima, ſubrogatum † eius ſapere natu-
ram, in cuius locum ſubrogatur, vulg.l.
ſi eum.§.qui iniuriarum, & ibi not.ff.ſi
quis cau. Proinde regula iſta aliam ſua
det communem concluſionem, quę eſt
4 quòd † ſicut debitor anteà certior erat
redditus de eo, quod principali credito
ri debebat, ita & ab ipſo ceſſionario de
ceſſione, vt cui teneatur non ignoret, fi-
des debitori fienda ſit; & in hoc cau-
5 ti ſint ceſſionarij, ne † primùm aduer-
ſos debitores executionem facere ſata-
gant, quàm illis ceſſionem manifeſtam
faciant, & ſic neceſſariò ante executio-
nem apparere debet, auditis, & citatis
prius debitoribus, eos eſſe veros ceſſio-
narios, prout & ita volunt Bal.& Salyc.
in l.per diuerſas, q.10.C.mand. vbi te
6 nent, quòd † vbicunque ex ſtatuti in-
ſtrumentiue forma, ac diſpoſitione ca
pi, & excommunicari ad creditoris in-
ſtantiam, nulla citatione interueniente
poſſet debitor, iſtud ceſſionario non li-
ceret, niſi in primis, & ante omnia de
ceſſione conſtaret, ſequuntur Caſt.in di
cta l. poſtulante, Alexander in dicta l.ſi
ſic, ſub dicto numero 24. ad fin. & Iaſ.
in dicto §.ſi quis ita, ſub numero 7.Ro
manus dicto conſilio 142.in fine, Ale-
xander conſilio 95.columna 4.& conſi
lio 443. columna 2. volumine 1.Barb.
conſilio 15.libro 1. & iſtam eſſe rece-
ptam Doctorum ſententiam habes ex
Boer.deciſione 10.vbi inquit, ita in Bur
degalen.ſenatu votatum fuiſſe, & iſtud
etiam ſequitur Marſil. in l. ſi quis ne
quæſtio, numero 8.ff. de quæſtio. & in
ſing.26.vbi inquit hoc in actu practico
pluries obtinuiſſe.

## CAVT. CCLVII.

### De ſtatuto prohibente, ne vlla contra inſtrumentum opponi valeat exceptio.

*SVMMARIVM.*

*Exceptionem contra inſtrumentum op poni ſi ſtatutum prohibeat, iudicis poterit implorari officiũ, ob quod & nonnulla ſimilia traduntur: ideò hoc in caſu Aduocato conſ datur, numero 2.* 1

*Sed ſi ſtatutũ prohibeat, ne vlla prorſus exceptio, vel defenſio contra inſtrumentum opponi poſſit, tunc nec Iudicis poterit implorari officium, num. 3.*

*Quo caſu conſ. traditur, vt nu. 4.*

*Repetitio contra ſententiam tunc non datur, cum cauſa examinari potuit, vtrum eſſet debitum, necnè.* 5

*Vſuras ob iuramentum debitores ſolue re coguntur, ſed mox repetitioni locus eſt.* 4

STATVTO † prohibente ne vlla exceptio contra in 1
ſtrumentum opponi poſſit, non tollitur, quin iudicis poſſit implorari officium, vt probatur ex.l. planè, & ibi Bar. tradit, & l.fi.ff.de pet.hęre.traditq́; Bar. in l. tertia, §. nouiſſimè. ff. nau. caup. ſtab. & in l.prima, §.2.ff. quod ui, aut clàm, numero ſeptimo, ſequuntur Ant. de Butr, & Abb. in capitulo, cum quis,

de

de reſt. ſpol. Petr. de Anch. in clemen.
1.de ſeq. poſſ. & in ca. canonum ſtatu-
ta,ext. de conſtit. Bald. & Ange. in d.l.
planè, & in d.l. ſin. de pet. hæred. Por-
ro inquit Angel.in d. l. planè, quod ſi
ſtatuto caueatur, nè quis in crimina-
li cauſa ad aliquam admittatur exce-
ptionem, niſi perſonaliter compareat
(prout multis in locis tale extat ſtatu-
tum) poterit tamen iudicis implorari
officium, vt ipſe ex ſuo officio iudex
informationes ſuſcipiat, inquiſitum
clericum eſſe, vel occiſum bannitum
fuiſſe, qui ideò ſtatuto permittente im-
punè occidi potuit; & dicit Ang.quod
practica iſta ſæpè vſus eſt:& iſtud tu cor
di perpetuò habeas; quia notatu di-
gnum eſt; Ad idem vide Angel. poſt
Richar. Malumb. in l. filiusfam.§. ve-
terani. ff. de proc. & in l. reos. C.de ac-
cuſ. & facit quod vult Angel. ipſe, poſt
Iac. But. in l.quos prohibet. ff. de po-
ſtul. Quòd qui ex ſtatuti forma non
admittitur ad excipiendum, niſi ſatiſ-
det, iudicis tamen officium implorare
poteſt, cum officium iudicis, & exce-
ptio differant realiter, & eſſentialiter, ſe
cundum eum: Ad idem facit quod tra-
dit Alber. de Roſ. poſt Iac. Butr. in d.
l. fin. de pet. hær. dum ait, quòd ſtan-
te ſtatuto, ne in capitali cauſa aliquis
admittatur procurator ad aliquam ex-
ceptionem, vel declinatoriam opponen
dam, ſed principalis perſonaliter veni-
re debeat; ſi procurator comparet, non
debet exceptionem, nec declinatoriam
opponere; ſed iudicis implorare offi-
cium; & ibi plenè per eum, quod benè
nota. Hæc, & alia latiùs vide penes Iaſ.
ità cum Bart. & alijs egregiè tenentem,
in l.1.num. 9.ff. de iuris.omn.iudic. Et
propterea ibid. ſub nu. 10. ſentientem,
quòd ſi ex ſtatuti forma contra inſtru-
mentum publicum nulla valeat oppo-
ni exceptio (vt hic ego propono) po-
terit tamen contra tale inſtrumentū mi
nor petere in integ. reſtitut.licèt Bal. in
l. in cauſæ, in princip. ff. de min. ſuper
hoc dubitauerit; & Iaſonis quidem o-
pinionem comprobo ex eo, quod vo-
luit Rom. conſ.90.vbi conſuluit, quòd
ſtante ſtatuto, quòd minor poſſit cōpro
mittere, & quod à laudo indè ſecuto
nec appellare, nec reclamare valeat: po-
terit tamen in integrum reſtit. petere,
& latiùs ibi Roman. vide quæ refert
Franc. Cur. ad Alexan. in d. l. 1. de iu-
ris.om. iud. poſt numerū 29. in verbo,
officium iudicis. In † ſimili igitur ca- 2
ſu caueat Aduocatus, ne pro reo exci-
piat contra inſtrumentum; ſed iudicis
imploret officium: nam & excipiendo
ſuccumberet, iux. not. per Cyn. & Bal.
in l. domum. C. de rei vendic. & Cy-
num in ſimili propoſito refert Bartol.
in l. 1. numero 11. ff. de excep. & Bal-
dum, vna cum Cyno ad hoc retulit
Alexan. in d. l. 1. ſub nume. 28. de iur.
om. iud. & de hoc ego generaliter lo-
cutus ſum ſuprà littera. E, caut. 65. ſi
verò † ſtatutum prohiberet, ne vlla 3
prorſus exceptio, vel defenſio contra
inſtrumentum admittatur, tunc neque
iudicis officium implorari poſſet; quia
omnis eſſet defenſio excluſa, & ita te-
net Bartol. in d. l. planè. in fi. & in d.
l. 1. §. 2. numero 8. quod vi, aut clam.
vbi numero 9. hoc caſu tradit conſil.
quòd † reus ſoluat, & mox repetat; 4
quam poſſe fieri repetitionem, non ob-
ſtante condemnatoria ſententia, ibi ele-
ganter probat; Inquit enim quòd † re- 5
petitio aduerſus ſententiam tunc non
datur, cum cauſa, vtrum eſſet debitum
nec ne, potuit examinari; ſecùs in caſu
noſtro; quia non poſſet examinari, pro
pter ſtatuti diſpoſitionem; vnde inde-
biti condictio competit; & ad hoc in ar
gumentum adducitur c.debitores, ext.
de iureiur. vbi † debitores ob iuramen- 6
tum vſuras ſoluere coguntur, & repe
tunt; eo enim caſu exceptio, propter iu-
ramentum, opponi nequit, ſed mox re-
petitioni locus eſt.

## CAVT. CCLVIII.

### De ſtipulatione in alterius, quam contrahentis perſonam conferenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Alteri ſtipulari non poteſt, niſi perſonis quibuſdam.*

*Pro qua tamen re remedia habes nu. 2.& 4.*

3 *Iudex incompetens declinari poteſt,& ſi conuentum ſit, poſſe quem coram incompetenti iudice conueniri,ſi tamen pœna adijciatur, aut pacto, aut pœnæ parendum erit.*

1 STIPVLARI † alteri, quando ſtipulantis non intereſt, nemo poteſt, præterquam ſi ſeruus domino, vel patri filius ſtipuletur: inuentæ etenim huiuſmodi ſunt ſtipulationes, vt vnuſquiſq; quod ſua intereſt ſibi acquirat. cæterum, vt alij detur, nihil intereſt mea, eſt de his text.in l. ſtipulatio iſta.§.alteri. ff.de verbo. oblig. & ſimilis etiam in omnibus, in §.alteri, Inſtit. de inut. ſtip. ad idem ẽ tex.in l.quo tutela, alias incipit, Quintus.ff.de reg.iur. in l. certi condictio. §. quoniam,verſ.numeraui, & ibi gloſ.in verbo,nulla.ff. ſi cert.pet. in l. 1. C. per quas per.nob. acquir. in l. 3. C. de inutil. ſtip. ac in l. cum res, & ibi gloſ. C. de donat.& regulam iſtam latẽ tractat cum 15. ampliationibus, & 36. limitationibus Iac. Phil. Por. in 2 .lib.concluſ. reg. 46. Socin. vbi infrà, ſub numero 4. Sed ſi ſtipulantis intereſſet,ſtipulatio teneret.d. l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, vſque ad §. ſi quis ità ſtipulatus,& § ſed & ſi quis ſtipuletur alij, Inſtit.de inut.ſtip.ac d.l.3.C. eod. tit. Planẽ ſi quis alteri ſtipulari velit remediũ
2 traditur, † vt pœnam ſtipuletur, videlicet, Promittis Sempronio centum dare vel talem facere rem,& niſi dederis, vel feceris,tot mihi dare ſpondes? Quo quidem caſu, niſi extraneæ illi perſonæ datum fuerit,pœnæ cõmittetur ſtipulatio, vt in prędictis iuribus, legis ſcilicet ſtipulatio.§.alteri,de verb.oblig. & §.alteri,Inſt. de inutil.ſtip.Per quæ intra in ſimili propoſito dicebat Bar.in l.pen.ſub nu.1.C.de pact.& in rep. ſub nume.9.
† Quòd licet,quando quis,ſpræto competenti iudice, paciſcitur, ſe poſſe coram incõpetenti iudice cõueniri, nihilo minus iudicẽ ipſum incõpetentem declinare poſſit, & pactũ illud inutile fiat, vt eſt text. in l. ſi conuenerit. ff. de iur. omn.iud.Tamen ſi pœna adijciatur,aut pacto, aut pœnæ promiſſor ſtare debebit:De qua re tibi cautelam feci ſuprà in littera, F.caut. 93. 3

Aliud modo eſt pro eo, qui alteri ſtipulatur,remedium, † vt ſcilicet iuramẽtum in ſtipulatione adijci caueat, quia tũc ſtipulatio valebit,vt per gl.in c.quoties cordis oculus.10.q.7.quam glo. ad hoc allegat Bart. Socin. reg. 470.lim.4. qua in regula cõcluſioni noſtræ & ipſe tres ampliationes,& fallentias ſex applicat;Pariter iuramento talem valere alterĩ factam ſtipulationem tradit Bar. ĩ l. ſi quis pro eo,nu.12.ff.de fideiuſſ. ſequitur pract.Pap.in for.lib. quo ag.ad reſt. in integ.in verbo,tunc iurauit,nu.12.& alij,quos refert Port.vbi ſuprà,lim.7.& communem tradit opinionẽ Alc. in ca. cum contingat,nu.241.extra de iureiu. 4

## Caut. CCLIX.

### De locatore rem locatam vendente, & intereſſe præſtationem aduerſus conductorem vitare cupiente.

*SVMMARIVM.*

*Singularis ſucceſſor colono ſtare non tenetur.* 1

*Vt autẽ iſte ſingularis ſucceſſor colono ſtare teneatur,remedium eſt nu.2.*

SVC-

1 SVCCESSOR † ſingularis
non tenetur ſtare colono, &
ideò ſi locator rem locatam
vendit, colonus ab emptore
expelli poteſt, locator tamen colono te-
netur, l. ſi merces §. 1. ff. loc. & facit l.
qui fundum. ff. eod. Conſilium igitur
2 eſt pro locatore, † vt cum vendit cum
emptore agat, quod conductori ſtare
debeat, quod conſilium tradit Iuriſc. d.
l. ſi merces, d. §. 1. de hoc latè dixi ſuprà
caut. 155. Ideò vlterius nō progredior.

## Caut. CCLX.

### De proteſtatione fienda, cum iudicis culpa inſtantia perit.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtantiæ tempus currit, etiam ſi per iudicem ſtet, quominùs cauſa expediatur.*

*Sed reſtitutio datur cum iuſto iudicis impedimento illud proceſſerit, et partes negligentes, non appareãt: ſin autem abſque iuſto impedimento factum fuerit, iudex ipſe in ſyndicatu tenebitur, num. 2.*

*Quod tamen intellige vt nu. 6. & prout probatur nu. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

*Conſiliumq; traditur ob hanc reſtitutionem obtinendam, quòd multiplex iudici fiat proteſtatio, nu. 3. Quæ quidem proteſtationes in actis appareant, vt num. 4.*

*Et hæ proteſtationes inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè fieri debent, vt num. 4.*

7 *Reſtitutio illud reddit, qđ abſtulit læſio.*

9 *Iudicis in fauorem præſumptio eſt.*

11 *Litis euentus dubius eſt.*

12 *Remedium extraordinarium ubicumq; ordinario plenius eſt ipſum, omiſſo ordinario, intentari poteſt.*

TEMPVS † inſtantiæ currit, & 1
ſi per iudicē ſtet, quominùs
cauſa expediatur, vt per glo.
in l. properandum. §. ſin au-
tem vtramq;, & ibi Bar. Bal. & alij. C. de
iud. Bar. in l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo,
& ità communem dicit opinionem So-
cin. in conſ. 31. nu. 9. vol. 1. quem refert
Gram. voto 31. ſub num. 12. Qui dicit,
† Quòd tamen dabitur reſtitutio tunc, 2
cum iuſto iudicis impedimento inſtan-
tia perierit, & partes negligentes non ap
pareãt ad quæ hic conferũt tradita à me
ſuprà in caut. 112. per totum: iuſto au-
tem iudicis non exiſtente impedimen-
to aduerſus eum in ſyndicatu agi poſſet
& ideò reſtitutio ceſſaret, quę eſt reme-
dium extraordinariũ, & in ſubſidiũ da-
tur, l. in cauſæ. 2. ff. de minor. circa
quã rem pro intelligentia vide infrà cũ
ſeq. nu. 6. vt igitur partes negligẽtes nō
videantur, conſilium datur ſecundum
ipſum Gram. d. voto num. 13. † quòd 3
partes multipliciter iudici proteſtentur,
ne inſtantia pereat, ad hoc vt eis reſtitu-
tio detur, moueturque Gram. ex doctr.
Bal. & Salyc. in d. §. ſin autem, C. de iud.
† Quas quidem proteſtationes neceſſa- 4
rias dicit, & in actis apparere debere, ſe-
cundum Bal. in d. §. ſin autem, & Salyc.
ibi, qui dant pro conſil. vt multiplices
fiant proteſtationes iudici; Imò plus di-
cit Gram. dictis voto, & numer. quòd
ſcilicet requiratur, † vt tales proteſta- 5
tiones fiant iudici inſtanter, inſtantiùs,
& inſtãtiſſimè, ad hoc, vt per iudicem
non autem per partes ſtare dicatur, alle
gat l. fin. C. de temp. appel. quod in ipſa
l. probatur, in §. illud etiam, verſ. ſed &
ſi per eũ, & Bal. in add. ad Specul. in tit.
de app. § mora, quę quidem Baldi add.
eſt in 2. Spec. libro, poſt ipſius Specul.
tract. & eſt 2. additio, quę intitulatur ex
trauag. conferentia ad materiã appella-
tionis, allegatq; Doctores alios, quos pe
nes eũ vidẽdos habere potes. † Sed qua 6
tenus ex ipſius Grammatici mẽte ſupe-

riùs dictũ eſt, quòd ſi iudicis culpa inſtã
tia perierit, non erit reſtitutionis in in-
tegr. beneficio locus, ſed aduerſus iudi
cẽ ipſum in ſyndicatu agi poterit, credo
ego verũ id nõ eſſe, quoniã reſtitutio in
integrũ plenius ſuccurrit, quã actio con
7 tra iudicẽ, † nam reſtitutio illud reddit,
quod abſtulit læſio. l. 1. & l. quod ſi mi-
nor. §. reſtit. ff. de min. & Bar. in l. ſiqui-
8 dẽ, nu. 1. C. de pręd. min. † & in ipſa pe
tẽda reſtitutione probandũ nõ eſſet iudi
cis culpa peremptã inſtantiam, ſed ſola
pręd:cta proteſtatione in actis apparẽte
dada eſſet, iuxtà ſuperius tradita. quę ſa-
nè culpa, cũ aduerſus iudicem ageretur,
9 probãda eſſet, † cũ pro iudice præſum-
ptio eſſet, arg. l. merito. ff. pro ſoc. opti-
mè facit tex. in c. bonę memorię, 1. de e-
lect. & in c. in præſentia. de renunt. cũ
ſimilib. (ſi ſi canonũ tex. hos intelligere
velis ſecundũ ea, quæ ego dixi ſuprà in
10 caut. 253. nu. 9. cũ aliquibus ſeq.) † Itẽ
agere contra iudicẽ in ſyndicatu nõ ita
tutũ eſſet remediũ, prout eſt reſtitutio,
11 † cũ dubius ſit huis euẽtus l. quod debe-
12 tur. ff. de pecul. † Atqui vbicunque re-
medium extraordinarium plenius, quã
ordinariũ ſuccurrit, extraordinariũ ipſũ
intentari poteſt, ordinario omiſſo, vt
tradit Bar. in l. in prouinciali. §. 1. nu. 2.
ff. de op. noui nunt. & in l. fin. nu. 3. C. ſi
aduer. rem iud. ergo apparet Grammati
ci bonam eam non eſſe ſententiam.

## Caut. CCLXI.

### De dilatione, quæ ad probandum datur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Teſtes producti intra tempus ſi iura-
rint, poſt terminum etiã examinari
poterunt, ſi terminus ſimpliciter ad
probandum datus fuerit, ſecus ſi ad
probandũ & ad probatũ habendũ.
Ideò pro eo, qui terminum in hoc reci
pit, conſilium datur, & ex aduerſo
aduerſarius pariter contra conſi-
lium illud inſtruitur, num. 3.
Geminatio, & iteratio verborum ma-* 2
*gis ſtringit, quàm ſimplex prolatio.*

TERMINO † ad probandũ da- 1
to ſimpliciter, ſi teſtes produ
cti intra tẽpus iurarint, poſt
terminum quoq; examinari
poterũt, ſecùs eſſet ſi daretur dilatio ad
probandũ, & ad probatũ habendũ, tunc
enim intra pręfixũ diẽ & iurare, & depo
nere teſtes deberent, prout in his cõmu
nis obſeruat ſtilus, vt tradunt Papien. in
forma oppoſ. contra teſt. poſt publ. in
verbo, itemq; publicatis iã teſtibus aliàs
recepti, nu. 16. & Rober. Maran. in trac.
de ord. iud. par. 6. ver. Tertius actus, ſeu
dilatio, nu. 19. licet Bar. in l. damni. §. Sa
bini, ſub nu. 8. ff. de damno infec. tenue
rit, quòd ad probandũ tempore dato in
tra terminũ examinari ẽt teſtes debeant
ſecùs ſi ad producendũ teſtes duntaxat
ſit dies ſtatuta. & circa hæc comproban
da vide quos ego latius adducam infra
cau. 265. Porrò ſuprà dicta cõmunis pra
xis eo fundamẽtu ſuſcipit. † Nã verbo- 2
rũ geminatio, & iteratio valdè ſtringit,
& magis, quã ſi ſimpliciter eſſent prola-
lata, l. Baliſta. ff. ad Treb. & l. ſi ſtipulat⁹.
in prin. ff. de vſuris. Tu igitur † qui tali 3
in caſu terminũ es recepturus, cautus ſis
vt ad probandũ ſimpliciter accipias, vel
ẽt ad teſtes producẽdũ, ſecũdũ qđ Bar. ĩ
d. §. Sabini, inqt, quo caſu Bartoli dictũ
in practica ꝓcedet: Imo credo, ꝙ qui ſic
terminũ acceperit multo min⁹ aſtrictus
erit: Aduerſarius autem peruigil exiſtat,
ne ita dilatio concedatur, ſed cumulatè
ad probandum & probatũ habendum:
Huiuſce rei mentionem quoq; faciã in
fra eadẽ litterã in d. cau. 265. inc. Teſtes
iidem intra terminũ, ſed ad aliũ finem.

## Caut. CCLXII.

### De hęreditate ex poſteriore teſtamẽto ſolennitatis defectu nullo reſtitutioni ſaltem ſubijciẽda.

*S V M-*

*SVMMARIVM.*

1 *Poſteriore teſtamento imperfecto ſuperius perfectum non rumpitur.*

*Limita ut nu. 2.*

*Ac ut ſaltem teſtamentum illud imperfectum codicilli vim habeat, & hæredtas ex fideicom. reſtituatur, modus traditur, nu. 3 & 5. & conſilium ideò nu. 6.*

4 *Hæreditas quando incontinenti eſt reſtituenda duæ non poſſunt fieri detractiones.*

7 *Clauſulę codicillaris, vt tollatur effectus, quo remedio utendum ſit remiſſiue.*

1 TESTAMENTO † poſteriore imperfecto ſuperius perfectum non rumpitur §. poſteriore, & §. ex eo, Inſt. quib. mod. teſtam. infir. Ratio ea eſt, quia cum primum perfectum ſit, per ſecundum eodem modo diſſolui debet, quo primum colligatum erat, uidelicet, quòd æquè ſit perfectum, l. nihil tàm

2 naturale, ff. de reg. iur. † verum enim verò ſi poſt primum teſtamentum decennium lapſum fuerit, concurrente voluntate contraria minùs ſolenni, ſed ſaltem tribus idoneis teſtibus apparēte ſuperius ipſum tolletur, ſing. eſt text. in lege, ſancimus C. de teſtam. & licet quidam dictam l. ſancimus, ità intellexerint, vt decennium à die reuocationis illius, non à die conditi teſtamenti, computandum ſit, verius tamen eſt, quòd à die prioris conditi teſtamenti computatur, ut per glo. in d. l. ſancimus, in verbo, fuerit, quam Doct. magis communiter ſequuntur, vt per Laſ. in eadem le. ſancimus, nume. 15. & hanc opinionem communiter teneri teſtatur Ruin. in conſi. 6. num. 2. lib. 2. Illam etiam dicit eſſe magis communem Gul. de Bened. in prima par. rep. cap. Rayn. fo. 158. nume. 8. in fine, ex. de teſt. quos refert Clar. in §. teſtamentum. q. 91. verſic. fin. & pro hac communi opinione facit de directo tex. in d. lē. ſancimus, in prin. niſi ei fraus fiat, qui tamen, meo iudico, cauillari non poteſt; Dicit enim textus; ſi quis legitimo modo condidit teſtamentum, & poſt cōfectionē eius decenniū profluxerit, ſi quidē nulla innouatio, uel cōtraria volūtas teſtantis apparuerit, hoc eſſe firmū; ergo ſi poſt primi côditi teſtamenti cōfectionē decenniū profluxerit, & cōtraria apparuerit uoluntas eo modo, quo poſtea tex. declarat, ſuperius teſtamētū ipſū infirmabit. Cū igit̄ poſtmodū tex. declarauerit, hāc cōtrariā volūtatē trib⁹ ſaltē teſtibus apparere debere, vt decennio elapſo primū tollat̄ teſtamētū, abſq; dubio ea text⁹ pars debet p ſuperiorē declarari, ug. l. ſi ſeruus pluriū, §. fi. ff. de l. 1. cū ſim. idq; ēt cōſiderauit d. gl. cōmuniter approbata in d. l. ſancimus. † licet 3 autem intra decenniū per minus ſolennem voluntatem ſolennis, & perfecta non tollatur, ſi tamen in ea appoſita ſit clauſula codicillaris, & quinq; ſaltē teſtes extiterint præſentes (quorū numero codicilli contenti ſunt, l. fi. in fi. C. de codic. gloſſa no. per eum tex. in fi. Inſt. de fideic. hære.) clauſulæ ipſius codicillaris uigore hæres in primo teſtamento huic ſcripto ex ſecūdo, in quo clauſula codicillaris appoſita ſit, hæreditatem reſtituere tenebitur, retenta vna tātùm quarta ēt ſi ſit de liberis, † cū duæ detra- 4 ctiones fieri nequeāt, quādo hæreditas incontinēti reſtituitur, vt voluit Bar. in l. Papin. §. meminiſſe, nu. 5. ff. de inoffic. teſt. ac eū ſequitur Ioan. Dilect. de arte teſt. tit. 3. caut. 1. nu. 5. & vt tradunt cōmuniter ſcrib. in c. Rayn. & in c. Raynaldus, ex. de teſtam. † Quodq; ſit verum 5 clauſulæ illius uigore hæredē ex primo teſtamento hęreditatem huic ſcripto in ſecundo, & minùs ſolenni, reſtituere debere, probo ex Bart. authoritate in l. 1. q. 1. ſub nu. 3. ff. de iure codicill. vbi declarans regulam illam, quam Doct. commu-

cōiter tenent, per clauſulā codicillarē effici, ut venientes ab inteſtato ſcripto hæredi hæreditatem, reſtituere grauati credantur, quando teſtamentum nullum eſt (nullum dico defectus ſolennitatis, non defuncti voluntatis ratione, vt per Bar. d. leg. 1. nu. 7. & 8. ac Dec. cōſ. 394. nu. 9.) inquit ipſum reg. intelligit, quādo ab inteſtato veniētes ſuccedūt, nā ſi ex teſt. aliqui ſuccedūt; puta, quia aliqd præceſſerat teſtamentum, quod per ſecundum iſtud non eſt ruptum, quod tamen ſecūdum codicillorum iure valet, illi in priore teſtamento hæredes ſcripti videbūtur rogati, huic ſecundo ſcripto hæredi propter codicillarem clauſulam reſtituere hæreditatem, ad quod Bart. adducit l. ſi quis cum teſtamentum nullum. ff. eod. de iure codic. Id autem intellige vt per eundem Bar. in d. l. 1. d. q. 1. verſi. quicunque enim, & in q. 15. & vt ego dixi ſuprà caut. 23.
6 ſub nume. 4. † Conſilium igitur erit, vt clauſula codicillaris in quocumque teſtamento apponatur, quæ multum operabitur, dùm tamen adſint (vt dixi) quinque teſtes, quia niſi adeſſent nō poſſet quicquam operari dicta clauſula; & maximè ea apponatur, cū aliud teſtamentum anteà factum eſt, quia licet (vt dictum fuit) non rumpatur primum, primi tamen hæredes ſecundo iſti reſtituere tenebuntur; tu autem, qui in tali ſecundo teſtamento es inſtitutus, reſpicere memor eſto, an in eo talis ſit inſerta clauſula, quæ & ferè ſemper in teſtamentis apponi conſueuit,
7 † veruntamen, ad tollendū huius clauſulæ effectum, primi hæredes vtantur remedio, quod tradidi ſuprà in d. caut. 23. nu. 14.

## CAVT. CCLXIII.

### De teſtamentaria ſolennitate vitanda.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtamento facto in eo loco, vbi ſtatuti vigore minores requiruntur ſolennitates, valet, et etiam vbique extenditur.*

*Proinde conſilium eſt, quòd ad maximam vitandam ſolennitatem tali in loco teſtamentum conficias, nu. 3.* 2

*Statuta id permittentia, quod iuxtà iuris communis diſpoſitionem in genere quidem conceſſum eſt, eſt ſolennitatis ratione, de qua ſtatuto diſponitur, prohibitum, extra territorium vigorem ſuum extendunt, ſecundum tradita in d. nu.*

TESTAMENTVM † ſi coram trib. teſtibus, aut quatuor eo in loco ſit factū, vbi ſtatutū eſt, ꝙ tot teſtes in teſtamēto ſufficiāt, valet, & ad bona extrà illū locū ſita extēditur, vt per Bar. in l. cūctos populos, nu. 36. & 37. poſt Cyn. & per Iaſ. ibi in 2. lectura, nu 91. vbi hanc inquit eſſe communem opinionē. C. de ſumma Trinit. & fide catho. & hanc pariter opinionem firmat Papien. in forma libelli, quo pet. hæred. ex teſt. in verbo, uallatum, num. 4. vbi ad finem dicit ità communiter omnes tenere Doctores. † Etenim communiter receptū eſt 2
ſtatuta id permittētia, quod ſecundum iuris communis diſpoſitionem in genere quidem permiſſum eſt, ſed ſolennitatis ratione, de qua ſtatuto diſponitur, prohibitum, extra territorium vigorem ſuum extendere; non quidem vt talis actus ſecundum ſtatuti ſolennitatem, etiam extra territorium à ſubdito celebratus, valeat, ſed ad hoc, vt intra territorium, etiam à non ſubdito, cōfectus, vbique locorum teneat, non in ijs duntaxat bonis, quam in loco, vbi actus geſtus eſt, habuit, ſed in omnibus etiam vbicunque ſitis, vt concludit Bart. in d. l. cunctos populos, ſub d. nu. 37. verſic. Iſta opi. mihi placet. Comens. conſil. 75. incip. Titius Lucanus, & poſt alios Iaſ. in prædicato loco, ex quo communē habet

habes, & in l. ſi arrogator, ſub num. 40. verſi. greuiter tene contrarium, & nu.
3 ſeq. ff. de adopt. † Cõſilium igitur erit, vt, cum in originis loco aliqua in teſtamentis requiritur maxima, & difficilis ſolennitas, in alium te conferas locum, vbi tanta non exigitur ſolennitas, & ubi facilè fieri poteſt; & ità etiam aliquando geſtũ eſſe in facto habuit. Similem autem cautelam latiùs, & altiùs tractaui ſuperiùs in litera L. caut. 156. vbi in eo tantum reſedi, forenſes in alieno loco teſtantes teſtamentum de iure validũ facere, & alieni teritorij ſtatuta ad forenſem etiam extendi; hic autem appatet eum etiam, qui in originis loco teſtamentum facit, ſi extra eum locum bona habet, teſtamentum quoque ad ea bona extendi.

## CAVT. CCLXIIII.

### De die, & loco in teſtium antea iuratorum examine non apponendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtimonium iuratorum teſtium die etiam feriato valebit, & etiam ſi in loco incongruo depoſuerint Conſilium tamen traditur, quòd ſi iurarint teſtes, & mox examinentur, examinis dies, vel locus non apponatur, nu. 2.*

1 TESTES ſi iuridico † tẽpore iurauerint, & feriato tempore depoſuerint, eorum valebit teſtimonium pariterque erit, ſi in loco congruo iurauerint, & in loco incongruo, quia non ad banchum iuris depoſuerint, de quo habemus per gloſ. in c. 1. in verbo, iudices, in clem. de off. deleg. & per Bar. & Bald. in l. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. Bar. in l. ſi quando, nu. 2. 16. & ibi quoque Bald. C. de teſtib. Bar. in l. 1. §. nunciatio, ſub nu. 20. ff. de operis no. nuntiat. Alb. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. Lanfran. in cap. quoniam contra, ex de prob. in c. 8. ex. de teſtib. [illegible] Ang. in l. damni infecti ff. de damno infec. vbi hoc profert magnum verbũ; ita videlicet ſeruari in curia; & in toto mundo; ſicut etiam atteſtatur Alb. de Roſ. in tract. de teſtib. nu. 148. ad idem vide Paul. de Leaz. in ca. grauis, in fine, ex. depoſi. Bal. in l. 2. ff. de fer. & in l. geſta. C. de re iud. Alex. in d. §. nunciatio, num. 19. & Maran. de ord. iud. par. 6. verſi. ſextus actus, ſeu teſtium productio, nume. 4. & in eadem parte, verſic. Decimus actus, ſeu actorum editio, nu. 32. Conſilium tamen eſt, † quòd dum 2
teſtes examinantur dies, vel examinationis locus non apponatur, ſed duntaxat dies, & iuramenti locus, quod conſilium laudat Bar. in d. l. ſi quando, nu. 4. vbi dicit ità practicari, & ità ſe ipſum obſeruate ſolitum ait ſub dicto nu. 10

## CAVT. CCLXV.

### De petitione teſtium examinandorum ſtatim atque iurarint & de eorum ſollicitanda publicatione.

*SVMMARIVM.*

*Examinari teſtes poſt terminum poſſunt, ſi intra terminum iurauerint. Quod intellige, ut nu. 2.* 1
*Quorumque atteſtationes etiam poſt terminum publicari poſſunt, num. 3.*
*Conſ tamẽ traditur ad omnem prorſus tollendã dubitationem, ꝙ & ſtatim p̃ſtito iuramẽto pietas teſtes examinari, et iudici ſollicitus ſis, vt eorũ dicta intra terminũ publicẽtur, n. 4. et 5*

TESTES itidem, † ad probandum data dilatione, intra terminum iurantis, poſt terminum examinari poſſunt, Butr. in auth. ſi dicatur, aliàs ſi teſtis C. de teſtib. ſequitur Ant. in c. licet cauſã. ex. de 1

ext. de prob. qui dicit ità tenere Archi. & io. And. in c. pia ex. de excep. in 6. ad idem uide quoque Bar. in l. ſi quando nu. 3. & in rep. num. 10. & Doct. ibi. C. de teſtib. plenè Abb. in d. c. licet, nu. 20. (intelligendo vt per eum in verſic. ego crederem) & ibi quoque vide latè penes Felyn. verſi. Limita 6. Rom. conſi. 443. Papienſ. & Marantam in locis inferiùs allegandis. Licet autem Bar. in l. damni. §. Sabini, ſub nu. 8. ff. de dam. infecto, circa hoc tres conſiderans caſus; Tempus ſcilicet iuramenti, tempus depoſitionis, & publicationis tempus; Circa duos priores caſus dicat, quòd ſi tantùm ſit datus ad teſtes producendũ terminus, ſufficiat eos intra datum terminum iurare; ſi ad probandum datus fuit terminus, tunc & iurare, & deponere intra terminum debeant, quia per ſolum iuramentum non probatur; cõ-
2 munis † tamen practica aliud ſeruat, ut ſcilicet dato ſimpliciter ad probandum termino (ſecundum quod ſuperiùs traditum eſt) poſſit etiam poſt terminũ depoſitio fieri; secùs ſi terminus datus ſit ad probandum, & probatum habendum; quia tunc intra terminum depoſitio fieri debet, & ità Decretaliſtas ſenſiſſe, eorumque opin. communem ſequi practicam tradit Papienſ. in forma oppoſ. con. teſt. poſt public. in verbo, ſuntque publicatis iam teſtibus, nume. 16. & idem tradit Maran. de ord. iud. par. 6. verſi. tertius actus, ſiuè dilatio, nume. 10. referens etiam, poſt Abb. in d. c. licet, Bald. conſi. 134. vol. 5. & Soc. conſi. 47. quem vide nu. 12. vol. 3. tenentes, vbi datus eſt terminus ad probandum, & probatum habendum, nõ poſſe, iuratos etiam teſtes intra terminum, extra eum examinari; Quod tamen Abb. in d. c. licet, ſub numero 20. verſi. Quarto caſu, putat verum eſſe, ſi pars non adhibeat diligentiam; nam inquit ſufficere, ſi diligens ex ſua parte aliquis fuerit, cui ſic aſſignatus ſit terminus. Quòd verò ad tertium publicationis caſum, dicendum eſſe inquit Bart.
quòd † ipſa publicatio poſt terminum 3
fieri poſſit; quia per Iudicem fit, & ità quoq; tradit Papienſ. in d. verbo ſuntq; publicatis, iã teſtibus. nu. 18. & ante eũ vide Spec. in ti. de dilat. §. 1. ver. ſed qd ſi nu. 15. & ſeq. Cæterùm conſi. erit (maximè in caſu quando data eſt dilatio ad probãdum, & probatum habendũ, prout & ſunt in aliquibus locis ſtatuta ità terminum aſſignantia) ex Bartolo deductum, in d. §. Sabini, num. 9. quod & tradit Papien. in præcitato loco, nu.
17. Quòd † ſtatim præſtito iuramento, 4
per teſtes, ille, qui eos produxit; petat, & inſtet ipſos examinari; pro qua re faciunt not. in c. quoniam contra falſam, ex. de prob. Ad idque facit etiam quod not. Doct. in d. c. pia. ex. de excep. in 6. Nam & Abb. in præcitato loco vult, quòd diligentiam pars adhibeat, etiam in illo caſu, quando datur ad probandum terminus, Idque & ego verũ opinor, per ea, quæ ſuprà dicebam caut. 112. & ſi ità feceris, non errabis: Et ſic tenendo facilis erit inter Bart. & Canonis. concordia: Similiter † quoad publi 5
cationem conſulo, quòd iudici ſollicitus ſis, vt intra terminum publicet; ſic enim, omni prorſus dubitatione remota, excuſatus eris; & hoc eſt quod dicere voluit Papienſ. in d. for. oppoſ. con. teſt. d. ver. ſuntque publicatis, & c. d. nu. 18. uerſi. Ideò pars.

## CAVT. CCLXVI.

### De inuoluendis teſtibus de falſo ſuſpectis.

*SVMMARIVM.*

*Suſpecti de falſo teſtes poterunt per iudicem cauillationibus, & malitijs inuolui; vt eos de falſitate cõuincat.* 1

Qua

*Qua de re quomodo iſtud ſit fiendum conſilium traditur, nu. 6.*

*Et admonetur iudex ne ipſis dilationem det, ad hoc ne inter ſe ſe eorum malitiam inſtruere queant, numero 7.*

2 *Malitijs obuiandum eſt.*

3 *Malitioſè contra malignantes iri conceditur.*

4 *Aduocato iuſtam fouenti cauſam aduerſarium, etiam cum malitia, conuincere licet.*

5 *Simulatio ob publicam vtilitatem ad bonum finem permiſſa eſt.*

1 TESTES † ſi fuerint de falſo ſuſpecti poterunt per iudicẽ cauillationibus, & malitijs inuolui, ad hoc, vt illos de falſitare conuincat, vt probatur ex c. afferte, de præſum. & ex c. non enim volebat
2 Deus, 22. q. 2. † Malitijs nanq; obuiandum eſt, c. ſedes, de reſcri. & l. in fundo.
3 ff. de rei vend. † ideò aduerſus malignãtes malitioſè obuiam iri poteſt, vt not. per gl. in c. cupientes, in prin. in verbo, malignantium, de elec. in 6. & pro d. gl. eſt tex. in l. cum pater, §. Titio, in fine, ff. de leg. 2. in ſimili dicit gl. no. in c. dominus noſter, quæ eſt glo. 1. in fi. 23. q. 2.
4 † Quòd ſi Aduocatus iuſtam fouet cauſam, aduerſarium cum malitia quoque conuincere poteſt. Quodq; re vera Iudex aduerſus teſtes de falſo ſuſpectos ad indagandam falſitatem ſimulatè pro
5 cedere valeat, rõne illa ſuadetur, † quia ob publicam vtilitatem ad bonum finẽ ſimulatio permiſſa eſt. c. vtilitatem 22. q. 2. Difficultas autem conſiſtit quomodo Iudex teſtes illos illaqueare poſſit; propterea conſilium optimum trado,
6 † quòd ſuper circunſtantijs, in quibus etiam negotij non conſiſtat ſubſtantia, eos interroget, & verbis illos capere ſtudeat, quærendo, ſi tempus erat tunc clarum, aut nebuloſum, qualiter ille erat indutus, de quo loquuntur, an illi, de qui bus deponunt, ſtarent, aut ſederẽt, & de qualitate, veſtiumq; colore eorum, & de loquendi forma, & an ſimul, vel ſeparatim ad locum peruenerint, ac de ſimilibus, quæ licet regulariter Iudex perquirere non debeãt, c. libellorum. 2. q. 8. & l. ſi arbiter. ff. de prob. tamen propter ſuſpicionem ſupradicta inueſtigatio fieri poteſt, vt per Azo. in ſumma. C. de teſti. nu. 33. per Spec. in tit. de teſtib. §. iam de interrogatorijs, verſic. & nota, quod expreſſius, qui uerſi. eſt nu. 14. ſed num. 15. talia habentur, & Alex. conſi. 90. vol. 4. † Ac circa hanc fiendã 7
interrogationem aduertat iudex, ne eiſdem teſtibus dilationem concedat, ad hoc, vt inter ſe ipſos eorum malitiam inſtruere nequeãt, ut & admonuit Bal. in l. fin. in fi. C. de teſti. Iſtiuſmodi hoc in caſu fiendam interrogationem tradit quoque Thom. Gram. conſilio 1. num. 8. & 9. & conſilio 21. numero 28. & Boſſ. in titu. de oppoſ. contra teſt. numero 137. cum ſeq.

## CAVT. CCLXVII.

De teſtibus per dictiones, ante, vel poſt, deponentibus ad concordiam reducendis. Quibus in caſibus, & ad quem finem teſtium diſcordantium concordia fiat.

*SVMMARIVM.*

*Teſtes ſi aliqui deponant, quid ante nuptias, vel bellum factum eſſe; aliqui autem poſt, quomodo ad cõcordiam redigantur.* 1

*Item, ſi qui dicant ante publicationem teſtamenti, & alij poſt, numero 3.*

*Et an ad falſitatem tantum vitandam*

*dam concordentur, anuè etiam ad probandum,nu.12.& 19.*

*Sed in his, ac in alijs ſimilibus conſilium datur, vt Iudex inſpiciat,an talis diſcordia ſit in facto principali, in acceſſorijs;& quare,nu.24.*

*Aliud datur conſilium,vt in huiuſmodi caſibus teſtes pro eorum declarandis dictis repetat, nu. 26. & 37.*

*Id declarando, qualiter, fiat, numero .38.*

2 *Mutuum conſiſtere nequit, ſi pecunia non interfuerit,ſecùs in credito.*

4 *Teſtes diſcordes ad concordiam, quantum poſſibile ſit, reduci debent.*

*Iſtam regulam amplia ut num. 5.6. 7.& 8.*

*Declara ut nume. 9. 11. 13. 20. 25. 27. 28.*

*Et unam fallentiam habes nu.29.*

5 *Inſtrumenti contrarietas, ſi fieri poteſt remouetur.*

*Amplia ſub nu.7.uerſi.Dum uult.*

*Pluralitas actuum licet regulariter non præſumatur, tamen præſumitur ob vitandam contrarietatem teſtium,ſub nu.6.verſi.Propterea.*

*Concordia teſtium, quæ ſine maxima difficultate fieri nō poſſet.ſolùm quo ad periurij uitandam pœnam fieret: ſed ſi nō cùm magna difficultate fieret, admitteretur etiam quo ad probandum.*

*Iſtud autem ultimum limita ut numero. 25.*

10 *Contrarietas modica non nocet.*

11 *Teſtes duo contradicentes ſi concordentur,& ex concordia ſingulares non reddantur, fiet concordia tam quo ad falſitatem uitandam, quàm etiā quò ad probandum.*

*Item & ſi plures hinc indè æquales concordentur.*

*Intellige tamen ut nu.13.*

14 *Dictio, ante,quid propriè ſignificet, & nu ſeq.*

*Item dictio,poſt, quid propriè importet, nu. 16.*

*Defunctorum de ſtatu poſt quinquennium agi non poteſt.* 17

*Statutorum uerba propriè intelligi debent.* 18

*Contrarietas in acceſſorijs in conſideratione non habetur: Et ideò datur conſilium nu.24.* 20

*Teſtes conteſtes dicuntur quando in eundem rei finem concurrunt, licet in eo ſint ſingulares, in quo negotij non conſiſtit ſubſtantia.* 21

*Falſitas in his, quæ principale non tangunt negocium non reprobat teſtiū dicta.* 22

*Amplia numero ſequen. Et ipſam ampliationē intellige ut in uerſ. Crederem tamen.*

*Delictum quę concernunt benignam ſolent recipere interpretationem.* 26

*Teſtes plures pauciores conuincunt etiam quò ad falſitatem, quando concordia inter eos nequaquam fieri poteſt; ſed ſi aliquo pacto fiat, tantùm plures ex una parte exiſtentes præualent quò ad probationem, num.25.* 27

*Et utrunque dictum limita vt ſub dicto conſi.25. verſic.ubi ſententiam hanc.*

*Teſtes ex una parte digniores minus dignis præferuntur tantùm quo ad probationem etiam ſi inter eos manifeſta ſit contrarietas.* 28

*Contrarietas, quę reſultaret inter partis,& eius teſtium dicta nullo modo concordari poſſet.* 29

*Limita nu.33.& 34.*

*Item intellige, ut benè ipſius partis dicta in ſe contraria concordari poſſint,nu.51.*

*Item q; ut teſtium,& aduerſarij dicta concordiam recipere ualeant, numero 32.*

*Partis dicta nullam pro ſe faciunt fidem.* 30

*Dicta teſtium ad articulum referuntur.* 35

*Cita-*

39 ***Citatio requiritur partis, quando te-
ſtes reperiuntur ad aliquid adden-
dum, vel ad alterandum eorum
prius dictum, non verò ſi tantùm
ad declarandum quod obſcurum eſt.***

1 TESTES † deponentes per di-
ctionem ante, vel poſt, vt
quid ante nuptias factum eſ-
ſe, vel poſt, vel ante bellum,
vel poſt, ſi in eorum dictis diſcordes exi
ſtunt, vt puta, quòd quidam dicant ali-
quid ante factum eſſe, quidam verò
poſt, ſunt ad concordiam ità reducen-
di, vt hi, qui dixerint ante, intelligãtur
dicere voluiſſe, ante finem, vt ante fini-
tas nuptias, vel bellum, hi verò, qui di-
xerint, poſt, intelligantur poſt actum in
cœptum, & contractum, adhucque
durantem, & nondùm expletum. Non-
dùm expletum non dico, eo quod actus
in ſe ipſum perfectionem non habue-
rit, ſed dico, quia perfectio illa duret, &
adhuc expleta non ſit: hæc, quæ dixi,
colliguntur ex tex. in l. 2. §. creditum. ff.
2 ſi cer. pet. vbi dicitur. Quòd † mutuum
conſiſtere nequit, niſi mutui fiendi pe-
cunia proficiſcatur, ſed creditum, etiam
ſine pecunia, contrahi poteſt, veluti ſi
poſt nuptias dos promittatur, Glo. ibi
ſoluit, poſt nuptias, ſcilicet contractas.
vnde ecce, ꝙ dictio illa, poſt, refertur
ad actum incœptum ſcilicet, & in ſe
perfectum, ſed nõdum finitum, & eius
tex. occaſione Bar. ibi num. 6. ſupradi-
cti caſus de teſtibus firmauit quæſtio-
nem, ſequuntur ibi Raph. Fulgo. Alex.
& alij omnes indifferenter, vt inquit ibi
Iaſ. ſub num. 6. ad idem vide Dec. ibid.
in prima lect. num. 5. & in repetit. nu.
9 & Cur. Iun. ſub nume. 13. qui dicit,
quod cum Bar. tranſeunt communiter
cæteri, idem ante Bart. tradidit Iac. de
Are. in l. in inſulam. §. fructus, quem
ibi quoque ſequitur Bar. num. 1. ff. ſol.
matr. Et illud, quod de concordandis
teſtibus in caſu nuptiarum, vel belli di-
ctum eſt, procedit † etiam cũ aliqui di- 3
cunt, poſt teſtamenti publicationem rõ-
gatos eſſe teſtes, & aliqui ante; nam in-
uicem cõcordes hoc pacto fiunt, vt qui
poſt publicationem teſtati ſint, intelli-
gantur poſt publicationem ſcilicet in-
choatam, qui verò ante publicationem
depoſuerint, perindè habeantur, ac ſi
dixiſſent, antè publicationem finitam,
vt not. Ang. in conſ. 274. incip. ex
thematе, verſic. nunc venio. Nam † te- 4
ſtes ad concordiam quantum fieri po-
teſt, redigi debent, c. cum tu, ext. de te-
ſtib. & vt tradit Bart. in l. Gallus. §. ille
caſus, num. 3. ibique Alex. num. 16. ff.
de lib. & poſthu. Bar. in l. ſi ſtatuta, ff.
de iniur. ac conſ. 19. In quæſt. propo-
ſita, ſub nume. 2. vol. 2. & vt not. Bald.
in l. item videndum, per illum tex. ff.
de petit. hæred. & idem quoque not.
Bald. in §. quibus, in prima conſtitut.
Codicis, in 3. not. & in tit. de pace Con
ſtan. in verbo, die Lunæ, notatq; Imo.
in cap. inter corporalia, per glo. in ver-
bo, ſex menſes, de tranſl. præl. Aretin.
in l. ſi cui, in princip. in 2. not. ff. de leg.
1. & Carpol. conſ. crim. 60. num. 1. Ad
idem vide Bar. in l. inter ſtipulantem,
§. ſi Stichum, ſub num. 6. ver. Quando-
que ſunt verba, ff. de verbor. oblig. ibi-
que Alex. ſub nume. 11. vbi latè uide
penes eum de hac materia differentem,
qui etiam num. ſeq. demonſtrat quo-
modo, & quot modis poſſit hæc teſtiũ
fieri concordia, & eundem vide nume.
14. ad quod etiam vide Bart. in repet. l.
ſcripturæ, nume. 4. C. de fide inſtrum.
Et non modò ex teſtibus remouenda e-
rit, ſi potis fuerit, contradictio, ſed ex
† inſtrumento quoque, c. inter dilectos, 5
§. cæterum, extra de fide inſtrum. cum
ſim. Cyn. in l. in exercendis, C. eod.
Doct. in c. imputari, extra eod. Bar. in
1. lect. & in repet. d. l. ſcripturæ, in fine,
Alexan. conſ. 122. col. 1. vol. 5. Dec. in l.
pacta nouiſſima, ſub nu. 5. C. de pact. &
in conſ. 195. ſub num. 3. ac idem in d.

§. cre-

§. creditum, ſub numero 5. verſiculo, & idem in inſtrum. & in rep. numero 11.& ſub numero 20.verſ. & hoc confirmatur, & faciunt tradita à Bar. in l. fi.§.idem quęſiuit,nu.4. ff.de cond.inde.& Dec.in l.2.in glo. in verbo,doceri poteſt,ſub nu.4.C.de bon.poſſ. ſecũ. tab.ac faciunt quæ ego dicam in caut.
6 273.in prin.Taliſque † teſtium concordia non in cauſa ciuili duntaxat, ſed in criminali quoque fieri poteſt, vt tradit Fel.in d.c.cum tu,extra.de teſtib. & facit quod no.Dominic.in c.2.§.fi. in vlt. not.extra,de pœn.in 6.quos ad hoc refert Dec.in repet.d. §.creditum,nu.12. quodque tetigit in 1.lect.ſub nu. 5.ver. & an talis concordia. Propterea Gram. conſ.57.nu. 10.ob iſtam inter teſtes vitandam contrarietatem dicebat, quod etiam in dubio actuum pręſumitur pluralitas, licet regulariter nõ præſumatur, vt eſt tex. in c. in pręſentia. §. verum.2. extra.de prob.late Iaſ.in l.2.nu.8. C.de bon.poſſeſ.ſecund.tabu.& ego quoque de hoc dicam infrà,d.caut.273.ſub nu.
7 1.verſ.ſicq; habes.Itidem † teſtium cõcordia fieri permittitur tam quando diuerſæ partis teſtes diſcordes reperiũtur, quàm etiam vbi pro eadem parte producti teſtes contrarij ſunt,vt no.Imo.in d.§.ſi Stichum, verſ. & prędicta procedunt,& glo.not.in c.in noſtra,extra, de teſtib.vbi communiter ſequuntur Doc. vt refert Alex.in d.§.ſi Stichum,ſub nu. 11.circa fi.verſ.Aut plures teſtes, vbi ẽt ad id refert gl.in §.teſtes.4.q.3.& notata à Bar.in d.l. ſcripturæ, dum vult inſtrumentorum fiendam concordiam, ſiue ab vna, ſiue à diuerſis producantur partibus,& iſtam opinionem Alex. propter rationis identitatem in vtroque caſu, concludit; idem quoque tradit Dec. in repetit. dicti §. creditum, ſub numero 20.verſiculo, & quod dictum
8 eſt. Similiter † quę de pluribus concordandis teſtibus dicta ſunt, procedunt etiam in vno met teſte concordando, vt per Antoniũ de But. in dicto capitulo,cum tu,vbi dicit,quòd varians vnus, & idem teſtis ad concordiam reduci poſſit, quomodo varietas expreſſam non habet contrarietatem, idemque voluit Barto.in l.de ætate,ſub num.7.verſiculo,ſed contrarium.ff.de minorib.in l.Labeo,ſub numero 8. ff. de ſupe. leg. in l.1.numero 3.ff. de oper. noui nunt. quibus in locis Barto. ſentire videtur, quòd fiat concordia etiam vt probet,licet Barto.ipſe in l.eos,in fi.ff.de falſ.per eum tex.cui ſub num.3. concordantem allegat.l. qui falſa.ff.de teſtibus, ſentire videatur, quod teſtis vnus nunquàm reducatur ad concordiam, etiam vt periurium euitet, prout quidam ita eum ſenſiſſe intellexerunt (Bartoli tamen illud dictum quomodo ſit intelligendum,inferius declarat Alexan. in dicto §.ſi Stichum,ſub nu. 11. verſ. ſed ſuſtinendo, & Boſſ.in tit.de oppoſ.con.teſt. ſub nu. 10.)ſed Iac.But.in l.ſed & ſi poſſeſſori, §.item ſi iurauero.ff.de iureiu.in l.cum de ętate.ff. de probat. & in l. optimam, C. de contr. & com. ſtipu. & nonnulli alij,quorum meminit Alexan.in d. §.ſi Stichum,ſub nu.11.verſ. potes ſic concludere,tenent, quòd teſtis ad concordiam reducatur, vt periurij notam euitet,non autem, vt probet,quia varianti teſti non creditur. d.l. qui falſa, ibique not.& ita inquit Alex. eſſe intelligenda Bartoli dicta in dicta l. 1. numero 3.ff. de oper.noui nunt. quam ſanè opin. tenet Alexan. ibidem,in practica præualere, prout & iſtam communem appellat ſententiam ipſe Alexan.conſilio 20. columna 2.verſiculo, nec iſtis obſtat, volumine 4. quem refert Boſſ. in titu. de oppoſ.contra teſt.numero 11. vbi communem † iſtam ita declarat, vt quo- 9
ties ſine maxima difficultate hęc fieri non poſſet concordia non fieret niſi vt falſum euitaretur, at vbi ſumma non fieret cum difficultate, concordia etiam toleraretur, vt probaret, quia tunc in

effectu

effectu contrarietas nō diceretur, ad qđ ipſe Boſſ. adducit Aret. in dicto capit. cum tu, dum circa articulum iſtum Aretin. inquit, fatendum tamen eſt, in arbitrio iudicis eſſe quanta fides ſit adhibenda huic teſti, & etiam vtrùm omninò ſit adhibenda, qui Iudex debebit conſiderare non ſolùm qualitatem perſonæ, ſed etiam communem vſum loquendi, & vtrum difficulter, an facilè contrarietas poſſit ad concordiā redigi, & vtrùm teſtia incontinenti ſibi contradicat, an verò poſt plura capitula, quo caſu veriſimilior eſſet contradictio contra eum. Quæ quidem verba admonet notanda Boſſ. in loco prædicto, ſubdens, quòd ibid. Felyn. eum ſequitur & ita tenet, quod & tradit Sigiſmun. in conſ. feud. 49. num. 7. Planè Boſſij tradita diſtinctio indè facilè
10 ſuadetur: Quia † modica contrarietas non vitiat, vt per Anton. de Butr. in ca. 2. de regula. Alexan. conſil. 5. incip. in cauſa inquiſitionis, volum. 1. Iaſ. in l. 2. numero 17. C. de bon. poſſeſ. ſec. tab. Dec. in d. §. creditum, ſub numero 7. & in 2. lect. nu. 17. ac in conſ. centeſimo, ſub nume. 4. & Thom. Gram. conſilio 19. num. 7. conſ. 33. numero 12. & conſ. 41. numero 15. De hoc autem vnius variantis teſtis articulo plenè tradam in prox. ſequen. caut. vbi etiam apparebit, quando ſe ipſum corrigere valeat. Præhabita igitur attenta cōſideratione, Nūquid concordia facilis ſit, nec ne, apparet in caſu à nobis hic propoſito, quòd licèt Iac. de Are. in d. l. in inſulam. §. fructus, ac Bartol. inſimul cū eo, idemq́ue Bar. in d. §. creditum, ſentire uideantur, concordiam etiam quò ad probationem fieri, & in d. §. creditū, Alexan. numero 4. idem ſenſiſſe videatur, dum ſe remittit ad d. §. ſi Stichum, vbi ſub numer. 41. verſic. & puto vtranque opinionem, concludit, quod ſi vnus teſtis alteri contradicit, & concordia inter eos, ſiat, ex qua teſtes ipſi non remaneant ſingulares ipſa † fiet concor- 11
dia, vt etiam probent, ac in verſ. ſi verò teſtes, concludit veriorem eſſe opinionem, quòd ubi plures teſtes pluribus omnino æqualibus diſcordes exiſtunt, concordia, quæ fiet, ad probandum quoque proderit, & iſtam opin. ex Alber. de Roſ. communiter receptā tradit, quam & magis communem aſſert Socin. in d. §. creditum, num. 12. At tamen † concordia teſtium, quam pro- 12
poſuimus, non fiet, vt teſtes negotium probent, ſed duntaxat vt falſitatem euitent: Quia non de facili ea concordia fieri poteſt. Proindè † Doctorum com- 13
munis illa ab Alexan. & Soci. relata concluſio tunc attendatur, cùm haud difficilè iſta cōcordia fieri poſſet, & alio rum cōtra communē tenentium ſententia (qui non pauci ſunt, vt penes Alex. & Socin. in modò citatis locis colligere eſt) locum habeat, vbicunque concordia difficilis exiſtit. Quod autem difficilis ſit in caſu noſtro concordia patet, quia contra verborum proprietatem aperto Marte fit, nam † propriè di- 14
ctio ante, ſignificat tempus ante actus principium l. ſi quis id, quod. ff. de iuris. omn. iud. ibi, quod ſi dum proponitur, vel ante propoſitionem quis corruperit, & cęt. & † propriè antedicitur, qđ 15
eſt omninò ante, vt Bald. inquit in l. ex his, verſ. opponitur. C. quan. dies leg. cedat, facit tex. in c. 1. ibi, quæ ante triennium facta eſt, diſtin. 31. & l. fin. ff. de albo ſcrib. Pariter † dictio poſt, pro- 16
priè ſignificat tempus poſt finem, & actui, de quo quæritur omnimodam expletionem, ut hoc probatur ex rubr. & tex. l. quod eſt conſtitutum, iunctis duabus legib. ſeq. & in toto illo tit. C. ne de ſtatu defun. vbi habetur, quod † poſt quinquennium de defunctorum 17
ſtatu agi nequit. illud autem, poſt, ibi intelligitur, poſtquàm omnino quinquēnium effluxerit. Harum autem dictionum proprietatem benè nota: nam &

18 ſæpè fiet, vt in ſtatutis, (quorum † verba propriè regulariter interpretari debent, l. 3. §. hæc verba 2. ibique Bart. ff. de neg. geſt. traditq́; Bar. in l. omnes populi, ſub num. 58. verſ. ſecundo caſu, ibique ſcrib. ff. de iuſt. & iu.) ſtatuentiũ per tales dictiones; ante, vel poſt, loquẽtium mentem intelligas, atque demonſtres. Apparet ergo, quòd ſolum ob falſitatem vitandam, non ob fiendam probationem talis concordia ideò fit; quod ſolùm facilè, & propriè fienda in prom-
19 ptu non eſt, & † quòd re vera tantum quò ad falſitatem vitandam fiat hæc concordia, dicere voluit Dec. in d. §. creditum, in vlt. add. ſub numero 13. dum dicit, quod concordia, quam facit Bar. videtur procedere ex æquitate, vt falſitas euitetur, ſub nume. 15. dicit; quod Bartoli opinio, & communis ſaluari poteſt euitandæ falſitatis gra-
20 tia. Prædicta † autem procedunt, quãdo contrarietas in facti principalis ſubſtantia, vel circa ipſius circunſtantias conſiſtit; ſecùs ſi in acceſſorijs diſcordes euadant teſtes, quia talis contrarietas in conſideratione non habetur, vt per Specul. in titu. de teſte §. 1. in verſic. Item quòd aliud de ſuo, numero 87. & per Barto. in d. l. eos, ſub numero 4. ff. de falſ. verſiculo, & intellige, quod ſit iſta varietas, Angel. d. conſilio 274. Dec. d. §. creditum, numero 7. ac in repet. numero 16. & d. conſilio 100. numero 4. & 5. ſub quo
21 numero 4. dicit, † quòd teſtes conteſtes dicuntur, quando in eundem rei finem, ſiue in facto principali concurrũt, licet in eo ſingulares ſint, in quo negotij non conſiſtit ſubſtantia, & per alios id habes, quos citat add. ad Bart. d. l. eos, ſub numero 4. in verbo, ipſum negotium, ad quæ etiam vide Gram. dicto conſil. 19. conſil. 23. d.
22 conſ. 41. & conſilio. 47. Nam † & teſtium dicta non reprobantur propter falſitatem per eos commiſſam; quæ principale non tangat negotium, vt voluit Bald. in l. penultima, C. de tranſact. quem ibi ſecutus eſt Salyc. ſubdens ita quotidie in practica ſeruari, idemq́ue tradit Ruyn. conſilio 36. volumine quarto, tradunt & alij, quos refert Gram. dicto conſilio 19. numero quinto, dicto conſilio 23. numero 9. dicto conſilio 23. numero vndecimo, ac deciſ. 60. numero decimoſeptimo. Quinimò dicto conſilio vigeſimono, numero tertio, inquit ipſe Gram. quod † etiam ſi ſcienter quis 23
in acceſſorijs falſum dicet, eius tenebit dictum, nec falſarius habebitur. Crederem tamen ego, quòd extraordinaria pœna puniretur, argum. eorum, quæ dicebam in prima cautela, numero ſeptimo. Erit † igitur ex prædictis 24
animaduertendum, An teſtes, qui de contrarietate arguentur, in facto principali, vel in acceſſorijs diſſentiant: Item ſi in facto principali: An difficilis ſit concordia, an verò facilis, quia ſecundum prædicta primo in caſu fiet tantùm quò ad vitandum periurium concordia, ſecundo vero etiam quo ad probandum: & in his Iudex oculos habeat lynceos.

Quin & monitum eum velim, † quod teſtium facilis etiam non admittetur concordia, vbi ex altera parte 25
plures, uel meliores ſunt teſtes, quia illi præferuntur, neque concordiæ locus erit, iuxta tradita à Barto. in d. §. creditum, numero 9. declarata vt ſtatim dicam, & tenet glo. 1. in fine, in d. capit. cum contingat, de offic. deleg. facit quod not. Bart. in l. admonendi, nu. 50. verſ. quæro quid ſi actor probauit, facitq́; quod idem Bar. not. in l. ſi duo, ſub num. 4. ff. vti poſſid. & iſtam ſententiam ſequuntur in d. §. creditum, Fulgo. Caſtr. Iaſ. ſub nume. 12. verſic. ſed ego teneo, Socin. communem, & ideo ſeruandam hanc partem dicit in d. §. creditum, ſub nume. 13. & iſtam

iſtam quoque habes receptam eſſe com
muniter ſententiam ex Dec.d. §. credi-
tum,ſub num.9. & in dicta vltima add.
ſub num. 20. & Cur. iun. ſub numero
15.uerſic.vltima concluſio eſt. vbi ſen-
tentiam hanc declarat, niſi pauciores
eſſent digniores, & plures viliores, per
tex.l.ob carmen §. finali, ff. de teſtibus.
Sed & Dec. in dicta repet.d. §. creditũ.
ſub d.numero 20. dum nonnullos con
tra Bartoli communem opin. in eo.§.
creditum, tenuiſſe refert, & pro eis ra-
tiones adducit, communem ipſam ex
Barto. deſumptam declarat procede-
re, vt cum plures, & magis idonei ex
altera parte ſint teſtes concordiæ locus
non ſit, ſi quidem quo ad fiendam pro
bationem, ſecus autem eſſe quo ad te-
ſtium euitandum periurium, & falſi-
tatem, quæque ante Dec. fuit Iaſonis
conſideratio in dicto §. creditum, ſub
numero 12.ad finem, & refert Boſſ.di-
cto titu.de oppoſ. cont.teſt, ſub nume-
26 ro 13. In † his nanque, quæ delictum
concernunt, benignior ſemper debet
fieri interpretatio. l. penulti. ff. de pen.
cum ſimilibus, ad id quoque uide tra-
dita ad Alexand.in dicto §. ſi Stichum,
ſub numero 11.verſi.Aut pluribus plu-
27 res contradicunt. & † concordia prædi
cta ad falſitatem vitandam fit, ſi aliquo
pacto fieri poteſt, ſed ſi manifeſta ſit
contrarietas, plures conuincunt pau-
ciores, etiam de periurio & falſitate,
28 vt Boſſ.proximo dicto loco. id † tamẽ,
quod Boſſ. dicit, de pluribus conuin-
centibus pauciores, etiam quò ad per-
iurium & falſitatem, non verificatur
vbi ex vtraque parte pares eſſent teſtes,
ſed ex altera digniores; quia etiam ſi
inter eos manifeſta, & concordabilis
eſſet contrarietas, digniores minus di-
gnos de falſitate non conuincerent, ſed
tantùm quò ad probationem, vt colli-
gitur ex Bartoli dictis in dicta l.eos,cir-
ca finem, cuius dicta ita declarat Boſſ.
ſub num. 10. & clarius,num.14.vbi ẽt
alleg.Alex.conſi.79.col.vlt.vol. 2. † Cõ 29
trarietas quoque ſi quando inter par-
tis dicta, & teſtium reſultaret, regulari-
ter ad concordiam non reducitur quia
† partis dictum nullam pro ſe facit fi- 30
dem,vt eſt tex.in l. exemplo.C.de pro-
bat.cum ſimilibus. & iſtam fallentiam
tradit notabiliter Bar. in dicto §. credi-
tum,ſub num.7. verſ. ſed nunc inſiſto,
poſt Innoc.in cap. cum contingat, circa
princip.de offic. deleg.ſequitur Abb.in
d.c.cum tu, qui allegat textum in cap.
in preſentia, extra de probat. ſequun-
tur & pariter in d. §. creditum, Fulgo.
Iaſ.num. 11. declarans id procedere,vt
non fiat concordia etiam vt falſitas vi-
tetur, Soc.num.14. Dec. num. 8. & in
addit.num. 18. Cur.iun. ſub num. 15.
verſi. ſecundam concluſionem, vbi di-
cit cum Barto. in hoc omnes tranſire:
quam tamen rem declara primò, vt
† .ſ. partis dicta cũ teſtium dictis non 31
concordentur,ſed benè partis ipſius di-
cta in ſe contraria cõcordari poſſunt, vt
p Caſt. poſt Bal. in quibuſdã lecturis,
in l.2.ff.ne quis eum, & per Alexan.ibi
verſ.ſuper l.2.qui quidem ipſam l.1.ex
pedit in l.1.eiuſdem tituli, ſecuti ſunt
Socin.in d.§.creditum,ſub d.num.14.
verſ.No,tamen,Dec. ſub d.num. 8. ad
fin.& in repet.ſub num. 19. idem in d.
l.pacta nouiſſima,ſub nu.5. C.de pact.
& in dicto conſi. 195. ſub num. 3. ac
Cur.iun.in d.§.creditum,ſub num.15.
verſi. vltimò no. in hac materia.Secun
dò † declara, vt ſcilicet cum teſtis dicto 32
partis producentis dictum concordari
non debeat, ſecus autem eſſe in aduer-
ſarij dicto, quod cum teſtium contra
ſe productorum dictis concordari po-
teſt, vt not.Abb.in c. cum Ioannes, in
pen.not. extra, de fide inſtrum. Dec. in
dicto §.creditum,ſub dicto numero 8.
& Cur.iun. ſub dicto numero 15. ver-
ſiculo, ſecundo limita. Tertiò † decla- 33
ra, ut non procedat quando cum par-
tis aſſertione etiam teſtes eſſent, quia

tunc concordium teſtium reſpectu con cordia locum habebit, vt probatur in dicto capitulo, cum tu, & facit tex. in dicto capitulo, cum Ioãnes, ac facit quod not. in capitulo, ſeries, extra. de teſtibus. & tradunt Soc. in dicto §. creditum, ſub dicto numero 14. Dec. ſub dicto numero 8. & in repet. ſub dicto numero 19. & Cur. iun. ſub d. numero 15. verſicu. iſtam tamen concluſionem. Quartò, &
34 vltimò † declara procedere, quando apertè teſtium dicta partis dictis contradicunt, ſecùs ſi ipſa dicta dubia eſſent; quia tunc interpretari ſecundum partis ipſius intentionem debent. l. ſi quis intentione ambigua, & ibi Bar. ff. de iud.
35 & † quia teſtium dicta ad articulum referuntur, vt ex not. per Barto. in d. l. Labeo. ff. de ſupel. leg. Bald. in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. action. Soc. Dec. & Cur. iun. in ſæpè citatis locis, & ad id vide Alex. conſi. 88. incip. quoniam omne datum, col. pen. circa prin. vol. 5. & d. Io. Fran. Balb. in rep. l. Celſus, in 4. parte, in 6. concluſ. num. 19. (vbi & cum alijs ad hoc Alexan. in prædicto conſilio refert). ff. de vſucap. Prædicta igitur omnia colligendo, ſiue plures ex vtraque parte diſcordes fuerint teſtes, ſiue vnius tantùm partis plures diſſentiant, ſiue vnus met teſtis in ſe diſcordet, & ſiue numero plures, digniores ve ex vna parte ſint teſtes, ac denique ſi ad partem diſcordia referatur; ſiue partis dicta in ſe contraria inueniãtur, uel unius partis teſtium, & aduerſarij dicta differant, aut pro parte teſtes aliqui ſint, ſeu teſtium unius partis dicta non ſint producentis dictis contraria quidem, ſed obſcura, dilucidatio fiat & concordia, iuxta ſuperiùs diſtincta
36 capita: ſed iudici cautius erit, ſi † ex eius officio teſtes pro eorum dictorum declaratione repetat, vt per Barto. d. l.
37 creditum, in fi ne, & ſcrib. ibid. † quam ſanè repetitionem, ex identitatis rationibus, in alijs quoque caſibus facere poterit, vt ſcilicet teſtes ambigua eorum declarent verba, & probatur per ea, quę Bartolus tradit, d. §. creditum, ac ibi Dec. numero 10. & in additione, numero 21. vbi etiam inquit Decius,
† quòd, quando talis fit repetitio ad partis inſtantiam fieri non debet, & quòd 38
teſtes denuò iurare nõ debẽt, nec pars citanda eſt, & hoc verum, † quando tantum ad declarandum recipiuntur, ſecùs ſi ad aliquid addendum, vel cum ad dictum prius alterandum admittuntur, quæ Dec. in dicto §. creditum, ſub numero decimo, & in additione, ſub numero 21. authoritatibus comprobat, vbi vide. 39

## CAVT. CCLXVIII.

### De teſte vario ad concordiam reducendo, nec ne, & de variatione euitanda.

*SVMMARIVM.*

*Teſtis ab eius dicto variare non põt.* 1
*Et varians vt falſarius punitur, nume. 2.*
*Quod tamen declara, vt num. 3. 4. 5. ſub num. 6. num. 7. 9. 12. 13. 15. 16. 17. & 21.*
*Teſtis in eodem examine contraria ſine iuſta correctionis cauſa dicens, quando ad concordiam reducitur, vt probet, & quando vt tantùm falſitatem vitet, & ſub nu. 6.* 4
*Et quid ſi in ſecundo examine primo aduerſatur, nec dicit in ſpecie ſe in prima depoſitione erraſſe, ſed ſimpliciter loquitur, num. 5.*
*Si verò in ſecundo examine primum eius dictũ corrigere velle dicit, quãdo admittatur, nu. 7. & 9. ac nu. 13.*
*Et ſi ex interuallo ad primum corrigendum dictum veniat, nunquid primæ depoſitioni ſtabitur, nu. 10.*

*An*

*An autem, ſi in ſecundo examine cum tormentis deponat, primo, aut ſecundo dicto ſtandum ſit, num. 2.*

*Et, ſi aliud, & diuerſum in iudicio dicit ab eo, quod extra iudicium dixerat, cui dicto ſtetur numero 16. & 19.*

*Cuique dicto è conuerſo ſtandum ſit, cum in iudicio dicit vnum, mox extra iudicium aliud dicit, nu. 17.*

*Deniq; ſi unum in uno iudicio, aliud in alio dixerit teſtis, cui dicto ſtandum erit, habetur num. 22.*

6 *Concordari poteſt & omnis teſtis dictum, & plurium inuicem diſcordantium, & quando concordia fiat, vt probetur; quandoue vt falſi nota vitetur.*

8 *Incontinenti eius dictum corrigere teſtem quando dicatur, & quando ex interuallo, ſub num. 9.*

14 *Teſtis vt eius dictum corrigere optimè valeat, conſilium datur, & nu. 15.*

18 *Teſtis etiam ſi in vltimo vitæ articulo conſtitutus, eius contrarium dicat, quod in iudicio depoſuerat, nõ facit, quin primum iudiciale dictum attendatur.*

19 *Teſtis dictum iudiciale diuerſum ab extraiudiciali anteriori licet attendatur, debilitatur tamen.*

*Propterea conſilium traditur quid reſpondere debeas, quando extraiudicium de eo interrogaris, de quo in iudicio deponere debes, nu. 20.*

20 *Teſtis primum dictum iudiciale diuerſum ab alio ſecundo pariter iudiciali licet attendatur, tamen eius fides debilitatur, & quo caſu tanquam falſarius punitur, vt nu. 21.*

*Propterea conſiliũ datur, quãdo quis in uno articulo producitur, ſuper quo in alia inſtantia depoſuerat quomodo reſpondeat, nu. 24.*

*Et quomodo ſe gerat, vbi conſil. nume. 34. uti non ſit ei permiſſum, nu. 25. & 26.*

1 TESTES † ſiquidem ab eorum dicto variare nequeunt, vt per Barto. in l. quicquid aſtringendæ, num. 5. ff. de verbo. obliga. & ibid. Alex. & Iaſ. ambo, num. 10. 2 † & varians teſtis vt falſarius punitur, l. qui falſa, cum ibi not. ff. de teſtib. & l. eos qui, ff. de falſ. Sed pro huius materiæ declaratione, vt ſcias, quando teſtis variare non poteſt, & de falſo punitur, nec eius dictis ſtatur, aduerte ad infraſcripta capita. 3 † Nã quandoq; quis in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas varia profert teſtimonia, & tunc, Aut teſtis ſibi eſt in eadem depoſitione contrarius, aut in alia depoſitione primæ contradicit. Primo caſu, Aut teſtis in eodem examine contraria ſine iuſta correctionis cauſa dicit, quo caſu illi prorſus non creditur, probat text. & ibi not. in d. l. qui falſa, cum ſim. quodq; paſſim omnes fatentur, vt ait Didac. lib. 2. reſol. ca. 13 poſt num. 8. verſ. Cæterum ſi teſtis, relatus à Iul. Claro in loco inferiùs citando. 4 † neque etiam ad concordiam reducitur, vt probet, etiam ſi aliquo modo varietas eſſet cõpatibilis, vt tenet Alex. in l. inter ſtipulãtem. §. ſi Stichum, ſub nu. 11. verſ. ſed ſuſtinendo, vbi inquit putare ſe, quod hęc opinio in practica ſeruaretur, & idem communem ait iſtam eſſe opin. conſ. 20. volum. 4. & vt concludit Clar. in pract. crim. §. fi. q. 53. ver. Quartus eſt caſus. ſed circa hoc ego dico, (vt & in prox. præced. cautela quoq; dicebam) quòd quando contrarietas etiam non facile concedibilis eſſet, ſed tamen cõcordari poſſet, licet nõ eſſet concordãda, vt probaret, tamẽ concordari poſſet, vt de falſo nõ puniretur teſtis, arg. l. interpret. ff. de pœn. & vt ſentire videtur Clar. in §. falſum, verſ. ſcias tamen, & clarè dicit Alex. d. §. ſi Stichum, ſub d. nume. 11. idemque tradit Alex. ipſe cõmunem proferẽs, in cõſ. 190. in prin. lib. 6. quẽ cum d. cõſ. 29. allegat ad hoc Eman.

Soar. in ſuo Theſar. recep. ſenten. littera. T. nume. 146. traditque etiam Boſſ. in tit. de oppoſ. con. teſt. num. 11. ſed ſi facilè contrarietas illa concors fieri poſſet, tunc ait Boſſ. d. nume. 11. etiam quòad probandum toleraretur, quod tamen in pectore, & iudicis arbitrio ſtare ibi declarat, & qualiter arbitrium fiat, indicat; Ideò ibi vide Boſſ. ipſum declarantem communem ipſam Ale-
5 xandri opinionem. † Aut in diuerſis examinibus contrarium deponit, & tunc, Aut contrarium in ſecundo examine deponit, non dicendo in ſpecie ſe erraſſe in prima depoſitione, ſed ſimpliciter loquendo, & eo caſu ſi ſecundum dictū modo aliquo cum primo compatiatur, quantū fieri poteſt ad concordiā redigi debet, ſecūdum Imo. in l. qui bona, §. ſi quis ſtipulatus, verſ. No. ex tex. ff. de dam. infec. quem communiter in hoc ſequi Doct. atteſtatur Sigiſm. in conſ. feud. 49. nume. 6. in fine, & per Clar. d. q. 53. d. verſ. Quartus eſt caſus, quæ ſanè concordia, vt dixi, quòad falſi vitandum crimen fit, non quòad probandum, vt per Boſſ. in d. tit. de op. con. teſt. d. num. 11. Ibique nu. 10. di-
6 cit, † In vno met teſte, nedum in pluribus diſcordantibus ad concordiam deueniri poſſe, contra Bar. in d. l. eos, in fine. Hæc tamen concordia attendatur, vt ſuprà paulo ante dixi, vt ſcilicet non fiat ad probandum, cum difficilè fit, ſecus ſi facilè fiat; Quia dicit Boſſ. d. loco, quod illa contrarietas, quæ facilem reciperet concordiam, in effectu contrarietas non diceretur: nam & dici ſolet, quòd modica contrarietas non habetur in conſideratione, vt ego iſtud au thoritatibus probaui in proxima præced. caut. nume. 10. † Aut ipſemet te-
7 ſtis ſe primum dictum corrigere velle dicit, & eo caſu ſi illud incontinenti facit, admittendus eſt, ca. præterea, extra de teſtib. cog. Bart. & Doct. in d. l. quicquid adſtringendæ, & maximè ibi Alexand. & Iaſ. dictis nu. Et † incontinenti 8
hoc caſu facere dicitur, antequam teſtis ipſe partes alloquatur, vt ita cōmuniter ſeruati teſtatur Felyn. d. c. præterea, nu.
9. † ſecùs autem eſſet ſi ex interuallo corrigere vellet, id eſt poſtquā partes allocutus eſſet, quia tunc non admitteretur, ſed tanquam falſarius puniretur, & in hoc concurrunt omnes, vt per Clar. d. q. 53. d. verſ. Quartus eſt caſus (& materiam hanc latiùs tractabo infrà caut. 280. vbi vide) ſubſequitur autem Clarus in modo dicto loco, † Quòd p hoc 10
nō fieret, quin primę depoſitioni ſtaretur, ac communē dicit ex Dida. in lib. 2. reſolut. c. 13. poſt nu. 8. verſ. Cæterum. Hæc eſt Clari diſtinctio dicto loco. ſed Bar. circa hoc idem caput, quando ſcilicet in eadem inſtantia, & inter eaſdem
perſonas varia ab eadem perſona feruntur teſtimonia, aliter diſtinguit; videlicet, † Aut ſecundum dictum eſt cū tor- 11
mentis, aut ſine: Primo caſu ſecundo dicto ſtatur, & non declarat, an poſteà vt falſus puniatur, ſed ſecundum Clar. d. q. 53. d. verſic. Quartus eſt caſus. Ibi, Benè verum eſt, † videtur hoc in caſu 12
de falſo puniendus, ex quo talis teſtis omnino periurus eſt. † Secundo modo 13
caſu, quando ſine tormentis ſecundum procedit dictum, illa attenditur diſtinctio vtrum incontinenti, an ex interuallo, vt ſuprà. Quod igitur ad hoc primū caput ſpectat, conſilium erit, vt ſecurè teſtis eius dictum corrigere valeat, † quod 14
incontinenti, id eſt, vt dictum eſt, antequam partes alloquatur, correctionē faciat, ſed eſt vlterius aduertendū † quòd 15
teſtis ità corrigere volens iuſtam debet erroris correctioniſq; cauſam allegare, & proindè ſignificare animo ſe corrigēdi aduenіſſe. Ita docet Bart. in d. l. eos, num. 4. intelligendo vt dicam ego in d. caut. 280. nu. 6. particularem ibi de hac re cautelam tradens: Et hæc quòad correctionem, quæ in eadem inſtantia fit, & inter eaſdem partes.

Quan-

16 Quandoque † autem (& eſt ſecundus principalis caſus) teſtis in iudicio ab eo varius eſt, quòd extrà iudicium dixerat, & tunc ſi primò extra iudicium vnum dixit, & mox in iudicio aliud, ſecundum Bartol. in d. l. eos, nu. 4. punitur tanquam falſarius, quæ quidem Bartoli opinio communiter damnatur, iuxta eas authoritates, quas latè adducit Clar. d. q. 53. verſic. Primus caſus. quibus adde Pract. Papi. in for. opp. contra teſt. in verbo, ac etiam varij, ſub nu. 2. & nu. 3. quem refert Laur. Chircou. in 3. cent. com. opin. littera. T. nu. 14. condu. 83. ſed ſaluando Bar. dicit eius opinionem poſſe procedere Clar. d. q. & d. ver. ad finem, quando etiam cum iuramēto extraiudicialiter primum dictum receptum eſſet, quod & dicit additio in meo codice ad eūdem Bartolum ibid. littera E, Boſſ. in d. tit. de oppo. conteſt. ſub nu. 3. ad fi. ac Rol. à Valle poſt eos, quos allegat conſ. 40. nu. 9. cū ſeq. vol.
17 1. † ſi verò poſtquā in iudicio quid dixit, aliud mox extra iudicium ait, ſtatur primo dicto, ſecundum Bartolum, d. l. eos, & d. nu. 4. Pract. Pap. in d. verbo, ac etiam varij, ſub d. nu. 2. verſ. ſecundo autem caſu, & communem ſentit Gratus conſ. 59. num. 26. lib. 2. Menchi. contro uerſ. uſu frequentium, ca. 32. poſt nu. 3. quos refert Iulius Clar. d. q. 53. verſ. ſe-
18 cundus eſt caſus, † Quòd dicto loco procedere ſecundum communem ſententiam ait Clar. etiam ſi in mortis articulo quis iudicialem reuocaret teſtatio-
19 nem, quæ fuit Bartoli doctrina in l. ſi quis in graui. §. 1. in fine, ab Syll. † Verum quatenùs dictum eſt ſuprà, quod ex primo dicto extra iudicium cū mox in iudicio aliud quis dixerit, non punitur de falſo, ſed iudiciali dicto ſtatur, ad uerte, quia illud iudiciale dictum debilitatur, vt communis eſt opinio per Boſſ. relata in d. tit. de oppoſ. con. teſt. ſub num. 3. & latè quoque ad id alleg. authoritates Roland. d. conſil. 40. nume. 11. † Ideoquando extraiu- 20
dicium de aliquo facto, de quo in iudicio deponere debes, interrogaris, cautus ſis, vt taceas, & reſpondeas, quod cum in iudicio fueris, dices id, quod tibi videbitur, ad quam cautelam Bartoli dicta conferunt in d. l. eos, nu. 8.

Poſtremò † quandoq; teſtis in vno 21
iudicio eius contrarium dicit, quod in alio iudicio dixerat, & tunc vti falſarius punitur, vt per Bar. d. l. eos, ſub d. nu. 4. & idem per Clar. qui rationem adducit in d. q. 53. verſic. Tertius eſt caſus, quia vtrumque dictum eſt iuratum, vbi communem aſſerit. † Sed quæro, quod 22
dictum attendatur, primum ne, an ſecundum? Quidam dixerunt, quòd ex quo apparet, quod in altero dicto talis teſtis eſt falſus, ei non creditur neque in vna, neq; in alia cauſa, & hanc ait eſſe communem opin. Ruin. conſ. 75. poſt num. 8. lib. 1. ſed Felyn. in c. cum in tua, verſ. ſecunda concluſio, extra de teſtib. quem refert Boſſ. in d. tit. de oppoſ. contra teſt. nu. 5. tenet, quòd primo ſtetur dicto, quod & viſum fuit Claro d. q. 53. d. uerſ. Tertius (eſt caſus, poſt Alciatum de præſump. reg. 2. præſump. 29. num. 7. communem aſſerētem, & rationem ibi Clarus aſſignat. Quia cum ex primo dicto parti iam ſit ius quæſitum, nō debet illud ab ea ſine eius culpa, vel facto auferri poſſe. † Dicit tamen primum il- 23
lud dictum quoad probationis fidem debilitari, quod ait Boſſ. d. titu. de oppoſ. contra teſt. ſub numero 6.
† Verum vt quis in vno articulo pro- 24
ductus, quique ſuper eodem articulo in cauſa producitur, cautè abſque falſitatis, & contradictionis timore deponat, conſilium tradit Bar. in d. l. eos, nu. 6. Quòd dicat: Dico me tantum ſcire, quātum in alia cauſa aſſerui. vel, dico, quod in alia cauſa dixi; † ſed ſi Iudex tale non admittit dictum, conſilium tradit, quod teſtificationes primas ſibi priùs exhiberi petat, vt de dicenda

cenda veritate informari queat; cautiorem inſuper teſtem reddit Barto. dicta
26 l.eos,ſum. 7. † vt etiam ſi Iudex dictū legat, ipſe teſtis addat, quòd ſi apparet, ſe aliter modò dixiſſe, ſeipſum ad primum dictam, quo tempore melius recordabatur, redigit, & ita eum ſequitur Boſſ.d.titulo, de oppoſ.contra teſt.num.8.

## Caut. CCLXIX.

De teſtium, qui inuiti teſtimonium dicere non compelluntur, depoſitione, vt eorum teſtimonium inuitum habitum non videatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtimonium qui inuiti dicere non cogantur, remiſſiuè.*
*Si autem tales ſponte, volenteſue depoſuerint conſilium datur, quomodo deponant, ne inuiti depoſuiſſe videātur, num.2.*

1 TESTES † nonnulli inuiti teſtimonium dicere non compelluntur, vt ſunt hi, de quibus in l.4.& in l.inuiti. ff.de teſti. ſed ſi volentes deponant, vt fidem faciant, conſilium illud adhibendum eſt,
2 quòd † ſcilicet in ſcriptis redigatur, eos ipſos voluntariè deponere, aliàs autem eorum non valerent dicta, quia præſumerētur inuiti teſtificari, vt p Nell.de teſtibus, ver.qualiter, num.96. per tex. in l.non videntur data. §.1. ff. de reg. iur. quod etiam conſilium tradit Bar.in auth.præsbiteros, num.3.C.de epiſ.& cleric. quod de facto Piſis obſeruaſſe dicit: ſupradictamque fiendam proteſtationem, quod tales teſtes ſponte deponunt, tradit Io. And.in add. ad Specul. in tit.de teſte, verſ. de teſtium compulſione, in princ.in uerbo, admittunrur. litera A.motus ex d.auth.præsbiteros.

## CAVT. CCLXX.

De teſtibus ſecundum interrogatoria examinandis.

*SVMMARIVM.*

*Teſtes ſuper interrogatorijs examinari debent, & ſi iuxta ea non reſponderint, quæ ibi articulantur, producenti non proderunt.* 1
*Quod tamen attende vt in prox.ſeq. caut.num.1.*
*Ideò parti conſilium datur, quod interrogatoriorum copiam ſibi fieri petat, poſtquam ea in actis antę interrogationem redigi curauerit, ad hoc vt videri poſſit, an ſecundum interrogatoria fuerint examinati, nu. 2.*
*Quod declaratur, nu 3.*
*Interrogatoriorum copia parti fieri nō debet, ne teſtes ſubornet.* 4

TESTES † ſuper interrogatorijs examinari debent, & ſi ſecundum ea non reſponderint, quæ ibi articulantur, producenti non proderunt. † Ea propter pars ſit cauta, quod ante interrogationem interrogatoria in actis redigi, & copiam ſibi fieri petat, ut ſic videri poſſit, an ſecundum interrogatoria teſtes examinati ſint. Nell.de teſti. verſi. qualiter, numero 99. † Sed circa hanc cautelam aduerte, quia pro parte teſtes producente cautela hæc Nelli non apponitur, † Nam ei interrogatoriorum copia fieri non debet, ne fortè teſtes ſubornaret, vt tradit Panorm. in pract. capitulo 84. numero nono, gloſ.& Canon.in capitulo, præſentium, extra de teſtibus, in ſexto, Imo. & alij in capitu. per

per tuas, extra eodem. Iaſ. in l. prima, numero 16. ff. ſi certum petatur, & ibidem Ripa, numero 40. ac Iacob. Mandellus, numero 79. poſt alios, quos ibi allegat, idem tradit Maran. de ord. iud. par. sexta, verſiculo, ſeptimum membrum iudicij, in fine, & in uerſiculo, ſeptimus actus eſt interrogatoriorũ productio, numero 3. & Franc. Marcus, deciſ. 748. numero 3. parte prima. Circa autem cautelam hanc attende, vt ſtatim in ſequenti cautela dico.

## CAVT. CCLXXI.

### De teſtibus repetendis, qui ſecundum interrogatoria partis non ſunt examinati.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtes qui ſecundum interrogatoria non fuerint examinati pro non receptis habentur, non ipſo iure, ſed parte opponente.*

*Et conſilium datur parti ipſi contra quam teſtes producti ſunt, quod teſtes ipſos tunc repeti faciat, quod & poſt proceſſus publicationem fieri conceditur, num. 2.*

*Iſtud tamen conſilium quando locum habeat declaratur, nu. 3.*

4 *Delictum non præſumitur.*

5 *Lex multum de iudice confidit.*

6 *Teſtium examini ſi opponatur, quod omiſſa interrogatoriorum forma recepti ſint, & ideò pars eos repeti dicat, quid agere ille debeat, qui eos examinandos produxit.*

7 *Actorum non præſumitur pluralitas.*
*Et parti acta producenti ſufficit negare plura eſſe acta, & ſi aduerſa pars plura eſſe prætendat probare debet. num. 8.*

TESTES modò in præcedenti cautela dicebam ſuper interrogatorijs examinari debere, alioquin, ſi in eorum interrogatione interrogatoriorum ommittatur forma, pro non receptis haberi. † Veruntamen id ita eſt attendendum, vt parte volente, cum (vt dictum eſt) non fuerint examinati, pro non receptis habeantur, aliàs autem examen non inualidatur, vt per Maran. de ord. iud. parte 6. verſic. incip. ſeptimus actus eſt interrogatoriorum productio, num. 4. 1

Ideò conſilium eſſe poteſt, † & pars, quæ uiderit teſtes iuxta eius interrogatoria non eſſe examinatos, repeti faciat ſuper ipſis interrogatorijs, quod etiam poſt proceſſus publicationẽ licebit, ex Maran. ipſo dicta par. verſiculo, incip. ſeptimum mẽbrum, &c. nu. 19. & dicto verſi. ſeptimus actus, dicto numero 4. † quod tamen declarat Nell. in eius tractà. de teſti. verſiculo, qualiter, numero 99. ubi, & eſt vtile, vt fieri poſſit, cum dolo, vel malitia, aut negligentia interrogatio prædicta omiſſa ſit, & id ſcitu vtile eſt pro parte altera. Quia † cum delictum non præſumatur. l. meritò. ff. pro ſoc. cum ſimilibus, & maximè ſi Iudex interrogauerit, † de quo lex multum confidit, capitulo, bone, infra de elect. ille, qui repeti facere voluerit, dolum, vel malitiam, aut negligentiam demonſtrare debebit. † Ex prædictis igitur pro eo, qui teſtes produxerit, conſilium erit, vt neget, malitia, dolo, vel negligentia talem eſſe prætermiſſam interrogationem, nam ex hoc parti aduerſæ affirmatiuam probandi onus incumbet; ſicut & † quia actorum non præſumitur pluralitas, vt per gloſ. in l. omnium, in uerbo, comprobetur. C. de teſta. & per Salyce. in l. 2. C. de erro. aduoc. † parti acta producenti negare ſufficit alia eſſe acta, &, ſi aduerſarius
2
3
4
5
6
7
8

riius

rius plura eſſe prætendat, id probare tenetur, vt per glo. in l. cum de lege ff. de prob. & per Aym. Crauet. in tract. de antiq. tem. in loco, quẽ ad hoc ſuprà allegaui, caut. 243. nu. 26.

## CAVT. CCLXXII.

### De ætate per teſtes probãda, tàm de ueritate, quàm per aſpectum.

*SVMMARIVM.*

1 *Aetatem maiorem facilè teſtes deponere poſſunt, minor autem ætas difficillimè probatur.*

*Conſilia tamen traduntur, quibus minor ætas per teſtes probetur. numero 4. & 10. & ſub num. 17. uerſicu. matris.*

*Ac quomodò teſtes in eorum examine ſe gerant, numero 8. 9. 11. & 15.*

*Atque ex aduerſo conſilium traditur, quomodo ex præiudicatis conſilium vnum deſtuatur, nu. 17.*

*Hæc pariter ætas ſiue maior, ſiue minor quomodo per aſpectũ probetur habes nu. 18. 21. & 22.*

2 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

3 *Natiuitatis punctus eſt primus terminus, à quo ætas incipit.*

5 *Obſtetrices ſi in examine dixerunt quẽ eſſe 14. annis minorẽ, & interrogatæ quomodo ſciant, reſponderunt, quia eum naſci viderunt, & à natiuitatis tempore, uſque ad præſentem diem non cucurrerunt perfectè anni 14. uerum interrogatę quo anno natus ille fuit, dixerunt ſe neſcire, An ętas talis probetur? dicitur, quòd ſic, & quæſtio diſputatur, nume. 6. & 7.*

*Principium, à quo ſit facienda dinumeratio, ignorans, dinumeratam quoque ignorat.* 6

*Teſtium dicta intelligi debent, ne ſibi contraria ſint.* 7

*Vicini, & conſanguinei rectè non deponunt ex eorũ uicinitatis, uel conſanguinitatis prætextu, ſi ageretur de probando uter ex duobus gemellis primò natus ſit, quod benè obſtetrices probare poſſunt.* 13

*Vicini, & conſanguinei longè debent eſſe ætate maiores eo, de cuius agitur probanda ætate.* 14

*Vicini, & conſanguinei præſumuntur ſcire facta eorum uicini, & conſanguinei.* 16

*Limita non habere locum in his, quæ clàm, & ſecrete occurrunt. nu. 12.*

*Iunior quantò eſt aliquis, tantò minor requiritur exceſſus, & quãtò eſt aliquis ſenior, tantò maior requiritur ad eius ætatem diſcernendam exceſſus. Iunior enim citiùs, quàm ſenior aſpectum mutat, nu. 20.* 19

*Aetatis modica diſtantia, quæ ſecundum communem hominum peritiã percipi nequit, iudicis arb. uel eorũ, quibus ipſe committeret, relinquitur dignoſcenda.* 23

TESTES † ſup ętate maiori facilè deponere poſſunt, uidelicet, ꝙ quis ſit annis 25. maior vel ſimiliter; Nàm ſi dicunt vidiſſe talem viuentem iàm ſunt 25. anni completi, & modò uiuat, de neceſſitate ſequitur, quòd talis ille ſit vigintiquinque annis maior. Sed in minori probanda ætate; veluti quòd quis ſit vigintiquinque annis minor, vel ſimiliter, magna eſt difficultas, quia ſi teſtes deponerent, ſe talem uiuentem vidiſſe à 24. annis vel ſimiliter tantùm, citrà, non ſequeretur propterea, quòd talis eſſet annis 25. minor, quia poſ- 1

ſet

ſet eſſe, quòd & antequam eum viuere
2 vidiſſent, in humanis fuiſſet; † Vnde
non probat hoc eſſe, & c. l. neque na-
tales.C. de prob. & l. non hoc.C. vndè
3 legit. † Siquidem primus, à quo ætas
incipit, terminus eſt natiuitatis pũctus,
qui modicus eſt, & non clarus; actus
enim parturiendi, vt neminem latet, in
occulto fieri aſſolet, & ideò Bar. in l. de
ætate, ſub numero 7.ff.de minor. conſ.
tradit, quibus minor ætas probari tam
per teſtes de veritate deponentes, quam
per aſpectum valeat: Per teſtes quidem
4 de veritate; vt † ſcilicet per obſtetrices,
ſi poteſt, probatio fiat, quę aſſerãt, quòd
partus tempore interfuerunt, & puerũ
de ventre exeuntem viderunt, allegat l.
3.§. duæ. ff. de Carb. ędic. & notari in-
quit in l. 2. ſuper verbo, ætates.ff.de fer.
quam ſane probationem indubitatam
inquit, ſi haberi poſſit; qua de re Bar.
ſub dicto numero ſeptimo, verſiculo,
ſed iuxta hoc, quæſtionem inducit, quã
5 aliàs in facto habuiſſe aſſerit. † Si inter-
rogatę obſtetrices, & examinatę dixerũt
quem eſſe quatuordecim annis mino-
rem; Interrogatę autẽ quomodo ſciant,
dixerunt, quia eum naſci viderunt, & à
natiuitatis tempore, vſq; ad pręſentem
diem, non cucurrerunt perfectè anni
14. Verùm interrogatæ, quo anno na-
tus fuit ille, dixerunt ſe neſcire, An ætas
talis minor probata ſit. prima enim
fronte videri, quòd non, inquit Bar.
6 † Quia principium, à quo ſit facienda
dinumeratio, ignorans, dinumerationẽ
quoque ignorat, & allegat Bar. l. non
facile, in prima col.ff.de grad.affinit.ſed
forſan Bar. allegare voluit l. Iuriſcon-
ſultus, in prima col.ff. eod. quæ lex me-
lius facit in illis verbis, nam quoties
quæritur, &c. ſed contrarium ipſe Bar.
7 determinat. † Quia teſtium dicta intel-
ligi debent, ne ſibi contraria ſint, c. cum
tu, extrà. de teſti. & c. quibus, in prima
conſt. Cod. & ad hoc ẽt vide Ang. &
Imo. in l. 2. §. itẽ Labeo.ff. de aqua plu.

arc. quam tamen concluſionem intelli-
ge iuxta ea, quę tradidi in Cautela 267.
cum ſequen. Etenim cùm teſtis dixerit,
ſcio quòd ab illo natiuitatis anno, vſq;
ad præſentem diem facta computatio-
ne, non ſunt 14. anni elapſi, quotitatem
anni intellexiſſe videtur, dinumerandã
à dicto natiuitatis pueri tempore; Cum
verò interrogatus quo anno natus eſt,
dixerit, neſcio, intelligitur, Neſcio dinu
merare quotitatem dicti anni natiuita-
tis pueri per dinumerationem natiuita-
tis Domini noſtri; Quaſi dicat, neſcio
quot anni ſint à Domini natiuitate, ſcio
tamẽ quotus eſt annus à natiuitate pue-
ri huius, de quo agitur; & breuiter Bar.
dicere vult, quòd illud ſcio, ad pueri re-
fertur natiuitatem, illud autem neſcio
ad Domini natiuitatem, quæ verba te-
ſtem ſuſpectum non reddunt, nec con-
trarium; porrò communem eſſe intelle-
ctum, & verum inquit Bar. vt quando
quis interrogatur, quo anno quid fa-
ctum eſt, intelligatur quo anno natiui-
tatis Domini, vt in Auth. vt præp.nom.
imper.in prin.& not.in l.in cauſis.C.de
accuſat. & ideò facilis concordia vide-
tur, vnde etiam ad probandum admit-
tendus eſt teſtis, prout ibi Bar. præſup-
ponit, pro quo faciunt tradita per Boſſ.
in tit.de oppoſ.con. teſt. nu. 11.& quæ
ego in prædictis meis cautelis dixi: Idq;
maximè procedit hoc in caſu in hiſce
mulierculis obſtetricibus, quæ vt pluri-
mum hãc à natiuitate Domini dinume-
rationẽ ignorant. † Cautius tamen erit, 8
& omnino meo iud. tutum, ſi illi, ad
quorum inſtantiam talis de ætate eſſet
fienda probatio, caſu, quo eo anno, quo
natus eſt puer, notabile quid occurriſ-
ſet, obſtetrices admonerent, vt de tali
notabili eo anno ſecuto tunc mentionẽ
facerent, cum ita, vt ſuprà dictum eſt,
interrogarentur, licet enim anni Domi-
ni dinumerationem ignorarent, ex eo
tamen notabili non minus, quam ex ta-
li, à Domini natiuitate, dinumerat. ætas
pro-

probaretur;Prout & in ſimili Bar.in d.
l.de ętate,ſub d.nu.7.conſilium tradit,
de quo & Mar.de Fano in l.etiam.ff.de
prob.ac Borgn. Caualc. de tut. & cur.
9 ſub nume. 296. † quòd quandò teſtis
de pueri quidem natiuitate recordatur,
ſed nõ de annorũ quotitate, ſeu nume-
ro,aduertat, an notabile qd eo anno ſe
cutũ erit, quia ſic ætas facilè ꝓbabit,&
hęc quò ad obſtetricũ probationẽ ſuffi
ciant; ſed ſi obſtetrices haberi non po-
terũt, compatrum iuuabit teſtimoniũ,
vt habes penes Borgn.Caual.vbi ſuprà:
& Bar.in d.l.de ętate,ſub d.nu.7.aliud
tradit conſilium, de quo etiam idem
Bar. in l. minor 25.an. adito præſ. nu.
6.ff.de min. & in l.pro emptore.§. ſi à
10 pupillo,ſub nu.6.ff.pro empt.† Quod
probatio hæc per conſanguineos, uici-
noſue fiat,qui dicant, quòd tali tempo
11 re natus eſt talis; † & ſi interrogentur,
quomodò ſciant,docet,quòd dicant,ſe
ſcire,quia vicini, & conſanguinei ſunt.
Ad hoc etiam vide Doct.per Ceph.prę
ſtantiſſimum allegatos conſil. 466.nu.
41.Qui etiam ſi tempore,quo interro-
gantur, vicini non erunt, ſed tamen
tempore quo ille, de quo agitur,natus
fuit, vicini erant,poterunt ſic depone-
re,vt quomodo ſciant,interrogati, re-
ſpondeant,quia tunc uicini eramus,cũ
talis natus eſt. Nam agitur duntaxat
de tempore eo primo natiuitatis pro-
bandæ; Idque de reſponſione iſta,quia
ſumus, vel eramus vicini, procedit in
Caſu iſto, de quo loquimur, quoniam
à communiter contingentibus conſan-
guinei,& vicini talia ſcire ſolent, ſecùs
12 autem † eſſet in his, quæ ſecretè, &
clàm contingerent, quorum non præ-
ſumeretur vicinos ſcientiam habere,
prout tradunt Alex. in le. 1. & ibi Dec.
nu. 16. in prima lect. & in vlt. lect. nu.
57. ff. ſi cer. per. ad quod etiam vide
Menoch.& quos citat in tract. de recu-
13 per.rem.16.nu.42. Ideoque † ſi agere-
tur de probando vter ex gemellis duo-
bus primogenitus eſſet, iſti vicini, vel
conſanguinei rectè non deponerent, cũ
admodùm difficile ſit cognitu ille pri-
mus parturiendi actus, primuſque ad
hanc lucem exeundi punctus, quem be
nè obſtetrices noſcere poſſent, & ſuper
eo teſtari,iuxta tradita per Fran. Marcũ
deciſ.168.nume.1.parte 2. & per hæc
intelligit etiam, † quod vicini iſti, & 14
conſanguinei longè debent eſſe maio-
res,& de cuius agitur probanda ætate,
quia ſi eſſent ætate minores, fatuum eſ-
ſet eos ad teſtimonium produci .Simi-
liter † dùm interrogantur pariter,vt ſu- 15
prà,teſtes vicini,aut conſanguinei, ad-
dant,poſtquàm ſuos ſe eſſe conſangui-
neos,vel uicinos dixerunt, & etiam an-
te diem illum publicum, notoriumque
inter uicinos, & conſanguineos erat,
quòd talis filium talem non habebat,&
illo tempore notorium eſſe incæperit,
quòd tali talis filius natus erat, & hæc
ſufficere inquit Bar. d. in loco; † Quo- 16
niam præſumptio eſt vicinos,& conſan
guineos id ſcire. l.filium.ff. de his, qui
ſunt ſui, vel alie. iur. & l. de tutela, &
ibi Bar. idem. C. de in integ. reſtit. ac
faciunt tradita per ipſum Bar. in d. l. 1.
nume. 15.& per Doct. ibi. ff.ſi certum
pet. Verùm ex aduerſo, † vt iſti uicini, 17
vel cõſanguinei ad hoc in teſtes produ
cti non probent,pars iudici notum face
re poteſt, eos tempore, de quo depo-
nũt,abfuiſſe, vt per Felyn.in c.quoties,
poſt prin.ex.de teſti.quem ad hoc alle-
gat addit.ad Bar.in d. l. de tutela,in uer
bo,ætatem,litera. B.Bar. idem tradit in
l.is poteſt,ſub nu. 16.ff.de acq. hæred.
Doct.conſi.64.ſub nu.5.verſi.quod au
tem,& conſi.445.nu.36. vbi num. 35.
tradit etiam,quòd conſanguinei præſu-
muntur eorum conſanguinei ætatis cõ-
ſcij.Matris itidem& patris teſtimoniũ
filij probabit ætatem.d. l. etiam. ff. de
prob.Spec.in tit. de teſte.§. 1.ſub num.
4.verſicu. 3.mater, Cæpo. conſil. ciu.
vlt.ſub.nu.32.Capella Tholoſ.q.3.Me
noch.

noch.de arb.iud. lib.2.caſu 116.nu.3.
qui & nu.4.ait patris librum in quo na
tiuitatis ſcriptus eſt dies, ætatem proba
re,ex Curt.iun.conſi.118. num. 8.Soc.
iun.conſi.3.nu.10. lib.2. latè Crau. de
ant.tem.8.partic.primæ par.prin.num.
34.Et ſeq.qui declarat,quòd ſi pater ui
uit, librũ cũ eius iurã.ſemiplenè proba-
re,ſi mortuus eſt. idem eſſe, quia mors
loco iuramenti eſt; non tamen (inquit)
probat,cum pater contra filium litigat,
ex Bal. conſi. 19. lib. 5.Declarat Borg.
Caual.de tut.& cur.nume.293. & 296.
id probari per tutelam,cum l.curam da
tam à iudice etiam contra tertium &
per librum baptiſmi. Audiſtis igitur
quomodò per teſtes, de ueritate depo-
nentes,ætas probetur.Quas omnes præ
dictarum perſonarum, & formarum
probationes tu,ſi poſſibile ſit,ad abun-
dantem cautelam, & pleniorem proba-
tionem coniunge. Quomodo autẽ per
aſpectum probetur.docet idem Bar. in
18 d.l.de ætate,num.3. Qui dicit, † quòd
quandò hoc pacto ætas in iudicium de
ducitur probanda.per Iudicem fiat hęc
enim ætatis per aſpectum cognitio iu-
dicis arbitrio multum relinquitur. d.l.
minor 25.an. adito præſide. ff.de min.
25.an.& ibi clarè Alber.ubi nec diſſen-
tiunt Bar. & cæteri,Bald. in rub. C. de
prob.in fi.& conſi.19.lib.5. Gram.de-
ciſ.48.nume.18.Marſ.in l. quæſtionis
modum,nu.1.ff.de quæſt.Menoch. de
arb.iud.lib.2.d.caſu.116.in prin.& ca-
ſu.ſeq.nu.2.qui ibid. ſubdit, quòd iu-
dex hominis facie diligenter inſpecta,
conſiderata membrorum qualitate, pa-
rentum conditione,& loco, vnde natus
eſt,iudicabit cuius ætatis is eſt, de quo
quæritur;quod non modo locum habe
re in ætate iuuenili ait, ſed etiam in ſeni
li,vt Bar.in l.2.C.de men.ualid. lib.12.
& eum eſt ſecutus Gram. d. deciſ.48.
nu. 19.& alia circa id tradit conſideran
da ipſe Menoc.d.caſu 117.nume. 3.&
ſeq. vbi omnino uide. Et hæc de iudi-
ce procedant,cum uiuit is,de cuius æta
te agitur.Quid modò ſi forenſis quidã
mortuus ſit,& expediat,quòd eius pro
betur ætas? Iudex non poteſt arbitrari;
quia mortuus ille eſt.Nec alias habes in
promptu probationes, quibus de ueri
tate liqueat ſecundum ea, quæ tibi ſu-
perius dixi,de obſtetricibus, & de ſimi
libus alijs traditis probationibus; quid
agendum? Dic,quòd per teſtes, qui eũ
cognouerunt,probare poteris, ut tradit
Bar.in d.l.de ętate,ſub nume. 8. uerſic.
Quid enim.Vnde ipſe nu.10.admonet
quòd teſtes, ſiue quem eſſe tot annis
maiorem,ſiue minorem atteſtentur,eo
rum dicta ad eum referant exceſſum,ſi
ue diſtantiam,ex qua concludenter ap-
pareat,talem tantæ fuiſſe ętatis maiorẽ,
vel minorem, & talis illa ſit diſtantia,
quæ ſecundùm communem hominũ
intellectum ab ętate, de qua agitur,di-
ſcerni poſſit:Ponit autem ipſe Bar. vbi
facilè uidere potes, quænam ſit inter
ætates illa diſtantia, ſiue exceſſus, qui
communiter cognoſci poſſit; Atque
breuiter docet, ꝙ † quanto quis eſt iu- 19
nior, tanto minor exceſſus requiritur,
& quo ſenior eſt aliquis, eò minor exi-
gitur exceſſus;† quoniam iunior citiùs, 20
quàm ſenior aſpectum mutat,allegat
Bar. l. 1. §.de inſpiciendo.ff.de uentre
inſpic.quem quidem §.longum admo-
dum facit Bar.nam ad id probandum,
quod ipſe dicit, deſcendendum eſt in
eadem l. 1. vſque ad §. is, apud quem
educatur; Exemplum habes penes ip-
ſum Bar.& ideò hic ego non pono; &
circa hanc per aſpectum ętatis proba-
tionem uide etiam Beroum in conſi.
180.nume. 4.libro primo. † ſit igitur 21
in his cautus, & circunſpectus Aduoca
tus, An teſtes in hoc caſu probandę
ætatis,inuenire poſſit,qui ſecundùm di
ſtantias, vel exceſſus illos communi-
ter cognoſcibiles iudici notũ faciãt,quẽ
tantę fuiſſe ętatis aut maiorẽ,aut mino-
rẽ:ſit etiã cautus, ne teſtes inducat, qui

affectatè deponant; Ipſe enim aduocatus, & teſtes ipſi pedem in ligone, vt aiunt, percuterent; Pone enim, quòd quis eſſet annis quidem 25. maior, ſed vigeſimum ſextum, aut vigeſimum ſeptimum annum tantùm attingeret: ille exceſſus, ſecundum Bar. nõ eſt communiter cognoſcibilis; & ideò ſi teſtes ad inducendam concludentem probationem, quem annis 25. maiorem fuiſſe deponerent, cum ex communi aſpectu uideri 30. annis maiorem, qui exceſſus ſecundum Bartolum eſt à 25. annis ad eam ętatem communiter cognoſcibilis, fortè de falſo conuinci poſſent; Ideo que cùm tàm modicus eſt exceſſus, ad ſimilem probationem recurrendum non eſt; Non enim unquam teſtes deponere poſſent, talem uideri 25. annis maiorem, quia ex aſpectu demonſtrat ętatem annorum 26. aut 27. nam, ut dixi, modica illa diſtantia non facit mutationem, quę ſecundùm communem, hominum peritiam percipi queat. Hoc
23 autem † in caſu, ſi uiueret ille, de cuius ętate quęritur, Iudex, uel illi, quibus ipſe committeret, non teſtes prędicti iudicare deberent, prout tradit Bar. in d.l. de ętate, ſub nu. 9. verſic. Nunc ad propoſitum.

## CAVT. CCLXXIII.

### De teſtibus in inſtrumento non aſcriptis contra ipſum inſtrumentum producendis.

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtrumentum impugnantes teſtes in eo non aſcripti quomodo debeant deponere: Et ſi teſtes de contractus tempore non recordentur, quid agendum ſit, nu. 2.*

*Pluralitas actuum licet regulariter non præſumatur, uitandæ tamen contrarietatis gratia præſumitur, ſub nume. 1. uerſi. ſique habes.*

*Teſtes non aſcripti in inſtrumento ad illud reprobandam, quot requirantur, remiſſiuè.* 3

1 TESTES † in inſtrumento non aſcripti contra inſtrumentũ deponentes aſſerere debent ſe dicto loco, & tempore, quo contractus fuit celebratus præſentes fuiſſe, aliàs eorum non congruet probatio, quia alio loco, alioque tempore diuerſi potueruut fieri contractus, ac diuerſi tenoris, vt per Bar. in le. 1. §. ſi quis neget, nu. 13. ff. quem. teſt. aper. & in l. in exercendis, nu. 16. C. de fide inſtrum. ad idem vide Bar. in le. 2. & ibi Bald. & Doct. C. de bon. poſſ. ſec. tabu. Bar. in l. hæredes palam, nu. 6. & Doct. ibi. ff. de teſta. Bal. in l. ſi binæ. ff. de iniuſto, rup. & irri. fac. teſt. Alexan. in conſi. 105. vol. 2. Abb. in ca. cum Io. nume. 6. & quos ibi refert Seb. Sap. ad eum, in verbo, vbi teſtes, ex. de fide inſtrum. & Thom. Gram. conſi. cri. 57. nu. 10. ſicquè habes, quòd licet aliàs actuum pluralitas non præſumatur. c. in præſentia, §. verum, 2. ex. de prob. tex. eſt, & per eum glo. in l. omnium, in verbo, comprobatur, & ibi Bar. nu. 4. C. de teſtam. Salyc. in l. 2. C. de erro. aduoc. Iaſ. & alij quos refert, in l. 2. num. 7. & 8. ibique Dec. nu. 4. C. de bon. poſſeſ. ſecun. tabu. & idem tradit Iaſ. in l. non hoc, ſub nu. 12. uerſi. tamen contra iſtam deciſ. C. vnde legit. Iſtud tamen euitandæ contrarietatis gratia fallit, vt habes ex Doct. ſupra citatis, & maximè ex Dec. in d.l. 2. nume. 4. C. de bon. poſſ. ſecun. tab. & pro fallentia iſta facit tex. in ca. cùm tu, ex. de teſt. & materiam iſtam contrarietatis vitãdę latè tractui ſuprà caut. 267.
Verùm † ſi teſtes non benè de tempore 2
recordarentur, idem Bar. dic. §. ſi quis neget, & in d.l. in exercendis; remediũ aſſignat, quòd eos producere volens ue-

rificari

rificari curã habeat, quomodo contractus ille ſemel tantùm fuit inter partes celebratus, & ſi pars hoc fateretur dicta teſtium reprobantium de neceſſitate concluderent, etiam ſi de tempore minimè recordarentur, & pro hac cautela allegat idem Bar. d. ca. cùm Ioannes, ex. de fide inſtr. iſtud etiam conſilium tradere videtur Bar. in d. l. hæredes palàm ſub nume. 6. & in d. l. 2. nume. 2. C. de ſec. tab. & de quo cõſi. vide Alex. cõſi. 4. col. 3. & d. cõſi. 105. col. 2. vol. 2. ac in d. le. 2. in fine. C. de bon. poſ. ſec. tab. & Abb. in d. ca. cum Io. ſub d. num. 6. ac Gram. dicto conſi. 58. ſub d. num. 10. &
3 nume. 11. Quod † autem teſtes ex his, qui inſtrumento non ſunt aſcripti ad ipſum reprobandum inſtrumentum requirantur, vide penes Doct. in d. cap. cum Io. in d. §. ſi quis neget, & in d. l. in exercendis, Doct. in c. tertio loco, ex. de probat. Io. de Anan. conſi. 48. Alex. conſi. 47. vol. 5. pleniſſimè Lanfran. in cap. quoniam contra inſtrument. productiones, num. 26. verſi. Quęro nunquid inſtrumentum, & ibi ad eum Bened. Va. in verſic. per quo teſtes. vide etiam Soc. conſi. 143. nu. 12. vol. 1. tetigi ego ſuprà in caut. 120. ſub nu. 3. & per totã eam cautelam docui quomodo fiat, ut duo teſtes in inſtrumento non deſcripti ipſum inſtrumentum reprobent, nec ne.

## ÇAVT. CCLXXIIII.

### De mutuo facto probando.

*SVMMARIVM.*

1 ***Mutui cauſa agens ſi teſtes producat, qui de mutui tantùm confeſſione deponant, nihil agit. Ideò conſilium traditur qui ſint producendi teſtes, & quomodo mutuum probent, numero 3.***

2 ***Procurator ad ſolutionem recipiendam datus uel mutuum, ſi tantùm ſe recepiſſe confitetur mandantem non ligat.***

1 TESTES † producens ille, qui ex mutuo agit, ſi teſtes ipſi ſolummodò deponant de mutui recepti confeſſione nihil agunt; nam reus abſolutione tunc dignus eſt, tanquam teſtes contra agentis intentionem dixerint, vt per Specul. in tit. de teſtibus. §. primo, verſi. ſed pone egi contra te, numero 66. Ratio eſt quia aliud eſt deponere de receptionis confeſſione, & aliud de vera receptione ac numeratione, iuxtà ea, quę tradunt Doctor. in l. 2. in fine. ff. ſi certum petatur, & ſecundùm id quod habetur in l. ſi ex cautione C. de non num. pecun. cum ſimilib. ac vt per Bart. in l. ſi debitorem ff. de nouat. atque in le. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor, ſub nume. 6. ff. de re iudic. in quibus etiam locis habetur in ſimili, Quòd † procurator ad ſolutionem, mutuumuè recipiendum datus, ſi tantùm ſe recepiſſe confeſſus fuerit, mandantem non arctat: cuius rei latè ego tractatum feci ſuprà caut. 127. incip. Procurator mandatum. vnde hic non inſiſto vlterius: Ideò conſilium eſt † vt qui tali caſu teſtes producit, caueat, quòd dicant, ſe uerè dari, ac numerari vidiſſe iuxta conſilium à Bart. traditum in caſu procuratoris, in d. l. ſi debitorem. 2 3

## CAVT. CCLXXV.

### De teſtibus etiam poſt didicita teſtificata ſuper antiquis capitulis producendis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes poſt didicita teſtificata ſuper an terioribus capitulis produci nequeunt.*

*Limita, vt num. 7.*

*Et conſilia habes, quibus teſtes, didi citis etiam teſtificatis, ſuper priori bus capitulis producere valeas, nu. 2.3.4.5.& 6.*

*Clauſula, ex certa ſcientia, idem opera tur, quod clauſula, non obſtante, ſub num. 3. verſ. Quæ quidem.*

1 TESTES † regulariter poſt didicita teſtificata ſuper anterioribus capitulis produci non poſſunt, etiam in appellationis cauſa, ob ſubornationis timorem, vt eſt tex. & ſcribentes ibi, in auth. qui ſemel. C. de probat. & per tex. ac Docto. in c. fraternitatis, extra de teſtib. in quibus locis Doctor. ipſi plenè materiam hanc tractant, & tradit Maran. de ordine iud. in 2. parte 6. partis principalis. verſi. ſextus actus, ſiue teſtium productio, nu. 22. (loquor in ciuilibus, in criminalibus autem quid ſeruandum ſit, vide penes Clar. in pract. §. fi. q. 61.) Socin. ad hanc regulam plures tradit limitationes, reg. 498. in quibus ipſius limitationibus cōſilia eliciuntur, quibus contra hanc regulam teſtes, publicatis etiam atteſtationibus, ſuper antiquis capitulis, denuò produci valeant: primumque cōſilium eſt, † vt ille, qui ſuper an- 2
tiquis capitulis poſt proceſſus publicationem nouiter teſtes producere non poteſt, nouos teſtes (ſi poteſt, & vbicunque caſus patiatur) producat ad antiquos aduerſarij reprobandos teſtes de corruptione, vel de periurio, vt gloſſā eſſe ordinariam. 4. q. 3. c. canone, aliàs §. pater, verſi. ſunt aliqui teſtes, dicit Socy. in prædicta regula, fall. 28. mihi autem eſt hæc gloſ. in dicta 4. q. 3. capitulo, ſi teſtes, §. item ſi quis teſtibus vſus fuerit, in verbo, eorum. Pariter pro hac re adducit Socin. d. regula, & fall. Ang. in §. quia verò multi, Auth. de teſtibus. ſecundum eſt conſilium, † vt à Princi- 3
pe ſuper hoc expreſſa requiratur conceſſio, ſecundum Specul. in tit. de teſt. §. ſatis vtiliter, qui inſcribitur, de atteſt. pub. verſiculo 18. ſi Princeps, & in titu. de reſtit. in integ. §. vltimo, ſub numero 4. ver. & cōcedo, ac Socin. prædicta reg. limit. 32. q pariter allegat pro hoc Specu. & aduerte, vt Soc. dicto loco inquit, quòd hoc intelligitur, ſi Princeps reſcriberet ex certa ſcientia. Quæ quidem clauſula idem operatur, quod clauſula non obſtante, vt latè docet Goz. conſi. 62. ſub numero 8. & ideò fac, vt in ſimilibus dicta apponatur clauſula, vel clauſula, non obſtante, prout cum tali clauſula, non obſtante, hoc in caſu valere reſcriptum, tradit Specu. dicto titu. de reſti. in integ. in loco modo ſuperiùs citato: & pro hoc vide quæ dixi ſuprà in litera P. caut. 219. numero 11. & in litera S. caute. 255. numero 16. Tertium eſt conſilium, † vt inquiratur, an iuſta ali- 4
qua de cauſa poſſit reſtitui quis ad hos producendos teſtes, quia publicatis etiam atteſtationibus, admittetur, qui iuſta de cauſa, per reſtitutionem in integrum ſubueniendus erit, ex clauſula generali, de qua in l. 1. ff. ex quibus ca. maior. & hoc ſecundum Innocen. in capitulo, intimauit, extra. de teſtibus, & Ant. de Butr. in dicto capitu. fraternitatis, quos refert Soc. d. reg. lim. 35. ſed conſidera, quòd & hic timor poteſt ſub eſſe ſubornationis, tamen acquieſco, quia decet, vt ex legitima cauſa quis reſtituatur, ad quod facit, quia etiam cū Princeps concedit timor ſubornationis eſſe poteſt, & tamen eius valet conceſſio, prout paulò ante dicebam. Quartum eſt conſilium, † quòd ille, qui te- 5
ſtes ſuper didiciris teſtificatis producere nequit teſtium nomina iudici det, & ſe abſentem faciat, in iudice enim

ſubor-

ſubornatio non timetur, idque conſilium ex Baldo habetur in l.ampliotem. (quæ eſt.l.fin.) propè fin. C. de appell. quod mirabile dicit Soc. in d. reg. lim. fin.id autem reprobatum tradit Boſſ.in tit.de publ.proc.& teſtium, numero 4. quod nec mihi placet, quia & hoc in caſu adeſt ſubornationis timor.

Quintum,& vltimum eſt conſilium
6 † vt, ſi quis magnam ab aliquo debet habere quantitatem modicum in primis petat, vt videat,an teſtes de totius quantitatis veritate instructi plenè probent, quia mox ſi plenè probent, reſiduum etiam peti poterit,& teſtes, poſt viſas illius modici atteſtationes, ſuper reliquo denuò produci poterunt, quia cum rei ratione diuerſa ſit inſtantia,ideſt dum reſiduum petitur, rei iudicatæ in eo modico exceptio non obſtaret in reſiduo petendo. l. cum quæritur, & l. ſeq.ff.de excep.rei iud. & de hoc conſilio verba facit Bar.in d.auth.qui ſemel,
7 numero 31. † denique autem publicatis etiam atteſtationibus, generaliter ſuper antiquis capitulis teſtes denuò produci poſſent,quotieſcunque legitimè in iudicio conſtaret ſubornationis ceſſare timorem.illud enim timore ſubornationis prohibetur,vt colligitur in tex.d.authen.at qui ſemel,& per eum tex.ita dicunt ibi ſcribentes omnes.& in dicto c. fraternitatis. Ceſſante igitur ſubornationis cauſa, & timore,ceſſare quoque debent ipſius ſubornationis timoris effectus, argum.l.adigere.§.quamuis. ff. de iure patron.cum ſimilib.

## Caut. CCLXXVI.

### De ſuſpicione teſtis in actis ſcribenda.

*SVMMARIVM.*

*Iudicis relinquitur arbitrio nunquid teſti ſit fides adhibenda,necne.* 1

*Conſilium tamen datur,quòd ſuſpicionis cauſam, propter quam teſtis minuitur fides, Iudex in actis ſcribi faciat,quoniam acta quandoque in appellationis cauſa examinantur, numero 2.*

TEsti † vtrùm fides adhiberi debeat,vel non,in iudicis eſt poteſtate.l. teſtium. §. ideoque.ff. de teſtib. Bar.in l.Lucius,numero 3.ff.de infam.quia tamen quandoque acta ſunt in cauſa appellationis examinanda,cõſilium eſt,† quòd ſuſpicionis cauſam, propter quam teſtis fides minuitur, iudex in actis deſcribi faciat, quod quidem conſilium tradit Barto.in dicto §.ideoque,in principio.Apoſt.ad Bar.in dicta l.Lucius,numero 3.poſt apoſt.poſitã in litera. C.in ver.tu magis, quæ incipit, adde, quòd ſi Iudex,& apoſt.in litera. D. in verbo, clare. Tene menti, quia & cauſa apparere debet,ne poſteà tu Iudex ſyndicatus tempore tenearis, vt & conſulit Bar. in d.l.Lucius,in fine. 1 2

## CAVT. CCLXXVII.

### De teſtium infamia opponenda.

*SVMMARIVM.*

*Infamibus fides in cauſis criminalibus non adhibetur,ſiue ſint iuris,ſiue facti infamia notati.* 1

*Nonnullis tamen in caſibus infames teſtes admittuntur,remiſſiuè,numero 2.*

*In ciuilibus autem infames infamia facti admittuntur, num. 6.*

*Conſilium autem datur, quando, ne teſtis admittantur probationes, de infamia opponitur, qualis debeat eſſe hæc oppoſitio, nu 4. & 5.*

3 *Infames teſtes quibus in caſibus cum tortura admittantur.*

1 TESTIBVS † infamibus regu-
lariter in criminalibus fides
non adhibetur, ſiue ſint infa
mia iuris affecti, vt id omnes
abſque controuerſia admittunt, prout
inquit Pract. Conta. fo. 77. nume. 12.
ſiue infamia facti notati, vt tradit Bart.
in l. Caſſius. ff. de ſenat. & in l. 1. ſub nu.
12. C. de ſum. trin. communemq; eſſe
opin. ait Alberic. in tract. de teſtib. §.
conſequenter, nume. 7. & ſequen. vbi
etiam dicit, quod ita communiter ob-
ſeruatur: quem referunt Vm. inter com
munes opin. variorum, littera. T. opin.
276. nume. primo, Clar. in pract. §. fin.
quæſt. 24. ver. Item infamis, & Eman.
Soar. in Theſ. recept. ſent. littera. I, nu.
2 53. In caſibus † tamen nonnullis ad-
mittuntur, ſiue infamia iuris, ſiue facti
laborent infamia, ſed cum tortura, pro-
ut tradit Boſſ. latè in tit. de tor. teſt. tot.
nume. 3. quem refert Clar. in d. §. fin.
q. 25. in principio.
3 Caſus † autem quibus cum tortura
admittantur, ſunt puta in hæreſis, & læ-
ſæ Maieſtatis crimine, ac vbi delicti ve-
ritas aliter haberi non poteſt; tunc enim
in ſubſidium tales admittuntur teſtes,
qui aliàs prohibentur, & hos caſus enu
merat Clar. in d. q. 24. verſic. ſciendum
eſt, nonnullos etiam alios enumerat ca-
ſus Iaſ. in d. l. prima, ſub num. 75. C. de
ſum trinit. videlicet Sacrilegij crimen,
fraudati cenſus, fraudeq; annonæ, & ſi
4 moniæ. ſcias autem, † Quòd quando
excipis ob infamiam teſtem non admit
tendum, non ſufficit generaliter oppo-
nere, ſed conſilium trado, quòd locum
& commiſſi delicti tempus, ac circun-
ſtantias ſpecifices, prout tradit Barto.
in l. 3. §. lege Iul. numero 4. ff. de te-
ſtibus, quem ad hoc refert Ang. de ma-
lefic. in verbo, qui Iudex ſtatuit, nu-
mero 27. & communiter concurrunt
ſcrib. vt ſcribit Boer. deciſ. 321. nume
10 2. vbi nume. 3. aduertendum dicit,
† Quòd licet in oppoſitione ad teſtes 5
exacta requiratur ſpecificatio, loci ſcili-
cet, temporis, aliarumque circunſtan-
tiarum, diei tamen, & horæ non exi-
gitur expreſſio, dũmodo menſis, & an-
nus ſpecificentur, niſi modo dies, vel
hora eſſent de ſubſtantia materiæ in ar-
ticulis deductæ.
In † ciuilibus autem infamia iuris 6
infames non admittuntur, ſed infa-
mia facti ſic quidem, licet eis tanta non
præſtaretur fides quanta probo adhibe
retur, vt per Bart. in d. l. Caſſius. ff. de ſe-
nat. in le. 3. §. duæ autem ſunt cauſæ,
num. quinto. ff. de Carbon. edicto, & in
d. l. 1. C. de ſumma trinit. nume. 12. &
Iaſ. ibi à nume. 65. vſque ad finem, vbi
quoque tradit fallentias, idemq; tradit
Abb. in c. teſtimonium, extra de teſtib.
dicens, arbitrio Iudicis relinquendum
eſſe quantum ex hoc teſtis prędicti fi-
des diminuatur, quodque inquit com-
muniter receptum Lanfran. de Oria. in
cap. quoniam contra, verſ. teſtes, nu-
mero 74. & ibi Benedict. Vad. in ad-
dit. extra de probat. & de teſtibus iſtis
de facto infamibus aliqua ponit exem-
pla Orian. loco prædicto. ſimiliter
iſtam opinionem communem pro-
fert Eman. Soar. in ſuis communib.
opinionib. d. littera, numero. 51.

## Caut. CCLXXVIII.

### De teſte eo, qui diuerſæ locutionis eſt, à loco, in quo deponit.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtimonium eius admittitur, qui diuerſam habet à regione, in qua teſtatur, locutionem. Quod intellige vtnum. 2.*

*Et conſilium traditur quomodo talis teſtis depoſitio recipiatur, num. 3. & 4.*

1 TESTIS † diuerſæ locutionis, quàm regionis, in qua teſtatur, teſtari poteſt, 16. quæſt. 7. cap. & hæc diximus, in gl. in uerbo cognouiſſes: Cautus tamen ſis, vt ſano id modo intelligas: Quia
2 † ſi diuerſę locutionis teſtem examinandum optaueris, eum examinari eo modo curabis, quo Iudex ſuper eius dictum fundamentum facere ualeat, alias eius dictum minimè valeret, cum teſtium dicta recipiantur, vt veritatis fidem penes Iudicem inducant, vt in Authen. de teſti. in principio. Propterea Nell. in tracta. de teſti. verſiculo, Qualiter, numero 89. conſilium da-
3 bat, † quòd in his examinandis teſtibus duo interpretes, ſi poſſibile eſt, adhibeantur, vel unus ſaltem, cum
4 duo reperiri nequeant: † Quo caſu notarium ipſe Nell. dicto loco inſtruit. vt ita ſcribat: Talis teſtis iuratus, & examinatus ſuper dictis articulis ſibi lectis, & vulgarizatis per talem iudicem, & ne notarium declaratis, & interpretatis per talem interpretem, (ſi vnus erit interpres, & ſi duo erunt, ambo denominabuntur) ipſi teſti, idem dixit, & reſpondit in tali ſermone, & interpretato, & per talem interpretem, vel interpretes dicto Iudici, & mihi notario declarato.

## CAVT. CCLXXIX.

De religioſo, regulari clerico in teſtem producendo.

*SVMMARIVM.*

*Religioſus obedientiæ ſubditus teſtis eſſe non poteſt, niſi in cauſis eccleſiæ ſuæ, num. 2.* 1

*Vt autem talis teſtis eſſe valeat, remedium datur num. 3.*

*Clericus in cauſa criminali pœnam ſanguinis ingerente teſtis fit irregularis etiam ſi proteſtetur. nu. 5.* 4

*Qui etiã clericus in criminalibus teſtimonium dicere cogi nõ poteſt, nu. 6.*

TESTIS † eſſe nõn poteſt religioſus quicunq; ſub obediẽtia poſitus, niſi de eius licentia, cui ſubeſt. † In cauſis tamẽ eccleſiæ ſuæ teſtificari poteſt, vt per Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſ. Item ex capitur, quòd eſt monachus, nume. 36. & per Nellum in tract. eõd. verſiculo. Monachus, num. 22. Erit igitur conſilium, † quod volens in teſtem religioſum talem producere, licentiam à prelato impetret, de qua in actis conſtet. Hic autem ſcias, † quòd religioſus iſte, & clericus omnino à teſtificando in cauſa criminali abſtinere debet, quando ipſa criminalis cauſa eſſet de his, in quibus ſanguinis pœna ingeritur, nam ex tali teſtificatione ubicunque mortem ſequi, aut membri mutilationem contingeret, irregularis fieret, vt tradit Clar. in pract. §. fin. queſt. 24. verſiculo, vlterius quæro. † Quinimò etiam ſi tunc proteſtaretur clericus, cùm teſtificatur, quòd teſtimonium perhibere non intendit, ad hoc, vt ſanguinis pœna reus puniatur nihilominus ſi reus, contra quem teſti-

monium perhibuit, pœna mortis, vel membri mutilationis afficiatur, ipſe in irregularitatem cadet, vt communem ex Didaco recenſet Clar. in d.quæſt.34. verſic. Sed quid ſi clericus. Abſtineat igitur, vt dixi, tunc clericus, nam
6 † nec à iudice cogi poterit, vt idem, d. quæſt. 34. verſic. penult. tradit Clarus.

## CAVT. CCLXXX.

De teſte qui ſe incontinenti corrigit.

*SVMMARIVM.*

1 *Corrigere dictum ſuum incontinenti poteſt teſtis, quod intellige vt num. 2. & 3.*

*Et ipſam concluſionem amplia vt nu. 5. Ipſam que ampliationem declara, vt num. 6.*

*Teſti autem ſe corrigere volenti, conſ. datur, num. 4. & 10.*

7 *Teſtis varia & diuerſa afferens teſtimonia in vna, & eadem cauſa, eodem tempore, & coram eodem iudice, vt falſus punitur. quod limita vt num. 6.*

8 *Bona fides licet probanda non ſit, quia in dubio præſumitur, eſt tamen alleganda.*

9 *Præſcriptio ſi probatur, bona fides alleganda eſt, quamuis non probanda.*

1 TESTIS † productus, & examinatus, in continenti, & antequam partes alloquatur, dictum ſuum corrigere poteſt, ut in §. quia verò multi, no. gloſ. in verbo, non habebit, verſ. Itẽ quid ſi ſponte, in Authen. de teſtib. & eſt tex. per quem ita tenent omnes, in cap. præterea, ibique per gloſ. in verbo, incontinenti, & Doct. ext. de teſtibus cog. Quæ † ſanè correctio tenet, ſiue fiat 2
antequam notarius priorem ſcripſerit reſponſionem, de quo per gloſ. ſingul. in cap. apud miſericordem. 32. quæſtio. 1. quam dixit eſſe valdè not. Alexand. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus, ſub numero 6. ff. de dam. inf. & elegantem ipſam glo. vocat Alexan. ipſe, vbi etiam alias alleg. concor. in l. quicquid aſtringendæ, ſub num. 10. de verb. obliga. & ibi etiam uide Iaſ. ſub numero pariter. 10. Iaſ. in l. error, columna 2. C. de iur. & facti ignor. & Lãfran. in repe. cap. quoniam contra, verſic. teſtes, nume. 136. ext. de proba. Siue † antequam iudicis exeat conſpe- 3
ctum teſtis, ſeu partem alloquatur: nam & tunc ſecundæ ſtatur depoſitioni, ſecundum Abb. d. capi. præterea, numero 12. vbi abunde declarat, quando teſtis dictum ſuum incontinenti corrigere dicatur, & Boſſ. in tit. de tor. teſt. nume. 26. Ex † his igitur teſtis ſe vo- 4
lens corrigere ſciat eſſe cautus quando ſe corrigat, ne aliàs in laqueum incideret. Præd. autem † correctio, ſeu reuo- 5
catio fieri permittitur, etiam ſi error nõ probetur, ideo teſtis dictum ſuum incontinenti corrigens de errore docere non tenetur, vt per Abb. & Felyn. num. 5. in cap. cum venerabilis, ext. de excep. Abb. in d. c. præterea, num. 4. Felyn. in c. qualiter. 1. nume. 30. ext. de accuſ. Dec. in cap. cauſam, extra de appellat. col. 2. & Ro. conſ. 70. col. 3. ac eſt gl. optima in c. fin. ext. de iur. in 6. & iſtã eſſe com. op, habes ex Doct. ſupradictis. Verũ † puto, quod licet error nõ ſit probã- 6
dus, tamẽ eũ debeat ſaltẽ allegare teſtis, iuxta Bartoli mentem in l. eos, nu. 3. ff. de falſ. quem ſequuntur communiter ſcri. ac ait Boſſius in d. tit. de tor. teſt. ſub num. 26. Alioquin ſi neque eſſet error allegandus, concluſio præd. eſſet contra tex. d. l. eos, vbi habetur † ſecũdũ Bar- 7
toli intellectũ qd ille, qui varia, & diuerſa affert teſtimonia in vna, eadẽq; cauſa eodem

eodem tempore, & coram eodem iudice de falſo punitur; ad quod etiam facere videtur tex. in ſui generalitate, in l. qui falſa. ff. de teſti. & ita, vt dictum eſt, Bar. eos tex. intelligit, (quòd ſcilicet procedant cum erroris iuſta non allegatur cauſa,) & per conſequens etiam ſuperius traditam concluſionem, quod & rationem in ſe continet: nanque in ſi-
8 mili videmus, † quòd licet bona fides iu dubio præſumatur. l. pen. & ibi not. C. de euict. de hoc in materia præſumptionum Balb. in rep. l. Celſus, in 3. parte, ff. de vſuc. tamen quando quis in bona fide ſe fundare vult, eam allegare debet, licet enim probanda non ſit, eſt tamen alleganda, vt eſt textus in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. iidem Pollioni, ff. de adult. & tradit Balb. in d. 3. par.
9 l. Celſus, nu. 4. † vbi etiam cautum admonet eſſe aduocatum, vt in præſcriptione probanda bonā alleget fidem, quæ licet in ea non ſit probanda, tamen allegari debet, aliàs aduocatus ſuccumberet: ſic etiam in caſu noſtro dato, quòd error non ſit probandus, cum tā modico temporis ſpatio quis delinquere velle non videatur, ſed ſe potius ęqua mēte corrigere, arg. l. meritò. ff. pro ſoc. cum ſim. Ad omnimodam tamen iudicis ſatisfactionem ipſe error allegan-
10 dus eſt: † Et ideò ſit cautus teſtis, vt hoc in caſu iuſtam erroris ſui cauſam adducat, & non errabit, iuſtam inquā aduertat deducere correctionis cauſam alioquin iudex, ſi ſibi videretur, ipſum teſtem tanquam ſuſpectum habere poſſet, prout habes ex Bartolo ipſo in dicta l. eos. dicto numero 3. & poſt Innocen. ex Abbate, in d. c. præterea, ſub nu. 4. verſ. Dicit tamen. ſequitur ibid. Felin. col. fin. quem refert Boſſ. d. titu. de tort. teſt. num. 25. & in tit. de publ. proceſſ. & teſtium, nu. 32. ubi, etiam de erroris iuſti alleganda cauſa loquitur.

## CAVT. CCLXXXI.

### De interrogatotijs, quibus petitur, vt teſtis dicti ſui cauſam reddat.

*SVMMARIVM.*

*Cauſam dicti ſui non reddens teſtis regulariter probat.* 1
*Intellige tamen, vt nu. 2. & 6.*
*Proindeque conſilium datur, quòd in eius interrogatorijs pars teſtes de ſcientiæ cauſa interrogari petat, numero 3.*
*Teſtis ſi in eius depoſitione dicat, certus ſum de tali re, cauſam reddere tenetur.* 4
*Ideo conſilium datur, quòd in interrogatorijs pars inſtet ipſum interrogari, an de eius dicto certus ſit, quia ſi dicat, certus ſum, dicti ſui cauſam reddere debebit. nu. 5.*

TESTIS † dicti ſui cauſam non reddens regulariter probat, eiuſque dictum valet, quotieſcunque ſolenniter recipiatur, vt per ſcrib. in l. ſolam. C. de teſtib. 1
Id † aūt verum eſt in his, quæ ſenſu corporeo percipiuntur, nō in his, quæ, niſi intellectus iudicio, non percipiuntur, vt per Bar. d. l. ſolam, ſub nu. 3. & in illius legis rep. ſub nu. 14. & Doc. in locis per Soc. citatis, reg. 497. lim. 1. ac per Marā. de ordine iud. par. 6. ver. ſextus actus, ſiue teſtium productio, nu. 13. ſupradictaque concluſio pariter procedit, niſi teſtes ipſos pars aduerſa de ſcientiæ cauſa interrogari petat, quia ſi Iudex non interrogaret, vel teſtis ipſe cauſam non redderet, dictum neutiquā valeret. vnde cōſiliū datur, † ꝙ in eius interrogatorijs pars teſtē ipsū ſuper ſcientiæ cauſa interrogari petat, & ita dicit Abb. Sicu. ī c. cū causā, extra, de teſti. & ibi Io. And. 2 3

quos refert Soc. reg. 495. fall. 8. & ipſe Socin. in d. regu. 492. idem latiùs tenet: In quibus regulis alias quoque tradit limitationes, quas tu ipſe facilè videre poteris: Et circa pariter hanc regulam omninò vide Maran. in 1. verſic. d. partis ſextæ, nume. 11. Solùm id addam hic, quòd & alia cautela ex eiuſdem Socini dictis in prædicta reg. 496. in 5. fall. elici commodè poteſt, dùm
4 dicit, † Quòd ſi teſtis in eius atteſtatione dicat, certus ſum de tali re, cauſam reddere tenetur: Ideoque conſilium
5 ſumi poteſt, † quòd ſimiliter pars in interrogatorijs inſtet ipſum examinari, an de dicto ſuo certus ſit teſtis, qui ſi dicat, certus ſum, dicti ſui cauſam reddere tenebitur, & pro hac re allegat Socin. Baldum ita tenentem in d. ca. cum cauſam, colum. pen.

Supradicta in cauſis ciuilibus proce-
6 dant. † Nam in criminalibus teſtes, etiam non interrogati, ſcientiæ cauſam reddere tenentur, alias non probant, vt ità dixit Inno. in d. c. cum cauſam, de te-
1 ſti. quem ſequuntur omnes, vt teſtatur Marſ. conſ. 50. nu. 10. quos; refert, cũ alijs communem hanc ſententiam dicentibus, Clar. in pract. crim. §. fin. q. 53. verſ. fin. Idem quoque tradit Maran. in ſupradicto verſ. num. 12. Quod tamen eodem loco, ex Viu. communem aſſerente, moderat Clar. ipſe procedere in teſtibus, qui ad offenſam deponunt, nõ in his, qui ad defenſam producuntur. hi nanque etiam ſi ſcientiæ non exprimant cauſam, nihilominus probant, & ideò hoc in caſu attendãtur quæ de teſtibus in cauſis ciuilibus deponentibus ſuperiùs dicta ſunt.

## Caut. CCLXXXII.

### De muto teſtimonium dicente.

### SVMMARIVM.

*Mutus teſtis non admittitur, niſi litteras ſciat, vel niſi ſigna habeat quibus plenè intelligi queat.* 1

*Ideo conſilium datur, quomodo mutum in teſtem producas, nu. 2.*

*Teſtis per ſcripturam non admittitur. Nec etiam per ſigna, & quare, vt numero 4.*

*Limita vt nu. 5. & 6.*

*Neceſſitas legem non habet, & eius cauſa multa contra communes regulas admittuntur.* 7

*Neceſſitas facit, vt forma per æquipollens adimpleri poſſit.* 8

TEſtis † mutus non admitti- 1
tur, niſi litteras ſciat, nam tũc per ſcripturam admittitur, vel niſi indubitata habeat ſigna, quibus ad plenum intelligi poſſit, vt per Specul. in tit. de teſte, §. nunc tractandum, verſiculo, quid de muto, nume. 17. Gloſ. in ca. teſtes, per quam cunque ſcripturam, in verſ. quæ nouerunt, poſt prin. 3. q. 9. Bonifac. de maleſ. in tit. de teſt. & qui repellun. à teſti. num. 57. & eſt communis opin. teſte Præp. in c. cum apud, de ſponſ. iſtamq; ſequitur opin. Marſ. in l. de minore. §. plurium quoque, num. 8. de quæſt. cũ alijs ab eo citatis. quibus adde Rip. in l. 1. num. 33. ff. de verb. obl. Quicunque
† igitur muti teſtificatione vti voluerit, 2
ſi ille litteras non ignorauerit, per ſcripturam admitti curabit, vel ſi indubitata ſigna, quibus rectè intelligi poſſit, habuerit, ex illis eius atteſtationem recipi ità cauebit, vt in actis conſtet, per talia ſigna ipſius atteſtationem optimè ſignificaſſe: Nec contra
com. hanc obſtat † quod per ſcriptu- 3
ram teſtis non admittatur, cap. teſtis. 3. quæſt. 4. & 3. quæſt. 9. d. cap. teſtes, Abb. & communiter Canon. in capit. teſti-

teſtibus, extra de teſtib. & Rip. ſub d. numero 37. latè Viu. in primo tomo com. opin. variorum, littera. F. verſic.
4 teſtis nõ poteſt tradere in ſcriptis, † nec etiam per ſigna recipiatur teſtis, cum Iudex audire debeat, qua fronte, quaque trepidatione teſtis loquatur. l. de minore. §. tormenta, verſic. plurimum. ff. de quæſt. & not. Inno. in c. quoniam contra falſam, extra de prob. traditq; Nel. in tract. de teſtib. verſ. Qualiter, nume.
5 90. & Viu. prẹcitato in loco. † quam cõcluſionem intellige in criminalibus, ſecus in ciuili, vt per Nell. d. nume. 90.
6 Quia reſpondeo, † quòd illud verum eſt in his, qui fari poſſunt c. tuæ, de ſponſ. Sed in caſu noſtro ſumus in eo, qui fari non poteſt, vnde ob neceſſitatem eo modo admittitur, quo intelligi
7 valeat, † Quia neceſſitas legem non habet, & eius cauſa multa contra communes regulas inducuntur, vt per Rol. à Valle in conſi. 81. num. 30. vol. primo. Propterea Ripa ob ſupradictã comprobandam concluſionem dicebat in d. l.
8 1. nu. 38. † quod propter neceſſitatem poteſt adimpleri forma per æquipollens, & inter alia allegabat tex. in ca. ſtatuimus, de offic. deleg.

## Caut. CCLXXXIII.

### De tormentis debiliori priùs inferendis.

*SVMMARIVM.*

1 *Tortura pluribus inferenda quo ordine habenda ſit, & à quo ſit inchoandum, habes in omnibus numeris, pręterquam in nu. 3*

3 *Fęmina momentaneum & inſtabile cor habet.*

TORMENTA hoc ordine habenda ſunt, † vt ſi de pluribus ſint habenda, ſagax conſideret Iudex, à quo facilius veritas haberi poſſit, & ab illo, tanquam à timidiore, & magis ſuſpecto quæſtionem incipiat, non autem à fortiori, l. 1. §. 1. & l. vnius, primo reſp. ff. de quæſt. ideò Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 64. verſic. quæro ſi plures, (& in qua quęſtione torturę tractat materiam, vbi vide) practicam tradit, † vt 1
in ſimili caſu, cum omnes pariter ſunt ſuſpecti, ſi vnus eſt maſculus, alius verò fœmina, à fœmina, tanquam à timidiori incipiatur, quæ † etiam momentaneum, & inſtabile cor habet, l. deferre, in princip. ff. de iure fiſ. & l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſtam. ſi † vero omnes ſunt maſculi, & omnes pariter ſuſpecti, tunc incipiendum eſt à minore, timidiore, & debiliore, vt colligitur ex dictis legibus ſuprà allegatis, ff. de quæſtio. Ad idem vide Gand. in tract. de malef. titu. de quęſt. numero 11. Ad hoc idem vide Angel. de malefic. in verbo, quod ſama publica, verſic. Nunc videndum, ſub numero 93. vbi inquit cum Bart. in d. l. j. in princip. ff. de quæſt. † quod ſi ab vno magis, quàm ab alio veritas elici non ſperatur, tunc à magis ſuſpecto incipiendum eſt. vel dicas ſecundum, quod Bart. in d. l. 1. magis placet; † videlicet, quòd ſi æqualiter omnes non ſunt ſuſpecti, ſemper eſt à magis ſuſpecto incipiendum, non habita ſexus, ætatis, aut debilitatis, vel timiditatis conſideratione, ut & Clar. præcitato loco demonſtrat, quod prædictus ordo ſexus, ætatis, &cæt. ſeruetur tunc, cùm ęqualis eſt aduerſus omnes ſuſpicio: Ita etiam Maran. quem Clar. allegat, in proœm. tracta. de ord. iud. num. 13.

2 3 4 5 6

## CAVT. CCLXXXIII.

De reo tormentis ſubijciendo, etiam ſi aliter de delicto conſtet.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus torqueri non debet cum aliter delicti veritas, quam per torturam, haberi poteſt, alioquin Iudex in ſyndicatu tenebitur.*

*Et tunc ſi torqueretur reus, duo ſequerentur inconuenientia, de quibus, num. 2.*

*Vt autem etiam tunc reus tormentis ſubijci valeat, iudex poteſt vti cautela, de qua num. 3.*

*Quæ tamen praxis periculoſa eſt, vt num. 4.*

*Ideò ad alium finem torqueri poſſet, de quo num. 6.*

*Cum proteſtatione tamen, de qua, numero 7.*

*Delicta puniri, Reipublicæ intereſt.*

5

1 TOrqueri † reus nō debet tunc, cum aliter delicti veritas haberi poteſt, in ſubſidium enim duntaxat torturę locus eſt, vbi ſcilicet alio modo delicti non poteſt reperiri veritas, alioqui Iudex in ſyndicatu teneretur. l. diuus Pius reſcripſit, & ibi Barto. ff. de quæſt. & eſt tex. etiam in l. 1. C. de iur. cal. Boſſ. in tit. de indicijs, & conſider. ante tort. num.
2 129. vbi inquit, quòd † quando tortura tunc reo inferretur, duo ſequerentur inconuenientia, quorum alterum eſſet, quòd iam conuictus bis puniretur; alterum eſſet, quòd firmiter delictum negādo, hoc modo per indirectum reus liberari poſſet, vel ſaltem, (vt inquit Clar. in pract. q. 64. verſicu. veritas) non poſſet in pœnam ordinariam condemnari; quodque in caſu prædicto reus non ſit torquendus latè demonſtrat Clar. in d. q. 62. verſ. debet etiam. † Veruntamen 3
ſeueriores Iudices cautelam adhibere ſolent, vt nihilominus reum tormentis ſubijciant, proteſtātes ſcilicet, quòd nō obſtāte delicti plena probatione, ad torturam deueniunt, vt reus confeſſus appellare nequeat, ne per appellationē id, quod pronuntiatum fuerit, ſuſpendi cōtingat, prout ita inquit Bald. in l. 2. C. quor. apel. non recip. quem ſequitur Cępo. conſi. crimi. 32. num. 19. refertque Boſſ. in præcitato titu. num. 132. ac eandem cautelam pluribus communiter practicatam, & receptam docet Clar. d. q. 64. verſ. ſcias etiam; † quam ſanè pra 4
xim periculoſam vocat Boſſ. d. numero 131. nanque (vt dictum eſt) poſſet reus tormentis ſubiectus conſtanter delictū negare, ſicque Reipublicæ fraus fieret, cuius † intereſt delicta impunita nō re- 5
manere. l. ità vulneratus. ff. ad l. Aquil.
† Benè crederem Reipublicæ vtile eſſe, 6
quòd, non obſtante delicti probatione, reus torqueretur, non vt delictum fateretur, ſed vt ſuper ſocijs, & ſuper alijs criminibus interrogaretur, prout ita ſeruari in Ducatu Mediolan. teſtatur Clar. d. q. 64. d. verſi. veritas eſt, † quòd cum 7
ſit admonet Boſſ. d. titu. de inditijs, &c. num. 130. & Clar. dicto verſicu. veritas. cum proteſtatione fieri debere, quòd ſcilicet id facit iudex ſine iam patentis criminis præiudicio, vel (ſi ſint condemnati rei) abſque condemnationis præiudicio: quæ omnia tu ipſe Iudex attende, ne erres, ac vt & Deo, & in ſyndicatu non tenearis.

## CAVT. CCLXXXV.

De trepidatione, balbutie, & rei variatione in actis ſcribendis.

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *Torturæ indicia ſunt trepidatio,balbuties,& variatio.*
*Dum tamen inſimul omnia hæc concurrant,num.2.*
*Quæ etiam in actis ſcribi debent,aliàs ſimplici Iudicis dicto non crederetur,num.3.*
*Ideo ad hoc iudici conſilium datur, num.4.*

1 TRepidatio, † balbuties, & variatio, alijs etiam non concurrentibus indicijs, ad torturam ſufficiunt, Bar. in l.de minore.§.plurimum,numero 4.ff. de queſt.Ang.de malefi.in verbo,quòd publica fama,num.105.verſicu. Nono quæro,& Boſſ.in titu. de indic. & con-
2 ſid.ante tort. numero 38. † Hæc autem inſimul interuenire debent, nam & Barto. dicto loco copulatiuè loquitur, quod & perpendit dicto in loco Boſſ. num.49.licet Ang.in loco allegato, circa finem,tenere videatur,quòd ſola variatio ſufficiat,contra quem Auguſt. ad eum, in fine ipſius additionis ad dictũ verſiculum,nono quæro, ſentire videtur,ea pariter ratione,quia Barto.copulatiue loquitur. In quam etiam opinionem cadere videtur Clar.in pract. §. fi. quæſt.21.verſicu.mendacium, in fine, qui dicit, quòd ipſe non feciſſet reum ex ſola variatione torqueri,ſi Iudex fuiſſet,niſi aliquo alio concurrente adminiculo, & hoc tutius eſſe putat, qui & in d.q.21.ver.Cæterùm, inquit,quòd ſola inconſtantia, vel titubatio, aut trepidatio non eſt ſufficiens ad torturam indicium, rationem reddit, quia multi ſunt, qui ita natura timent, vt cùm ad Iudicis præſentiam ducantur,neſciunt, quid agant, quidue dicant,etiam ſi innocentiſſimi exiſtant : aduertendum
3 autem eſt, † quòd licet verum ſit, cum ea, quæ ſuprà dixi, inſimul interueniant, poſſe iudicem, abſque alijs concurrentibus indicijs, reum torquere, tamen hæc in actis propterea ſcribi curare debet, quia ſibi ſimpliciter non crederetur.capitulo, quoniam contra, extra de probat. & ibi per Innocen. quod & tangit Ang.dicto verſiculo,nono quæro,in principio,& de qua etiam iudicis authoritate in ſimilibus latè tractaui ego ſuprà in cautela 253. Ne
† igitur ipſi Iudici ſyndicatus tempore 4
imputetur, quòd legitimis non præcedentibus indicijs, reum tormentis ſupp oſuerit,cautus erit, vt prædictam trepidationem, variationem, & ſimilia in actis ſcribi efficiat, quod & admonuit Bar.in d.§.plurimum, ſub dicto numero 4.& Boſſ.in d.titu.de ind. & conſid. ante tort.d.num.38.

## Caut. CCLXXXVI.

### De inuentario per tutorem ad vnum tantum articulum datum conficiendo.

*SVMMARIVM.*

*Inuẽtarium tutor ad vnum articulum datus facere non tenetur, veluti ſi ſit datus ad adeundum.* 1
*Et quare,num.2.*
*Tutius tamen datur conſilium,vt & tunc fiat,num.3.*
*Quo caſu in inuentario eo ius illud tãtum adeundi apponi debet, nu.4.*
*Inuentarium fit de corporibus.* 2

TVtor † ſecundum Bar. in l. tutor, qui repertorium, numero 4.ff.de admin.tut.ſi ad articulum vnum datur, puta ad adeundum, ( quod fieri poteſt, vt per Bar.in l.ſi hæreditas, in prin. ff. de teſtam.tut. & in l. cum vna. §. tutor. ff.de 1

ff.de appell.inuentarium facere non tenetur, & pro hac op. refert Bar. Luc. de
2 Are. idem tenentem; Ratio eſt, † quia inuentarium fit de corporibus, ſed ante aditam hæreditatem nihil tale reperitur, ergo. Idē quoque tradit Bar. in d. l.ſi hæreditas, in fine principij, & Ang.
3 in d.§.tutor.dictæ l.cum in vna. † Conſilium tamen in d.le. tutor, tradit Bart. quòd eo etiam caſu fiat, & itã tutius eſt;
4 & dicit, † quòd in inuentario ius illud tantùm adeundi hæreditatem apponi debet; prout & ita ſentire videtur Cyn. in l.tutores.C.de admin.tut.

## CAVT. CCLXXXVII.

### De tutore ante litem conteſtatam procuratorem conſtituere uolente.

*SVMMARIVM.*

*Procuratorem ante litem conteſtatam tutor facere non poteſt, ſed benè actorem, iudicis decreto, conſtituere poteſt.*

*Vt autem & procurator tunc etiam fieri ualeat, & actor abſque iudicis decreto, remedium datur, nu. 2.*

1 TVTOR † vel curator antè litem conteſtatam procuratorem cõſtituere nequit, ſed benè actorem iudicis decreto facere poteſt, vt eſt tex. clarus, & ibi Bar. & Doct. in l.neque.C. de procur. traditque Maran. de ord.iud. par. 4. diſtinct. 16. nume. 34.
2 Verùm † vt illæ decreti iudicis vitentur ſolennitates, ac vt procurator indiſtinctè conſtituatur, remedium eſt, quòd tutor, vel curator caueat pupillum, vel adultum, ipſo tutore, aut curatore authoritatem interponente, procuratorem conſtituere; quia tunc procurator rectè conſtitutus erit, d.leg. neque §.1.

## CAVT. CCLXXXVIII.

### De tutore pupilli nomine accuſante.

*SVMMARIVM.*

*Accuſans tutor ad pupilli utilitatem nomine proprio, non pupilli, accuſare debet, nec de calumnia tenetur, niſi ſit euidens calumniator, quod tamen vt ſub nu. 3. hodie ſecus ſe habet. Et prædicta quidem concluſio controuerſiam patitur ut nu. 2. quæ tamen reſoluitur ſub nume. 3. Ideò modi traduntur, quo valeat tutor pupilli in cauſa accuſare, & talis accuſatio ab utraq; opinione tuta erit, nu. 4. & 5.* 1

*Interpretatio contra libellantem fit.* 3

TVTOR ad pupilli † utilitatem accuſans nomine proprio, nõ pupilli, accuſare debet; nec de calumnia tenetur, niſi ea euidenter in ipſum tutorem appareat, l.2. C.qui accuſ.non poſſ. per quem textum ita opinatus eſt Gand. in tract. maleficiorum, in tit. qui accuſ. poſſ. nume. 11. In contrarium autem facit tex. in l.tutorē, & in l.Polla.ff.& C.de his, quib. vt indign. vbi dicitur, quòd pupilli nomine (non igitur ſuo) tutor accuſat; ſed ſoluit glo. in dictis legibus in primo, & ſecundo verbo, pupilli nomine, ideſt ad pupilli commodum; ſicque tenet, quòd proprio, non alieno nomine, iuxtà prædictam legem ſecundam, accuſare debet; Bar. tamen in l.certis §.pupillus, ſub nume.4 ff.de accuſat. per dictas l. tutorem, & Polla, tener, Quod † etiam nomine proprio pupilli tutor accuſare poteſt, ex earum legum directa inſpectione. Ad 1 2

ne. Ad contrariam l. 2. C. qui accuſare non poſſ. reſpondet, quòd licet tutor ſuo ſe nomine inſcribat, pupilli tamen nomine accuſat; ſimile adducit, quòd vnus accuſat, & alter inſcribit, in l. vlti. C. de iniur. Idque in iure verum putat Bar. & ſecũm adducit Ricar. Malũb. verùm enim verò And. Barb. ibi in addit. ad eundem Barto. contra eum ſentit;
3 † Quia interpretatio ſemper contra libellantem fit, vt per gloſſ. ſing. in cap. in præſentia, in verbo, dubium; ex. de prob. Contra quam Bart. opinionem communis extat Doctorum ſententia, prout volunt Anan. in c. 2. nume. 20. de calum. & Villalop. ſuper l. 22. c. 29. nu. 3. in fine, quos refert Iul. Clar. in pract. crim. §. finali. q. 13. verſic. Item quæro; vbi tamen concludit, quòd ex quo hodiernis temporibus talionis pæna eſt deleta, tutor ipſius pupilli nomine accuſare poteſt; ſed certè ex quo de euidenti calumnia tenetur, vt ſuperiùs dictũ eſt, crediderim & hodie non fruſtrà dici poſſe ipſum tutorem proprio nomine ad pupilli vtilitatem accuſare debere, vt cum falſus accuſator repertus fuerit, extraordinariam pænam non euadat, quæ noſtris temporibus talionis pænæ loco ſucceſſit, vt dicebam ego in hoc meo tractatu caut. 1. & caut. 15. & ſi dicas pro Claro, ꝙ licet pupilli noĩe accuſet tutor, poteſt tamẽ ſi calumniabitur, de calumnia puniri, omiſſo pupillo, reſpondebo, quòd etiam olim potuiſſet talionis pæna plecti, ad eã ſe inſcribens, & pupilli nomine accuſans, vt fuit Bartoli intentionis, & nihilominus ſecundum communem debuit ẽt proprio accuſare, non pupilli nomine. Item quia talionis antiqua pęna modò eſt in extraordinarię pænę locum ſubrogata, vt in dictis cautelis dicebam, & ob eam taliones pænam fiebat, vt proprio nomine tutor accuſaret; iccirco ipſa extraordinaria ordinariæ, ueteris naturã habere debet, arg. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. Quicquid autem ſit, ad omnes ſubmouendas difficultates remediũ traditur ex Bar. in d. §. ſi pupillus, & in d. le. 2. nume. 2. C. qui accuſ. non poſſ. quo vtriuſque opinionis aculeos in omnibus, & per omnia vitare poſſit tutor,
† vt ſcilicet in accuſatione æquiuocet 4
hoc modo: talis tutor accuſat, non dicendo tutorio nomine; quia vtraque opinio irã prorſus ſeruabitur; ſi enim tutorio nomine accuſare debuerit, ex hoc quod dixerit; tutor, tutorio nomine intelligetur, l. cum poſt, §. 1. ff. quando ex facto tut. At ſi tutorio nomine accuſare non potuerit, proprio nomine, prout potuerit, accuſaſſe intelligetur; Ità Bart. d. § pupillus, nu. 5. Alterum ego addo
remedium, † Quòd quando de crimi- 5
ne publico ageretur, aut de priuato, ex quo pecuniaria pœna fiſco applicanda veniret, quo caſu cuilibet accuſatio de iure permittitur, vt tradit Bar. in rub. ff. de popul. action. nu. 5. cuius opinion. communiter approbatam inquit Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo, & ad querelam, numero 9. quamque ſententiam ſequitur Clar. & magis communem uocat in pract. §. fin. q. 17. verſic. fin. tutor ipſe ad pupilli utilitatem, tanquam vnus de populo accuſare poſſet; & ſic omnes euitarentur controuerſiæ; Quod maximè procederet, ſi ſecũdùm loci mores, aut ſtatutum pro quibuſcũque delictis cuilibet eſſet accuſatio cõceſſa & ſic etiam priuata delicta ad publicorum inſtar eſſent redacta iuxtà ea, quæ tradit Clar. in §. 1. delictorum, uer ſic. Hæc tamen, in fine.

## CAVT. CCLXXXIX.

### De beneficijs tutorum, vel curatorum conuentorum.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Adminiſtrationis ut reddant rationem quando plures conueniuntur tutores, aut curatores, quibus poſſint uti beneficijs.*

*Tutores, & curatores ad reddendam adminiſtrationum poſſunt conueniri vſque ad 30. annos. ſub nu. 1.*

2 *Diuiſionis beneficium quibus caſibus tutorib. ſeu curatoribus cōpetat, & nu. 4. & quando non competat. ſub. num. 5.*

*Ex quo tutori, uel curatori conſilium datur, ut cùm ex pluribus ſolus conuenitur, hoc diuiſionis beneficio utatur & quando. nu. 5. vel ſubſequenter alijs beneficijs, ut nu. 9. & in 12. ac etiam nu. 14.*

3 *Fideiuſſorum plurium licet inſolidum quilibet teneatur, tamen diuiſionis beneficium ſinguli habent.*

*Adminiſtratores plures ciuitatis diuiſionis habent beneficium, vt & tutores, ſub nu. 3.*

*Reorū debendi plurium quilibet diuiſionis beneficium habet. ſub num. 3. verſ. & ad exemplum.*

6 *Tutoribus ex pluribus poteſt unus inſolidum conueniri, uel ſimul adminiſtrarint, uel non, uel ipſi inter ſe adminiſtrationem diuiſerint nec ne. Limita nu. 7.*

*Quam limitationem intellige vt ſub d. nu. 7. & nu. 8.*

10 *Ceſſionis beneficium quando pro tutoribus, uel curatoribus locum habeat.*

*Amplia vt nu. 11.*

13 *Vtilis actionis beneficium quando tutoribus vel curatoribus competat.*

14 *Ordinis beneficio pro tutoribus, uel curatoribus quo caſu locus ſit, cum eiuſdem generis ſint tutores, uel curatores.*

*Sin autem diuerſi ſint ordinis, qui primum conueniatur nu. 15.*

TVTORES, uel † alicuius cura- 1
tores plures, quando ex eorū
adminiſtratione conueniun-
tur qui conueniri poſſunt vſ-
que ad 30. annos. l. max imè, & ibi glo.
ff. de ad. tutorum. l. tutores. & ibi Doct.
C. arbitr. tut. & tenet Bal. in rubr. ex. de
procur. col. 2. ante med. verſi. Nunquid
poſt longum tempus, Boer. deciſ. 59.
num. 1. Borg. Caualc. de tut. & cur. nu-
me. 15. quatuor beneficijs uti poſſunt;
beneficio ſcilicet diuiſionis, ceſſionis,
utilis actionis, & ordinis, de quibus
Bar. in l. 1. C. de tranſact. & Aret. in §.
ſed ſi ex teſtamēto, intra nu. 13. Inſt. de
ſatiſd. tut. & de duobus beneficijs ſcili-
tce diuiſionis, & ordinis tractat Boer.
deciſ. 59. Diuiſionis † beneficium duo- 2
bus competit caſibus. Primò quando
plures dati tutores, ſeu curatores inſi-
mul adminiſtrarunt, & eorum vnus in
ſolidum conueniuntur, nam ille diui-
ſionis auxilio ſe adiuare poterit, quan-
do alij etiam ſoluendo fuerint, leg. 1.
§. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. diſt.
Ad. fideiuſſorum exemplum, † quorū 3
licet quilibet inſolidum teneatur, diui-
ſionis tamen beneficium ex diui Adria
ni epiſtola ſinguli habent, l. inter fide-
iuſſores, cum l. ſequ. & l. inter eos ff. de
fideiuſſ. l. fin. C. de conſtit. pecun. & §. ſi
plures, Inſtit. de fideiuſſ. & ad exemplū
quoque plurium dēbendi reorum, qui
nouarūm conſtitutionum auxilio diui-
ſionis ſimile conſequuntur beneficiū,
vt eſt tex. in auth. hoc ita, & in corpore,
vnde ſumitur, C. de duob. reis. ac pari-
ter ad inſtar ciuitatis plurium admini-
ſtratorum, qui ſcilicet diuiſionis habēt
beneficium, per tex. in l. Imperator, ff.
ad municip. Boer. deciſ. 60. nu. 1. & 2.
† ſecundo, & vltimo caſu diuiſionis be- 4
neficium tutores, uel curatores habent,
quando pluribus conſtitutis, eorum
unus, vel aliqui aliorum geſſerint man-
dato, nam ſi tunc unus inſolidum con-
uenietur, alijs exiſtentibus idoneis, di-

uiſionis

uiſionis beneficio munitus erit. l. tres tutores.ff.de admi. tut.eo enim caſu,licet quidam nõ geſſerint, omnes tamẽ geſſiſſe videntur.l.ita autem. §.geſſiſſe. ff.de admin. tut.cum ſimil.quæ omnia procedunt in cuiuſcunque generis tutoribus,vel curatoribus,ſiue dolo communi, ſiue cõmuni adminiſtrarint culpa,vt communem ait eſſe opinionem Bal.in d.l.1.C.de tranſact.quam ſequitur Boer. d.deciſ. 59.nu. 3.quod communi Doctorum opinione limitat non procedere, cum ex proprio quiſque do
5 lo cõuenitur,vt nu.4.Erit † igitur pro eo conſilium,qui ex pluribus ſolus inſolidum conuentus fuerit, vt diuiſionis hoc beneficio in caſibus prædictis vtatur,quo ſanè vti poterit, niſi modò in tutela iuramentũ interueniſſet, quia tunc diuiſionis beneficium peti nõ poſſet,cum ſit ſeruandum in ſua forma ſpecifica, & non poſſit impleri per æquipollens,& propter huiuſmodi iuramẽtum cenſeatur expreſsè conuentum de non petendo diuiſionis ipſius beneficium,ſecundum Bal. in l. 1.§.ſed ſi.C. quemadmodum teſt. aper. Fran.Marc. deciſ.217.par.2.Caualc. de tut. & cur. num.17.Similiter conſulo, vt ante litẽ conteſtatam hoc beneficio vtaris,quod tutius erit, vt nonnulli ante litem conteſt.opponi hanc excep.voluerũt, quos refert Boer. d. deciſ.59. num. 10. licet Bar.& Doct. in l.Paulus.1.ff. de re iud. voluerit exceptionem diuiſionis etiam in executione ſententiæ inſolidum condemnãtis opponi poſſe, & ita iudicatũ fuiſſe in Senatu Burdega.teſtatur Boer.
6 in deciſ. 59.num. 9. Conueniri † enim inſolidum poteſt vnus ex pluribus, vel ſimul adminiſtrauerint, vel ne, vel ipſi inter ſe adminiſtrationem diuiſerint, nec ne.d.§.nunc tractemus,& l.2. C.de diui. tut. ac ſcribentes in d. l.1. C. de tranſact.tradit Boer. in d. deciſ. 59.nu. 2.Caualc.d.tract.de tut. & cur. d.num.
7 15.† Quod ſecus eſſet, ſi vel per defunctum,aut per Iudicem eſſet inter eos diuiſa adminiſtratio, quia pro parte ſua quilibet conueniri deberet,niſi per dolum,aut culpam ſuſpectum quem non remouere curaſſent, vel tarde ſuſpicionis rationem mouiſſent, cùm eorum aliquis non ſoluendo factus eſſet, vel ſuſpicionis cauſam agendo ſua ſponte pupilli iura prodidiſſent. d. l. 2. §. 1. C.
de diui. tut. † Similiter tenerentur tu- 8
tores,vel curatores,etiam diuiſa vel per defunctum, aut per Iudicem adminiſtratione,ſi cum ſciret vnus quid agendum, quod ad alterius adminiſtrationem pertineret, ignoranti alij notum non faceret,vt eſt tex.in l.Titium. §.tutores.ff.de adminiſt.tut.

Sin † autem inſolidum conuentus 9
diuiſionis non ſit vſus beneficio, ſed ſolidum præſtare teneatur,conſulo, quòd ad ceſſionis auxilium recurrat.

Ceſſionis † nanque beneficium lo- 10
cum habet,cum diuiſionis omiſſo prædicto beneficio, quis totum ſoluere tenetur.antequàm enim ſoluat petere poteſt,vt aduerſus contutores, vel concuratores ſibi cedantur actiones pro virilibus ab eis conſequendis, vt colligitur ex tex.d.§.nunc tractemus, traduntque
ſcrib.in d.l.1. C.de tranſact. † quæ qui 11
dem ceſſio competit, etiam ſi ex communi culpa adminiſtrarint, ſecus ſi ex communi dolo,vt dicit eſſe de hoc cõmunem opinionem Aretin. in d. §.ſed ſi ex teſtamento,nu. 15. itidem ſecus ſi ex propria culpa cõueniretur, vt eſt tex. in l.ſi plures.ff.de admin.tut.verũ præ-
termiſſo † etiam hoc ceſſionis auxilio, 12
ſi quis totum præſtiterit, remedium habebit vtilis actionis pro conſequendis à ſuis collegis eorũ portionibus, vt eſt tex.in d.§.nunc tractemus,& per ſcrib.
in d.l.1.C. de tranſact.iſtud † enim be 13
neficium in ſubſidium competit vt ait Aret.in d. §. ſed ſi ex teſtamento, in fine,in quo quidem beneficio conſequẽdo omnia conueniunt,quæ in ceſſionis

bene-

beneficio conuenire dixi, vt per Bar. in
d.l.1. C.de tranſ. nu. 10. & eſt caſus in
d.§.nunc tractemus. Prædicta (vt ſuprà
in primo beneficio dixi) vera ſunt, cum
vel omnes ſimul geſſerint, vel aliqui
14 aliorum mandato. † ſed ſi ex pluribus
eiuſdem generis tutoribus, vel curatori
bus aliquis, vel aliqui abſque aliorum
mandato geſſerint, & illi, qui geſſerint,
ſoluendo ſint, alij, qui non adminiſtra-
uerint, ordinis habebunt beneficium,
vt ſcilicet primùm, qui adminiſtrarunt,
conueniantur, vt per Doct. in d.l. 1. C.
de tranſa. ac vt eleganter declarat Boer.
deciſ. 59. nu. 6. de quo quidem benefi-
cio ſunt tex. in l.fi.C. de diui. tut. & in
l.fi.C.ſi tut. non geſſer. Quod ſanè bene
ficium etiam procedit ex his, quæ per ta
les gerentes neglecta fuiſſent, quando
ſcilicet hæc neglecta eſſent appenditia,
ſeu connexa geſtis, ſecùs ſi ſeparata, nã
tunc abſque ordinis exceptione omnes
tenerentur, l. tutores, qui poſt. §. in eũ,
qui, vbi gl. in verbo, æqualiter, & l. tres
tutores. §. item in eo. ff. de admin. tut. &
in d.l.fi. vbi gl. 1. in principio, C. ſi tuto.
15 non geſ. ſin † autem diuerſi ordinis ſint
tutores, puta alij datiui, alij teſtamenta
rij, vel legitimi, & tunc, ſi quæratur de
datiuorum adminiſtratione, ordo talis
ſeruatur, vt datiui primum conuenian-
tur, ſecundo magiſtratus, demum teſta
mentarij, vel legitimi, vt eſt caſus, & ibi
declarat Bar. in l. Lucius. 2. §. cum teſta-
mento. ff. de admin. tutor. & Bar. in d.l.
1. C. de tranſact. ſub num. 4. & in repet.
ſub num. 15. in ſimilibus igitur caſi-
bus ſciant tutores, vel curatores quali-
ter ordinis beneficio vtantur, & ſic ha-
bes qua via ad prædicta beneficia eun-
dum ſit: quæ omnia attendas, & men-
ti commendes rogo, quia tibi quando
que maximo decori futura erunt, vt &
mihi in magna quadam cauſa non mo-
dicum profuerunt.

## CAVT. CCXC.

De his, qui refutationem recipiunt ab adminiſtratoribus bonorum alienorum.

*SVMMARIVM.*

*Debitum liquidum alienorum bonorũ adminiſtratores gratis, & expreſsè remittere nequeunt.* 1

*Quietationum inſtrumenta quando ab his fiunt, qui donare non poßunt, cauſa, propter quam fiant, inſeri debet.* 2

*Ideo conſilium datur, quòd quando debitores refutationem à tutore, vel curatore, vel ab alijs ſimilibus adminiſtratoribus recipiunt, cauſam inſeri faciant, alias refutatio non teneret, nu. 3.*

TVTORES, † curatores, alieno 1
rumq́ue bonorum admini-
ſtratores debitum liquidum
gratis, & expreſsè remittere
non poſſunt. l. Imperatores, & ibi not.
ff. de pact. l. pactum curatoris, ibiq; no.
C. eod. & in l. præſes. C. de tranſac. cum
ſim. & not. Bar. in l. 1. num. 2. C. de apo-
ch. public. lib. 10. † quòd quando ab 2
his, qui donare nequeunt, quietationũ
inſtrumenta fiunt, cauſa inſeri debet,
propter quam fiant, & ideo additio ad
eum ibid. quæ eſt num. 3. conſilium po
nit, † quòd quando debitores à tuto-
re, vel curatore, vel ab adminiſtratori
bus alijs refutationem recipiunt, ad
hoc, vt tuti ſint, cauſam inſeri faciant,
alioqui refutatio non teneret.

Caut.

## CAVT. CCXCI.

De tutore, & curatore, qui inuentarij copiam litiganti aduerſario dat.

### SVMMARIVM.

1 *Inuentarij copiam aduerſario tutores, & curatores facere debent; & quare nu. 2. & 3.*

*In hac tamen fienda copia, quia minoris non intereſt, ut eius patrimonium pandatur, conſilium datur, quo modo talis copia fienda ſit, numero 4. & 5.*

3 *Tutores, & curatores, inuentario non confecto, nihil agere poſſunt.*

1 TVTORES ſiue † curatores inuentarij copiam ad litigantis aduerſarij petitionem, ſicut & tutelæ, vel curæ, facere debent, vt per Bar. in l. tutor qui repertorium, nume. 24. ff. de adm. tuto. in l. 1. nume. 7. ff. de cur. bon. dan. in l. in illa ſtipulatione, 1, ſub. nume. 8. ff. de verb. oblig. & in l. ſi tutor, num. 1. C. in quib. cau. in integ. reſtit. Pro cuius rei pleniore intelligentia vide latiùs quæ dixi ſuprà caut. 127. ſub num. 4. quæ ideo hic non extendo. Rationem reddit Bart. in d. l. tutor, qui repertorium, ſub d. num. 24. & in d. l. 1. ſub d. nume. 7. de cur.
2 bon. dan. Quia † conditio litigantis cũ tutoribus, ſiue curatoribus abſque inuentarij ſcientia deterior fieret, quàm ſi cum principali legitimo litigaret, quod eſſe non debet, l. 2. §. defendi, ff. quib.
3 ex cau. in poſſ. eat. † tutores enim, & curatores cum nihil agere, non confecto inuentario, queant, l. fin. §. illo. C. arb. tut. opponere ſemper aduerſario poſſent, quòd iudicium, quia inuentarium factum non eſt, minimè valet, ſicque aduerſarius deceptus remaneret, & propterea eius intereſt inuentarij ipſius copiam habere. † verùm quia minoris 4
beneficium eſt, ne eius pandatur patrimonium. l. vlt. C. de alimẽ. pupillo pręſtan. & le. 2. ac Barto. ibi. C. quando, quib. quar. pars, libro 10. Ideo Bar. in d. l. tutor, qui repertorium, ſub d. nu. 34. in dicta l. 1. ſub d. nu. 7. ff. de cur. bon. dan. & in d. l. 2. ſub nu. 11. C. quan. & quib. quar. pars, lib. 10. conſilium pro tutoribus, ſeu curatoribus tradit, † quòd 5
Inuentarij copia detur, initij, & finis, ita quòd inde appareat, tutores, ſiue curatores adminiſtrare poſſe; Dicet enim notarius; Hæc eſt copia cuiuſdam inuentarij per tales tutores, ſiue curatores cõfecti, & producti coram tali iudice, de cuius mandato copia aduerſario data eſt, ſine rebus; cuius tenor talis eſt, &c. & totum ponet, vſque ad res, excluſiuè, ad quas res cùm peruenerit, dicet, & In primis, &c. vltimò ponet tabellio, lectum, & publicatum, vſque in fi. & per hoc tàm parti, quàm minori conſultum erit, parti, quia factum inuentarium, ſicque tutores, curatoresùe gerere poſſe probare poterit: minori, quia de eius bonis non apparebit. Quod cum tutorum, ſiuè curatorum aduerſario ſufficiat, eo duntaxat contentus eſſe debet. l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. & eandem quoque inuentarij editionem à Bart. traditam tenet fiendam Iaſ. poſt Ang. in d. l. argentarius, num. 13. de eden. idem Iaſ. in l. in propriam, num. 2. C. de prec. imp. offer. & ibi & Bal. Aret. in §. actionum, nu. 50. verſi. quid ſi tutor agit eõ. me. Inſt. de act. contra. tenet Caualc. in tract. de tut. & cur. ſub numero. 63. & ſequenti, cuius rationes mihi non quadrant, nec concludunt, ſed hic non examino.

CAVT.

## CAVT. CCXCII.

### De probando rei ualore.

*SVMMARIVM.*

1 *Valor rei quomodo probandus ſit & nu. 2. & 3. ac 5. remiſſiuè.*

2 *Aeſtimatores prius iurare debent de æſtimando bona fide.*

*Et partes citari debent, quando Iudex, vel æſtimatores uadunt ad æſtimandum locum, nu. 3.*

4 *Aeſtimatores, & exploratores, etiam poſt didicita teſtificata, ad æſtimandum mitti poßunt.*

VALOR rei nonnullis ex cauſis quandoque probari cõtingit, veluti in damno dato, & læſione vltra dimidiam, de qua in l. 2. C. de reſcind. vend. & in ſimilibus; Ideo practicam ad rei valorem, damni quantitatem, & æſtimationem, probandam
1 trado, † Quòd iudex exploratores, ſeu æſtimatores priores duos mittat, qui ipſa omnia æſtiment, ac iudici referant, vt per Bar. in d. l. 2. nu. 20. verſi. ſed propter, & ibi Bal. Caſtr. Salyc. & alij, & ſic eſt communis opin. de qua ibidem Ca-
2 gnolus, nu. 258. Qui † tamen æſtimatores priùs iurent de æſtimando bona fide, & ſine fraude, tex. glo. Bar. Bald. & Doct. in l. hac ædictali. §. his illud. C. de
3 ſec. nup. † & partes citentur, quando Iudex, vel æſtimatores vadunt ad videndum locum, vel rem pro æſtimatione fienda. Bar. in l. Theopompus. ff. de do-
4 te præl. Cagn. d. l. 2. nu. 262. † & etiam, poſt didicita teſtificata exploratores mitti poſſunt, & æſtimatores ad æſtimandum Bald. d. l. 2. vbi Cagn. nume. 265. verum ad hæc pro plena intelligẽtia, & omnimoda ſatisfactione vide prorſus Imo. Raph. & Alex. ſub nu. 6. verſi. Item poteſt probari, in l. precia rerum, ff. ad l. falc. † Circa autem hanc ma- 5
teriam probandi rei valoris tam mobilium, quam immobilium, & non modò per exploratores, ſed per teſtes etiã ac alijs modis pleniſſimè tractat Franc. Marc. deciſ. 485. par. 1. vbi omninò vide.

## CAVT. CCXCIII.

### De publici fluminis ripis, & ſimilibus publicis prædijs adhærentibus in prædij uenditione menſurandis.

*SVMMARIVM.*

*Ripæ proprietatem ille habet, cuius prædium ripæ fluminis publici adhæret.* 1

*Amplia ut nu 2.*

*Prædium tamen, quod ipſi ripæ adhæret, ſi ſimpliciter uendatur, ripa ipſa menſuranda non uenit, ut numero 3.*

*Quod & locum habet in alijs ſimilibus locis publicis, quæ fundo adhærent, ut ſub d. nu. 3.*

*Quodque etiam locum habet in foſſis, quæ extra fundum ſunt, & in quibus vſus eſt publicus nu. 5.*

*Et concluſio prædicta de ripa, quæ in menſuratione non uenit, cũ facta eſt uend abſque cautione, quòd menſuretur, limitatur non procedere, nume. 6.*

*Item illud procedit in ripis vſu puplicis, ſecùs eſt in illis, quæ uſu, & proprietate ſunt priuatæ, prout etiã euenit in foſſatis priuatis, niſi modò ripa, uel foſſa eſſet pro termino appoſita, ut nu. 7. & 8.*

*Quodque dicitur de ripis uſu, & propietate priuatis, procedit etiam in aggeribus,*

*Ripa autem publicæ, & ſimilia alia, vt in venditione menſurentur, id expreßè caueri debet, nu. 10.*
*Ripa etiam ſi venditioni accedat, non tamen propriè vendita dicitur.*

1 VENDENS prædium, quod propè fluminis publici ripæ eſt, † licet prædij illius intuitu ripæ ipſius vſu publicæ proprietarium ſe prætendat. l. riparum. ff. de rer. diu. & §. riparum. Inſtit. eod.
2 † etiam exiſtente via publica in medio, l. Martius. ff. de acquir. rerum dominio, quem tex. ad hoc ponderat glo. in d. §. riparum, in verbo, adhærent, quam ſequitur Ang. Aret. ibi, quem refert Franciſ. Marc. in deciſ. Delph. 340. num. 3. par. 2. quam etiam ſequitur Barto. in l. quominus. q. 8. ſub num. 16. ff. de flum.
3 † Tamen ſi venditio ſimpliciter, abſque cautione, quòd ripa menſuretur, facta ſit, in prædij venditi menſuram ripa ipſa non veniet, idemque eſt in alijs ſimilibus locis publicis, quæ fundo adhærent, tex. eſt in l. littora. ff. de cont. empt. & vend. & in l. id quod. §. 1. ff. de peric. & comm. rei venditæ, per quos tex. ita tenuit Spec. in tit. de emp. & ven. §. ſciendum, ſub num. 74. verſ. Hoc tamen no. & Bar. in tract. Tyber. in verbo, agro, nu
4 me. 4. motus etiam, † quia & ſi ripa venditioni accedat, non tamen propriè vendita dicitur, & quia, cum perpetuo, (vt patet in d. l. riparum, & in d. §. riparum, vſus ſit publicus, proprietas eſt emptori inutilis. l. 3. §. ne tamen. ff. de vſufru. Hanc opinionem ſecuti ſunt Cępo. in tract. de ſeru. ruſt. præd. in tit. de rip. nu. 7. Franc. Marc. in d. deciſ. 340. & Ripa in dicta l. quominus, num. 73. vbi hanc partem communiter ſequi ſcrib. inquit, ac contrarium tenentibus reſpondet.
5 † Et ampliatur communis hęc opinio locum quoque habere circa foſſas, vt illæ, ſi extra fundum ſunt, menſurari non debeant, quia ſimiliter earum vſus eſt publicus, ſicut riparum, & viarum: quilibet enim animalia ſua ibi ad bibendum de illa foſſa ducere poteſt, ita colligitur ex Bartolo in d. tract. Tyber. d. verbo, agro, num. 6. & clarè Cœpo. d. tract. dictoque titu. de rip. num. 7. in fine, & Ripa in d. l. quominus, num. 74. ac Fran. Mar. d. deciſ. 340. ſub num. 3.

Limitatur tamen hęc cõcluſio † primò, vt locum non habeat, quando talis eſſet ripa, quæ notabilem produceret fructum, vt quia in ea eſſet oliuetũ, vel huiuſmodi: tunc enim veriſimile non eſſet venditorem gratis conceſſiſſe, quod ex precij quantitate dignoſci poteſt, iuxta not. per gloſ. in l. 1. §. 1. in verbo, agendo. ff. de ſuperfic. & ita declarat Bal. in rub. C. de contr. emp. q. 4. quem refert Ripa. d. l. quominus. num. 75. & Bal. idem in rub. ff. de rer. diu. verſic. de rip. quem refert Marcus, d. deciſ. 340. ſub nu. 5. vbi clariùs hanc declarat limitationem, & ibi eum omninò vide. 6
Secundò limitatur communis ſupradicta concluſio, vt † non procedat in ripis vſu, & proprietate priuatis, quia menſurandæ veniũt, ſicut foſſata priuata, quæ fundi partes ſunt, ita ex Ripa, in d. l. quominus, nu. 76. & ex Fran. Mar. d. deciſ. 340. † Quod verum dicit eſſe Ripa, niſi ripa, vel foſſa in contractu eſſet pro termino terminante appoſita, ſecundũ Baldum, quem allegat in d. q. 4. † Et quod de ripis dictũ eſt, quę vſu, & proprietate ſunt priuatę, idem quoque cenſeri debet de aggeribus, & his, quę intra fundum exiſtunt, vt per gl. in verbo, aggeres, & Bar. in l. prędia. §. ita legatum. ff. de fun. inſtruc. lega. & per Bart. in dicta l. littora, ac per eundem in dicto tractatu Tyber. in dicto verbo, agro, num. 6. verſicu. nec prędictis ob. & per Franciſcum Mar. dicta deciſione 340. numero tertio. † Vt autem ripę etiam publicę, atque ſimilia loca menſurentur, cautus erit venditor id expreſsè in contractu cũ emptore apponere, vt per tex. in 7 8 9 10

in dicta l.littora, in fine, & in dicta l.id quod dicto.§.1.in fine.

## CAVT. CCXCIIII.

De venditore rei venditæ ſeruitutem celante.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruitutem ſi vendita res debebit, venditor actione ex empto tenebitur, ſiue ſciuerit, & venditorem certum non reddiderit, ſiue neſciuerit, & temere ſeruitutem nõ debere dixerit. Et proteſtatio prodeſt, cum rei venditæ ſeruitutem ignorans eam faciat venditor, qua ſecuritati ſuæ proſpiciat, ſub d.num.1.*

2 *L.1.§.venditor.ff. de act.emp. quomodo practicetur.*

3 *Actio ex empto, pro rei emptæ ſeruitute ad intereſſe datur.*

4 *Venditor ne de rei venditæ ſeruitute teneatur, ſiue ſeruitutẽ debere ſciat, ſiue ignoret, remedia dantur, & nu. 5.8.& .11.*

*Emptor, cum inter eum, & venditorẽ conuentio fit ne de aliqua ſeruitute teneatur venditor, ſi à venditore ſeruitutem nõ ignorante peteret, ſe certiorari, & certum non redderet, aſſerens ſe neſcire, conuentio non valeret.*

*Ideo tali in caſu pro emptore conſiliũ traditur, quòd cum certiorationem petierit, venditoris ſcientiam demonſtret, nu.7.*

9 *Sciens non videtur fuiſſe celatus, nec certiorari debuit, qui non ignorauit.*

10 *Venditor de euictione non tenetur, neque etiam ad precij relaxationem, ſi probarit emptorem emptam rem alienam, vel obligatam fuiſſe minimè ignoraſſe.*

VENDITA † res ſi alteri ſer- 1
uitutem debebit, vẽditor
ex empto actione tenebi-
tur, ſiue ſciuerit, & empto
rem certiorem non reddi
derit, ſiue ignorauerit, & ſeruitutem nõ
debere temere aſſeruerit. in primo autẽ
caſu, quando ſciuit, proteſtatio non pro
deſt, quod de ſeruitute, ſi qua deberi re 1
periatur, teneri nõ vult: improbo enim
more in celanda ſeruitute verſatus eſt.
in ſecundo verò caſu, quando ignora-
uit, vtique proteſtatio prodeſt, eius nan
que ſecuritati proſpexit, de his eſt tex. in
l.1.§. venditor.ff.de act.emp † pro qua 2
prꝏcticanda lege Bar.ibid.conſilium tra
dit, quòd detecta ſeruitute emptor libel
lum hoc pacto concipiat, videlicet, peto
te condemnari, quia ſciuiſti, & celaſti.
† Et actionem hanc inquit Bar. ibidem, 3
dari ad intereſſe, allegat.l.quod ad ſerui
tutes. ff. de euict. † ſciens igitur vẽditor 4
ſeruitutem eam emptori notam faciat,
mox ſe de ea nequaquam teneri cautio-
nem ſuſcipiat, quia tunc tutus erit, arg.
l.iuriſgentium.§.prætor ait.ff. de pac.cũ
ſim. † idemque poſſe fieri crederem, ſi, 5
neque ſeruitutem emptori patefaceret,
ſed cum eo expreſsè conueniret, ne de
aliqua ſeruitute teneretur, nam hoc mo
do proteſtatio non eſſet, de qua prædi-
ctus loquitur textus, ſed cõuentio, quæ
emptori nocere poſſet, arg.l.emptorem.
§.ibidem ait.ff.eod.de act.emp. † Puta- 6
rem tamen, quòd dum talis fieret conuẽ
tio, ſi emptor à venditore ſciente ſerui-
tutem certiorari ſe peteret, & certũ non
faceret, aſſerens ſe neſcire, nihil conuen
tio proficeret, vt ex dicti.§.venditor, ſen
ſu colligere eſt, ibi, ſi improbato more
verſatus ſit, &c. & facit tex.d.§. prætor
ait. Ideo † non obſtante tunc tali conuẽ 7
tione emptor venditoris ſcientiam de-
mõnſtrare poſſet, & ab intereſſe indem
nis ſeruaretur: verum & † pro vendito 8
re conſilium affertur, vt ex empto hoc
caſu non teneatur, ſi talis ſeruitutis em-
ptionis

ptionis tempore notitiam habuiſſe probarit, vt eſt de hoc expreſſus textus in
9 d. §. venditor. quia, vt inquit tex. † non videtur eſſe celatus, qui ſcit, nec certiorari debuit, qui non ignorauit; & ideo vi-
10 demus, † quòd non tenetur de euictione, neque etiam ad precij relaxationem venditor, cùm probet rem venditam ſciuiſſe emptorem alienam fuiſſe, vel obligatam, tex. eſt in l. ſi fundum ſciens. C. de euictionib. per quem tex. ita ego indubitanter teneo prout & alias efficaciter oſtendi ſuprà cau. 58. num. 8. vſque ad fi. licet alij per alia iura ſecùs velint, & de quo eandem tenens opin. quã hic, & alibi memini ſuprà caut. 64. num. 4. Accedat denique pro venditore ſeruitutem ignorante conſilium,
11 † Quòd cùm vendit non aſſerat ſeruitutem rem venditam non debere, quia conſtito, quòd ſeruitus deberetur, temerè illud aſſeruiſſet; iuxtà ea, quæ ex d. §. vẽditor, in prin. dixi, ſed ſimpliciter dicat, ſe ignorare, & talem tradere rem, qualis eſt, quia tunc ſecurus erit.

## CAVT. CCXCV.

### De eo, qui de euictione agit, etiam ſi ſit res per compromiſſum euicta.

### *SVMMARIVM.*

1 *Euicta re ex compromiſſo, nulla neceſſitate cogente facto, venditor de euictione non tenetur.*

2 *Quod procedit etiam ſi emptor in aliũ quemlibet non ſuum iudicem conſenſerit, nu. 2.*

*Vt autem quis de euictione agere valeat, etiam neceſſitate non vrgente compromittens, duo afferuntur remedia, nu. 4. & 5.*

3 *Compromittere ſi quis ſtatuti forma cogatur, & res euincatur, ſtipulatio de euictione committetur.*

VENDITOR † de euictione non tenetur, ſi emptori ex facto per eum, nulla neceſſitate cogente, compromiſſo, res euincatur, tex. eſt in l. ſi dictum. §. ſi cõpromiſero. ff. de euict. Imo. conſ. 82. Caſtr. conſ. 309. col. pen. lib. 1. Rim. conſi. 92. n. 17. lib. q̃ños ad hoc refert Gaſpar Cabal. in trac. de euic. §. 5. num. 15. vbi iſtud quatuor modis limitat. † Idẽ eſt, ſi emptor in quemlibet alium iudicem non ſuum conſenſerit, vt in d. §. ſi compromiſero. no. gl. & Bar. cõmendat Ro. ſingu. 32. nunquid. Ant. Bur. in c. fi. nu. 15. ex. de emp. & vend. quos refert, & ſequitur Cabal. d. §. 5. nu. 21. quod autem dictum eſt eum, qui nulla cogẽte neceſſitate id facit, de euictione agere nõ poſſe probat, † q. ſi ex ſtatuti forma quis compromittere cogatur, & res euincatur, ſtipulatio de euictione cõmittetur, quia neceſſitate cogente id facit, vt ita per illum tex. ſenſit Bar. ibi, & Bald. in l. ſi. C. de iud. Vt autem de euictione talis abſque neceſſitate compromittens agere valeat, duo trado remedia, quorum alterum eſt, † vt cum emit caueat venditorem de euictione promittere quomodocunque, vel qualitercunque res euincatur, quia tunc venditor indiſtinctè tenebitur, vt per glo. in l. cum pœna. ff. de arb. tradunt Bal. Imo. & alij, in l. ſi domus. §. de euictione. ff. de leg. j. Alex. conſ. 4. vol. 3. quos refert Gozad. conſi. 14. ſub num. 22. conſ. 26. ſub nu. 22. & conſ. 103. ſub nu. 4. & pro hac re faciũt quæ tradidi ſupra litera I. in cau. 111. incipiente, immunitatis, nu. 14. vſque ad nu. 19. ac pro ſupradicta caut. omninò vide Barth. Cęp. caut. 127. Tria faciunt. Sin verò talis cautela in contractu nõ interuenerit, † ſecundũ trado remedium, q. emptor probet ſe ex tali cõpromiſſo iuſte ſuccubuiſſe, qđ onus ĩ ſe ſuſcipere põt, vt poſtmodũ de euictone agat, ita ſinguľr tradit Cu. ĩ d. §. de euictione, & alij Mod. & Barb. ĩ c. fi. ex. de emp. & vẽ.

Margin numbers beside the right column: 1 (VENDITOR), 2 (Idẽ eſt), 3 (ſe probat), 4 (alterum eſt), 5 (teruenerit).

## CAVT. CCXCVI.

De emptore ex clauſula conſtituti poſſeſſionem prætendere volente.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſſeſſio in emptorem ex cõſtituti clauſula tranſlata probatur.*
*Quod verum eſt, ſi venditionis tempore venditor poſſederit, nu. 2. & 4.*
*Ideo cautus ſit ille, qui ſe ex conſtituto fundat, vt probet conſtituentem conſtituti tempore poſſediſſe, nu. 3.*
5 *Non entis nullæ ſunt operationes.*

1 VENDITOR † ſi emptoris nomine vẽditam rem poſſidere ſe conſtituit, poſſeſſio rei in emptorem tranſlata probatur. capitu. cum veniſſent, de reſti. ſpol. l. quędã. ff. de rei vendi. & l. quod meo.
2 ff. de acq. poſſ. † Quod tamen verũ eſt, ſi venditoris tempore venditor poſſederit. l. quamuis. §. ſi conductor, cum glo.
3 ff. de acq. poſſ. † Propterea (vt in d. §. ſi conductor, inquit Ang.) caueat ille, qui ſe ex conſtituto fundat, vt probet conſtituentem conſtituti tempore poſſediſſe, idem etiam not. Ang. in l. 2. C. de acqui. poſ. & ibi de hoc eſſe glo. in verbo, tradita, & not. Innoc. & Ant. de Butr. in dicto c. cum veniſſent, & in c. literis, eo. titu. facit. l. traditio. ff. de acq. rer. dom.
4 † ſanè iniquum eſſet per eum translatã cenſeri poſſeſſionem, qui eam transferendi nullum ius haberet. l. nemo plus
5 iuris. ff. de reg. iu. † nam & ex eo, quod non eſt, nullæ poſſunt oriri operationes. l. eius qui in prouincia, & ſcrib. ibi. ff. ſi cert. pet.

## CAVT. CCXCVII.

De eo, qui venditorem obligatum habet, & ei ſuccedit, qui ſuper eadem re eundem habet obligatum venditorem, vt actionis vtriuſque commodum ſentire valeat.

*SVMMARIVM.*

*Emptor obligatum qui habet venditorem ſi illi ſuccedit, qui ſuper eadem re eundem habet obligatum venditorem commodum vtriuſque actionis habet. Idemque eſt ſi venditor eiuſdem emptoris uẽditori ſuccedit, nam duas euictiones præſtare debet, num. 3.* 1
*Hoc autem commodum quo pacto ex hiſce duabus actionibus iſte conſequi valeat, conſilium datur, num. 2.*
*Vẽditor emptoris rem obligatam habens, ſi emptorem eundem in eadem re obligatũ habenti alij ſuccedit uẽditori, vtriuſq; actionis cõmodũ habet. & idem dicitur ex aduerſo cùm emptor emptori alij ſucce deret, qui pro ſolutione fienda eandem rem obligaſſet, ſub nu. 3. ver. & quia.*
*Et quando poſt aditam hæreditatem talis emptor, vel venditor, ex aduerſo, venditorem, ſeu emptorem dupliciter ob ſucceſſionẽ prædictam obligatum habet, diuiſim quoque agere ad vtranque actionem poteſt, niſi aduerſarius opponat, ideo conſiliũ reo traditur, cum ei expedierit, opponere, & facere, vt vno tantùm iudicio vtraque terminetur actio, num. 4.*
*Actiones duæ eiuſdem ſpeciei ad diuerſa tendentes, quando in eodem libello cumulantur, Iudex ſuper vna tantùm pronuntiare poteſt, & ſententia valet, quia actiones illæ diuiduæ ſũt: ſecus eſſet, ſi actionem, quæ vnica eſſet diuideret, vt nu. 6.* 5
*Stipulatio ſi vnum integrale continet corpus, ad partem agi non poteſt: ſecus ſi nõ integrale corpus continet.* 7
*Quanti-*

***Quantitatis debitæ partem ſi quis petere vult, quomodo fiendum ſit.***

1 VENDITOREM † obligatũ habens,& ei ſuccedens,qui eũdem habet ſuper eadem re obligatum venditorẽ, vtriuſ
que actionis commodum habere põt.l.
non eſt nouum.ff.de act. emp.& vend.
difficultas autem eſt, qua via ſucceſſor
iſte commodum ex duobus hiſce actio
nib. cõſequi valeat. conſilium igitur ca
pe ex Iuriſconſulto in d. l. non eſt no-
2 uum, † Quòd ſi vtranque actionem in
diuerſis iudicijs exercere vis, ante aditã
hęreditatem venditorem tanquam pro
prium tuum debitorem conuenias,adi
ta verò hęreditate tanquàm hęreditariũ
debitorem : ſin autem ex eodem iudi-
cio vtriuſque commodum ſentire vo-
lueris,priùs hęreditatem adeas,mox v-
num tãtùm iudicium agites,(quod mi-
nuendarum litium ratione fit, vt no. in
d.l.non eſt nouum.)ita tamen, vt vtriuſ
que commodum ſentias, hoc videlicet
pacto,vt ambas actiones in eodẽ libel-
lo cumules,& ita p Bar.ibi, & per Pau.
de Caſtro clariùs ſummãtem . ſis igitur
cautus,vt cum iam hęreditatem adieris,
diuerſa iudicia ob eas actiones non intẽ
3 tes. † Idemque ex aduerſo ſeruandum
erit,cum venditor venditori ſucceſſerit
quoad actiones de euictione , vt in d.l.
non eſt nouum,in fine. ſupradictorum
autem caſus in gl.ponuntur ibidem . Et
quia idem operatur oppoſitũ in oppoſi
to, ꝙ propoſitum in propoſito.l. ii.§.ſi
filius,de leg.3.& Doc.in rub.ff.de acq.
poſ.ideo ex d.l.non eſt nouum,arg.col
ligi põt,quod ſi duobus venditoribus,
pro ſienda precij ſolut. fundum aliquẽ
obligauit emptor,puta iuxta modũ.l.3.
C.de pig.& alteri vẽditori alter ſucceſſe
rit, atq; è veſtigio ſi emptor, q vt dictũ
eſt,pro ſolutione fiẽda funũ ſuũ obligaſ
ſet;emptori ſucceſſerit, qui venditori ei
dem pro alia aliqua re vendita eundem
eodem modo fundum obligaſſet, vẽdi
tor aduerſus emptorem ipſum,iuxta ea
quæ de venditore ob euictionis causã
obligato dictum eſt,duplex commodũ
ſentire debebit, & ſic de ſimilibus alijs
caſibus dicendum eſt, qđ præcipuè lo-
cum habebit, ſi in caſibus his emptoris
obligãtis, vt traditum eſt, & maximè in
vltimo caſu vẽditori de indẽnitate em
ptores cautionem pręſtiterint expreſſã.
Quatenus aũt dixi,ꝙ poſt hæreditatem
aditã vtraq; actio cumulati debet, Bar.
inquit dicto loco, † ꝙ ẽt hæres ille diui 4
ſim,niſi opponatur,agere põt,& iõ reus
ſi vtile ſibi videbitur,ex Bartolo ibi,ĩ fi-
ne,cõſiliũ colligat,& petat in vno tm̃ iu
dicio agi. Et circa cumulationẽ hanc, q̃
poſt aditã hęreditatẽ fit, qualis eſſe de-
beat,tradit Bar.ĩ l.edita,ſub nu.17.ver.
ſecundo caſu,& declarat ibidẽ Dec.ſub
nu.72.ver.ſed tñ non vł. Scias aũt circa
rẽ iſtã, ꝙ † ex quo tales actiones in ſe 5
diuiduæ sũt, vt dictũ eſt,licet hæ vna cõ
cluſione, vnoq; libello,& inſtãtia termi
nandæ proponãtur, Iudex tñ ſi ſup vna
dũtaxat actione pronuntiet,alia omiſſa,
ſnĩa valeret,arg.l.ĩ cõmodato.§.duab.j.
reſ.ff.com.Quod † nõ ꝓcederet,qñ iu- 6
dex in ſnĩa actionẽ diuideret, quæ vna
tm̃ eſſet,& vnicã ex ſe contineret inſtan
tiã,ut cũ à te centum mihi promiſſa pe-
tijſſem,ſi Iudex ſuper parte ſnĩam dice-
ret,ipſo iure nulla eſſet.l.ĩ hoc iudicio.
ff.fa.erciſ. & l.apud Celsũ.§.itẽ quærit,
j.ibiq; not.in verbo,fuerit,ff.de doli ex
cep.facit tex.in 2.reſp.d.§.duab. & in l.
ſtipulationes nõ diuidũtur,in prin.ff.de
verb.obl.cum ſi.facit pariter qđ in ſimi
li propoſito dicebat Bar.in l.ſcire debe-
mus,nu.5.ff.de verb.ob. † Quòd qñ ſti 7
pulatio vnũ integrale corpus, vt vnã do
mum, vnum vas, & huiuſmodi conti-
net,tunc ſi ad partem ſtipulator,duran-
te toto,agere vult, nõ poteſt. d.§.duab.
2.reſp.& vt no.in l.ſi ſeruus.§. boue, in
verbo,corij.ff.de cond.fur. ſi verò non
integrale aliquid ſtipulatio continet, vt

 familiam,

familiã, vel oẽs, & tũc ad quẽlibet credi tor agere poterit, l. ſi chorus, ĩ prin. ff. de leg. 3. bene verũ inquit ibidẽ Bar. Quod in hoc ſecundo caſu differentia eſt in agendi modo, illudq́; mẽti tenendũ ad monet; an diſtributiuè, an uero collectiue quid qđ diuiſionẽ patiatur, promiſſum ſit: Nam ſi Stichum, & Pãphilum promiſerit tibi quis, tunc quælibet res, tanquã promiſſa, peti à re poterit, quia plures erunt ſtipulationes, ſed ſi omnes ſeruos, vel familiã ſtipulatus fueris, tũc vnum non tãquã promiſſum, ſed vt debitum ex ſtipulationis pręambula cauſa petere poteris, quia vna dũtaxat eſt pro-
8 miſſio, & ideo in ſimilibus cautus ſis, vt libellũ cõcipere minimè ignores † Proinde ſi quadringenta debeat quis, & du centa duntaxat petere optaueris, poteris ita dicere: Peto ducenta de quadringentorum, quę talis promiſit, ſumma, & benè facies, quia ducenta non petes tanquam promiſſa, ſed tanquam debita ex dictæ promiſſionis cauſa, vt rectè facere inquit in d. l. ſcire, ſub d. nu. 5. Bart. aduocatos eos, qui ita eorum petitionem in tali caſu concipiunt.

## CAVT. CCXCVIII.

### De excludenda coniectura, quod vicinus vicini facta ſcire credatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicini facta vicinus ſcire præſumitur. Ad tollendam autem præſumptionem hanc remedia dantur, nu. 6. 7. & 8.*

2 *Vicinus domui quis dicatur: Et quis fundo vicinus: Item vicina loca ſcilicet vrbes, & huiuſmodi quæ dicantur, ac nu. 3. & 5.*

4 *Statutum ſi diſponat, vt vicinus in emendo præferatur, non habebit in eo locum, qui uiam mediam vicino agro habet.*

VICINVS † vicini facta ſcire pręſumitur. c. quoſdam, & c. quãto, de pręſump. ca. cum dilectus, de purg. canon. l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. & l. vicinis, C. de nupt. Bar. in l. de ętate, ſub num. 7. ff. de minorib. 25. ann. & idem in l. 1. num. 15. ff. ſi cert. petat. & in d. l. 1. Ripa, nu. 44. ac Dec. nu. 16. & 17. ſimiliterq́; Ripa in c. ſępè, de reſtit. ſpoliat. nu. 44. & alij quoque de quibus Petrus Duen. reg. 125. in prin. quem in eadem regula vide ad hoc ampliationes, & limitationes tradẽtem; In qua etiam regula poſt principium docet, † quòd vici- 2
nus ille dicitur, cuius vox exaudiri poteſt, iuxta l. 1. §. eodem autem tecto, & §. potuiſſe. ff. ad ſenatuſc. Syllan. Idque meliùs attende prout Bar. declarat in l. ſi tertius, ſub nu. 2. ff. de aqua plu. arcen. Quodque intellige de vicinis ad propoſitum noſtrum, Nam fundo vicinus alio modo dicitur. † eſt enim ille, qui ad 3
vnguem fundo cohęret, ita quod via nõ ſit in medio. l. 4. §. hoc iudicium. ff. finium regund. & ibi Bar. & Bal. in quadam lege Gręca Federici Imperatoris, quę vocatur ius prothomiſeos. in glo. 2. vbi dicit, † Quòd ſi ſtatutum diſpo- 4
nat, vt vicinus in emendo prefeiatur, locum non habet ſi via publica in medio exiſtat, traditq́; & hanc opinionem tenet, tanquam ueriorem, ad contraria reſpondens Barth. Cęp. in tract. de ſeruit. uię. q. 20. num. 34. & 35. † Itidem vi- 5
cinę vrbes, aliave loca vicina dicuntur, quę vltra duas diætas non diſtant, prout tradit gl. in ca. fœlicis, in verbo, vicinorum, extra de pœnis, in 6. & tradunt Doct. maximè Moderni in cap. 2. extra de conſtit. & in d. c. quoſdam. de præſumpt. prout & refert Boſſ. in tit. de rapin. num. 27.

Ad prædictam autem tollendam præſumptionem, quòd vicinus facta vicini ſcire præſumatur, tria trado remedia. Primum eſt, † quod probationes fiant, 6
vicinum

vicinum ipſum cum uicino conuerſari non cõſueuiſſe, ut per Menoch. in tract. de recuperan. rem. 16. nu. 54. ſed conſilium id perpetuum non eſt, quia vicinus quandoque multa vicini facta, etiã abſq; conuerſatione ſcire poteſt, vt clarè patet: Ideo ſecundum eſt remedium,
7 † quod vicini abſentiam probes, vt per Ripam in d.l. 1. num. 45. Duen. d. reg. 125. lim. 2. & Menoch. in prædicti tractatus citato remedio, & d. nu. 54. Tertium, & vltimũ quãdoq; poterit prodeſ-
8 ſe remedium, non ſemper, † ſi vicini infirmitas probari poſſe contingat, vt per Rip. d.l. 1. nu. 46. & per Men. d. nu. 54.

## CAVT. CCXCIX.

De expenſis, quæ in libello petuntur, & ne quis ob iuſtam litigãdi cauſam litis vitet expẽſas.

*SVMMARIVM.*

1 *Expenſas victus victori præſtare condemnandus eſt.*

*Et quando id procedat, nec ne, habetur remiſſiuè, num. 2.*

*Et an victus in expẽſis cõdemnetur, etiam ſi non petatur, num. 3. Quodq; intellige vt num. 6.*

*Iudex autem non punitur, ſi cum non ſint petitæ expenſæ victum in eis condemnare omittit, num. 5.*

*Propterea conſilium datur, vt hæ petantur expenſæ, num. 8.*

4 *Expenſarum facere contra victum condemnationẽ in iudicio, emergit et ad iudicis ſpectat officium, etiam ſi non petantur, quodq; intellige, vt nu. 6. Officiumq; quod iudex habet, & impartitur ſuper expenſis poſt litem conteſtatam occurrentibus, eſt officium mercenarium, num. 7.*

9 *Expenſæ vbicunque per ſtipulationem promiſſæ eſſent victus victori in eis condemnaretur etiam ſi iuſtam litigandi cauſam habuiſſet.*

*Ideo conſilium datur, ut ſemper in contractibus litis ſtipulẽtur expenſæ, numero 10.*

VICTVS † victori ĩ expẽſis cõdemnatur. l. properandum 1
§. ſiue autem, C. de iud. † Et 2
quando id procedat, necne vide per Bar. & cæteros ibidem, & maximè per Iaſ. qui nouem ponit caſus, quibus iuſtam quis dicitur habere litigandi cauſam, nu. 8. & 9. vſq; ad 10. quem etiam vide nõnullas ponentem limitationes alias, quibus docet quãdo victus victori non condemnetur in expenſis, ad quod etiam vide Socin. reg. 181. & pro hac etiam regula vide Damaſum in ſuis Brochardicis regulis canonicis, regu. 140.

Nunquid † iudex condemnare in ex- 3
penſis valeat, etiam ſi petitum non ſit,
& affirmatiuè reſpondet; † Quia iſtud 4
in lite emergit, & ad iudicis pertinet officium, vt in d. §. ſiuè autem, in l. ædiles. §. item ſciendum. ff. de ædil. edicto, & in l. non ignoret, de fruct. & lit. expẽ. & pro hac ſententia Iaſ. d. §. ſine, num. 30. Bartolum ſequens, plures alias refert au-
thoritates. † Sed non punitur Iudex, ſi 5
hanc omiſerit condemnationem. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infecto, quam opinionem Iaſ. d. §. ſiue, ſub num. 31. communiter ibi tenere Doct. ait, & ita in practica ſeruari. Sed aduerte in quantum dicit Bart. quòd etiam ſuper non petitis expenſis Iudex condemnare poteſt, quia iſtud ad eius ſpe-
ctat officium, † Quod tantum intel- 6
ligendum eſt in expenſis poſt litẽ conteſtatã factis, d.l. ædiles, d. §. item ſciendũ, & ita tradit Iaſon in d. §. ſine, nu. 31. & Pract. Pap. in forma libelli Actionis realis, in gl. ſup verbo, & expẽſis preſentis cauſæ, ſub nu. 7. ſecus autẽ in expẽſis ante litẽ conteſtatã factis, vt Iaſ. & Pap. di-

ctis in locis. Hinc benè dicit Bar. in d. §. ſiue autem, in ratione deciſiua, dũ dicit, quod etiam in expenſis non petitis Iudex condemnandi facultatem habet, quia iſtud emergit in lite. ſimiliter adverte,
7 † Quia officium id quod Iudex ſuper expenſis poſt litem conteſtatã occurrentibus impartitur eſt mercenariũ officium, quod propoſitę deſeruit actione, vt per Bar. in d. l. 4. §. hoc autẽ iudiciũ, num. 4. ff. de dam. inf. & per Pap. in d. libelli forma rei vendic. in glo. ſuper verbo, quatenus ex officio veſtro, nu. 3. ver. De officio autem mercenario Vides igitur quòd niſi petantur expenſæ non poterit Iudex ad condemnationem faciendam nec expenſarum ante litem factarum, etiam ſi voluerit, condemnatio
8 nẽ faciet, † Ideoq; cautus ſit aduocatus in libello expenſas petere factas, & faciendas, quia ſuper eis ſententiam ſuã ferre Iudex cogetur, & punietur tunc, cùm poſtulatũ nõ exercuerit officium vt per text. ibique not. ſcriben. in dicta l. 4. d. §. hoc autem iudicium, de dam. in fecto, quam quidem cautionem docent Bar. in d. §. ſiue autem, in fine, & Pap. in d. gl. & expenſis, ſub d. num. 7. ad fin. verſic. ſapienter. Quatenus autem ſuperius aliqualiter tetigi, in expenſis eũ nõ eſſe cõdẽnandũ, qui iuſtã habuit litigã
9 di cauſam, ſcias uelim, † qđ iſtud locũ non habet ubicunq; tales expenſæ per ſtipulationem promiſſæ fuiſſent; Nam tunc iuſta litigandi cauſa non excuſat, quominùs victus in expenſis condem-
10 nari debeat, † & ideò vtile ſemper eſt conſilium in contractibus litis ſtipulari expenſas curã habere, & cauere, qđ in inſtrumẽto id Notarius apponat, gl. eſt de hoc no. in §. oportet, in gl. magna, in verbo, ſolo, ad fi. in Auth. de iudicibus, quã pro ſingulari habere, & ſequi nõnullos refert Doctores Iaſ. i d. §. ſiue, ſub nu. 3. ver. Primo niſi, & quo loci, vſq; ad n. 8. Iaſ. fallẽtias tradit ad ipsã regulã, ꝙ iuſta litigandi cauſa ab litis expenſis excuſet.

## CAVT. CCC.

### De vſufructu transferendo.

*SVMMARIVM.*

*Vſusfructus in extraneum per vſusfructuarium transferri, an poſſit.* 1
*Et vt transferri queat remedium eſt, num. 2.*

VSVFRVCTVARIVS † vſumfructum ipſum in extraneũ conferre non poteſt. l. ſi vſusfructus. ff. de iure dot. & eſt gl. in §. finitur, in verbo, cedendo, Inſti. de vſufr. & iſtum vſumfructum alienãte vſusfructuario, vſusfructus ad dominum reuertitur, vt ibidem dicitur, ac cõmunem affert de hac re opinionem Eman. Soar. in com. opin. littera. V, nu. 94. licet Arium Pin. referat oſtendentem verius contrarium eſſe. l. 1. par. 3. nu. 38. & 39. C. de bon. mat. 1

Sed pro eo, qui in extraneum voluerit vſumfructum iſtum transferre, remedium eſt † vt ſolam uſus fructus concedat commoditatẽ ſeu percipiendorum fructuũ facultatẽ, ſeruitutis ipſo iure penes ſe retẽto: vtiq; enim põt, vt eſt text. in l. arboribus. §. vſufructuarius, & ibi glo. in verbo, vel donat. ff. de vſufr. Por. Inſtit. de vſu, & habit. in princip. nume. 5. & de hac re communem docet opinionem Eman. Soar. in com. opin. in prædicta littera. V, num. 93. 2

## CAVT. CCCI.

### De vſufructuario, qui ob paupertatem fideiuſſorem non inuenit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vſufructuarius inuentarium facere te
netur,& cautionem præſtare de utē-
do,fruendo,20.*
*Quæ nec à teſtatore remitti poßunt.
Remedia tamen dantur remiſſiuè,
quibus cautio per teſtatorem remit-
tatur,nu.3.*
*Sin autem ob paupertatem quis fide-
iuſſorem non inueniat,quid agendū
ſit nu.4.& 5.*
2 *Vſufructuarij fructus percepti quando
fiant ante cautionem præſtitam.*
6 *Iuratoria cautio ſufficit,niſi perſona ſit
ſuſpecta,& non fidedigna,nam tunc
res eßet ſequeſtranda,in caſu ſcilicet
quo propter paupertatem vſufru-
ctuarius cautionē præſtare nō poßet.*

VSVFRVCTV † alicui relicto
1 vſufructuarius inuentarium
facere tenetur,nec illud teſta-
tor remittere poteſt, vt cómu
nē breuiter abſoluo eſſe opin. ex Soci.
iun.conſi.115.nu.18.lib.1.Bellon.cóſi.
54.nu.3.quos alleg.Iulius Clar.in §.te-
ſtamentū q. 66.verſi.quoad ſecundum.
& id manifeſta ratione comprobari di-
cit, quia cùm teſtator cautionē de vten-
do fruendo,&cęt. remittere nequeat(vt
ego ſtatim ſubijciam) neq; etiam inuen
tarij confectionem,quę eſt ad ipſam cau
tionem neceſſariū antecedens, remitte-
re poſſe debet; Hic pariter vſufructua-
rius cautionē hęredi pręſtare tenetur de
vtendo,fruendo, arbitrio boni viri, &
de rebus,finito vſufructu, reſtituendis,
ac de earum pręſtanda æſtimatione,quę
vſu conſumuntur,quamque cautionem
nec teſtator remittere póť, vt eſt textus
expreſſus in l.1.C. de vſu, & habit. quo
loci penes Bar.& Doctores de ratione vi
de.idem tradit Alex.conſi.58.num. 10.
verſi.non ob.lib.3.Dec. conſi. 418.nu.
16.& hæc eſt cómunis ſententia,vt con-
cludit Soc.conſi.131.nu. 14.vol.1.Ioá.
Dilect.de arte teſt.tit. 7. cau.prima, nu.
1.Io. Annibal in repet. l. nemo poteſt
nu.164.de leg.1.Rolan.à Val.conſi.13.
nu.1.cum ſeq.vol.j. Laur.Chir.in 5.cét.
opin.concluſ. 10. Iacob. Phil.Por.in 3.
lib.Concluſ.reg.18.ampl.6.& Iul.Clar.
in d.§.teſtamentū, q.64. in prin.Quod-
que procedit non modo in bonis immo
bilibus,ſed etiam in his, quæ mouétur,
moueriue poſſunt,vt ita loqui, & intelli
gi d.l.1.C.de vſufr.tradit ibi Bar. nume.
10. & communem eſſe opinionem do-
cet in d.q.64.Clar. verſ. & hęc quidem.
† Sanè ante pręſtitam nondum cautio- 2
nem fructus vſufructuarij fiunt,ſi ab eo
ipſa non fuiſſet requiſita cautio nā tunc
in mala fide eſſe non dicitur vſufru-
ctuarius,ſed poſtquàm petita eſſet cau-
tio fructus percepti vſufructuarij ne-
quaquam fierent, ſed morę ratione ad
eos reſtituēdos teneretur vt ita intelligē
dus eſt textus in l.vxori,1.prout ibi no-
tatur,ex Azo.in verbo, antè cautionem,
in fine.ff. de vſufr. leg. & ita tradit Port.
Inſt.de vſufr.in prin. nu. 4. & commu-
nem eſſe concluſionem pręſupponit So
cin. in d. conſi. 131.nu. 17.vbi pro hac
re quatuor cōſtituit caſus, quos vide: vt
que. magis communem oſtendit teneri
eſſe opinionem Eman.Soar.in ſuis com.
op.in litera V. nu.97. Sed † vt cautionē 3
hanc optime teſtatorem remiſiſſe cen-
ſendum ſit,quędam ſunt à Io. Dilecto,
de arte teſtandi,tradita,remedia in titu.
8.d.caut.1.quę tu ibidem haud difficile
habere potes. Quid † modo ſi nec ſe- 4
cundum illa remedia cautio remiſſa fue
rit, neque vſufructuarius ob eius pau-
ptaté cautionē hāc pręſtare valeat? Hoc
in caſu quatuor recitat opiniones gloſ.
1. in le. vſufructu, 1. C. eod. de vſuf.
q̄ & ibidē à Bartolo,& plenius à Baldo,
& Salyceto recitātur;Prima eſt,ꝙ cū iu-
ratoria cautione vſufructuaris admittať;
ſecūda,ꝙ bona penes aliquē virū hone-
ſtū,& fide dignū, q̄ vſufructario de fru
ctibꝰ reſpódeat ſequeſtrenť;Tertia eſt,ꝙ
ꝓprietarius fundū, aut rē ad ſe recipiať,
vel

vel pro ſe retineat, vſusfruct⁹ loco certã ſummam ſeu fructuũ, ſeu pecuniæ vſque ad tertiã cẽteſimæ annuatim vſufructuario ſoluat, eique de illa caueat. vltima fuit opinio, quòd vſufructuarius tunc omninò ſit vſufructu priuandus, quam ipſa glo. retinuit, & eam Bal. per bona argumenta ſequitur ibi; Hasque omnes opiniones latiùs recenſet Io. Fichar. in add. ad communes opiniones Baptiſtæ à Villalob. in litera V. poſt nume. 59. & eam tertiam opinionem, omnium quam aſſeruit æquiſſimam, commodiſſimam, & tutiſſimam, laudauit; per eam enim inquit & proprietario, & vſufructuario pariter proſpectum eſſe, nec cuiquam de iure, aut commodita-
5 te ſua quicquam detrahi. Sed † certè harum opinionum primam tibi prædicto in caſu obſeruandam trado, cùm hæc magis teſtatoris alludat voluntati, non enim paupertatis ſolius vigore cum nihil vſufructuario imputari queat, teſtatoris intentio diuerſum effectum ſortiri debet, vt ſcilicet vſufructuarius re vera vſumfructum non habeat, naturaliſque non conſtituatur, ſecundum reſtantis mentem, poſſeſſor. Et hanc quidem communiter receptam eſſe opinionem tradit Chriſt. Port. in d. titu. Inſt. eod. in prin. nu. 5. quemque refert, & ſecutus eſt Soarez in ſuis com. op. d. litera V. nu. 38. Hoc igitur in caſu pro vſufructuario ad vſumfructum conſequendum remedium ſit, vt hæredi iuratoriam præſtet cautionem quod boni viri arbitrio vteretur, & vſufructu finito rem reſtituet; Idque hęres pati de-
6 bebit, † niſi talis vſufructuarius pſona eſſet ſuſpecta, & fide non digna quia tunc res eſſet ſequeſtranda, iuxta ſecundam opinionem, prout tradit Port. ſub d. nu. 5. ac Ioan. Dilect. in dicto 8. tit. tractatus de arte teſt. d. caut. prima, nu. 5. Quo loci & ipſe pro paupere hoc vſufructuario tale tradit remedium.

## CAVT. CCCII.

### De fructibus pignorum in ſortem non computandis, & quid ſupra ſortem capi poſſit.

*SVMMARIVM.*

*Vſuræ prohibentur, ne ſupra ſortem quid capi poſſit: ſuper quo multa. Vt autem abſque vſurarum timore quid etiam ultra ſortem accipi poſſit remedia dantur, nu. 2. 3. 5. 6. 7. 10. 11. 12. 15. 19. 31. 33. 34. 35. 36. 39. 40. 42. 43. 46. 48. 49. 50. 51. & 54.* 1

*Pro debitore etiam aduerſus creditorem vſuras, uel ſupra ſortem quid exigere tractantem oppoſita dantur remedia, nu. 8 quod ualet aduerſus creditoris remedium nu. 7. ſitũ, nu. 32. cõtra remedium numeri 31. num. 37. in remedium creditoris de quo nu. 36. contra quod etiam conſilium aptari poteſt quod habetur nu. 38. & nume. 58. aduerſus omnia creditoris remedia generaliter. Adde aliud remedium quod debitori traditur, ſub nu. 5. contra remedium numeri quinti.*

*Pænitentia eſt infructuoſa, niſi male ablatum reſtituatur.* 4

*Leg. fin. C. de comp. regula quando procedat, nec ne.* 9

*Vſuræ ex mora in omnibus iudicijs actionis iure non ueniunt, ſed tãtùm in omnibus bonæ fidei contractibus.* 13

*Et hæ tanquam uſuræ non ueniunt, ſed tanquam intereſſe, nu. 14.*

*Intereſſe in bonæ fidei actionibus iure actionis, tanquàm in obligatione exiſtens, peti poteſt.* 15

*Intereſſe in ſtricti iuris iudicijs cum implorato iudicis officio petitur, quo modo in Iudicis nobile exerceatur* 16 *offi-*

*officium,& quomodo non damni ſo-*
*lum , ſed & lucri ratio habeatur*
*remiſſiue.*

17 *Intereſſe tam damni emergentis, quã*
*lucri ceſſantis ratione iure canonũ,*
*etiam ſupra ſortem, peti poteſt.*

18 *Terminum labi , ut intereſſe ex mora*
*petatur , cum creditor permitteret,*
*peccatum non euitaret .*

20 *Intereſſe conuentionale ad quamlibet*
*ſummam aſcendere poteſt.*

21 *Pœna conuenta meram continet duri-*
*tiem, quæ nec in foro conſcientiæ exi*
*gibilis eſt, vbicunque tanti credito-*
*ris non intereſſet.*

22 *Intereſſe in criminalibus abſque vſura*
*rum timore conſequi quis poteſt.*

*Quod quidem intereſſe priuatum ex*
*delicto in omnibus maleficijs gene-*
*rale eſt, & regulariter pro delictis,*
*& actio ciuilis ad intereſſe,& crimi*
*nalis ad publicam vindictam compe*
*tit,num.23*

*Quodque intereſſe priuatum ex deli-*
*ctis , quæ certam habent naturam,*
*duplum non excedit, num.24.*

25 *Intereſſe materiæ pro intelligentia ad*
*fontem fit remiſſio.*

*Et de cuius etiam intereſſe materia*
*nonnulla admodum vtilia tradun-*
*tur,nu.16.27.28.29.& 30.*

38 *Vſurarum ab alio extortarum obiectio*
*nem ſi quis vſurarius ſuo debitori*
*obijciat, et ipſe oſtẽdat debitor,quòd*
*ille,cuius res eſt , conſentit , vt non*
*reſtituat, vel contentus eſt, vt deti-*
*neat,nihil ipſe obijciens faciet.*

41 *Pactum de retrouendendo cum fit, iu-*
*ſtũ precium interuenire debet, alio-*
*qui contractus vſurarius præſume-*
*retur fortè, & præſertim ſi emptor*
*vſuras exercere ſolitus ſit.*

44 *Vſuras aduerſus nos infideles exerce-*
*re nequeunt,nos autem aduerſus il-*
*los ſic quidem, & quare id contra*
*nos facere nequeant infideles, nu-*
*mero 45.*

*Deus ſcrutator cordium eſt , & abſcon* 47
*ditorum cognitor,& alia ad hoc.*

*Anima cunctis rebus eſt anteponen*
*da,ſub dicto numero 47. verſ. Pro-*
*pterea animam.*

*Res quælibet facile ad ſuam naturam* 52
*reuertitur.*

*Extenſio ad locum fit ab identitate ra-* 53
*tionis.*

*Vidua cum in bancho pro lucro conſe-* 55
*quendo eius dotem ponit , ſocia fa-*
*cta videtur, non quod ex aliquo in-*
*tereſſe lucrum ſentire debeat , quæ-*
*que ſocietas in omnibus permitti-*
*tur,ne tamen fiat ſecundùm modum*
*traditum,ſub numero 56. verſiculo,*
*Pactum autem.*

*Nec dicendum eſt , quòd non tan-*
*quam ſocia , ſed vt ſemper lucrum*
*habeat,pecuniam , & intereſſe con*
*ſequi valeat,nu.56.*

*Captiuorum pro redemptione fœnera*
*ri non licet,ſub num. 56. verſiculo,*
*Quia nec.*

*Vſuræ illæ generaliter dicuntur , cum* 57
*quis in vſurarum fraudem excogi-*
*tatur.*

VSVRÆ † prohibitæ ſunt, 1
ſic, ne quis ultra ſortem
quicquam accipere uale-
at: qnod tam in foro ca-
nonico , quam etiam in
ciuili procedit, ut per Iaſon. in l.1.nu.
50.C.de ſum.Trin.& fide cat. Dec.con
ſil.39. ſub nume. 4. traditque Rolan.à
Valle,& hi, quos ipſe commemorat,in
conſi.55.numero 26. uol. 1.conſi.55.
nume.11.uol.2.conſi.35.nume.1.uol.
4.ac communem aſſerunt Iaſ. in §.om-
nes, num.14.Inſt. de act. Berous in ru-
br.ex.de vſur.nu. 80.Alc. in c.1.nume.
74.ex.de offi. ord. latè Didac. à Couar
ruu.lib.3.reſolut. c.1. nume. 5. & ſeq.
Marquar.in tract.de Iudæis,par.1.cap.
11.nume.6.uerſic. non ob. cum num.
præced. & Iulius Clar.in §.uſura,à uer-
ſic.

ſic.ſciendum,uſque ad uerſi.ex hoc infertur. Propterea conſuetudinem, uel ſtatutum, quod uiduis etiam aliquid vſurarum nomine præſtari uult,quoad etiam dos illis ſoluatur, nequaquam ualere tenet Iaſ.in §.fuerat, nume. 9.Inſt. de act.& Roch.Curt.in c.ult.q.1.num. 18.& ſeq.de conſuet. communem pro ferentes;quod & inde ſuaderi uidetur, (licet Afflict. deciſ. 284. in prin.ſecus præſupponere uideatur, & idem teneat Cæpo.conſi.ciuili 15.) Nam nec pro opere pio admittitur uſurarum diſpenſatio.c.ſuper eo, ex. de vſur. Laur. Rodulph. in rub. tract. de vſur. Latiſſimè Marquardus in d. ca. 11.d.tract.de Iudæ.ſub numero 14.uerſ. & hanc partē. quos refert Dominus meus Cephal. conſi. 549.nume.74.quo in conſ. à nu. 58.vſque ad num.81.nonnulla pro vſurarum deteſtatione egregia tradit.Circa autem id, quod de vſuris pro dote uiduis nō debendis dictum eſt, vide quæ tradit Afflict.d.deciſ. 284. vbi poſitis hinc inde opinionibus,an pecuniæ dotis vſusfructus debeatur de iure, inquit Dominos de Cōſilio votaſſe ſecūdum opin.Petri de Anch. in reg. peccati veniam,in 4.q.prin.in 6. vbi dicit, quòd ſi vidua eſt inops, nec habet vnde perci piat alimenta, niſi de dote ſua, tunc intereſſe propter moram ſibi in dotis reſtitutione factam exigere poteſt, quod & de mente aliorum,quos refert, fuiſſe ait:ſin autem diues ſit,& aliunde ſe valeat alimentare,& dotē petere negligat ſibi imputet: bene,inquit,quòd ad intereſſe agere poterit, ſiue ſit damni vitandi,ſiue lucri ceſſantis, ſi illud probabit, (& de quo ego inferius dicam in iſto tractatu,) pro his etiam vide quæ dixi caut. 54.ſub num.6.verſ.elapſo. ex quibus pendet intellectus ad dictam deciſionem Afflicti. Sed vt quis etiam vltra ſortem citra vſurę obiectionem aliquid accipere queat,aut fructuum ſaltem ſolutionem differat, nonnulla ſubijciam remedia tam generalia, quam ſpecialia: & vniuerſalia primum, mox particularia tradam,& ex his ſi quę erunt quoad animā pernicioſa, non omittam admonere, vt ab eis recedere non ignorēt omnes. Primum † igitur eſt generale remediū, vt pignori rē pro pecunia accipere attendat creditor, & à debitore iuſiurādum exigat, quòd nullum ei grauamen ſuper pignorata re inferet, donec debitam ſoluerit pecuniam, nam debitor, dum pecuniam non luerit,creditori fructus in ſorte nunquam compenſabit.c. ad noſtram.1.extra,de iur.ibique Abb. poſt Bal.Abb.in c.cum inter,ext.de excep. & in c. cum dilectus, ext. de ordi. cognit.Ang.& Cum.in l.amplius. ff. rē rat.hab.Io.Fab.ī §.ī bonæ fidei, Inſt. de act.& in hoc omnes, tā Legiſtę, quàm Canoniſtæ concordant, vt ait Neguſan. in tract.de pign.5.memb.5.par.prin.limit.5. ſub nu. 14. bene verū eſt, quòd poſtquam perſoluerit debitor fructus, deductis expenſis,repetentur, vt dicitur in d.c.ad noſtram.Idem quoque dicendum eſt, quod in hoc primo remedio dixi,ſi etiam iuraſſet ſoluere debitor creditori abſq; alia promiſſione (licet Bar. in d.l.amplius, cōtrarium teneat,cuius opin.D.Tynd.in trac. des compenſ.car. 7.col.2.iſtum articulum examinans,veriorem de ſtricto iure dicit)Canoniſtę, enim cōmuniter in d.c. ad noſtram. tenent contra Bar. videlicet,quòd ēt hoc caſu non admittatur compenſatio, & hanc Canoniſtarum opin.ſequitur Alexan.conſi.91.col.2.ver. ſecundo principaliter moueor,vol.2.latè diſputat Soc. in l.Iulianus.ff.de condi.& demon.col. pen. vbi videtur tenere Canoniſtarum opi.& iſtam quoque opin.magis communem ait Neguſ. vbi ſuprà, licet opinio Bartoli ſit multum æqua. 2

Aliud ſi coniūges remedium de iure iurando,vt † à debitore iuramentū exigatur, quòd ſolutas non repetet vſuras, ad priuatam ſi quidem vtilitatem inqui 3

ti non poterit, ſed benè ad publicam
4 peragendam pœnitentiam: At † pœnitē tia infructuoſa erit, niſi male ablatum reſtituatur, vt teſtatur Beatus Auguſt. in epiſt. ad Macedonium,& habetur in ca. cum tu, ext. de vſur. in c. peccatum non remittitur,ext.de reg.iur.in 6.& in c.1.14.q.6.& pro hac re vide Aug. Arimin. ad Ang. de malefic. in verbo, Hęc eſt quædam,ſub nume. 32. Ideo remedium iſtud, tanquam corpori inutile,& (quod magis ponderādum eſt) pro anima periculoſum, ommittēdum cōſulo.

5 Secundum † remedium (mirabile quidem) pro eo,qui ſupra ſortem fructus lucrari voluerit,ex eo reſultat; Qđ ſi pignori rem pro tanta accepetit quantitate creditor, vt luitionis ſpem debitor amiſerit, tunc res pro derelicta habebitur,& ipſum quoque pignus in creditoris patrimonium redigetur.l.qui habebat.ff.de leg.3.& pro hoc eſt etiam ſimilis text. in d.l.legata.§.fin.ubi glo.& Bart.ff.de ſup. leg. tradit Ia. de Ra. in l. 1.§. per ſeruum corporaliter, & eum ſequuntur Imo. Alexan.& alij. ff.de acquir.poſſeſ. not. Cyn. in l.qui poſt, C. de leg.Bar.in l.rem legatam,in fin.verb. ff. de adim. leg. dum ibi habetur, quod ſicut cum teſtator rem aliquam legauit, & eam poſteà ſponte alienauit, dicitur ademptum legatum,d.l,rem,cū ſim.ita & cum ipſam rem pro tanto pretio obligauit, vt luitionis non ſit ſpes, per d.l.qui habebat,& d.l. legata, in fi. tunc enim illa obligatio (ait Bart.) loco alienationis haberetur; ad idem vide Bald. in l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iure, & in l. 2. C. de fideicom. & tradit Ant. Neguſ. de pignor. primo mem. 3. partis,cum nonnullis pulchris illationibus,& num. 17. vſque ad nume. 31.& etiam communem prō hac re tradit op. Socin. in d. §. per ſeruum,quem refert Bapt. Villalob. in ſua collect.com.conclu. litera. P, nume. 83.& Eman.Soar. in ſuo Theſar.recep. ſent. littera. B, nu. 123. Hoc igitur caſu ad aliquem effectum poſſidere debitor non dicetur, vt per Barth. Socin.reg.7.caſu 9.qui per d. l.qui habebat, limitat tex. in l.1.§.ſeruū corporaliter.ff.de acq. poſſ.& ita ēt intelligi pōt tex. l. qui pignoris. ff. eod. Sed certè cautela hæc abſq; animę detrimēto non pertrāſiret, & fortè Euāgelica denuntiatione debitor ſe reparare poſſet: ac ſi pignus pecuniæ habitæ valorem excederet vltra tantam eiuſdem quantitatem,cōdictione ex. l.2. C.de reſcind. vend. debitor ſe indemnem reddere poſſet, quo remedio illum in iure, iudicijsq́ue noſtris vſurum eo in caſu admoneo,ſed Euanglica denuntiatio vtiliùs prouidet,vt arbitror: nam cum re uera pignus illud fuerit rem ſuam prorſus,& creditore inuito,ac reſiduum ſoluere volente, recuperabit, quod nō eſt in d.l.2.C. de reſcin. vend. ibi nāque in emptoris arbitrium conſiſtit,vel reddere rem,aut damnum reficere;& fructus etiam in ſortem omnino compenſabit. l.1.& 2. C.de pigno.act.& l.1.C.de diſtract. pigno.cum ſimil.Quapropter & deficiente ad omnimodam, & plenam ſatisfactionem ordinario remedio hac
in ſubſidium uti poteris. Tertium † erit 6
pro creditore auxilium, vt fructus non computet, videlicet, ſi conſtabit mutui ratione laborem ſubijſſe; nam ob laboris compenſationem fructus retinebuntur,vt per Hoſtien.in c.conqueſtus, de vſur. qui ſe remitit ad eiuſdē tituli ſummam,in §. in aliquo, Bar.Soc.in d.reg. 6. fallentia 12. & Martin.ab Azpilcueta Nauar. in ſuo Manuali Confeſſorum,c. 17.§.25.ſub num.210.De ſimplici paruoque labore, qui damnum nullum afferat, id ego affirmare non audeo. ſed benè arbitror, quod cum labor eſſet magnus, mutuantique damnoſus re vera, vel etiam nō laborem ſentiret, ſed damnum pro eo reſarciendo damno ſupra ſortem quid accipere poſſet mutuans, vt probatur ex his, quæ de ſcholari

lari

lari illo traduntur, qui cum libros ſuos
ſub vſuris pignoratos haberet, & proin-
de à patre pecuniã recepiſſet, ac libros
recuperare vellet, ſocius rogauit quod
talem ſibi mutuaret pecuniam, & ꝑ eo
vſuras ſolueret, nã determinatum fuit,
quod tales vſuras à ſocio ille ſcholaris
mutuans licite peteret, vt per Arch. 14.
q. 3. c. vſura, Ioan. Cald. Pet. de Anch. &
Card. Flor. in cap. nauiganti, extra de v-
ſur. Petr. de Anch. in reg. peccati venia,
quæſt. 9. de reg. iur. in 6. Salyc. in auth.
ad hæc, quæſt. 16. C. de vſur. & Laur. de
Rodulph. in repe. cap. conſuluit, 34. q.
1. par. principalis, extra de vſur. Quar-
7 tum † pro omni creditore erit conſi-
lium, vt fructuum non faciat compen-
ſationem, ſed pecuniam debitam ſuo re
cuperet tempore: Nam opponere pote-
rit exceptionem l. fin. C. de compen.
cum fructus liquidi non ſint: eo etenim
in caſu fructuum ſaltem differet præ-
ſtationem: Benè uerum eſt, quòd poſt
fructuum liquidationem extimatio pręſ-
ſtanda erit, quod colligitur ſecundum
vnum intellectum in d. ca. ad noſtram,
extra de iureiur. idque ibi apparere vide
tur propè fin. per verbum illud, conſti-
terit. Verùm pro debitore contraria erit
8 cautela, † vt debitum abſque cõtrouer-
ſia confiteri animaduertat, eo enim caſu
& ipſe debitor ſortem ſoluere non coge
9 tur, donec fructus liquidentur. † Nam
dictæ l. fin. C. de compen. regula proce-
dit, cum per teſtes vel probationes alias
debitum liquidum eſt, ſecùs ſi per par-
tis debentis fidem, vt eſt glo. ſing. in d. l.
fin. in verbo, conuicta, ibique hoc no-
tat, & tenet Cyn. quæſt. 9. & ſimilis eſt
gloſ. in l. nemo ex his, quæ eſt gloſ. 1.
ff. de reg. iur. De qua ego cautela men-
tionem feci ſuprà in littera. C. caut. 24.
10 Quinta † eſt pro creditore cautela, vt ſal
tem fructuum differat ſolutionem, &
prius debitũ recuperet, quod ſcilicet qñ pi-
gnus traditur, conuentionẽ cũ debitore
ineat, vt penes eũ poſſeſſiones, & reddit⁹

ſtẽt: Nã tũc fructus non cõpenſantur, ſed
prius debitũ ſolui debet, qđ colligitur ex
alio intellectu ad d. ca. ad noſtrã, de quo
Io. de Imo. ibi. Pari † quoq; ratione (& 11
erit ſexta clarior pro creditore cautela)
fructuum ſolutio, vſque ad debiti ſatiſ-
factionem differetur, ſi pactum fiat
quod ij non computentur in ſortem,
ſed teneantur, ſeu eorum teneatur æſti-
matio, quouſque ſit de debito ſatisfa-
ctum, vt per Socin. d. reg. 6. caſu 18. Ve
rum vt eos fructus lucretur creditor ne-
utiquam fieri, etiam expreſſo pacto, po-
teſt, quia illud uſurarium eſſet, ut ap-
primè patet, cum & iure ciuili fructus
in ſortem compenſentur, ut per d. l. 1.
2. & l. ultimã. C. de pigno. act. & per l.
ex prædijs. C. de uſur. cum ſimil. Septi-
mum † erit pro creditore auxiliũ, quo 12
fructus ad unguem ſupra ſortem lucra-
ri poſſit, ſi ſolutionis fiendę terminus
lapſus erit, unde debitor in mora conſi-
ſtat, ac per eam ipſe creditor aliquod ua
leat prætendere intereſſe: Nam ſi inte-
reſſe ad fructuum ſumman non aſcen-
det, pro rata retinebit: ſi uerò non aſcẽ
det, omnes ſuos faciet, quod colligi poſ
ſe uidetur ex textu l. qui Romę, in prin
cip. & ex glo. ibi, in uerbo, obtulerit, &
ex gl. ac ſcribentium dictis in l. ſi filiuſ-
fam. §. cum fundum. ff. de uerb. obli-
gat. & in l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur. & de
hac cautela vide Soc. in d. regula 6. caſu
13. uerſic. & eadem ratione. Eſt autem
ſciendum, † quod non in omnibus iu- 13
dicijs ex mora uſuræ ordinarie actionis
iure ueniunt, ſed in omnibus bonę fi-
dei cõtractibus tantùm; l. mora. §. in bo
nę fidei. ff. de uſur. l. ultim. ff. de peric.
& commo. rei uend. l. in bonæ fidei C.
de act. empt. & uendi. gloſſaque hoc
dicit in c. conqueſtus, extra de uſur. Qui
autem ſint bonę fidei contractus, uide
Inſtit. de actio. §. actionum autem, ſed
aduerto, † quod hæ tanquam uſuræ 14
non ueniunt, ſed tanquam intereſſe,
non obſtante, quod dicitur: Quicquid

ſorti

ſorti accedit vſura eſt, nam grauaminis
virtute, quod poſt moram prouenit, iu-
ſteque creditor prætendit, non vt vſu
raria acceſſio, ſed vt intereſſe proprium,
& debitum quid, iſtud præſtandū venit
vt ita dicere voluit Bal. in l. in inſulā. §.
vſuras. ff. ſoluto matri. & in l. & in con-
traria. ff. de vſur. quem ad hoc refert So
15 cin. conſ. 1. in fine, volum. 1. † Iure igi-
tur actionis termino lapſo in bonę fidei
actionibus intereſſe, tanquam in obli-
gatione exiſtens, petere poteris, l. in bo-
næ fidei. ff. de eo, quod cer. loco. ſed in
ſtricti iuris actionibus non actionis iu-
re intereſſe ex mora, verùm iudicis arbi
trio, meroque eius officio implorato,
peti debet, l. ſi hæres, cum l. ſeq. ff. eod.
quod cer. loco, tradunt ſcrib. in §. præ-
terea, Inſt. de act. Azo in ſum. C. vbi con
ueniatur qui cer. loco dare prom. &
Specul. in tit. de fruct. & inter. §. uiſo de
communi, verſic. & vt hic articulus, à
16 nume. 13. vſque ad nume. 17. † Quali-
ter autem in ſtricti iuris iudicio circa
iſtud intereſſe iudicis nobile implora-
tum expediatur officium, & qualiter ra-
tio non damni duntaxat, ſed lucri etiam
habeatur, ac quare hoc ſit inuentū reme
dium, vide in l. 3. §. penul. & §. fin. &
in l. 4. ff. de eo, quod cer. lo. & declarat
Azo in d. ſum. C. vbi conuen. nume-
17 ro 4. & 5. † Porrò canonum quoque iu
re quàm damni emergentis, tam lucri
ceſſantis ratione, quid peti ob intereſſe
vltra ſortem poteſt, vt per gloſ. in d. ca.
conqueſtus, & ibi Abb. Sicu. & Martin.
Nauar. in d. manu. confeſſ. d. §. 25. in
princip. verſ. Dixi. faciuntque tradita à
glo. & Bart. in l. 2. C. de vſur. ac pariter
notata per gloſ. & Docto. in l. curabit.
C. de act. emp. & vend. Socin. conſ. 133.
num. 3. in primo volum. Decius conſ.
39. num. 3. circa fin. & hanc ſententiam
communiter Doct. approbare ſcribunt
Pet. Phil. Corn. in conſ. 145. nume. 7.
volum. 2. & Rolan. à Valle conſ. 35. nu
me. primo, volum. 1. ac conſ. 14. in prin
cip. volum. 2. quam ſanè concluſio iem
ibi ex multis comprobat, authoritati-
bus, & in ſpecie, in d. conſ. 25. ex Bal. in
cap. cum allegas, extra de vſur. in penul.
colum. dicente, quòd in quocunq; con-
tractu de mundo vſura fieri poteſt, qua-
tenus intereſt, ſed hæc non eſt vſura, vt
dixi, ſed rei, quam quis ex mora ab ſe
abeſſe non iniuſtè prætendere poteſt, in
tereſſe, & inquit Socin. d. conſ. 2. ad fi.
volum. primo, quòd vbi pecunia data
eſt in obligatione, habetur etiam lucri
ceſſantis ratio, & ita pluries ſe in curia
eccleſiaſtica conſuluiſſe ait: ſupradictā
autem concluſionem quò ad dāni emer
gentis intereſſe intellige, ſi de hoc pro-
batum per eum, qui illud prætendit, fue
rit, vt probat in d. conſ. 35. num. 7. Rol.
Quò verò ad lucri ceſſantis intereſſe ve-
rum eſſe, ſi probabitur creditorem mer
cari, & negotiari cum pecunijs ſolitum
eſſe, vt latè in d. conſ. 35. nu. 11. Rolan-
dus comprobat, qui nu. duodecimo ex
Dec. ibi allegato inquit, quòd ad tale in
tereſſe lucri ceſſantis agens articulare, &
probare debet, quòd ſolitus eſſet nego-
tiari, alias non obtineret, & pro hac re fa
ciunt tradita per Socin. d. reg. 6. caſu 33.
Aliud pariter circa hoc lucrum ceſſans
addit requiſitum Rolan. d. conſ. nu. 13.
Quòd ſcilicet creditor manifeſtum fa-
ciat, quòd ex negotiatione ſi pecuniam
habuiſſet, lucratus eſſet: Nam non ſe-
quitur, ſolebat mercari, & negotiari, &
lucrari aliquando, ergo, ſi pecuniam ha-
buiſſet, lucratus eſſet, quia & contrariū
euenire potuiſſet. Inſuper addit nu. 14.
quòd teſtes in tali probatione eorum di
cti cauſam, etiam non interrogati, redde
re debent, licèt regulariter in ciuilibus
id teſtes non interrogati facere non te-
neantur, vt dicebam ego ſupra cautela
281. ſimiliter de hoc lucri ceſſantis in-
tereſſe agi quoque poſſe, ſi creditor fun
dum ex pecunia empturus eſſet, habe-
tur ex Caſtren. in l. diuortio, in princ.
ff. ſoluto matrim. cuius procedere opi-
nionem

nionem docet in dicto conſilio Rol.nu.
16. ſi verè, & non preſumptiuè probare
tur à creditore, quòd omninò talem eſ-
ſet empturus fundum, ex quo tot perce
piſſet fructus, ob idque ipſe Rol. num.
19. inquit, creditoris dicto, quamuis iu
rato, ſtandum non eſſe, ne per indirectũ
extorquendi vſuras materia daretur,
quia ſic ſemper poſſet allegare, quod
prædium empturus fuiſſet, licet regula-
riter in his, quæ ab alicuius animo de-
pendent, eius dicto iurato ſit ſtandum
ſecundum gloſ. in §. aliæ, Inſt. de act.

Verùm ſuper prædictis aduertẽdum
18 eſt, † quod cum creditor terminum ſi-
bi data ad hoc opera, permitteret, non
euitaret peccatum, quod ſaltem penes
Deum manifeſtum eſt, argum. c. conſu-
luit, extra de vſur. & eorum omnium,
quæ dicũtur 11. quæſt. 3. per tot. Quod
tibi ad omnes ſeruiat cautelas & erit om
nium cautelarum optima iſta.

19 Octauum † eſt pro creditore conſi-
lium prædicto de intereſſe latius, vt ſci-
licet quando pecuniam credit, ſi termi-
nus ad eam reſtituendam adiectus fue-
rit, nomine pœnæ quid, pecunia in ter-
mino non ſoluta, ſtipuletur: Nam mora
interpoſita hanc pœnam creditor exige
re poterit, non vt vſuram, ſed vt intereſ-
ſe conuentum. §. alteri, Inſt. de inutil.
20 ſtipul. cum ſimil. Et aduerte, † quod
iſtud conuentionale intereſſe ad quam-
libet ſummam aſcendere poteſt, vt per
Bar. poſt gloſſam in l. vnica num. 27. C.
de ſent. quæ pro eo, quod inter. profe-
run. & ibid. poſt alios Cagn. num. 108.
qui dicit hanc opinionem communiter
eſſe approbatã, quam ſanè opinionem
attende ſecundum ipſum Cagno. ibid.
verſic: Et prędicta concluſio, num. 112.
21 Sed certè puto, † quòd ſupradicta ſtipu
latio de pœna meram contineat duri-
tiem, quę nec in conſcientiæ foro ſit exi
gibilis, vt voluit glo. ſing. in cap. frater-
nitas 12. quęſt. 2. quam refert Abb in
cap. dilecti, de remiſſ. & ita tradit So-
cin. conſ. 174. num. 1. volum. 2. quod
intellige, cùm tanti non intereſt: Ideo
fortè per Euangelicam denuntiationem
debitor ſe reparare poſſet, iuxta illa, quę
tibi tradebam in caut. 242. quicquid di
cat Cagn. in d. l. vnica. C. de ſent. quæ
pro eo, nume. 110. nam re vera ęquitas
ſuadet, ne quis cùm ipſe nihil ſibi inter-
eſſe prętendit, cum aliena iactura locu-
pletetur, l. nam hoc natura. ff. de cond.
indeb. Ideo tutior hęc eſt pars & ani-
mę fauorabilior, quam ideo ſequere.
Quin & ſi deſiderauerit creditor, qui
pœnam ſtipulatus eſt, vt ſibi ſtatuto
die, ad hoc, vt pœnam petere poſſit, non
ſoluat debitor, mortale erit peccatũ, cũ
obligatione reſtituendi, vt Nauarrus in
d. cap. 17. §. 25. nu. 215. ſubdens idem
eſſe, ſi quis ab eo pœnam exigit, qui abſ
que culpa ſua, & quia plus non potuit,
incidit in eam, nam ubi culpa deſide-
ratur, ibi pœna locum habere non po-
teſt, cap. 2. de conſti. & l. ſancimus. C. de
pœn. Hinc videmus, quòd certo die ſol-
uere iurans, periurus non eſt, licet eo
die non ſoluat, ſi propter neceſſitatem
ſoluere non potuit, c. querelam, & ibi
not. Bald. extra de iureiur. & confert
quod tradit Dec. l. non videtur, num.
2. ff. de reg. iur. & ita tradit Fran. de Seſ-
ſe in add. ad ipſum Nauar. in d. cap. 26.
in prima addit. quę eſt littera. A, Simi-
liter inquit Nauar. ſub d. num. 215. pec
catum eſſe mortale, ſi quis ſoluta parte
debiti, totam pœnam petijt, ſaltem quã-
do obligatio diuiſibilis eſt; ſecus ſi cre-
ditor pœnam apponi curauit ad hoc, vt
ſibi ſolueret debitor cõmiſſionis pœnę
metu, pręſertim optando potius, vt ſibi
ſolueret, quam quod in pœnam incide-
ret, c. ſuam cum gloſ. & com. Doct. ex-
tra de pœn. Vnum etiã hic ſcias † quod 22
abſque vſurarum timore in maleficijs
pœnę nomine intereſſe conſequi pote-
ris, de qua re eſt glo. fin. in fine, in prędi
cto c. conqueſtus, † quod quidem in- 23
tereſſe priuatum ex delicto in omni-
bus

bus delictis procedit, nam pro crimini-
bus regulariter & actio ciuilis ad inter-
eſſe, & ad publicam vindictam crimina
lis (ſiue pœna pecuniaria fiſco applice-
tur, ſiue corporalis infligatur) compe-
tit, per Clar. in pract. quæſt. prima, verſi
culo, Tertius caſus, & quæſt. ſecunda, in
principio, idque non habet dubium.
24 † Et iſtud intereſſe priuatum ex delictis
quæ certam habent naturam, duplum
non excedit, vt per textum, iuncta gloſ.
in dicta l. vnica. C. de ſenten. quæ pro
eo, quod inter. in verbo, caſibus, & in
verbo, contractibus, circa medium,
quam ſequitur Barto. in dicta l. nume-
ro vigeſimoſexto, reſpondens ad textus
obiectionem, in l. inficiando. §. primo,
ff. de furt. & eſt communis opinio, vt
tradit in dicta l. vnica. Dec. numero 57.
25 † Vt autem intereſſe prædicti plenam
habeas notitiam, recurras ad materiam
dictæ l. vnicę. C. de ſenten. quæ pro eo,
quod intereſt, & ſic ad Doctorum di-
cta ibi, & maximè ad Socin. Dec. Bo-
logn. Cur. iun. & Cag. traditiones, poſt
Barto. & alios, antiquiores, ac ad arbo-
rem vtilem admodum Domini Pet. Re
buffi, & ſecundum ibi tradita (vt caſus
ſe ſe habebit) intereſſe petas, & te ip-
ſum regas, ad quod etiam optimum fa-
cit tractatum Specu. in tit. de fructibus,
26 & intereſſe. † Quod quidem intereſſe
aliquando eſt damni emergentis, ali-
quando lucri ceſſantis, ex eo, quod ali-
quid fieri ceſſatur, capitulo, peruenit, &
capitulo, conſtitutus, extra de fideiuſſ.
capitulo, dilecti, de foro competen. & ca
pitulo, ſacro, de ſenten. excommun. &
vide Barto. in dicta l. vnica, ſub numero
octauo, & ibi Dec. numero trigeſimo-
primo, & Cagn. ſub numero trigeſimo-
tertio, notant, prout & cæteri ibidem,
27 duo hæc intereſſe proſequuntur; † & in
tereſſe id aliquando eſt commune, ali-
quando conuentum, & aliquando ſin-
gulare. Dyn. poſt glo. qui eam tenet qua
tenus ad hanc ſimplicem intereſſe tri-
plicem diuiſionem, in dicta l. vnica, &
ibidem Barto. cum eo, ſub numero de-
cimo, cum ſequen. quorum ſanè dicta
magis communiter ſunt approbata, vt
tradit in dicta l. vnica. Cur. iun. ſub nu-
mero nono, verſiculo, ſuſtinendo ta-
men. De communi loquitur tex. in l.
prima, ff. de actio. emp. licet etiam de
ſingulari loquatur, de conuento loqui-
tur tex. in l. finali, ff. de præt. ſtip. & in l.
procurator ad exhibendum. §. finali, ff.
rem ratam habe. & in dicto §. alteri, In
ſti. de inutil. ſtipu. de ſingulari autem lo
quitur textus in dicta l. vnica. C. de ſen-
ten. quæ pro eo, quod inter. & de om-
nibus intereſſe promiſcuè in dicta l. pri
ma, de actio. empti, per Doctor. vt &
in dicta l. vnica latius tractatur, & per
Specu. in dicto titulo, de inter. † Com- 28
mune intereſſe eſt (ſequendo Dyni,
Bartolique opinionem, quòd intereſſe
non ſit rei ipſius pretium, prout gloſſa
voluit; ſed intereſſe ſit ipſius rei occaſio
ne æſtimatio, quæ prouenit, quorum o-
pinio communiter approbatur, vt in di
cta l. prima, tradit Dec. numero trigeſi-
moquinto,) quod ſecundum commu-
nem æſtimationem præſtatur. l. precia.
ff. ad l. Falc. † Conuentum autem iuxta 29
id, quod conuenitur, dicto §. alteri, Inſt.
de inutil. ſtipul. quod (vt dixi) in foro
conſcientiæ euitari poteſt tunc, cum a-
ctoris non intereſt. † ſingulare verò eſt 30
intereſſe, quod ex affectione, ſingula-
rique vtilitate præſtandum venit, & id
quandoque duplum non excedit com-
munis intereſſe, vt in caſibus qui cer-
tam habent naturam, vel quantita-
tem, quandoque inſolidum præſtan-
dum eſt, vt in caſibus incertis, videli
cet in his, quæ in faciendo conſiſtunt,
vt in dicta le. vnica, C. de ſenten. quę
pro eo. & de his vide poſt Doctor. in
dicta le. vnica, Specul. in dicto titu-
lo, §. nunc dicamus, verſiculo, Con-
uentum, §. commune, numero pri-
mo, & dicto §. viſo de communi, in

princ. & numero tertio, qui etiam in dicto §. viſo de conuentionali incidenter tangit, numero quarto. Ideo que ut ad hæc petenda intereſſe cautus tu Aduocate exiſtas omnia prædicta iura congrue, & aperte attendere memineris. Iſtud ad hoc poſtremo notando, quod Bart. in dicta le. prima tradit in fin. uerbis, quod quando ſingulare intereſſe non eſſet in iudicio probatum, poſſet ex officio ſuo Iudex informare, & in eo condemnare; & id eſſe mirabile, quo ſine actionis probatione reus condemnatur, tradit ibid. Curt. iunior, numero fin. vbi ſubiungat: Ideo in practica perpetuo notandum; & fortius inquit non modo dictum iſtud in materia intereſſe procedere, ſed etiam generaliter in omni iudicio, in quo non eſt probatus valor, & rei æſtimatio de qua agitur, quia iudex poteſt ſe de tali valore ex officio informare, & in eo condemnare, ut de hoc etiam mirabile eſſe dictum eiuſdem Barto. quod practicantes in ore habere ſolent, ait Cur. vt ipſe Barto. in le. ſi quod ex Pamphila. ff. de leg. ſecundo, & facere inquit Cur. tex. in le. ſi irruptione. ff. fin. regund. & Barto. doctrinam in dicta le. vnica, & in dicta l. ſi quod ex Pamphila, communiter approbatam tradit Cag. in ipſa le. vnica, ſub num. 162. quem in ſequentibus et num. ad hoc vide. Tu quoque uideas, quæ ad hoc ego dixi ſuprà caut. 223.

31 Nonum † erit pro creditore conſilium cùm ipſe in eius conſcientia ob talem ſe rem, quam debitor pręſtiterit, grauatum ſenſerit, vt curet gratis ab ipſo debitore rei pignori acceptæ fructus remitti: ita tamen, ut ipſe creditor à principio fructuum lucrandorum ſpem nõ habuerit, quod per ea collige, quæ tradit Barto. Soci. dicta regu. caſu 21. & Nauar. dicto capitulo, vigeſimoquinto, ſub nume. 206. verſiculo, Dixi principaliter. Pro debitore autem, ſi mox ſe grauatum ſenſerit, contraria erit cautela, † vt perquirat, num. fructuum 32 horum valor quingẽtorum aureorum ſummam excedat (quæ priſca ſumma ad maiorem redacta eſt, ut per Petrum Duen. reg. 224. per Clar. §. Donatio, q. decimaquinta, & per Eman. Soar. in comm. op. litera D. nu. 161. & cuius rei ego memini ſuprà litera D. caut. 27. quia tunc illa remiſſio abſq; inſinuatione facta nullius erit momẽti, ut per tex. in l. pen. C. de don.) Quod ad tacitam quoque, & præſumptam donationem extenditur, ut per Clar. in dicto §. Donatio. quæſtione decimaſexta, in princ. qui ſe fundat ſuper Bartoli. doctri. in le. prima, numero ſecundo, ff. de don. & clariùs id dicentem eundem allegari in le. fin. numero tertio, C. de iure dot. cuius Bartoli doctrinam communi Doctorum concurſu receptam aſſeuerat, teſte Cur. iun. conſilio 126. circa fin. Idemque procedit in pacto gratuito, & ſimplici liberatione facta, non expreſſa cauſa, ut communem dixit ipſe Clar. dicta quæſtione, verſiculo Item quæro, vbi pro hac re multas refert authoritates.

Sed † aduerſus hanc debitoris cautelam remedium eſt pro creditore: primò, quod cauſa expreſſa appareat, quare fructus ipſe debitor remittat, & ꝑſertim remuneratoria; nam tunc non erit neceſſaria inſinuatio, ut Clar. in prędicta quæſtione decimaſexta, dicti §. donatio, verſiculo, ſed quid dicendum. qui communiter approbatam ſententiam Bartoli adducit in le. Aquilius Regulus, numero tertio, ff. de donat. & Eman. Soar. communem pariter hanc opinionem dicit ex Ripa præcipuè in le. ſi vnquam, numero 35. C. de reuoc. don. vt in ſuis ipſius Emanuelis communibus opinionibus, litera D. numero 238. apparet. † Secundò cum fructuum remiſſio dictam excedit ſummam, ſi cauſa remuneratoria nõ exprimatur, 33 34

matur,

matur, curam gerat creditor, iuramento hanc confirmari remiſſionem, & inſimul in ſpecie inſinuationi renũciari, vt per Clarum in dicto §. Donatio, q. 18. qui multas referens ibidem authoritates communem magis tam Canoniſtarum, quàm Legiſtarum opinionem eſſe dicit, quod eo caſu valeat iſta donatio hoc modo facta. Caueat autem creditor, ne id faciat, cum labor, & grauamen, quod prætendit, non patitur; quia ad gehennam ædificaret. Et ideo poſui nonum iſtud conſilium practicandum, cum conſcientia, grauaminis vigore, ſuadet.

35 Decimũ † principale erit pro creditore remedium, vt fructus lucretur, ꝙ ſcilicet quando in eius conſcientia videt ſe ob factum mutuum, vel ſimile quid grauari, poteſt etiam ab initio curare futurorum fructuum, ob futurum grauamen, & onus, remuneratoriam donationem à debitore, quæ donatio perinde valebit, ac eam paulo ante valere diximus, quæ ob cauſam præteritam fieret, vt per Barto. in dicta l. Aquilius, dicto numero tertio, ff. de donatio. quam opinionem communem narrat Clarus, dicto §. donatio, dicta quæſtione 16. & dicto verſiculo, ſed quid dicendum. ſed hic videretur neſcio quid in vſurarum fraudem excogitatum, nam & debitores ob mutuum ſuſcipiendum facile ad talem donationem ſecundùm mutuantis voluntatem inducerentur. Quod verum eſt, niſi æquipollens damnum ſentiret verè mutuans: ac prout ego dicebam ſuprà in tertia huius capituli cautela, verſiculo, de ſimplici.

36 Vndecimũ † erit pro creditore conſilium, vt fructus non computet; cum ſcilicet debitor alienam rem inique detinet, & non reſtituit, nàm creditor obijcere poteſt, vt prius alienum reddat, & poſtmodum fructus compenſabit, quod equidem conſilium maniſeſtiſſimum apparet ex capitulo, quia fruſtrà, vbi glo. finalis ſingulariter loquitur, extrà de vſur. & eſt etiam textus cum glo. in capitulo, Michael, extra eodem, & facit illud, nil Hebræus Hebręo, nil Catilina Cethego.

Erit † autem pro debitore alienam retinente rem contrarium conſilium, vt cautionem præſtet, quòd ipſe reſtituet, ſi modò ſoluendo non erit, argumen. l. quartę, §. prætor ait. ff. de re iud. nam ſi ſoluendo extiterit prædicta non ſufficiet cautio, argumen. capituli, cum aliquibus, extra, de ſenten. & re iud. & l. quod ſi ſoluere. ff. de pign. act. vel † melius, ſi ille, cuius res erit, conſentiat, vt non reſtituat, vel contentus ſit, vt detineat, nam ſatisfactum eſſe intelligitur, argumen. l. ſi rem alienam. §. omnis. ff. de pign. actione, & hec duo conſilia pro debitore, qui fructus compenſare vult, ponit gloſ. prædicta fin. poſt princ. in dicto capitulo, quia fruſtrà. 37 38

Duodecimum † erit pro creditore remedium, vltra illud, quod ſuperius adduxi, vt ſcilicet obijciat ipſe creditor, quòd extortas etiam vſuras per eum, cui ſucceſſit in vſuris ipſis, debitor reſtituat, ſiue pater fuerit, vel auus, aut alius ſuperior, ſiue etiam extraneus ille vſurarius, cui debitor ipe ſucceſſit, qđ notabiliſſimum eſt, per tex. in dicto capitulo, Michael, iuncta glo. magna ibidem, & iuncto capitulo, tua nos, extra eodem, de vſur. 39

Decimumtertium † eſt remedium, quò ex pecunia data aliquis fructus lucrari valeat, videlicet ſi iuſto precio fundum ea lege emat, vt, quandocunque precium reſtitutum ſit, fundus ad venditorem reuertatur, nã hoc caſu in iſto interim emptor fructus lucratur. l. ſecunda, C. de pact. inter emptorem, & vẽditorem, quod & per dictam l. ſecundã, & l. ſi à te. C. eodem, intra certum tempus fieri poteſt. Idque pactum non Legiſtæ modò communiter admittunt in dicta l. ſi fundum, ſed etiam licitum te- 40

nent Cano.Innocen. Hoſtien.Ioã.Andr. Panorm.& alij in capitulo,ad noſtram, extra de emptio.& vendit. & Theologi omnes in quarto, diſtinct. 15.vt tradit Martin.Nau. in dicto Manuali confeſſ. dicto capitulo 27. §. 27. in principio.

41 † Sed aduertendum eſt,quia (vt dixi) iuſtum precium in hoc pacto de retrouendendo interuenire debet, aliàs ſi modicum eſſet precium contractus in vſurarum fraudem factus fortè præſumeretur,dicto capitulo,ad noſtram,extra de emp.& vend.& præſertim ſi emptor vſuras exercere conſueuit, capitulo, illo vos,in fine,extra de pignor.& fortè,dixi vſurarium præſumi contractum,cùm pactum de retrouendendo cum pretij modicitate factum ſit,nam Cœp.in tracta.de ſimul. contr.in 2. præſump. numero 19.tenet, quòd ſola precij modicitate, cum pacto de retrouendendo cõcurrente, ſimulatus, vel vſurarius non ſit præſumendus contractus, niſi cum his alia aduerſus venditorem concurrant indicia, & ideo ad dictũ capitulũ, ad noſtram,reſpondet, quòd tertium illud ibi concurrit,quia fuit actum,quòd poſt certum tempus,& non ante, illud redimi poſſet, ex quo inquit vnam aliã malam induci præſumptionem contra ipſum primum emptorem, quæ quidem mala non ineſt prẹſumptio, quando actum eſt, ꝙ quandocunque retro emere venditor poſſit, vel vſque ad certum tempus, vt probatur in dicta l. ſecunda, C. de pact. inter empto. & vendit. Similiter ipſe Cæpo.in dicto tracta. de ſimul contr. verſiculo, ſexto caſu principali, per totum, & maximè incipiendo à numero centeſimo, optimiſque comprobat medijs, quod illa duo, ſcilicet pretij modicitas,& pactum de retrouendendo, contractum vſurarium non arguant: Sed bene ſi tertium concurrat,veluti, quod emptor fænerari ſolitus ſit,contractus redarguatur, & Cœpo. ipſe eleganter etiam ad ea, quæ in contrarium facere videntur,& maximè ad dictũ capitulũ, ad noſtram, reſpondet, & ſecundum eius opinionem inquit ſub num. 101. verſiculo, & ſecundum iſtam, vidiſſe conſilium etiam per multos præclariſſimos Doct. Canoniſtas, eamque opinionem ſemper tenuiſſe, & allegando, & conſulendo pro veriori, & tunc etiam tenuiſſe, & ſi caſus contigiſſet ita conſulendum, & iudicandum cenſuiſſe, ſubdit. Quodque pariter duæ tantum illæ præſumptiones aduerſus contractum non ſufficiant, videlicet pactum de retrouendendo, & quòd emptor fœnerari ſolitus eſſet, tradidit idem Cœpo. in d. tract. prẹſump. 23. ad finem. ſed contra Cœpo. quod imò pactum de retrouendendo ſola precij modicitate concurrente vſurarium prẹſumatur pro ſalute animẹ tenet Dec. conſilio 692. ſub numero 3. vbi ex Abba. in conſilio 76. libro primo,in ſecunda columna, ita communiter concludi demonſtrat, quamque opinionem magis communem videri ipſe Dec.eodem loco dicit. Hanc autem communem cum grano ſalis intellige, vt ſcilicet pretij modicitas interueniat, quæ apertè indicet minori precio emptum eſſe,quam onus pacti de retrouendendo ſuadeat: Quia ſi aliquo minori precio emptum eſſet,quod cum onere pacti de retrouendendo compenſari poſſet, crediderim ego cum Martino Nau. dicto capitulo vigeſimoſeptimo, ſub numero 247. pactum non præſumi vſurarium: ipſum enim de retrouendendo pactum viliorem efficit rem, vt & æquitatis ratio docet, & probat text. in l.fundi partem.ff.de contr. empt.

Decimum † quartum eſſet pro creditore remedium, ſi pecuniam ad pompam dederit: Inde enim mercedem aliquam recipere poterit, nam non erit mutuum,ſed commodatum potiùs, quod, quia gratuitum non erit,vt eſſe debet.§. item is,circa finem, Inſtit.quibus mod. 42

re

re contr.obliga.in locationem tranſibit, dicto §. item is. Idque admittit dicta gl. in dicto capitulo,conqueſtus, propè finem. Sed hoc te vti remedio non conſulo,nam pro anima tutius eſt , ne tales exquiras occaſiones in vſurarum fraudem.

43 Decimum † quintum eſt pro eo,qui aliquám ex mutuo vtilitatem trahere cupit, conſilium , vt videat, an poſſit ei mutuò tradere, qui fidei noſtræ hoſtis eſt: vſuras enim ab eo percipere valebit, vt probatur Deuter. capitulo vigeſimotertio,numero decimonono,& ſequen. & habetur decimaquarta,quæſt. quarta, capitulo ab illo , quod etiam voluit Abb. in capitulo,poſt miſerabilem , extra de vſur.quem refert Barto. Socin.dicta regu.ſexta,caſu vigeſimonono,hanc ponens cautelam , qua Chriſtianus ab hoſte fidei ſupra ſortem percipere po-
44 teſt, † quod aduerſus nos dicit Soc. idē hoſtibus illis non licere , idque patet ex dicto capitulo, poſt miſerabilem, & capitulo, penult. extra de vſur. & tradunt Lauten. de Rodulph. in capitulo , conſuluit, ſiue in dicto tracta. de vſur.quæſtio.146. ſecundæ principalis particulæ Guid. Pap. in tracta. de contr. illicitis, numero 41. Marquard. dicto tracta. de Iudæ.dicto capitulo vndecimo, numero primo , quoſque refert Ioan. Cęph. Dominus meus in dicto conſilio 659. numero 80. & iſtud ex eo probatur,
45 † nam in priuilegium noſtrum inductum eſt , vt huiuſmodi hoſtibus ſub vſuris mutuare poſſimus,vt dictum eſt, ergo contra nos priuilegium illud conuerti nequit, vt ſcilicet & ipſi idem in nobis facere queant.l. quod fauore . C. de legibus.ſciendum autem eſt, quod laici ſiquidem contra infideles vſuras exercere poſſunt,ſed non clerici,qui neque etiam contra ſaracenos id facere poſſunt, vt ita multum ſingulariter notaſſe Card. in clemen. prima.§.fin.quæſtio.duodecima,de vſur. refert Zach.in add. ad Abb.dicto capitulo , poſt miſerabilem,ſub numero quinto, littera. A, in uerbo,contra hoſtem.

Decimum † ſextum remedium pro 46
creditore eſt, ſi ſpontaneam debitoris voluntatem exquirat, qua ſine pacto aliquid ei offeratur,quod fieri licet, cum ( ut ſuperius dixi remedio nono, & decimo,numero trigeſimoprimo, & trigeſimoquinto, ) grauatum ſe ſenſerit ob factum mutuum, & illud ſibi incommodo fuerat: Caueat tamen ab intentione concepta,quod & admonet Socin.d. reg.6. caſu 30. Nam (ut & ſupra tetigi,
nu.18.) † Deus cordium ſcrutator om- 47
nia nouit, vt in cap. tua nos , in fine,de ſimo. trigeſimaſecunda diſtinct. erubeſcant, & ſecundo quæſtione quinta, conſuluiſti , notatque gloſ.in le. ſecunda, ff.de inter. action. etenim omnipotenti Deo conſcientiam occultari non poſſe dicit text. in capitulo , in ciuitate, in fine,ex. de vſur. Ipſe enim abſconditorum eſt cognitor , vt dicit tex. in clē. exiui , §. quamuis , qui §. eſt in penult. car. de uerb. ſignific. & eſt text. 2.quęſtione prima,Deus omnipotens , quem non latet peccati qualitas, neque peccantis affectus , 24. quęſtione tertia, Deus, quando . not. gloſ. fin. in dicto capitulo,in ciuitate. Qui autem conſcientiam lædit ad gehennam ędificat, iuxta tradita per Speculator. in titu. de aduocato.§. vtriuſque, numero vndecimo.Caue igitur, ne lucri cupiditate ductus te ipſum perdas; Quid enim homini prodeſt , ſi uniuerſum lucretur mundum, animę uerò detrimentum faciat ? capitulo, Matthęus , de ſimo. Specul. in dicto capitulo , vtriuſque ſub numero decimo, & in titu. de poſitio.§.Quinto, uerſiculo,oblatis,numero decimotertio . Hęc ego tibi trado remedia , ut grauamen , quod re uera ſentis , & tuta conſcientia pretendere potes, reſarcias, non ut animæ tuæ iacturam facias,cuius te magis cuſtodiam

habere hortor, quàm ad lucrū quodlibet indebitè animum applices; Id enim momento duraturum eſt, pęnę autem erunt in æternū atrociſſimæ. Propterea animam cunctis anteponas rebus, iux. tex.c.cum inter, de pęn.& remiſſ.& eá, quæ tradit Rol. à Valle conſi. 59. nume.39.& conſi.98.numero trigeſimo tertio, uolumine primo, conſilio 70. numero trigeſimoquinto, volumine ſecundo, & conſilio quinto, numero decimoquarto, libro tertio, & Franciſ. Marc. Dec. 895. numero decimo parte prima. Mutuum igitur date, & nihil inde ſperate, ut habetur Lucæ capite ſexto. Hęc quò ad generalia remedia ſufficiant, congruum modò eſt, ut ad ſpecialia tranſeamus.

Et horum quidem primum illud eſt, quo fructus ad unguem retinebun-
48 tur, † ſi uidelicet contingat penes laicum beneficium eſſe eccleſiaſticum, quod ſit clerico aſſignatum, nec aliter redimi poſſit, uideat clericus, an ſub pignoris corporalis nomine mutuādo recuperare ualeat; nam fructus neque in ſortem computabit, & ibi, etiā ſi de pecunia fuerit per laicum ſatisfactum, retinebit, vt eſt tex. in capitulo 1. in fine, extra de vſur. & declarat ibi glo.fin.in princ, quæ hanc uidetur etiā eccleſię pro recuperando beneficio à laico dare cautelam, quæ pariter dicit, quod uel clericus, uel eccleſia redimēs hoc modo poteſt beneficium ita redemptum, tanquam ſuum retinere, nec vſura erit, ex quo ipſum, ut propriū retinebit.

Eſt & aliud pro clerico remedium latius apparens, vt fructus in ſortē non computet, & vſuram non committat
49 quādo † ſcilicet eccleſię poſſeſſionem, quę neq; ſibi in beneficium collata ſit in pignus, (prout ſuprà dictū eſt) reciperet, nā fructus ſuos omninò faceret, niſi de eccleſię licentia hoc ageret, quia eccleſiæ nomine colligeret, ut per dictam gl. in dicto capitulo primo, de vſur. quę hoc dicit in fine.

Tertium † eſt particulare remediū 50
pro eccleſia, ſi rem feudalem in pignus recipiat, nam fructus ſuos faciet, & abſque computatione, benè tamen uaſſallus interim à ſeruitijs ceſſabit, dicto capitulo, conqueſtus, ibique per gloſſ. ext. eo. de vſur. & capit. primo, extra de feud. & eſt ſing. gloſ. in dicto capi-
tulo primo, de vſur. † Idemque per di- 51
cta iura cenſet Socin. in ſæpè dicta regu. caſu quinto, ī quolibet ſeculari feudo, & in emphiteuſi, vſufructu, uel rebus conductis, quæ proprietatis dominis ſimiliter dantur, rationem reddit
ipſe: † Quia res quælibet facilè ad eius 52
reuertitur naturam, le. ſi unus, §. pactus, uerſi. quod & in ſpecie dotis. ff. de pact. & capitulo, ab exordio 35. diſtinct. Pro qua re alle. Io. de Imo. in dicto capitulo primo, de feud. licet in dicto capitulo aliqui contrarium tenue-
rint, & malè, † cùm ab identitate ra- 53
tionis, ad lucrum extenſio fiat, ut per gloſſ. & Doct. in dicto capitulo primo de vſur. & ita eſt com. opin. ut tradit Nauar. dicto capitulo uigeſimoſexto, ſub numero 217. cum ſeq. Bene verum eſt, quod tales perſonæ eas res pignori dantes ab earum præſtationibus interim ceſſabunt, prout à ſeruitijs vaſſallum ceſſare ſuperius dictum fuit, quod & tradit Nauar. in modò citato capitulo, ſub numero 218. his adde Abb. in dicto capitulo, conqueſtus, Rom. in le. diuortio. §. ob donationes ff. ſol. mat. Neguſ. de pign. in 5. mem. 5. partis, ſub numero decimotertio, cum ſeque. Quin & in portionibus illis, in quibus per emponemata, aut per ſolutionem aliquam uaſſallus, ſeu emphiteuta de ſuo erogarit, dominus directi fructus ſibi arrogare non ualebit, ſecundum Nauar.

Quartum † particulare eſt conſilium 54
pro mulieribus uiduis, quòd earum pe-

cunias in banchis ponant, & lucrum aliquod ex honeſto mercimonio conſequantur, ex capitulo, per ueſtras, extra de donat. inter uir. & uxor. &cæt. ex Abb. in dicto capitulo, conqueſtus, & ex Baldo in l. prima, C. pro ſocio. quos ad hoc refert Socin. dicta regu. caſu tri
55 geſimoſecundo. † Sed aduerte, quòd hic de aliquo non tractatur intereſſe, uerum de lucro, quod ex ſocietate prouenit, quod & generale in omnibus eſſe uidetur per textum præciſum in dicta
56 l. prima, C. pro ſoc. Nec dicas † quòd uiduarum ipſarum fauore, & priuilegio eis liceat in banchis pecunias ſuas deponere, ut ſemper à campſoribus lucrum obtineant, nõ habita ſocietatis ratione (prout quidam ex textu dicti capituli, per ueſtras, eorum modo intellecto, auſi ſunt uiduas defendere uelle, quæ ab initio paciſcuntur, ut pro centenario decem, uel aliam habeant quantitatem.) Nam certè, ut Abbas inquit in dicto c. per ueſtras, ſub numero octauo, ad fin. hoc non eſt conceſſum, quia cuilibet non licet quicquam pacto ex pecunia capere, ſi ſe periculo non ſubijciat, decimaquarta, quæſt. tertia, per tot. Benè ex mora pœna, ſeu intereſſe capi poteſt, cum creditoris interſit, in omnibus, & per omnia, prout ſuperiùs declarauimus. Neque ẽt in pecunia dotali ſimiles fieri uſurarios contractus licitum eſt, quia nec pro redimendis captiuis fœnerari licet, capitulo, ſuper eo, extra de uſur. & idem textus in dicto capitulo, per veſtras, illud nunquàm probabit, (ut quidam ſomniarunt,) ſed ipſe omnes prorſus uſuræ labem excludit, dum dicit, quòd pars de honeſto lucro capiatur, idque etiam in dicto capitulo, per veſtras, ſub dicto numero octauo, verſic. nec eſt ſpeciale, tradit Abb. quod igitur de viduis ſuper banchis earũ pecunias deponẽtibus dictum eſt, quodque habetur in d. cap. per veſtras, generaliter in omnibus procedit; quiſo cietatis virtute de lucro partem conſequi valeant, iuxta tex. dicta l. j. C. pro ſoc. Pactum aũt non valere, vt capitale ſemper ſit ſaluum, & de lucro certa ſoluatur pars, tenuit in d. capit. per ueſtras Abb. d. num. 8. talis nanque ſocietas honeſta non eſt, nec licita, cum euenire poſſet, quod qui operam poneret damnum in operis amiſſis, & in pecuniæ capitali ſentiret, quod contra ſocietatis naturam eſt, cũm ea quædam ſit fraternitas. l. verum, in princ. ff. pro ſoc. & hæc quidem ſocietas leonina potius diceretur. l. ſi non fuerit. §. Ariſto. ff. eo. & pro hoc allegat Abb. bonam glo. in c. plerique 14. quæſt. 3. dicentem, ad hoc, vt inter ponentem pecuniam, & ponentem operam ſocietas honeſta, & licita exiſtat oportere, quod pecuniam ponens lucrum, & damnum ſentiat, & ad textũ in §. de illa, verſ. & adeò, Inſt. eod. de ſociet. qui contrarius videtur, ipſe Abb. optime reſpondet ſub dicto num. 8. d. cap. per veſtras, & hanc Abbatis ſententiam, tanquam tutiorem, & pro anima meliorem, cui ſemper fauendum eſt, ego quoque tenendam arbitror, licet Hoſtien. in ſumma tit. de vſur. in §. an aliquid, ſecus tenuerit, & malè meo iudicio, cum id proximi charitatem nõ reſpiciat, ſed auaritiã quãdã, & lucri cupiditatẽ ſolã, nulla habita alterius damni, & grauaminis conſideratione, quod & iure naturæ improbum eſt, vt ſcilicet quis cum aliena iactura ad propriam duntaxat commoditatem animum habeat, l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. Et de his quoque particularibus remedijs pro nunc ſit ſatis: Alia circa iſtam de vſuris materiam vide in dicta cau. 54. Verum pro huius materię complemento ſciat
creditor, † quod illæ generaliter ſunt 57
vſuræ, cum quid per eum in vſurarum
fraudem excogitatur: † Ideoque cautus 58
exiſtat debitor, vt ſemper animaduertat, Num aduerſus creditorem probare queat, eum quid pro extortis iu uſura-

rum fraudem excogitaſſe, & aduerſus
eum tutus euadet, nec quicquam ipſi
præſtare tenebitur, vt facilè colligere eſt
ex dicta gloſ. in capitulo, conqueſtus, in
verſiculo, vel vbi aliquid excogitatur.
&cæt. Et hæc circa uſuras dicta ſint, ſal
ua ſemper Sanctę Romanæ eccleſiæ cen
ſura, cui me humiliter, atque deuote
ſubijcio.

## CAVT. CCCIII.

### De vſu communi loquendi probando.

*SVMMARIVM.*

1 *Loquendi communis vſus propriæ præfertur ſignificationi, & omni regulæ, omniq; conſtitutioni derogat, ac per decennium probatur.*

*Quomodo autem ad hunc communem loquendi vſum articuli concipiātur conſilium traditur, nu. 2. Et in materia ſtatutaria, nu. 3. remiſſiuè.*

1 VSvs † loquendi communis propriæ pręfertur ſignificationi. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. Doct. in rubrica, de operis noui nunt. Cepha. Dominus meus, conſilio 57. numero decimonono, & conſilio 474. numero 43. & omni regulæ, omnique conſtitutioni derogat ſolus, vt fateri omnes ait Mari. Salomo. in repet. l. omnes populi, columna penultima, ff. de iuſt. & iu. qui quidem vſus per decennium probatur, Barto. in l. Labeo, ſub numero ſexto, ff. de ſupellect. leg. idemque in l. prima, numero 69. C. de dignit. libro duodecimo, Cæp. in conſilio 611. numero trigeſimoſeptimo, ad probandum autem ipſum communem loquēdi vſum, Barto. in dicta l. Labeo, ſub dicto numero ſexto, talem tradit articulandi modum, vt dicatur,
† Quòd talis loquendi communis
vſus de tali re fuit in hac ciuitate à de- 2
cem annis citrà, & per ipſum tempus, &
de quo conſilio meminit Ceph. in dicto conſilio 611. dicto numero trigeſimoſeptimo. Euerar. in top. in loco ab opin. vulgi, ſub numero ſeptimo, quem in eo loco circa id vide. Ego circa hanc rem in pręſcriptionis materia tibi verba feci in litera P. cautela 200. numero vigeſimooctauo, vigeſimonono, trigeſimo, & trigeſimoprimo, vbi omninò vide, ad quod etiam vide Thom. Ferrat. cautela
52. vbi Docto. † quomodo in materia 3
ſtatutaria vſus communis loquendi probetur, quo iſte vſus probanti proſit.

## CAVT. CCCIIII.

### De poſſeſſore moleſtato, & de eo, qui timet ab aliquo in ſua poſſeſſione moleſtari.

*SVMMARIVM.*

*Interdictum vti poſſidetis pro rebus immobilibus, vtrobi verò pro mobilibus competit, ob turbatiuam violentiam ſcilicet.* 1

*Quæ ſanè remedia licet pro diuerſis rebus differant, tamen quantum ad poſſeſſionem ſpectat hodie exęquata ſunt, vt, num. 2.*

*Et in his, vt quis vincat, quid interuenire debeat, nu. 3.*

*Quæ & ſummariè expediri debent, num. 4.*

*Pariterque in eis ſufficit qualiſqualis petitio, dummodo in narratione concluſio exiſtat, nu. 5.*

*Et libelli forma traditur, nu. 6.*

*Sententia autem quomodo ferri debeat, num. 7.*

*An*

8 *An autem in libello ſit neceſſe poſſeſſionis exprimere qualitatem, an tẽpus, & turbationis locus inſeri debeat, an ve turbationis modus ſit exprimendus, traditur remiſſiuè, numero 8.*

9 *Timens poſſeſſor, ne ſibi ab aliquo vis inferatur, ſiue in poſſeſſione turbetur, quid agere debeat, & numero 10.*

11 *Nũtio publico licet plenè credi debeat in his, quæ ad eius ſpectant officium, tamen quando deponit de his, quę ad eius non pertinent officium, credi illi non debet.*

12 *Præcepti executiui vigore citatus ſi fuerit contumax, vt eius contumacia accuſata præceptum firmum manebit, quando ſcilicet clauſulam iuſtificatiuam continebit, de qua ſub num. 9.*

*Moram tamen, ſeu contumaciam intra annum comparendo, expenſas ſoluendo, & fideiubendo de iudicio ſiſti, purgare poterit, nu. 13.*

*Sin autem intra terminum præcepto contradicendo comparuerit, eaſequentur, quæ habentur, numero 14. 15. & 17.*

16 *Turbare alium, vel damnificare non dicitur, qui in eius poſſeſſione perſeuerat.*

*Præceptum vbi iuſtum fuit, & per præcepti viam procedi poteſt, citati comparitio præceptum ipſum in ſimplicis citationis vim non reſoluit, ſed citatus præcepto dolo non obediens mulctatur.*

19 *Iudicium à præcepto executiuo incboari poteſt, cum poſſeſſor timet, ne in ſua poſſeſſione turbetur, & facit, vt Iudex per tale præceptum eius impartiatur officium.*

VTI † poſſidetis interdictum retinendum pro rebus immobilibus, vtrobi verò pro mobilibus competit propter turbatiuam violentiam, quando ſcilicet, duo, pluresve ſe eiuſdem rei poſſeſſores prætendunt, & vnus alium turbat, vt in titulis. ff. vti poſſidetis, & vtrobi, & C. vti poſſidetis, & ibi Azo, in ſum. vbi latè & Inſt. de interd. §. retinendæ, & de quibus latè tractat Ioan. Bap. Plotus in rep. l. ſi quando. C. vnde vi, ſiue in tractatu, de in lit. iur. §. tertio, à numero vigeſimo, vſque ad numerum 48. atque vberrimè doctiſſimus Menoch. in tracta. de retin. rem. ſecundo, & tertio, † & quæ 2
ſanè remedia licet in hoc inter ſe ſe differant, vt vnum pro immobilibus, aliud verò pro mobilibus detur, tamen, quantum ad poſſeſſionem pertinet, hodie ſunt exæquata, vt in l. prima, ff. vtrobi, & in dicto §. retinendæ, verſiculo, Hodie tamen, ac tradit Menoch. dicto rem. ſecũdo, numero tertio. Cum igitur duorum horum interdictorum poteſtas ſit æquiparata, id, quod in vno dicitur, in altero quoque dictum cenſeatur. † Pro 3
pterea in his ille vincet in re ſoli, & in re mobili, qui poſſeſſionem nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario litis cõteſtatę tempore detinebit, vt in dicta l. prima, ff. vtrobi, & in dicto §. retinendę, in fine. † & in his quidem iudicijs ſum 4
mariè procedendum eſſe, ſicut & in cæteris poſſeſſorijs, inquit Menoch. dicto rem. tertio, quæſt. 55. & adducit Alexã. conſilio 66. numero 7. volumine 5. & Pet. Rebuf. in comment. ad Regias conſtit. Gal. tomo 3. in titu. de materijs poſſeſſ. articu. 3. gloſ. prima. nec eſt, inquit Menoch. qui diſſentiat, quique Menoch. d. rem. 3. quęſt. 56. concludit, quòd
† etiam ſi libellus in his iudicijs offerri 5
debeat, tamen qualis ſufficiat petitio, dũ modo tamen narrationis inſit conclubo, vt in dicta quæſt. 56. num. 454. ipſemet Men. Libelli † autem forma ſecun- 6
dum

dum Barto. in l. prima, §. hoc interdi-
ctum, numero 5. ff. vti poſſ. & in l. 1. §.
1. numero 6. C. eodem, talis eſſe debet,
quòd actor narret, quòd poſſidet, vel
quaſi, rem illam, in cuius poſſeſſione ſe
turbari, vel inquietari aſſerit. ſimiliter
dicat, quòd aduerſarius eum turbat, vel
inquietat, & tria concludat. Quod ſcili-
cet reus à moleſtatione deſiſtat, quòd
in futurum non moleſtet, & quòd ad
moleſtationis præteritæ intereſſe con-
demnetur. quam quidem Bartoli do-
ctrinam probarunt Abb. in capitulo,
conqueſtus, numero tertio, de foro cõ-
pet. Fely. in capitulo, cauſam, & ibi quo
que Berous, extra de proba. idem Be-
rous, conſilio 49. numero 9. volum. 3.
Aret in §. quadrupli, num. 48. Inſt. de
act. Socin. ſen. conſilio 45. verſiculo,
Quibus tamen non obſtantibus, ſub
numero mihi 15. lib. 3. Dec. conſi. 303.
num. 6. in fi. & conſ. 663. num. 1. Soci.
iun. dicto conſi. 146. num. 3. lib. 1. Bel-
lo. conſi. 9. num. 2. & d. Menoch. d. rem.
3. q. 58. vbi inquit meliùs, quàm omnes
libellum in hac formaſſe materia Pract.
Papien. in for. libelli pro turbata poſſ. &
Ang. Aret. in §. quadrupli, num. 48. In-
ſtit. de action. & ibidem clariùs, nume.
52. his addit Ioan. à Plat. in dicto §. reti-
nendæ, verſiculo, ad quartum, & Re-
buf. in dictis com. ad Reg. conſtit. Gal-
liæ, dictis tomo tertio, & titu. de mater.
poſſeſſ. articu. 1. gloſ. 1. numero 15. quẽ
addere inquit, peti debere ablata reſti-
tui, & de non turbando in poſterum ſa-
7 tiſdari, licet in Gallia non ſeruetur. † Et
in ſententia ita pariter eſſe pronuntian-
dum, vt à turbatione reus in futurũ de
ſiſtat: non enim reſtitui ſufficit, quia tur
bando noua opus eſſet actione, & inter-
dicto, vt ita Orian. in tract. de arb. parte
vlt. q. 41. nu. 87. Præterea illam eſſe pe-
tendam ſatiſdationem arbitratus eſt
Orian. in rub. de cau. poſſ. & propriet.
colum. 7. verſiculo, ſecunda concluſio.
& Pract. Pap. in prædicta for. in verbo
ad ceſſandum, numero 1. & ante om-
nes Barto. in dicta l. prima, dicto §. pri-
mo, ſub dicto num. 7. C. vti poſſ. † An 8
autem in libello neceſſe ſit poſſeſſionis
exprimere qualitatem, an ſcilicet quis
poſſideat ciuiliter, & naturaliter, nun-
quid tempus, ac turbationis locus in li-
bello inſeri debeat, an vẽ turbationis ex-
primi debeat, docet in d. rem. 3. Menoc.
q. 59. cum duabus ſeq. Cętera in eo re-
medio ad ſaturitatem vide penes eun-
dem. An verò tali interdicto agenti ob-
ſtet dominij exceptio, & quomodo ip-
ſe actor aduerſus ipſam dominij exce-
ptionem ſe tueatur, dixi ſupra in caute.
45. Hactenus igitur habes quomodo il
le agat, qui in eius poſſeſſione re ipſa tur
batur. † Quid modò erit ſi quis poſſeſ 9
ſor timebit ſibi ab aliquo vim inferri,
ſiue in poſſeſſione turbari? Dic ſecun-
dum Ioan. Bap. Plot. in tracta. de in lit.
iur. dicto §. 3. numero 33. Quòd ille,
qui de præſenti poſſidet, etiam lite non
conteſtata, & parte minimè citata, præ-
ceptum à Iudice impetrare poterit, in
quo contineatur; quòd licet talis in pa-
cifica, & quieta ſit poſſeſſione, vel quaſi
talis fundi ſiti in tali territorio, &cæt. in
contrata, &cæt. cui cohæret, &cæt.
Aut quòd licet talis ſit in poſſeſſione,
vel quaſi, irrigandi faciendi tale pra-
tum ex tali aqua: Nihilominùs talis ad
uerſus vociferando vadit, velle ſe talem
poſſidentem in eius poſſeſſione, ſeu
quaſi, turbare: ideoque ad tollendam
facti viam præcipiatur ipſi aduerſa-
rio, quatenus in dicta poſſeſſione,
ſeu quaſi, neutiquàm ſe intromit-
tat, quodque talem patiatur pacificè
poſſidere, &cęt. ſub pęna, &cęt. verùm
ſi quid iuris habere prætendit, iuridi-
ca uia, oblato libello, ſeruatiſque ſer-
uandis, agat. Quòd ſi talis prohibitus
grauatum ſe ſenſerit, coram tali Iudi-
ce, tali die, hora, ac loco, ad grauami-
nis cauſas, ſi quas habebit, allegan-
das, compareat; alioquin, &cętera. &
con-

10 conſilium eſt, † quòd ipſe præceptum
impetrans ante, & poſt præcepti præ-
ſentationem caueat per nuncium pu-
blicum ſuam videri poſſeſſionem, puta
aquam ad ſuum pratum currere, ſeu
ipſum poſſidere, ac duos adhibeat te-
ſtes, qui & ipſi præmiſſa videant, mox
nuntius referat, ſe præceptum præſen-
taſſe, & cætera, & ante, ac poſt præcepti
præſentationem vidiſſe præceptum im-
petrantem tenere, & poſſidere, & cæte-
11 ra; † Licet enim communis ſit concluſio,
quod nuntio publico plene in his
credi debeat, quæ ad eius ſpectant of-
ficium, puta ſi perſonaliter ſe citaſſe
dicat, tamen quando in his deponit,
quæ extra eius officium ſunt, non pro-
bat, vt eſt communis opinio ſecun-
dum Iaſ. in l. properandum. §. & ſi
quidem, numero octauo, verſicu-
lo, Adde communis. C. de iud. Pro-
pterea Iudex in hoc ſummario poſſeſſo
rio, adhibitis iam ſupradictis teſtibus,
poterit plene ſe informare, etiam ex
officio, & motu proprio de poſſeſſio-
ne præſenti, nedum ab ipſo nuncio,
ſed etiam à teſtibus prędictis, etiam
abſque libello, vt per Bal. in l. ordina-
rij, verſiculo, ſed hic quæro. C. de rei
12 vendic. † Et ſi dicti pręcepti vigore ci-
tatus non comparuerit, eiuſque fuerit
contumacia accuſata, pręceptum fir-
mum manebit, vt per Afflict. deciſ.
167. numero quarto, verſiculo, & tan-
to magis, & per alios, quos dicto in
loco Plotus refert, ſubdens ex commu-
ni Doctorum ſententia, de qua Ripa in
l. de pupillo. §. meminiſſe, numero
vigeſimoquarto, verſiculo, extat igitur,
ibi, contra primam, in fine, teneri, quod
ſi citatus ex pręcepto clauſulam iuſtifi-
catiuam habente non comparuerit, tale
pręceptum valebit, & in rem iudica-
13 tam tráſibit: inquit tamen Plot. † quòd
talis contumax poterit infra annum
comparendo, purgando per expenſa-
rum ſolutionem contumaciam, & ſi-
deinbendo de iudicio ſiſti recuperare
priſtinum, quod amiſit per contuma-
ciam, ius, ita quòd efficiatur reus,
prout ante contumaciam erat, ad quod
allegat tex. in l. ſi quis emptionis. §. ſed
& ſi quis. C. de pręſcrip. trig. vel quadr.
an. quam legem dicit in d. §. ſed & ſi
quis, locum habere tam in corpora-
lium, quam in incorporalium poſſeſ-
ſione, ut per Lud. Bologn. in l. ſi fi-
nita. §. Iulianus, numero 63. uerſicu-
lo, ex prędictis. ff. de damno infecto,
Alex. in l. ſi prius. ff. de oper. no. nun.
† vbi autem citatus comparuerit pręce 14
pto contradicendo, ſi præceptum ipſũ
iniuſtum fuerit, quia citatus poſſide-
bat, & impetrans non, pręceptum
ipſum in ſimplicis citationis vim erit
reſolutum, vt eſt communis opinio,
ſecundum Alex. in d. §. meminiſſe, col.
fin. valet enim pręceptum cum clau-
ſula iuſtificatiua, ſed citato comparen-
te in ſimplicis citationis vim reſolui-
tur, vt ubi ego tradidi ſuprà litera P.
cautela 199. † Et poterit citatus, dicto 15
non obſtante præcepto, & iudicis inhi-
bitione, in eius poſſeſſione perſeuera-
re, etiam fructus colligendo, † nam
non dicitur alium turbare, vel damni-
ficare, qui in eius poſſeſſione perſeue-
rat, & iudicis facta in cõtrariũ prohibi-
tio nõ valet, vt per Dec. cõſilio 460. nu.
uigeſimoſecundo, uerſiculo, & qui con
tinuat, cum alijs, quos Plot. dicto loco
adducit, ſub numero trigeſimoquarto,
† ſin autem iuſtum fuerit præceptum, 16
quia citatus non poſſidebat, tunc per
citati comparitionem præceptum non
erit in ſimplicis citationis uim reſolu-
tum, ſed ſi citatus ſit inobediens mul-
ctam patitur. † Nam ubi præceptum iu 17
ſtum fuit, & per præcepti uiam proce-
di poteſt, citati comparitio præceptum
in ſimplicis citationis uim non reſol-
uit, ſed citatus præcepto dolo non obe
diens mulctandus eſt, ut per Caſtrenſ.
dicto §. meminiſſe, & ibi Ripa, nume-
ro vi-

ro uigeſimotertio, quem etiam uide ibi ſub numero uigeſimoſexto, in fallentijs regulæ, quam tradit, facit textus in l. prima ff. ſi quis iuſdic. non
19 obtemp. † Ideoque cum in ſimili caſu, in quo poſſeſſor timet, poſſit Iudex per talia præcepta eius impartiri officium, meritò fit, ut ab ipſo executiuo præcepto iudicium inchoari poſſit, ut late proſequitur ipſe Plot. dicto §. tertio, à numero trigeſimoſexto, uſque ad numerum 44.

## Caut. CCCV.

## De metus excludenda allegatione.

### SVMMARIVM.

1 *Metu, ſiue minis illatis ſi quid facit perſona, quæ illi reuerentiam debet, qui eam coegit, iudicis officio reſcindi poteſt.*

2 *Actio, quod metus cauſa, licet mortis, vel corporis cruciatus metum requirat, factum tamen propter metum, qui ex nimia oritur reuerentia, reſcindi poteſt.*

*Sed metus ex ſola non oritur reuerentia, ſed probandum eſt, quod minæ interuenerint, vel verbera, quia tunc cum reuerentiæ qualitate iuſtus efficietur metus, numero tertio, & quarto.*

*Vel etiam enormis læſio cum reuerentia, abſque minis ſufficeret, vt ſub dicto numero quarto, verſiculo, Bene inquit.*

*Vt autem metus præſumptio, quem tales perſonæ allegarent, tollatur, remedium eſt num. 6.*

*Quo caſu conſilium datur, quod mani feſte, metum qui prætendit, illum probet, num. 7.*

5 *Metum iuſtum amicorum præſentia ceſſare facit.*

*Item præſentia Iudicis, numero nono.*

8 *Amicorum, vel conſanguineorum præſentia an faciat ceſſare metus præſumptionem in contractu filij cum patre inito.*

1 VXOR † uel ſimilis perſona, quæ ſuperiori reuerentiam debet, ſi aliquid propter minas illatas, & ſic ob metum facit, ut puta ſi bonorum ſuorum alienationi conſentit, tunc illud per Iudicis officium reſcinditur, lege prima §. quę onerandę, & ibi not. ff. quar. rer. act. non dat. quod menti tenendum dicit Bartol. in l. interpoſitas, numero ſexto, C. de tranſact.

Eſt autem aduertendum, † quòd licet actio quod metus cauſa, mortis, uel corporis cruciatus metum requirat, ut habetur in dicta l. interpoſitas, & ibidem notant ſcrib. omnes, ubi Caſtren. allegat ſimilem textum in l. continet, ad fin. ff. quod met. cauſa, & in capitulo, cum dilectus, extra eodem, de quo etiam Iaſ. in dicta l. interpoſitas, numero tertio: Tamen propter metum, qui ex nimia oritur reuerentia, ut quam mulier erga uirum habet, & ſimiles perſonæ ad earum ſuperiores, factum reſcinditur, ut notabiliter dicit gloſ. in dicto §. quæ onerandæ, in uerbo, metu ſolo, quam ibi approbat Bartolus, numero quarto. Pro qua opinione eſt textus notabilis in lege penultima, ff. de furtis. † Metus autem ex eo interueniſſe non præſumitur, quia quis eſſet maritus, uel ſu- 2 3

perior ſimilis, cui reuerentia debetur, dicta lege, interpoſitas, & lege, ad inuidiam, C. de his, quæ vi metusue cau.
4 † Debet ergo probari, quòd minæ, vel verbera interceſſerunt, & tunc bene cum ea qualitate, quòd ſuperior exiſtat, & reuerentia debeatur, iuſtus efficitur metus, ut not. in lege, metum. C. de his, quæ vi metuſue cau. & tradit Bartol. dicto §. quæ onerandæ, in fine; Imo. in lege, ſi cum dotem, §. eo autem, & ibi Alexander, numero vndecimo ff. ſoluto matrimonio, & Bart. opinionem in dicto §. quæ onerandæ magis communiter ſequuntur ſcrib. & in lege, ad inuidiam C. quod met. cau. prout tradit Socinus conſilio 263. ſub numero tertio, volumine ſecundo, vbi latè hunc tractat articulum, quem vide; Bene inquit, & admittit in dicto conſilio, numero quarto, Socinus, quod minæ tunc non eſſent probandæ, cùm enormis interueniret læſio, vt & communem ait Aretinus conſilio vigeſimoquarto, quem refert Eman. Soar. in ſuis commu. opin. litera M. numero centeſimoquinquageſimoſecundo. Pro hac etiam materia adde ea, quæ dicit addit. ad Bartol. in dicto §. quæ onerandę, litera E. & F.

5 Quia † autem amicorum præſentia iuſtum metum ceſſare facit, l. tranſactionem C. de tranſactionibus, Bartolus in dicta lege, tranſactionem, & in ipſius legis repet. conſilium tradit, cuius etiam meminit poſt Baldum, Caſtrenſis, Salycetum, & alios in dicta lege, tranſactionem, Alexander, in dicto §. eo autem, ſub dicto numero vndecimo, uerſiculo, & ideo cautela not. eſt
6 † Quod in vxoris, ſimiliumque perſonarum contractibus, amicorum, ſeu conſanguineorum pręſentia adhibeatur, & metus ipſe ceſſabit; nanque ſi contra te opponatur, quòd metum intuliſti, eo te adiuuare poteris quòd amici, uel conſanguinei interuenerint: † Tu igitur hoc caſu, qui metum allegas, apertiſſimis argumentis metum ipſum proba, ſi obtinere uolueris, iuxta notata in dicta lege, tranſactionem, per leg. non eſt veriſimile, circa principiū, ff. quod met. cauſa. An † modò conſilium iſtud in omnibus alijs, & etiā in filio cum patre contrahente procedat, uide penes Doctor. in dicta lege, tranſactionem; Salyc. ibi tenuit, quòd in omnibus procedat, pręter quam in filio, Baldus, Caſtrenſis & Alexander contra ſenſerunt, quòd imò etiam in filio procedat, quam etiam opinionem contra Salyc. ibi tenet, & comprobat Iaſon adeo vt hęc videatur communis opinio, quam quoque ſecutus fuit Andr. Sicu. in capitulo, cauſam matrimonij, de off. deleg. & Alexander in dicto §. eo autem, ſub dicto numero vndecimo. Et nota ſecundum Iaſonis traditionem in dicta lege, tranſactionem ſub numero primo, quòd † Iudicis præſentia idem operatur, quod amicorum, vel conſanguineorum, allegat Barto. in lege, frater à fratre, verſiculo tertio, quarto, quid de contractu emptionis, qui incipit numero quinquageſimo, & Bartolus id dicit numero quinquageſimoprimo ff. de cond. indeb. Bart. in lege, prima, ſub numero quarto, per eum text. C. de præd. decu. libro decimo, Ang. & Imo. in lege, prima, §. fuit quęſitum ff. ad Trebellianum. Pro quo etiam vide quæ ego dixi ſuprà Cautela ducenteſimauigeſima, numero decimoquarto, Hęc accipe dilectiſſimè Lector, quæ hucuſque tui beneficio cumulare potui: In poſterum autem (optimo fauente Deo) nil

Margin numbers in right column: 7, 8, 9.

nil vnquam prętermittam, quod tuam concernere vtilitatem uidebitur: Nil enim mihi antiquius eſt, quàm ut tibi ſemper prodeſſe ſtudeam Ad laudem ſemper,& gloriam Omnipotentis Dei, Beatę Marię Virginis totiusque cęleſtis Curię: vbi tandem requieſcere cõcedat Miſericos,& Clementiſſimus Deus.

# F I N I S.

Digitized by Google

ALFREDO FARNESI
ROMA
Legatore di Libri